This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com



Library of the University of Michigan
Bought with the income
of the
Ford - Messer
Bequest



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

.M61
V.9

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS, ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA,

IUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS ERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS, DETECTIS AUCTA; INDICIBUS ORDINARIIS VEL ETIAM ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET QUADRAGINTA INDICIBUS SUB OMNI RESPECTU, SCILICET, ALPHABETICO, CHRONOLOGICO, ANALYTICO, ANALOGICO, STATISTICO, SYNTHETICO, ETC., OPERA, RES ET AUCTORES EXHIBENTIBUS, ITA UT NON SOLUM STUDIOSO, SED NEGOTIIS IMPLICATO, ET SI FORTE SINT, PIGRIS ETIAM ET IMPERITIS PATEANT OMNES SS. PATRES, LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS INDICIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT :

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, CORRECTIONIS PERFECTIO, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, VEL ETIAM INEDITORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM,

ET EX INNUMERIS OPERIBUS TRADITIONEM CATHOLICAM CONFLANTIBUS, OPUS UNICUM MIRABILITER EFFICIENTIUM.

SERIES GRÆCA PRIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIAM NEMPE LATINAM, ALIAM GRÆCO-LATINAM. AMBÆ PARTES JAM INTEGRE EXARATÆ SUNT. LATINA, 222 VOLUMINIBUS MOLE SUA STANS, 1110 FRANCIS VENIT : GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI COMPLECTITUR, ET 104 VOLUMINA IN 109 TOMIS, PRO PRIMA SERIE, NON EXCEDIT. POSTERIOR VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA 55 VOLUMINA RETINETUR. SECUNDA SERIES GRÆCO-LATINA AD 58 VOLUMINA TANTUM ATTINGIT; DUM HUJUS VERSIO MERE LATINA 29 VOLUMINIBUS EST ABSOLUTA. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM 8, UNUMQUODQUE MERE LATINUM 5 FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE LATINAM, SIVE GRÆCAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. IDEO, SI QUIS TANTUM EMAT LICET INTEGRE, SED SEORSIM, COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO 9 VEL PRO 6 FRANCIS SOLUM OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES POSTERIORI PATROLOGIÆ LATINÆ SERIEI, PATRES AB INNOCENTIO III AD CONCILIUM TRIDENTINUM EXHIBENTI, APPLICABUNTUR. PATROLOGIA QUÆ MANUSCRIPTIS IN BIBLIOTHECIS ORBIS UNIVERSI QUIESCENTIBUS CONSTABIT, NECNON PATROLOGIA ORIENTALIS, CONDITIONIBUS SPECIALIBUS SUBJICIENTUR, ET IN TEMPORE SUO ANNUNTIABUNTUR, SI TEMPUS EAS TYPIS MANDANDI NOBIS NON DEFUERIT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XCVII.

S. ANDREAS CRETENSIS, JOANNES MALALAS, ELIAS CRETENSIS, THEODORUS ABUCARA, CARUM EPISCOPUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE, EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1865

ASV
86
Digitized by Google

AVIS IMPORTANT.

D'apres une des lois providentielles qui régissent le monde, rarement les œuvres au-dessus de l'ordinaire se font sans contradictions plus ou moins fortes et nombreuses. Les *Ateliers Catholiques* ne pouvaient guère échapper à ce cachet divin de leur utilité. Tantôt on a nié leur existence ou leur importance; tantôt on a dit qu'ils étaient fermés ou qu'ils allaient l'être. Cependant ils poursuivent leur carrière depuis 24 ans, et les productions qui en sortent deviennent de plus en plus graves et soignées : aussi paraît-il certain qu'à moins d'événements qu'aucune prudence humaine ne saurait prévoir ni empêcher, ces Ateliers ne se fermeront que quand la *Bibliothèque du Clergé* sera terminée en ses 2,000 volumes in-4°. Le passé paraît un sûr garant de l'avenir, pour ce qu'il y a à espérer ou à craindre. Cependant, parmi les calomnies auxquelles ils se sont trouvés en butte, il en est deux qui ont été continuellement répétées, parce qu'étant plus capitales, leur effet entraînait plus de conséquences. De petits et ignares concurrents se sont donc acharnés, par leur correspondance ou leurs voyageurs, à répéter partout que nos Editions étaient mal corrigées et mal imprimées. Ne pouvant attaquer le fond des Ouvrages, qui, pour la plupart, ne sont que les chefs-d'œuvre du Catholicisme reconnus pour tels dans tous les temps et dans tous les pays, il fallait bien se rejeter sur la forme dans ce qu'elle a de plus sérieux, la correction et l'impressi' en effet, les chefs-d'œuvre même n'auraient qu'une demi-valeur, si le texte en était inexact ou illisible.

Il est très-vrai que, dans le principe, un succès inouï dans les fastes de la Typographie ayant forcé l'Editeur de recourir aux mécaniques, afin de marcher plus rapidement et de donner les ouvrages à moindre prix, quatre volumes du double *Cours d'Ecriture sainte et de Théologie* furent tirés avec la correction insuffisante donnée dans les imprimeries à presque tout ce qui s'édite; il est vrai aussi qu'un certain nombre d'autres volumes, appartenant à diverses Publications furent imprimés ou trop noir ou trop blanc. Mais, depuis ces temps éloignés, les mécaniques ont cédé le travail aux presses à bras, et l'impression qui en sort, sans être du luxe, attendu que le luxe jurerait dans des ouvrages d'une telle nature, est parfaitement convenable sous tous les rapports. Quant à la correction, il est de fait qu'elle n'a jamais été portée si loin dans aucune édition ancienne ou contemporaine. Et comment en serait-il autrement, après toutes les peines et toutes les dépenses que nous subissons pour arriver à purger nos épreuves de toutes fautes? L'habitude, en typographie, même dans les meilleures maisons, est de ne corriger que deux épreuves et d'en conférer une troisième avec la seconde, sans avoir préparé en rien le manuscrit de l'auteur.

Dans les *Ateliers Catholiques* la différence est presque incommensurable. Au moyen de correcteurs blanchis sous le harnais et dont le coup d'œil typographique est sans pitié pour les fautes, on commence par préparer la copie d'un bout à l'autre sans en excepter un seul mot. On lit ensuite en première épreuve avec la copie ainsi préparée. On lit en seconde de la même manière, mais en collationnant avec la première. On fait la même chose en tierce, en collationnant avec la seconde. On agit de même en quarte, en collationnant avec la tierce. On renouvelle la même opération en quinte, en collationnant avec la quarte. Ces collationnements ont pour but de voir si aucune des fautes signalées au bureau par MM. les correcteurs, sur la marge des épreuves, n'a échappé à MM. les correcteurs sur le marbre et le métal. Après ces cinq lectures entières contrôlées l'une par l'autre, et en dehors de la préparation ci-dessus mentionnée, vient une révision, et souvent il en vient deux ou trois; puis l'on cliche. Le clichage opéré, par conséquent la pureté du texte se trouvant immobilisée, on fait, avec la copie, une nouvelle lecture d'un bout de l'épreuve à l'autre, on se livre à une nouvelle révision, et le tirage n'arrive qu'après ces innombrables précautions.

Aussi y a t-il à Montrouge des correcteurs de toutes les nations et en plus grand nombre que dans vingt-cinq imprimeries de Paris réunies! Aussi encore, la correction y coûte-t-elle autant que la composition, tandis qu'ailleurs elle ne coûte que le dixième! Aussi enfin, bien que l'assertion puisse paraître téméraire, l'exactitude obtenue par tant de frais et de soins, fait-elle que la plupart des Editions des *Ateliers Catholiques* laissent bien loin derrière elles celles même des célèbres Bénédictins Mabillon et Montfaucon et des célèbres Jésuites Petau et Sirmond. Que l'on compare, en effet, n'importe quelles feuilles de leurs éditions avec celles des nôtres qui leur correspondent, en grec comme en latin, on se convaincra que l'invraisemblable est une réalité.

D'ailleurs, ces savants éminents, plus préoccupés du sens des textes que de la partie typographique et n'étant point correcteurs de profession, lisaient, non ce que portaient les épreuves, mais ce qui devait s'y trouver, leur haute intelligence suppléant aux fautes de l'édition. De plus les Bénédictins, comme les Jésuites, opéraient presque toujours sur des manuscrits, cause perpétuelle de la multiplicité des fautes, pendant que les *Ateliers Catholiques*, dont le propre est surtout de ressusciter la Tradition, n'opèrent le plus souvent que sur des imprimés.

Le R. P. De Buch, Jésuite Bollandiste de Bruxelles, nous écrivait, il y a quelque temps, n'avoir pu trouver en dix-huit mois d'étude, *une seule faute* dans notre *Patrologie latine*. M. Denzinger, professeur de Théologie à l'Université de Wurzbourg, et M. Reissmann, Vicaire Général de la même ville, nous mandaient, à la date du 19 juillet, n'avoir pu également surprendre *une seule faute*, soit dans le latin soit dans le grec de notre double *Patrologie*. Enfin, le savant P. Pitra, Bénédictin de Solesme, et M. Bonetty, directeur des *Annales de philosophie chrétienne*, mis au défi de nous convaincre d'une seule erreur typographique, ont été forcés d'avouer que nous n'avions pas trop présumé de notre parfaite correction. Dans le Clergé se trouvent de bons latinistes et de bons helénistes, et, ce qui est plus rare, des hommes très-positifs et très-pratiques, eh bien! nous leur promettons une prime de 25 centimes par chaque faute qu'ils découvriront dans n'importe lequel de nos volumes, surtout dans les grecs.

Malgré ce qui précède, l'Editeur des *Cours complets*, sentant de plus en plus l'importance et même la nécessité d'une correction parfaite pour qu'un ouvrage soit véritablement utile et estimable, se livre depuis plus d'un an, et est résolu de se livrer jusqu'à la fin à une opération longue, pénible et coûteuse, savoir, la révision entière et universelle de ses innombrables clichés. Ainsi chacun de ses volumes, au fur et à mesure qu'il les remet sous presse, est corrigé mot pour mot d'un bout à l'autre. Quarante hommes y sont ou y seront occupés pendant 10 ans, et une somme qui ne saurait être moindre d'un demi million de francs est consacrée à cet important contrôle. De cette manière, les Publications des *Ateliers Catholiques*, qui déjà se distinguaient entre toutes par la supériorité de leur correction, n'auront de rivales, sous ce rapport, dans aucun temps ni dans aucun pays; car quel est l'éditeur qui pourrait et voudrait se livrer APRES COUP à des travaux si gigantesques et d'un prix si exorbitant? Il faut certes être bien pénétré d'une vocation divine à cet effet, pour ne reculer ni devant la peine ni devant la dépense, surtout lorsque l'Europe savante proclame que jamais volumes n'ont été édités avec tant d'exactitude que ceux de la *Bibliothèque universelle du Clergé*. Le présent volume est du nombre de ceux révisés, et tous ceux qui le seront à l'avenir porteront cette note. En conséquence, pour juger les productions des *Ateliers Catholiques* sous le rapport de la correction, il ne faudra prendre que ceux qui porteront en tête l'avis ici tracé. Nous ne reconnaissons que cette édition et celles qui suivront sur nos planches de métal ainsi corrigées. On croyait autrefois que la stéréotypie immobilisait les fautes, attendu qu'un cliché de métal n'est point élastique; pas du tout, il introduit la perfection, car on a trouvé le moyen de le corriger jusqu'à extinction de fautes. L'Hébreu a été revu par M. Drach, le Grec par des Grecs, le Latin et le Français par les premiers correcteurs de la capitale en ces langues.

Nous avons la consolation de pouvoir finir cet *avis* par les réflexions suivantes : Enfin, notre exemple a fini par ébranler les grandes publications en Italie, en Allemagne, en Belgique et en France, par les *Canons grecs* de Rome, le *Gerdil* de Naples, le *Saint Thomas* de Parme, l'*Encyclopédie religieuse* de Munich, le recueil des *déclarations des rites* de Bruxelles, les *Bollandistes*, les *Suarez* et le *Spicilège* de Paris. Jusqu'ici, on n'avait su réimprimer que des ouvrages de courte haleine. Les in-4°, où s'engloutissent les in-folio, faisaient peur, et on n'osait y toucher, par crainte de se noyer dans ces abîmes sans fond et sans rives; mais on a fini par se risquer à nous imiter. Bien plus, sous notre impulsion, d'autres Editeurs se préparent au *Bullaire* universel, aux *Décisions* de toutes les Congrégations, à une *Biographie* et à une *Histoire* générale, etc., etc. Malheureusement, la plupart des éditions déjà faites ou qui se font, sont sans autorité, parce qu'elles sont sans exactitude; la correction semble en avoir été faite par des aveugles, soit qu'on n'en ait pas senti la gravité, soit qu'on ait reculé devant les frais; mais patience! une reproduction correcte surgira bientôt, ne fût-ce qu'à la lumière des écoles qui se sont faites ou qui se feront encore.

Digitized by Google

TRADITIO CATHOLICA.
SÆCULUM VII, ANNI 675-680.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΝΔΡΕΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΡΗΤΗΣ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

S. P. N. ANDREÆ

CRETENSIS ARCHIEPISCOPI

OPERA QUÆ REPERIRI POTUERUNT OMNIA.

ACCEDUNT

JOANNIS MALALÆ, THEODORI ABUCARÆ CARUM EPISCOPI

SCRIPTA TUM HISTORICA, TUM ASCETICA QUÆ SUPERSUNT;

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

VENIT 11 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUT*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MOENIA PARISINA.

1865

Digitized by Google

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM VII, ANNI 675-680.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO XCVII CONTINENTUR.

JOANNES MALALAS CHRONOGRAPHUS BYZANTINUS.

Ludovici Dindorfii Præfatio ex edit. novissima Bonnensi. *col.* 9
Humfredi Hodii Prolegomena editioni Oxoniensi præfixa. 11
Joannis Malalæ CHRONOGRAPHIA ex editione Bonnensi, additis Edm. Chilmeadi et Humfredi Hodii notis. 65
Richardi Bentleii Epistola ad Joannem Millium de Joannis Malalæ Chronographia. 717

S. ANDREAS CRETENSIS ARCHIEPISCOPUS

Homiliæ XXI, ex editione Gallandii et Francisci Combefisii collectæ et juxta ordinem analogicum dispositæ. 806
De imaginibus. 1302
Computus paschalis (*memoratur tantum; exstat enim in append. ad Eusebii Pamphili Chronicon tomo XIX editum*). 1303
Canones et Triodia 1366
Idiomela. 1434
Iambi ad Agathonem. 1438

ELIAS CRETENSIS METROPOLITA.

Scholia in S. Gregorii Nazianzeni Orationes. (*Eliæ Scholia Græce ex codice Basileensi primi edidimus post Gregorii Orationes, hujusce Patrologiæ tom. XXXVI, exscribente et nobiscum communicante V. D. Alberto Jahnio, Bernate-Helvetio.*)

THEODORUS ABUCARA CARUM EPISCOPUS.

Opuscula ascetica, ex editione Jacobi Gretseri. 1469

Parisiis. — Ex typis MIGNE.

Digitized by Google

JOANNES MALALAS.

PROLEGOMENA.

LUDOVICI DINDORFII PRÆFATIO.

(*Collectio Byzantina* ed. Bonnæ 1830, 8°.)

Joannis Malalæ chronographiæ unus est codex Oxoniensis Baroccianus, ex quo descriptam ab Edmundo Chilmeado, cum is morte præventus esset, edidit Humfredus Hodius eique ita præfatus est ut mihi de codice et Chilmeado nihil, pauca de scriptore et hujus editionis ratione dicenda supersint. Joannis libro Oxoniensi cum et initii pars non exigua et sub finem non constat quanta perierit, illius jacturam sarsit Chilmeadus ex alio ejusdem bibliothecæ chronographo manuscripto, quem Georgium monachum esse, vulgo Hamartolum dictum, sibi persuasit Hodius : mihi ipsum exordium cum Georgii particula ab Allatio edita non ita convenire visum est, quin scriptorem Oxoniensem Georgium an quem alium haberi oporteat ejus judicio relinquere maluerim cui integram certe partem ab Chilmeado editam cum Georgio contendendi copia et animus fuerit. Cum enim chronographorum Byzantinorum alter alterius simia sit, si qui per aliquot paginas ad verbum secum consentiunt, non est cur existimemus non esse homines inter se diversos. Extremæ autem Malalæ partis detrimento cum incertum reddatur concluseritne ille cum Justiniano an ulterius deduxerit chronographiam suam, eoque major oriatur dubitatio quando ipse putandus sit vixisse, Hodius omni ope contendit ut sæculo nono ineunti admoveret scriptorem tantæ inscitiæ et barbariæ quanta in ævum Justiniano propinquum cadere ei non posse videretur. Cumque [VI] Joannes Damascenus, quem sæculo octavo medio exstinctum constat, oratione tertia de imaginibus in fabula quadam narranda Malala utatur auctore, ita ejus testimonium eludit ut orationem illam posse suppositam esse dicat. Quæ quam levia sint facile apparet. Joannis Damasceni orationes tertiam inter et secundam tanta intercedit rerum omnium similitudo ut si altera a quo scripta esset nesciretur, ab eodem ambas homine profectas esse nemo qui legeret non esset suspicaturus. Sed etiamsi certissime demonstrari posset tertiam non esse Joannis ea re ne minimum quidem ejus de Malalæ ætate testimonium mutaretur. Utramque enim eodem scriptam esse tempore illo quo anathema adversus Leonem episcopi Orientis minabantur quidem, sed nondum pronuntiabant, ex eo recte collegit Lequienus vol. I, p. 306, quod eadem in utraque verba sunt p. 332, et p. 346 : Κἂν ἄγγελος, κἂν βασιλεὺς εὐαγγελίζηται ὑμᾶς παρ' ὃ παρελάβετε, κλείσατε τὰς ἀκοάς · ὀκνῶ γὰρ τέως εἰπεῖν, ὡς ἔφη ὁ θεῖος Ἀπόστολος, Ἀνάθεμα ἔστω, ἐκδεχόμενος τὴν διόρθωσιν. Hodius vero quod addit, si minus totam orationem illam, certe locum e Malala excerptum fieri posse ut aliquis interpolaverit, verbo monuisse sufficit non meliori cum ratione dictum esse quam quæ de Clementis, Theophili, Hesychii ætate suæ opinioni commoda hariolatur : ad quæ quod responderi posse quivis intelligit respondit Lequienus p. 368. De ipsius autem Malalæ ingenio summaque et inscitia et, si cum scriptoribus paulo antiquioribus conferatur, sermonis barbarie qui ita sentiat ut indigna arbitretur homine Syro sæculi sexti septimive cum vulgo loquenti, ipsam rem Byzantinam oportet ignoret. Aliter judicarunt viri rerum Byzantinarum peritissimi, Reiskius et Gibbonus : quorum alter *Histor.* cap. 40, annot. 11, Malalam brevi post Justinianum scripsisse assentitur Jortino *Animadvers.* vol. IV, p. 383 : qua ipsa libri illius parte ego me ægre fero carere; Reiskius autem ita scribit in Commentario ad Constantinum præclare nuper auctо, p. 855. « Μειζότερος pro [VII] μείζων jam apud Malalam t. II, p. 236, 1, de cujus auctoris ætate Justiniano æquali dubitare non debebat Hodius ob dictionis sordes. Istius jam sæculi et ratiocinia inepta erant et dictio monstrosa. Ex quo Christiani doctores turbare publicam rem inutilibus quæstionibus, omissisque studiis litterarum humaniorum, ad speculationes ridiculas, et quas ne ipsi quidem intelligerent, prolabi cœperunt, periit omnis in cogitando rectitudo, in dictione perspicuitas, cura et nitor. Non tam Barbaris barbariem, quam Christianis debemus. Vide, quantus tumor, quanta peregrinitas in Codice Theodosiano, quam non anilis sæpe Procopius, omnium sibi æqualium absque controversia optimus, quam coacta et Latinizans ejus dictio. Affectatum artificium, per quod oratio Cimmeriis tenebris fieret obscurior, laudi erat, et tanto quisque doctior, quanto Cassiodorum et simules superaret. Sed hoc in transitu Solœcismi hi, qua-

Digitized by Google

les sunt μειζότερος et similia, fuerunt quidem nunquam non in usu apud vulgum, sed scriptores vel parum elegantiæ memores ab iis sibi abstinebant. Malalæ, ut ad eum redeam, ex ipso nomine constat ætas. *Malalas* est nomen Syriacum. Sermo Syriacus obtinebat in Syria usque ad initia Muhammedanismi. Eo surgente, Saracenis Syriam rapientibus, exegerunt Syriasmum, ejusque loco Arabismus omnia obundabat, Syriasmo in ecclesiarum Christianarum angustias concluso. Debuit ergo Malalas eo adhuc ævo vixisse et scripsisse, quo sermo Syriacus in usu erat. Pro rhetore Arabes non *Malal*, sed *Chathîb* dicunt.» Quibus addi licet in rebus locisque Syriæ describendis nusquam ne tenuissimum quidem vestigium apparere mutati in ea per Arabes rerum qui sub Byzantinis fuerat status. Cæterum apud Joannem Damascenum quod Malalas vocatur Ἰωάννης Ἀντιοχείας, non patriarcham, sed civem Antiochensem intelligendum esse assentior Hodio Proleg. §. VIII : quomodo dictum Ἀντιόχου [VIII] Κολοφῶνος in opusculo ms. Oxoniensi fefellit Bentleium epistola ad Millium p. 8.

Hactenus de Malala. Editio nostra cum integra reddere deberet quæ adnotasset Chilmeadus, nec ferendum videretur his etiam apponi tot levissimorum mendorum correctiones, ego adnotationes ejus dispertitus bifariam sum ita, ut meis insererem quas utiles ad crisin ducerem, cæteras ad calcem relegarem. Ipse quæ scribendi vitia viderentur correxi aut notavi : sæpe autem ambiguum esse quæ librario, quæ ipsi imputanda sint tali scriptori, sponte intelligitur. Futilitatem hominis per partes aliquot censura sua dignatus est Bentleius, omnem refelli nemo ferat.

Editio Oxoniensis cum tam sit negligenter impressa ut integros versus omissos prodat interpretatio Latina p. 108 et 145, operæ pretium facturus sit qui libri Barocciani iterum conferendi laborem suscipere tanti putet. Mihi hæc etiam ratio fuit non tangendæ interpretationis Chilmeadi, quæ nunc codicis instar est. Abjeci vero quos Hodius addiderat Indices scriptorum et vocum dictionumque ab Ducangio omissarum mancos et tenues, novis eorum loco substitutis.

Denique adnotamus editionem Oxoniensem prodiisse duplici titulo annum 1691 præferente inscriptam, cui in alio quo utor exemplari tertius additur anno 1692 insignitus; Venetam ob vitiorum multitudinem prorsus inutilem a. 1733.

Scribebam Lipsiæ Idibus Octobribus MDCCCXXX.

DE AUCTORIS COGNOMINE

PRÆMONITIO.

[IX] *Malala cognomen Syriacum. Ita scribi a Græcis potuisse : magis tamen convenire cum illorum analogia ut Μαλάλας scribatur; sicque scriptum fuisse videri. Ab auctore Prolegomenorum præfertur Syrorum genuinum ac originarium nomen Malala. Quod ostenditur optime congruere usui linguæ Latinæ. Eo rhetorem significari. Hoc multorum litteratorum fuisse cognomen. Quo sensu sic auctor appellatus sit.*

In verbis Joannis (quem appellant) Damasceni et Constantini Porph. e quibus conceptus est, qui præmittitur titulus, utrum auctoris cognomen Μαλάλα (seu Μαλέλα) in *casu*, ut loquuntur, *genitivo* a Μαλάλας (seu Μαλέλας) ut Βαρνάβα a Βαρνάβας, Σουΐδα a Σουΐδας, descendat; an, ut peregrinum et extraneum vocabulum, sit potius indeclinabile, haud certo satis apparet. Nos secuti auctoritatem virorum maximorum, quotquot hactenus hujus cognominis mentionem fecerunt, Gerardi et Isaaci Vossiorum, Usserii, Dufresnii, aliorumque complurimorum, pro *indeclinabili* accepimus. Neque hoc sane temere. Nam quamvis videatur haud licere per Græcorum analogiam virilia nomina apud eos in *a* terminari; non tamen abhorret ab eorum usu, ut nomina virorum *Orientalia* et *Barbara* absque ulla Græca terminatione, aut *casuum* variatione, Græco ore proferantur. Neque quisquam ignorat quam ament Orientales (e quibus erat noster chronographus) sua nomina et cognomina in *a* formare. [X] Id elucet istis exemplis quæ exhibent passim monumenta S. Paginæ. Idem indicant nomina et cognomina Arabica, *Abdalla*, *Hanifa*, *Nahala*, *Taphala*, *Mashalla*, aliaque id genus millia : hinc Jesus illis est *Isa*, Darius *Dara*, Kosroes *Kezra*, Basilius *Basila*, ut apud *Said Ebn Batrik*. De *Syris* denique ipsis, popularibus nostri auctoris, quod eadem gaudeant terminatione, consulatur Catalogus *Scriptorum Syriacorum* a *Sobensi metropolita* conscriptus. Celebrantur ibi *Maruta*, *Barsoma*, *Hanana*, *Dan. Resaina*, *Abrah. Catina*, *Greg. Sussatra*, cum multis aliis, pars magna Catalogi. Sed quorsum hæc? Monuisse sufficerit esse plane *Syriacum* auctoris nostri cognomen, et in *a* apud eos desinere constare. Quam soleant autem Græci peregrina hujusmodi nomina cum nativis terminationibus in *Græciam* suam recipere, exemplorum demonstrat multitudo innumerabilis. In prima acie ex Jo. Cantacuzeno stat Ἰωάννης Περάλτα. Illene recentior, et non ex heroibus antiquis?

Digitized by Google

Cave agas de eo *triumphos*. En quot et quantos satellites habeat despicabilis hicce Περάλτα. Apud *Seriem chronologicam*, perductam ad Alexium Comnenum, quam edidit doctissimus Petavius, occurrit Κωνσταντῖνος ὁ Δοῦκα imp. Apud Bartholomæum Edessenum memoratur Μεδία, et Arabicus *Hanifa* ab eodem dicitur Χανιφά, quod nomen quamvis habeatur apud eum in casu genitivo, tamen positum fuisse pro indeclinabili, cum ex ipso accentu, tum ex aliis nominibus sequentibus, dilucide apparet. In anonymi *Conſut. Muhammedis*, hujus assecla Βαειρὰ commemoratur : Προσεκολλήθη δὲ τῷ Μουχαμέτ τις Ἰακωβίτης ὀνόματι Βαειρά. Ibidem occurrunt ὁ Αὐδιὰ et Αὐδαλλὰ (*Abdalla*) Muhammedis alii sodales. Hoc notent doctissimi viri qui pernegant nomen *Abdalla* apud Græcos unquam cadere in α. Eidem rursus auctori, ut et Niceteæ Choniatæ in *Thesauro*, angelorum 2, Muhammedis sunt nomina propria Τζάφα et Μαρούα. Sic Euthymio Zigabeno Τζιτζαφά (male) et Μαρουά. Audiatur Agathias, probatissimus scriptor, de rege Persarum *Vararane*, Σεγανσαὰδὲ ἐπεκλήθη, et mox εἰκότως ὁ παῖς Σεγανσαὰ ἐπωνόμαστο. Idem rursus de alio *Vararane*, Persarum itidem rege, ὃς δὴ καὶ Κερμασαὰκ ὠνομάζετο. Accedat his Eratosthenes, antiquissimus ille, Græcorumque grammaticorum princeps; in cujus *Catalogo regum Thebæorum* nobis militat rex Κομαεφθά· vocabulum factum ex [xi]Φθὰ sive Φθᾶ (ne librario id vitio vertatur), quod Ægyptiis nomen *Vulcani* fuit, sicque scribitur Porphyrio in casu nominativo. Addo insuper Ἡμοῦλα, cognomen fuisse apud ipsos Alexandrinos patriarchæ. Audi testem luculentum Theophanem in *Chronographia :* Ἰωάννης ὁ ἐπίκλην Ἡμοῦλα. Sic apud Victorem Tun. *Joannes cognomento Hemula*. Quam hoc illustre exemplum! Qui poteris istius vim evitare? Num culpam librario impinges? Vah effugium! Eidem *Theophani* Ἐλεσβὰ est nomen regis Æthiopum : quod quamvis legatur in casu non recto, esse tamen indeclinabile fidem facit accentus. At audias insuper alia. In Græca Scripturarum versione quid apertius aut usitatius? Ματθουσάλα, Σισάρα, Σάλα, Ἰεσσδούα, Ῥάδα, Ἀζαρία, sexcenta alia. Neque ista solum in S. Scripturæ versione hanc terminationem sortita sunt, sed cum ea evolarunt ad omnes Græcos, et in usum vulgarem abierunt. Nonne A mutabatur apud posteros Græcos in ΑΣ? De aliquibus, concedo : de omnibus, pernego. Testimonium dicat Matthæus evangelista. Celebrantur ab eo ὁ Ζαρὰ, ὁ Ἀβιὰ, ὁ Ἀσά. Præter Fl. Josephum qui ex Bibliorum Græca versione sua non scripsit, cedo mihi vel unum, cui patriarcharum annosissimus ille, Ματθουσάλας non Ματθουσάλα, appelletur, etsi nomen illius apud tot scriptores passim memoretur, et, propter longævitatem, vel in vulgi ore ubique terrarum ferebatur. Ματθουσάλα ille nominatur a Theophilo Antioch. Africano, Eusebio, Syncello, auctore Chronici Pasch. Nicephoro Patr. Cedreno, Glyca, Hamartolo nostro, anonymo Petaviano, aliis. Post hocce exemplum, quid attinet alia afferre, quæ apud eosdem auctores, cum Philone Jud. Joele et Theodoreto in *Hist.* leguntur, Σισάρα, Σάλα, Θάρρα, Σαβαταχὰ, Σεβᾶ, Ἀνανία, cæteraque pleraque similia? Ita me Musæ ament, ut ex animo me tædet ac piget tandiu demorari in minutiis hisce puerilibus : tamen gratia eorum, qui dubitent, hic alia quædam exempla subjungam, quorum eadem est analogia ac ratio. Ὁ Παμβὼ, ὁ Χαλὲ, ὁ Μαδὶ, et germana apud ecclesiasticos scriptores, ignorata sunt nullis nisi quibus sub ferula manus est. Ἀλέξιος ὁ Μωσηλὲ, magnatum Græcorum quidam, apud Georgium Mon. in Novis Impp. *Glycas :* Ὁ μέντοι Θεόφιλος γαμβρὸν εἶχεν Ἀλέξιον, οὗ Μωσηλὲ τὸ ἐπώνυμον. Apud continuatorem Constantini Porph. Historiæ Basilii Macedonis, [xii] memoratur Ῥωμανὸς ὁ Μωσελὲ, ex Græcis magnatibus alius. Apud alium Ἰζὶδ Μουαλαδί. Sic apud *Codinum* et *Glycam* Μιχαὴλ ὁ Ῥαγγαβὲ, Græcorum ipse imperator : Cedreno; Μιχ. ᾧ Ῥαγκαβὲ ἡ προσηγορία. Consimilia alia in vocales cadentia, quæ ex S. Scripturis in usum communem recepta sunt, non enumero, ne videar conscribere Judæorum *exercitum* aliquem, *Salomonis* fortasse aut *Jehosophati*. Nec innumera ista recenseo, quæ passim apud Græcos historicos præter normam sermonis Græcanici consonantibus clauduntur. Hoc tantum observo de pseudoprophetæ Turcarum nomine, quod quamvis apud Græcos scriptores tam frequens istius sit mentio, ne semel tamen, quod sciam, Græca terminatione donatur. Μουάμεδ, Μωάμεθ, Μωάμετ, Μουχουμὲτ, Μουχαμὲτ, Μάμεθ, etc.

Hæc lusimus (Lector erudite) in grammaticis, non grammatici; quippe nos qui Μαλάλα pro indeclinabili sumpsimus, erroris ingentis contra usum Græcorum insimulant viri doctissimi : quem dicunt non pati, ut nomen ullum virile, quantumvis Barbaricum, apud eos in a terminetur. Si ulterius instant (ut faciunt) et ab ipso accentu, quod in syllaba penultima statuatur, posse duci argumentum existimant; convertantur retro oculi, ad Μεδία, Περάλτα, Μαρούα, Ἡμοῦλα, Ἰεσδούα, Σισάρα, Ἀζαρία, Ἀνανία, Ματθουσάλα. Quibus addi et alia possint : Ὠχαΐα, Ἀδδία, Σαραβία, centum alia in S. Scripturis germanissima. Neque alia est ratio euntium in alias vocales, Ῥαμεσσεμένω in Serie quadam regum Ægyptiorum, Ἰεφθάε, Ἰωδάε, etc., aut terminatorum consonantibus, Ἀβιμέλεχ, Ἰάρεδ, Ἰάφεθ, Ἰσσάχαρ, Γελίμερ, Ταλίμερ, etc.

Sic liberos nos, et prædictos summos viros ab omni peccato contra usum Græcorum, præstitimus. Progrediamur ulterius : et ut fuit ostensum repugnare nihil, quominus potuerit casu recto scribi Μαλάλα, sic breviter nunc inquiramus, an reipsa ita scribi consueverit. Sane hæc etsi ita se habeant, et quamvis appareat potuisse scribi Μαλάλα; mihi tamen non deest quod facile cuivis persuadeat, non ita revera, sed Μαλάλας scriptum fuisse. Nempe hoc id evincere videtur, quod a Tzetze Chiliasta, qui pro α, ε ubique substituit, non ut indeclinabile, sed prorsus ad exemplum et ingenium Græci sermonis, Μελέλης scribatur. Idem inde videtur verisimile admodum fieri, [xiii] quod quamvis non semper peregrinis hujusmodi nominibus assumatur Græca terminatio, constat tamen id usu sæpissime

Digitized by Google

venire. Sic quoque inter recentiores (ut missa faciamus infinita) Ἀλληλούϊα vocabulum, cum pro nomine virili, ut in codico quodam ms. usurpatur, scribi Ἀλληλουΐας animadvertimus. Δοῦλος τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ Μαρδάριος μοναχὸς ἐπίκλην ὁ Ἀλληλουΐας. Hæc, lector, scripsimus olim ad amicos eruditissimos : ii tamen (quod plane miramur) ita contra nos instituunt disputationem, quasi contendissemus, non modo potuisse in recto scribi Μαλάλα, sed et reipsa sic scriptum fuisse, scribique sic debuisse.

Hoc itaque ponatur de Græcanica terminatione. Videamus jam de Latinis. An illi *Malalas* seu *Malelas* scribent cum Græcis? An potius sequentur Syrorum originariam? Certe Græcam ego non moror, cum appareat *Originaria*, et ista usu vulgari non jamjam sit stabilita. Mihi placet Syrorum genuinum vocabulum *Malala* : nam eamdem terminationem in virorum nominibus quam maxime amant Latini, ut in *Seneca*, *Nasica*, *Messala*, aliisque sexcentis. Cum certo nobis innotescat genuinum vocabulum *Malala*, cum exacte id conveniat linguarum nostrarum analogiæ, cum insuper hæc terminatio jam usu communi obtinuerit; quid nobis, amabo, quid, precor, si *Graci* τῷ Α *suum* Σ addebant? Quis aquam ex rivulo hauriet quando adest ipsa fontana, eaque et usui et palato convenientior? Quis sciens dicet *Abdallas* aut *Abdelas* (quæ Græcis est usitatior terminatio) et non cum Arabibus *Abdalla*? At objicis nobis : Cum arrideat usque adeo nomen Syriacum, cur a Græcis, non Syris, derivatur auctori prænomen? cur dicitur prænomine *Joannes*, et non, ut se habet Syriace, *Juhhanan*? Ne sibi tropæa hic aliquis temere statuat, en tibi, responsum : nempe, quia *Joannes* prænomen Latinum jam factum est. At quo me ferunt hæ nugæ? *Malala* aut *Malalas* pro arbitrio dicant eruditi. Suam alii sententiam sequantur. Ego sane non ero sollicitus de ejusmodi ineptiis. Et qui istoc *Seldenianum*, Περὶ παντὸς τὴν ἐλευθερίαν, saltem in *Philologicis*, mihi ipsimet vendico, æquum est ut aliis eamdem libertatem concedam. Hoc tantum submoneo, eo usque, in nominibus virorum, *a* terminatione delectatos fuisse Latinos, ut in illis ipsis, quæ a Græcis [xiv] proxime acceperint τὸ *ας* Græcorum in *a* frequentissime immutent. Hoc apparet fere semper fecisse Latinorum antiquiores. Neque desunt exempla post illa etiam tempora, quibus, Græcia tota in Romam se effundente, contrarius mos invalescere cœperat; neque ea profecto in nominibus solum servorum aut libertinorum, viventium in Latina civitate, quod omnino precario statuunt viri docti. Hinc apud Solinum, Justinum, Orosium, Hieronymum in *Chronico Eusebiano*, *Perdicca* rex Macedonum. (An ille Romanus libertinus? an vixit in Latina civitate?) Hinc rursus apud Orosium, *Aruba* rex Molossorum, et *Alecta* frater Perdiccæ. Hinc apud Amm. Marcellinum, *Hormisda*, nomen regum aliquod Persarum, quod Ὀρμίσδας tamen scribitur Græcis, quibus ferunt acceptum Latini; ut apud Theophylactum Simocattam, Syncellum, Theophanem, Zonaram, Cedrenum, Nicephorum in Breviario, alios. Hinc papæ nomen Hormisda in Pontificali Anastasii, et in ipsis ejus Epistolis. Liceret, cum compluribus aliis, τὸ *Mida*, ex D. Hieronymo, aliisque eo vetustioribus, ad hæc adjicere : sed de lana Grammaticorum caprina, plus satis.

A nominis terminatione ad ipsum nomen, e cœno in flores, mi lector, jam transeamus. Hinc suum cognomen sortitus est noster *Joannes*, quod in barbaro suo sæculo rhetoricam qualis qualis profitebatur; nempe eam docendo, pædagogus suo sæculo dignus; vel causas in foro agendo, scholasticus seu advocatus. Nam *Malala* (seu *Malela*, ut scribitur ex pronuntiatione aliquanto faciliori, et receptiori, sed minus recta) in lingua Syriaca est *rhetor* seu *orator*, *sophista* sive *scholasticus*. Ex qua profecto professione, animadvertere licet, permultis olim litteratis viris consuevisse hærere cognomina. Visne exempla? Ecce nobis complura in promptu sunt. Claruere cognomine *rhetorum*, Demochares, Priscus, Zacharias, Procopius, Diodorus, et Joannes alius antiquior Antiochenus. *Sophistarum* floruere cognomine, Callinicus, Abas, Eusebius, Metrophanes, Malchus, Eutropius, Eustochius, Nicostratus, Polemon, Bemarchius, alii. Sic *Scholasticorum* cognomento sunt insigniti, Agathias, Evagrius, Socrates, et Sozomenus. Hi omnes, ut *Malala* noster (nam alios sciens prudensque taceo), scriptores Historiarum. Eo usque [xv] convenit rhetoricæ professio cum studio Historias scribendi! Verum siste, Lector, paulisper. Nolim abeas de hisce ex omni parte securus. Quidni alia ex causa cognomen *Malalæ* seu *Rhetoris* adeptus sit noster? Non te celabo fuisse etiam *Rhetorem* in Orientali sic dictum officialem. Hinc Θεόδωρος Διάκονος Ῥήτωρ apud S. Maximum Confes. qui et Rhetorem eum simpliciter solet appellare. Hinc aucti quoque Rhetorum titulo Michael Thessalonicensis apud Ephræmium in Chronico inedito; Manuel Holobolus, cujus exstant in membranis Poemata in laudem Michaelis Palæologi imp., Joannes Diaconus, Scriptor vitæ Josephi Hymnographi; et (ut alios prætereamus) Georgius Contis (is nuperus erat) in codd. manu exaratis : Γεώργιος Κόντις ὁ Ῥήτωρ τῆς μητροπόλεως Αἴνου. καὶ ἔκδικος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. In codd. aliis 2. Ὅπερ βιβλίον ἐστὶ Γεωργίου Ῥήτορος Αἴνου. Hinc quoque in Ecclesia dignitas, τῶν Ῥητόρων Μαΐστωρ, seu Διδάσκαλος· et Μέγας Ῥήτωρ. Μανουὴλ ὁ μέγας Ῥήτωρ, qui scripsit contra Latinos, celebratur in volumine ms. Sic Eustathius ille celeberrimus, archiep. postmodum Thessalonicensis, in titulo Orationis ms. ad imp. appellatur Διδάσκαλος τῶν Ῥητόρων. Idem in inscriptione epistolæ, quæ ejus Commentariis in Dionysii Periegesin præfigitur, Μαΐστορος τῶν Ῥητόρων titulo ornatur. *Rhetor* hoc sensu sumptus, appellatur quandoque *Sophista*. In *Scholiis* recentioribus ad Pindarum : Παρὰ τοῦ ἡμετέρου σοφιστοῦ ἤτοι μυσταγωγοῦ, κυροῦ Δημητρίου τοῦ Τρικλινίου. Utrum hoc sensu, *Rhetoris* seu *Malalæ* appellatione decoratus sit noster Chronographus, penes doctos esto judicium.

Digitized by Google

Jam ad alia, Lector, procedas. At priusquam procedas, votorum quorumdam mihi testis esto; et olim, si unquam violavero, monitor : votorum quorumdam eruditis viris, proh dolor! hucusque ignotorum; sed quæ ego perpetuo a primis litteris, ut facio, feci ex corde.

[XVI] Faxit Numen, ut vel æterno ego silentio inter non scribentes delitescam, vel semper ut virum *ingenuum*, *liberalis ac generosæ educationis*, *veræ philosophiæ studiosum* decet, scribam : veritatis unicæ indagator, absque omni styli acerbitate, mitis, urbanus, candidus, ad id quod indecens est adeo non pronus, ut nec movendus : nugarum denique contemptor.

HUMFREDI HODII

DE AUCTORE

PROLEGOMENA.

—

[XVII] SYLLABUS CONTENTORUM.

Joannes Antiochenus Malala Chronog. eruditis tantum non ignotus. Exstitisse alium Jo. Antiochenum Chronographum, cujus edidit Excerpta ex collectione Constantini Porphyrogenneti Valesius, qui male cum Malala confundi solet, I, II. — Jo. Antiochenus Chronog. a quibus auctoribus citatus, III. — Eum quem adducunt scriptores Græci, a Malala diversum, et cum altero prædicto eumdem videri, IV. — Exstare in quibusdam bibliothecis Jo. Antiocheni Collectanea cum a Collectaneis Jo. Antiocheni Valesianis, tum etiam a Malalæ Chronographicis diversa. In bibliotheca Paris. exstare Excerpta ex Chronico Jo. Antiocheni, qui idem fuisse videtur cum Joanne Valesiano, sed Excerpta ista a Valesianis distincta sunt. De Jo. Antiocheno Περὶ ἀρχαιολογίας scriptore : etiamnum illum superesse, et eumdem videri cum Joanne Valesiano, a Malala saltem esse diversum. Fama de Jo. Malala in Gallia delitescente. Exortum inde fuisse quod cum altero illo Antiocheno Chronographo eruditi illum confuderint, V. — Jo. Antiochenum Περὶ ἀρχαιολογίας habere multa cum Jo. Malala communia, VI. — De aliis Joannibus Antiochenis Chronographis. Ge. Vossius, et Phil. Labbeus notati, VII. — Jo. Malalam non fuisse patriarcham Antiochenum. Notantur interpretes Jo. Damasceni; Gothofredus, Baronius, alii. De variis Joannibus Antiochenis patriarchis. In Albo patriarcharum Antiochenorum reperiri Joannem nullum, qui eadem ætate, qua vixit Malala, floruerit, VII, VIII, IX. — Franc. Combefisii hallucinatio, Malalam nostrum confundentis cum Jo. [XVIII] Antiocheno presbytero, cujus meminit Gennadius, ac cum Jo. Diacrinomeno, X, XI. — Videri eum inter orthodoxos potius quam hæreticos esse adnumerandum, XII. — Recensentur alii Joannes Antiocheni. De Jo. Malala patriarcha Alexandrino, XIII. — De Jo. Malalæ ætate. Non fuisse coævum Justiniano ejus nominis primo, quod vel ut Chilmeadus et alii : sed ad sæculum nonum esse potius conjiciendum, vel diu saltem post tempora Justiniani floruisse, XIV ad XXXIX. — Scripsisse post Justinianum exinde apparet, quod quot annos ille regnarit commemorat, XV. — Quod nec in vivis sub Justiniano exstiterit demonstratur ex citatione actorum publicorum civitatis suæ propriæ de re ibidem sub Justiniano gesta XVI. — Ex erratis ejus multis et gravissimis de rebus Justinianis, XVII. — Aliusque indiciis luculentis, XVIII, XIX, XX. — Malalam cum Justiniani legato non fuisse collocutum, quod existimat Chilmeadus, sed librum tantum ejus legisse; et eum non alium fuisse a Nonnoso, XXI. — Quod nec vixerit ante ætatem septimam exeuntem probatur ex citatione Clementis Chronographi, quem ostenditur scripsisse post annum 695, XXII. — Quod nec floruerit ante initium sæculi noni conjicitur ulterius ex citatione Theophili Chronographi, quem probatur obiisse anno Christi 785, XXIII. — Hunc male a nonnullis confundi cum Theophilo Antiocheno, ad Autolycum scriptore. Producitur Fragmentum ms. ex Hesychio de Christi nativitate, in quo citantur Clemens, Theophilus, et Timotheus chronographi. Hesychium illum ex ipso Malala scripsisse videri, XXIV. — Eusebii Chronicon quod a Malala solet citari, non esse genuinum, XXV. — Quod vixerit Malala non ante sæculum nonum, confirmatur tum aliunde, tum ex locutionis barbaries, XXV, XXVI, XXVII. — Proponuntur argumenta quæ illius ant quitatem videantur astruere. Inter alia : citari eum in Oratione tertia pro imaginibus Jo. Damasceno ascripta : et in multis Narrationibus cum Chronico Paschali sive Alexandrino, ante annum, ut creditur, 630 composito, ad verbum consonare, quæ a Chronici auctore e Malala Chilmeado et aliis videntur desumptæ, XXIX. — Istarum narrationum Index, XXX. — Argumentis hisce respondetur, XXXI, etc. — Non satis constare Fragmentum illud Malalæ quod habetur apud Orat. pro imag. prædictam, ab ipso Orationis auctore fuisse descriptam : et esse præterea cur suspicemur non fuisse Jo. Damasceni istam Orationem, XXXII. — Ad argumentum [XIX] de Chronico Paschali sive Alex. respondetur, 1° Chronicon illud habere quamplurima interpolata, XXXIII, XXXIV. — Nec, 2°, satis constare ex Malala fuisse desumpta ea quæ apud Paschale consonantia reperiuntur. Malalam ex aliis historicis ad verbum exscribere solitum demonstratur ex ejus tautologiis, XXXV. — Et citatione scriptorum Latinorum, quorum quidem ne linguam intellexerit. Illius errores spissi de rebus Romanorum, XXXVI. — In plerisque præterea istarum Narrationum, quæ ex Malala depromptæ creduntur, apud Paschale haberi nonnulla quæ cum Malalanis minime concinunt, et quædam quæ plane repugnant, XXXVII. — Malalam, ubi loquitur de rebus antiquioribus tanquam sua memoria exsistentibus, verba tantum suorum auctorum proferre. Id scriptoribus minorum gentium et ætatis sequioris solemne

Digitized by Google

esse, XXXVIII.— De anonymi Excerptis chronographicis, quæ in hac editione Malalæ præmittuntur. Ea esse Georgii Hamartoli. Excerpta alia ex Chronico Hamartoli ubi edita reperiantur, XLI.— De editione, et Edmundo Chilmeado interprete, XLII, XLIII.

PROLEGOMENA.

I. Joannes Antiochenus chronographus, quem jam A fibi damus, erudite lector, ab imp. Constantino Porphyrog. cognominatus *Malela*, ab alio (1) *Malala*, a tertio (2) *Meleles*, quis fuerit, aut qualis, aut quando demum vixerit, litteratis viris [XX] huc usque parum innotuit. Viris illis præclaris et eruditiss. qui in hoc studiorum genere singulari quodam honore emicuerunt, Ger. Jo. Vossio (3), Phil. Labbeo (4), et Leoni Allatio, fuit notus nomine tenus : neque amplius sane de eo compertum habuere, nisi quod illius hoc chronographicum opus evolvissent, doctissimi illi nostrates, qui in eum ex professo diligentiam suam et studia impenderunt, Edmundus Chilmeadus et Joannes Gregorius.

II. Solent nostræ gentis scriptores, cum Joannem B Malalam ex bibliothecæ Bodleianæ ms. codice adducunt, sub simplici titulo Joannis Antiocheni, quasi nullus alius exstaret Joannes Antiochenus, chronographus, eum memorare : sic viri prædicti eruditi, Chilmeadus et Gregorius, sic Stanleius (5), Langbainius (6), Seldenus (7), Pearsonus (8), Felbus (9) ; eximia nomina. Cæterum constat (quod salvo tantorum virorum honore sit dictum) plures olim exstitisse Joannes Antiochenos, Chronographos, et ad hunc usque diem, ex parte saltem superesse alium, qui Joannes Antiochenus simpliciter apud veteres scriptores audire consuevit, cum Joannes noster Malala aut nunquam aut raro sine sui cognominis adjectione commemoretur. Notasse hoc po- C terant viri illi magni ex imp. Constantini Porphyrogenneti præcitati Collectaneis de virtutibus et vitiis, quæ Henricus Valesius, annis abhinc plusquam 50, in lucem edidit (10) : in quorum Proœmio, ubi recensentur scriptores illi ex quibus desumpta sunt ista Excerpta, Joannes Malala chronographus a Joanne Antiocheno chronographo, sic vulgo dici solito, expresse distinguitur : Εἰσὶ δὲ ἐκ τῶν ὑποτεταγμένων χρονικῶν, [XXII] α') Ἰωσήπου ἀρχαιολογίας, β') Γεωργίου Μοναχοῦ, γ') Ἰωάννου τοῦ ἐπίκλην Μαλέλα χρονικῆς. δ') Ἰωάννου Ἀντιοχέως χρονικῆς, etc. *Sunt autem hæc Excerpta ex Annalibus infra subjectis.* 1) *Ex Josephi Antiquitatum libris.* 2) *Ex Georgio Monacho.* 3) *Ex Chronico Joannis cognomento Malala.* 4) *Ex Joannis Antiocheni Chronico*, etc. Hoc miror fugisse doctissimum et diligentissimum Ger. Vossium, qui, quamvis observet, in librorum suorum *De historicis Græcis* editione posteriore, Joannem Malalam ex illorum scriptorum fuisse numero, de altero tamen Joanne Antiocheno chronographo, tanquam in eodem volumine celebrato, mentionem nullam facit. Posterioris hujus Excerpta satis ampla et prolixa in volumine dicto sunt edita sub hoc titulo : Ἐκ τῆς Ἰωάννου Ἀντιοχέως Ἱστορίας χρονικῆς ἀπὸ Ἀδάμ. *Ex Joannis Antiocheni Historia chronica ab Adamo ;* ad finem his verbis appositis : Τέλος τῆς Ἱστορίας Ἰωάννου μοναχοῦ. *Finis Historiæ Joannis Monachi.* Sed desiderantur ista quæ ex Joanne nostro Malala excerpta sunt, a Valesio consulto rejecta, *eo quod* (ut ipse dicit) *præter tres quatuorve fabulas de Minoe, Antiopa, ac Bellerophonte, easque illepido sermone textas, nihil bonæ frugis continerent.* Quamvis in loco Constantini Porphyrogenneti citato Joannem nostrum Malalam ex urbe Antiochensi fuisse ne quidem innuatur, sed a Joanne Antiocheno distinguatur : illum tamen ex ea fuisse civitate apertissime liquet ex oratione 3 pro Imaginibus, Joanni Damasceno vulgo ascripta, ubi quidem disertim Antiochenus nuncupatur ; neque solum ex ista oratione, verum etiam ex ipsa chronographia, quæ cum tota juxta æram Antiochenam instituitur, ac res spectantes ad istam civitatem speciatim præ omnibus aliis enarrat atque persequitur, auctorem Antiochenum manifesto videtur referre.

III. Ex Joanne Antiocheno de rebus ad antiquitatem spectantibus apud alios scriptores Græcos ævi recentioris non raro producuntur testimonia. In Georgio Codino *De originibus Constantinop.* (p. 57), de Portus Bosporii appellatione eum reperi citatum. [XXII] Ab Isaaco Tzetze in locis duobus Scho-

NOTÆ.

(1) In orat. 3 *De Imaginibus* Jo. Damasceno ascripta.

(2) Jo. Tzetze chil. 3, *Hist.* 29. Chilmeadus, cujus apographum secuti sunt editores, cum non legisset Constantinum Porph. qui *Malela* scribit, scriptionem Damascenianam retinet. Nos Constantinianam præferimus, quoniam in syllaba 2, cum ea convenit Tzetziana. Is. Vossius in libro *Variarum Observ.* ac alii, minus recte, et absque auctore, *Mallela* scribunt.

(3) *De Hist. Græcis* lib. III.

(4) Delineatione Apparatus Historiæ Byzantinæ.

(5) In Historia philosophiæ, Thaletis Vita.

(6) In Schedis mss.

(7) *De Synedriis*, l. I, c. 8, p. 122.

(8) Prolegomenis ad Hieroclem philosophum.

(9) Præfatione ad Theophili Antiocheni librorum ad Autolycum editionem Oxoniensem.

(10) An. 1551.

Digitized by Google

liorum in Lycophronem advocatur; in primo (p. 24), de ratione cur Cecropi, regi Athenarum, nomen Διφυὴς fuerit impositum; quod cum ante ejus tempora, conjugio nullo apud Atticos inito, patres suos non noscerent liberi, ille, lege de nuptiis sancita, effecerit ut non solum matres sed et patres suos cognoscerent: Ταῦτα γοῦν αὐτὸν λέγουσι Διφυῆ, ἢ ὡς εὗρον ἐν Ἰωάννῃ Ἀντιοχεῖ, ὅτι πρότερον, etc. In altero (p. 64), de Palladio Trojano ab Asio quodam mathematico telesmatice confecto, et regi Troi ab eodem donato, ut, quandiu in urbe Troja servaretur, inexpugnabilis ea tutaque permaneret. Illius verba in medium hic adducere non incommodum erit: Ἰωάννης δὲ ὁ Ἀντιοχεὺς οὐκ ἐξ οὐρανοῦ λέγει πεσεῖν τὸ Παλλάδιον, Ἄσιον (11) δέ τινα φιλόσοφον μαθηματικὸν τοῦτο ποιῆσαι ὡροσκοπίᾳ καλλίστῃ, εἰς τὸ ἀπόρθητον εἶναι τὴν πόλιν ἐκείνην, ἔνθα ἂν τοῦτο μένει πεφυλαγμένον καὶ ἄσυλον· χαρίσασθαι δὲ τὸ τοιοῦτον Παλλάδιον τῷ Τρωΐ. *Cæterum Joannes Antiochenus scribit, non ex cœlo Palladium decidisse, sed Asium quemdam philosophum ac mathematicum id egregio horoscopo prædixisse, non expugnatum iri civitatem in qua Palladium custodiretur; et tale Palladium Troi dono dedisse.* Iis adde Joannem Tzetzem, Isaaci citati fratrem, qui in *Historiarum Chiliadibus*, chil. 2, hist. 33, inter illos scriptores qui de Cleopatra Ægypti regina in Operibus suis fuerint commentati, Jo. Antiochenum recenset. Et rursus in chil. 6, hist. 69, de Pentheo ab Agave occiso, et istius fabulæ explicatione, eumdem citat. Historiæ hujus Tzetzianæ titulus sic se habet: Περὶ τοῦ ὁ Ἀντιοχεὺς Ἀγαυὴν, τὸν υἱὸν προδιδοῦσαν εἰς θάνατον. Quod Interpres sic vertit: *De eo, quod Antiochenus Agavem filium prodentem in mortem.* Post versus aliquot de Bacchis et nepotibus Cadmi, hæc subnectuntur.

[xxiii] Ὁ Εὐριπίδης μυθικῶς οὕτω ταῖς Βάτχαις γράφει.
Ὁ δ' Ἰωάννης χρονικὸς ἀλληγορῶν που, λέγει, etc.

Euripides fabulose sic de Bacchis scribit.
Joannes autem Chronicus fabulam exponens, ait,
Pentheus atque Labdacus, magis autem Pentheus,
Interfectis reliquis nepotibus (12) Cadmi,
Actæone quidem ipso a propriis canibus,
Learcho et Melicerta a patre matreque,
Habuit spem obtinendi sceptra atque sedes.
Ut autem audivit Bacchum Cadmi nepotem nothum,
Regnum affectare, comprehensum in vincula conjecit;
Solvens autem precibus matris suæ, occiditur ejus dolis.
Quapropter fabulam finxerunt, a matre occisum fuisse.

Sic in alio opere ms. quod habetur inter codices Baroccianos Bibliothecæ Bodleianæ, in Allegoricis scil. Fabularum Homericarum Expositionibus, ab eodem citatur de Paridis Trojani inter deas judicio, nempe fabulam istam inde ortam fuisse, quod de Prudentia, Fortitudine, et Cupiditate, earumque inter se comparatione, librum quemdam conscripserit Paris, oratoriæ artis peritus.

Καὶ ῥήτωρ (13) δὲ γενόμενος γράφει πολλὰ μὲν ἄλλα
Εἰς ἓν δὲ τοῦτο σύγγραμμα τὰς τρεῖς θεὰς συγκρίνει,
Τὴν Ἀθηνᾶν, τὴν φρόνησιν· τὴν Ἥραν, τὴν ἀνδρείαν,
Καὶ τὴν ἐπιθυμίαν δέ φημι τὴν Ἀφροδίτην.
Ἣ καὶ τὸ μῆλον δέδωκε, τὴν νίκην τὰ πρωτεῖα,
Ὡς Ἰωάννης χρονικὸς Ἀντιοχεὺς που γράφει,
Αὐτὸ μόνον ἀλληγορῶν, τ' ἄλλα παραλιμπάνων.
Γάμον Πηλέως, Θέτιδος, Ἑρμῆν τε (14) καὶ τὸν Δία,
Τὴν Ἶδην οὗπερ ἔκρινε θεὰς τὰς θρυλλουμένας.
Ὁ Τζέτζης δ' ἅπαντα λεπτῶς ἀλληγορεῖ. Καὶ πρόσχες.

[xxiv] Quorum hic est sensus: *Et arte eloquentiæ pollens, cum alia multa scribit, tum comparationem dearum trium, Minervæ prudentiæ, Junonis fortitudinis, et Veneris cupiditatis; quarum ultimam cæteris prætulit: ut scribit Joannes Antiochenus chronographus. Qui illud duntaxat allegorice exponit, alia missa faciens, nempe nuptias Pelei et Thetidis, Mercurium, et Jovem et Idam ubi de deabus illis judicium fecerit. Verum Tzetzes ea omnia subtiliter allegorizat. Et attende.*

IV. In locis hisce describendis, idcirco prolixi fuimus ut exinde commodius (quod ex usu nostro fuerit) exquiri possit, utrum iste Jo. Antiochenus, cujus scriptores citati testimonio utuntur, sit idem cum nostro Jo. Malala, an potius cum altero illo, supra memorato, cujus exstant apud imp. Constantinum Porphyrogennetum Excerpta. Ger. Vossius, qui, ut supra monuimus, de Excerptis Jo. Antiocheni apud imp. Constantini Porph. Collectanea exstantibus, nihil omnino commemorat, Jo. Antiochenum, quem citat de Ægypti regina Cleopatra (15) Jo. Tzetzes, eumdem fuisse conjectatur cum Jo. Malala. In qua sententia eum sequitur Allatius, et Joannes noster Gregorius (16) in Animadversionibus ms. in auctorem nostrum. Ego potius in sententiam contrariam propendeo, et non solum eum, quem citat in loco illo, cæterisque supra adductis, Jo. Tzetzes, sed et eum, quem citant ejus frater

NOTÆ.

(11) Fatlem fere repetuntur, p. 66, ubi redundant, et absunt a cod. ms. bibl. Bodl. quæ habentur de Asio et Apollodoro lin. 5, a vocibus ὡς Ἄσιος μαθ. ad lin. 14. Bernardi Bertrandi Latina versio quæ redundant in Græcis agnoscit; sed ea quæ sequuntur post voces ἐξ οὐρανοῦ τοῦτο πεσεῖν, lin. 20, ad vocem καταπέπτωκεν, lin. 25, quæ revera a Tzetze scripta sunt, in ea desiderantur.

(12) Ἐγγόνων, quod interpres ibi male vertit *filios*, ut et infra ἔγγονον *filium*.

(13) Sic in codice ms. Baroc. num. 24, et in alio qui habetur num. 194. In tertio quodam qui habetur num. 131, post mentionem, non Paridis, sed Eumeli Alcestidis F., occurrunt hi versus, sed male ut ex re ipsa apparet.

(14) Mss. 24 et 194, Ἑρμῆτα ms. 131 Ἑρμῶντε.

(15) Nam de cæteris quæ supra a nobis citata sunt is nihil observarat.

(16) Qui nec ipsi in loca quæ supra produximus, cætera legendo inciderat.

Digitized by Google

Isaacus, et Geor. Codinus, eumdem fuisse cum altero illo, cujus exstant Excerpta (17), haud ægre mihi persuadeo. De Codino sane hoc satis constat. Nam locum istum, [xxv] quem ex suo Jo. Antiocheno adducit, apud nostrum Jo. Malalam frustra quæsieris. Reperiuntur quidem apud Malalam omnia (18) ex loca quæ ab utroque Tzetze ex Jo. Antiocheno citantur; et de fabula insuper ista, quæ est de interitu Penthei animadvertere licet, non solum proferri apud Malalam eamdem illius allegoricam expositionem, verum etiam ab eo de fabula ista advocari Euripidem in Bacchis, ut etiam de eadem in loco prædicto citatur a Tzetze Chiliasta. Hinc cuivis in promptu esse possit argumentum sibi satis speciosum efformare, non alium quam nostrum Joannem, a duobus illis scriptoribus per Joannem Antiochenum designari: argumentum (inquam) satis speciosum, et si alicui ista opinio probabilior videatur, cum eo non ego contendam: me tamen non ita hæc movent quin potius in diversa persistam sententia. Quis enim in Græciæ sequioris et posterioris monumentis tam parum versatus est, ut non sciat illorum scriptores fere eadem ubique litteris demandare, seque mutuo et alios scriptores liberaliter admodum exscribere atque expilare consuescere? Et quis non videt vel ex ipsis, quæ exstant, Jo. Antiocheni monachi Excerptis, eum multis in locis eadem cum Joanne nostro Malala in litteras retulisse? Quem latet illius Chronographiam de eisdem plane cum Malaliana fabulosis rebus tractasse? Hisce insuper addo, mihi esse exploratissimum, nihil aliud esse Joannis nostri Malalæ Chronographiam quam ex aliis auctoribus decerptam rerum farraginem: solere eum verbatim ex aliis transcribere, et auctores etiam ab illis citatos, quasi ipse legisset, citare. Quid itaque mirum si prædictæ Narrationes in illo reperiantur, licet ex alio aliquo scriptore citatæ sunt? Quominus autem existimem illum a scriptoribus prædictis intelligi, id certe obstat, quod videtur colligendum ex imp. Constantini Porph. Collectaneis toties laudatis, non solitum eum fuisse sub simplici appellatione Joannis Antiocheni commemorari; sed ab altero illo per suum cognomen sejungi fuisse consuetum. Accedit quod et ipse Jo. Tzetzes in alio loco (chil. 5, hist. 29), ubi eum commemorat, non illum appellet Joannem Antiochenum, sed Joannem [xxvi] Meletem, eodem prorsus modo quo ab imp. Constantino præcitato nominatur simpliciter Joannes Malala. Illis adde, quod cum eum Tzetzes commemorat, mentionem de illo facere videatur tanquam de auctore a se non ante memorato; cum antea tamen in eodem opere Joannem Antiochenum citasset: Ταῦτα μὲν Ἰωάννης τις (hoc noto) Μελέλης χρονογράφος. *Hæc tradit Joannes quidam Meletes chronographus.*

V. Hæc cum ita se habeant, lectori liberum esto judicium, utrum idem sit iste Jo. Antiochenus, qui a Tzetze utroque citatur, cum Joanne nostro Malala, an cum altero illo cujus exstant Chronographica Excerpta. Si placet postremum, tum dici oportet, Excerptorum istorum scriptorem post Georgium Chronographum vixisse, adeoque sub imperio Heraclii, quod viri eruditi hactenus statuerunt, non floruisse. Nam expresse asserit Tzetzes Chiliasta Jo. Antiochenum a se memoratum post Georgium Chronographum (Syncellum intellige, vel Hamartoluin) claruisse. Si prius arrideat; tum idem erit dicendum de Malala nostro: de cujus ætate nos infra. Pro comperto est interim, non solum exstare apud imp. Constantini Porphyrogenneti Collectanea ex J. Antiocheni Monachi Chronographia Fragmenta; verum etiam hodieque in bibliothecarum scriniis asservari, cum alia et omnino diversa ex eo Excerpta, tum et ipsam alibi Chronographiam integram; vel aliud saltem archæologicum opus Joanni Antiocheno tributum. A doctissimo Alemanno, in Notis historicis ad *Historiam arcanam* Procopii, proferuntur fragmenta duo de imp. Justiniano ex Jo. Antiocheni (quæ appellat) Collectaneis: quæ quidem diversa fuisse a Jo. Antiocheni Collectaneis Constantinianis cum in illis de Justiniano nihil quidquam legatur, necesse est. In volumine Græco ms. bibliothecæ Regiæ Parisinæ num. 2216, inter varios tractatus diversi argumenti occurrunt Excerpta ex Jo. Antiocheni Chronico: id quod colligitur ex Indice tractatuum illius voluminis, qui habetur Græce inter Stephani Le Moyne *Varia sacra*, sub titulo *Indicis Antonii Eparchi* (Coreyræi) *legati*, ex cujus dono circa medium sæculi præteriti in illustrissimo illo librorum mss. Gazophylacio volumen illud repositum est. In illo indice num. 79, sic legitur: Ἰωάννου Ἀντιοχέως ἀπὸ τοῦ χρονικοῦ αὐτοῦ συντάγματος ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως κόσμου. *Jo. Antiocheni quædam ex* [xxvii] *illius Chronico quod incipit a principio creationis mundi.* Memorantur Excerpta eadem apud Analecta ex ejusdem bibliothecæ Catalogis Labbæana; et ab eruditissimo Dufresnio, in Notis ad *Chronicon* (quod inscribit) *Paschale*, aliquoties laudantur. Ex cujus quidem citationibus, quæ auctoris exhibent verba, deprehenditur, cum diversa esse Excerpta ista ab Excerptis supradictis Constantinianis, tum etiam chronographiam istam a

NOTÆ.

(17) In excerptis illis habetur perioche bene magna de Paride Trojano, in qua tamen nihil occurrit de illius Libelli in Veneris Encomium scriptione, de qua allegat Jo. Antiochenum Jo. Tzetzes: sed dici ad hoc potest, solere in illis excerptis Constantinum Porph. non omnia quæ ipsius auctores in singulis narrationibus scripsere ad verbum exhibere, sed eorum enarrationes contrahere et ex illis pro libitu nonnulla elidere. Vide tamen quæ diximus in Diatriba nostra *De scriptor. Græcis variis*, cap. 1, ubi de Antiocheno chronog. monacho.

(18) De Cecrope 86, Palladio 157, Cleopatra 280, etc. Penthco 51, Paridis libris 115.

Digitized by Google

nostra Malaliana fuisse diversam. A clariss. Salmasio, in Notis ad scriptores Historiæ Augustæ, et in Plinianis Exercitationibus in Solinum, et similiter a Leone Allatio in Notis ad Eustathii Antiocheni Hexaemeron, producuntur complura loca ex Jo. Antiocheno (sive Antiochensi) Περὶ ἀρχαιολογίας· hoc quoque diversum fuisse a Joannis nostri Malalæ Chronographia, quamvis et illa Περὶ ἀρχαιολογίας non improprie possit inscribi, quæ ex eo in medium afferuntur, manifestum redditur. Ut omnino fallantur eruditi illi viri, qui integrum opus Joannis nostri Malalæ in Gallia etiamnum servari (id enim ab aliquibus accepi) docuerunt. Id illis haud dubio fraudi erat, vel quod opus Περὶ ἀρχαιολογίας cum Chronico Malaliano idem esse putaverint, vel quod illa Excerpta, quæ exstant in codice regis Galliarum, opus integrum fuisse, et nostri auctoris, crediderint. Pro certo mehercule hoc constat, ne ipsi Gallorum doctissimo, percelebri illi Dufresnio, τῷ χαλκεντέρῳ, in manus unquam venisse Joannis nostri Chronicon; qui tamen fortasse in codd. Græcis mss. supra omnes hujus ævi mortales versatus est. Joannem Malalam quotiescunque is commemorat (ut citat quidem aliquoties in Notis ad *Chronicon Paschale*, et *Annales* Joannis Zonaræ, et in *Mediæ et infimæ Græcitatis Glossario*), testimonia ejus aliunde non depromit, quam ex aliis scriptoribus, qui exemplar nostrum Oxoniense evolverant, et inde nonnulla excerpserant: quod ipse in aliquibus locis aperte profitetur. Utrum opus prædictum Joannis Antiocheni Περὶ ἀρχαιολογίας sit idem cum Chronico toties memorato, cujus apud Constantini Collectanea jam exstant Excerpta, ii melius poterunt judicare, quibus datur facultas cum hisce illud conferendi. Est interim admodum verisimile: sic enim Josephus Historiam suam Judaicam, et Dionysius Halicarnassensis opus suum Historiæ Romanæ, ἀρχαιολογίαν inscripserunt; quorum posteriorem sub titulo, Dionysii Περὶ ἀρχαιολογίας, [xxviii] eodem modo ab eodem Salmasio, in Notis ad scriptores Augustos, citatum legisse memini. Neque agit id opus Περὶ ἀρχαιολογίας de rebus solum vetustioribus et ævi fabulosi, sed et rerum recentiorum historiam, et ipsorum imperatorum Romanorum gesta complectitur. Hoc evincunt Excerpta ista, quæ apud *Salmasium*, in Notis novissime citatis, ex eo proferuntur; nimirum de morte imp. Adriani (t. I, p. 180), et insigni mausoleo in honorem illius erecto; de M. Antonino (p. 354), quod, ærario in bellis exhausto, ornamentorum imperialium auctionem in foro fecerit; de Numeriani imp. (t. II, p. 791) execratione et interitu; deque Carini (p. 795) insigni crudelitate, quod eos, qui puerum olim pueri lusissent ac derisissent, imperator jam factus non dimiserit inultos.

VI. Si aliud et diversum fuisse comperiatur, tum locus erit suspicioni, non Chronicon illud A Jo. Antiocheni cujus exstant Excerpta apud Porphyrogennetum, sed ipsum id opus a G. Codino et Tzetze utroque fuisse designatum ubi citant Jo. Antiochenum. Sin idem fuisse (quod omnino crediderim) evolventibus appareat, ex illis locis quæ ex eo adducunt Salmasius et Allatius, id ulterius et clarius astruetur, quod supra posuimus, Jo. Antiochenum Monachum et Joannem nostrum Malalam in eisdem narratiunculis solere concinere; et ideo nihil repugnare quominus cum Monacho idem esset Joannes ille Antiochenus qui a Tzetzis fratribus laudatur, quamvis reperiantur apud ipsum Malalam res illæ pro quibus citatur. A Leone Allatio (in Eust. Hexaem. p. 300 et 303) ex Jo. Antiocheno Περὶ ἀρχαιολογίας, inter alia, citantur B loca, de Hesiodo quodam, quod Græcos edocuerit litteras; et de expositione fabulæ super Endymione, quod per mysticas quasdam orationes a luna nomen Dei addiscere voluerit, quodque illud per somnium edoctus non amplius est experrectus. Quæ ambæ narrationes apud Malalam (p. 70 et 73) quoque leguntur. A Salmasio [xxix] in Plinianis Exercitationibus (p. 902, 903, 908) ex eodem opere, inter alia loca, proferuntur fragmenta, de hippodromo urbis Romæ a Romulo exstructo; de ejusdem diversis partibus, et populi distinctionibus; de factionum in circo per greges et pannos discolores divisione ab Œnomao rege instituta; deque circi, juxta numerum planetarum, 7 C spatiis, et, ad imitationem 12 Zodiaci signorum, 12 ostiis. Quæ omnia quoque apud Malalam (p. 218 ad 223) nostrum fabulosum occurrunt; sicut et ista quæ ex eodem citantur in Notis ad *Scriptores Historiæ Augustæ*, de Tabula lusoria a Palamede inventa, et de Palladio Trojano ab Asio philosopho excogitato; quæ una est quidem ex istis narratiunculis, pro quibus citatur ab Is. Tzetze Jo. Antiochenus. Illius verba sic se habent: Τὸ ἐν Τροίᾳ Παλλάδιον ζωδίον ἦν μικρὸν ὑπὸ Ἀσίου τινὸς φιλοσόφου κατασκευασθὲν εἰς φυλακὴν τῆς πόλεως. Et si quis cupiat ejus verba de Tabula Palamedis lusoria cum Malalianis (p. 129) componere, ea hæc sunt: Ὁ Παλαμήδης διὰ τῆς τάβλας τὸν γήϊνον κόσμον ἡνίξατο· τὸν ζωδιακὸν κύκλον διὰ τῶν δώ- D δεκα κάσων· διὰ τοῦ ψηφοβόλου καὶ τῶν ἐν αὐτῷ ἑπτὰ κοκκίων, τὰ ἑπτὰ ἄστρα τῶν πλανήτων· διὰ δὲ τοῦ πύργου τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ, ἐξ οὗ δίδοται πᾶσι καλά τε καὶ φαῦλα. Sic citantur a Dufresnio (Notis ad *Chron. Pasch.* p. 498, 499, etc.) *Excerpta mss.* ex *Chronico Jo. Antiocheni*, inter alia, de variis rebus quæ in Nostro (p. 25, 26, 27, 29, 30, 43) etiam comparent: de Homericæ fabulæ super Marte et Venere a Sole deprehensis expositione, ex Palæphato, qui idem a Nostro etiam adducitur; de Mercurii Trism. dictis de divina natura, ex ipsius operibus; de rege Ægyptiorum nominato *Karacho*, seu *Maracho*, Sostri (sive Sesostri) successore, et ab illo fuisse oriundos successores Ægyptiorum reges; de Medusa et Perseo, docuisse

Digitized by Google

hunc Persas τὰς ἐπὶ Γόργονας τελετάς· de anno Ægyptorium antiquo sub Vulcani et Solis temporibus; de Sose et Thuli (sive Thuachi) aliisque Ægyptiorum regibus; de oraculo denique de SS. [xxx] Trinitate regi Thuli in Africa dato. Citantur etiam ab eodem (p. 497) eadem, de Pico Jove, de regina Semirami, deque Nino et Thurra ei succedente; quæ narrationes, quamvis nunc in Nostro, quippe desunt in principio pleraque, non inveniantur, tamen non dubitandum videtur, quin in illis, quæ jam desiderantur, repertæ fuerint, ut quidem occurrunt in illis, quæ ex *Chronico Paschali* sive *Alexandrino* in eo (p. 19, 20, 21) supplentur. Locum unum ex supra memoratis, de veteri Ægyptiorum anno, ut cum *Malaliano* (p. 25) a lectore curioso (si placeat) conferantur, me non pigebit ascribere. Ἐβασίλευσεν Αἰγυπτίων ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἥλιος ἡμέρας δυοζ' ὡς εἶναι ἔτη ιβ' καὶ ἡμέρας ιζ'. Οὔτε γὰρ εἶδησαν τότε Αἰγύπτιοι ἢ ἄλλοι τινὲς ἐνιαυτὸν ψηφίσαι· ἀλλ' οἱ μὲν τὰς περιόδους τῆς σελήνης ἐνιαυτοὺς ἐψήφιζον, οἱ δὲ τὰς περιόδους τῆς ἡμέρας· οἱ γὰρ τῶν ιβ' μηνῶν ἀριθμοὶ μετὰ ταῦτα ἐπενοήθησαν, ἐξ ὅτου ἐπενοήθη τὸ ὑποτελεῖς εἶναι τοὺς ἀνθρώπους τοῖς βασιλεῦσι.

VII. Atque hæc de diversis Joannibus Antiochenis chronographis, ne temere, ut solet, cum altero illo Joanne Antiocheno chronographo, sive archæologo, confundatur Malala noster, hic dicta sunto. Exstiterunt alii Joannes Antiocheni, chronographi; ut Joannes rhetor, qui Historiam suam sub imp. Justino seniore terminavit; et, si fides Arabibus, Joannes ipse Chrysostomus, ex presbytero Antiocheno patriarcha Constantinopolitanus, cujus nomine jam apud eos, et eorum lingua, circumfertur Chronicon. De quibus nos agimus in alio opere. Celebratur a Ger. Vossio (*De Hist. Græcis*), et Phil. Labbæo (*Delin. Apparatus Hist. Byz.*), alius Joannes Antiochenus chronographus sive historicus, quem dicunt floruisse post tempora Justiniani senioris, et Evagrio Historiæ ecclesiasticæ scriptori coætaneum fuisse, et ab eo commemorari. At longe falluntur eruditi illi viri; non enim ex urbe Antiochiæ, sed ex Epiphaniensi, fuit iste Joannes historicus, ut demonstrat in Notis ad Evagrium clariss. Hen. Valesius, et plenius nos in [xxxi] opere (19) alio modo memorato. Jam ut, hisce omissis, ad cætera, quæ spectant ad nostrum auctorem, procedamus, et de ejus conditione ineamus disquisitionem: sunt qui illum existimant ipsius episcopatus Antiocheni infulis, dum vixit, fuisse ornatum. In hac opinione fuere interpretes Jo. Damasceni (quem appellant) *Libri tertii pro imaginibus*, quique illos sunt secuti alii non exigui nominis. Fragmenti, quod in libro citato ex Chronographo nostro producitur, inscriptio sic se habet: Ἐκ τῆς χρονογραφίας Ἰωάννου Ἀντιοχείας τοῦ καὶ Μαλάλα περὶ τῆς Αἱμορροούσης, etc. Quam in hunc modum vertit Fran. Zinus: *Ex temporum descriptione Joannis Antiochiæ pontificis, qui et Malala dictus est, de muliere quæ sanguinis fluxum perpessa fuerat.* Hujus tituli interpretationem Jac. Billius, dum Zini versionem in aliis castigat, absque reprehensione præterit: sic Jac. Gothofredus, ad Philostorgii *Historiam eccles.* (l. VII, c. 3) de Christi statua Paneadica verba faciens: *Quod*, inquit, *Joannes Damascenus de imaginibus orat. 3, refert ex Chronico Joannis Antiochiæ episcopi, cognomento Malala.* Eamdem sententiam et interpretationem amplexi sunt illustrissimus Baronius in Annalibus (ad ann. 31, num. 75) et Joannes noster Gregorius in Animadversionibus mss. super Malala, ac alii.

VIII. Utrum ipse orationis prædictæ de imaginibus auctor, per Ἰωάννου Ἀντιοχείας Joannem nostrum Antiochiæ fuisse antistitem voluerit, quod auctores citati arbitrati sunt, pro certo haud facile statuerim: hoc interim est admonendum, istiusmodi loquendi formula non semper necesse esse ut episcopi intelligantur, tametsi per illam in Catalogis conciliorum designari episcopi soleant; sed posse etiam cives alios quoscunque per eam denotari. Hoc videtur exploratum habuisse Godefridus Tilmannus, qui in sua orationis prædictæ versione, Joannis Antiocheni, simpliciter habet. At quæcunque fuerit sententia ipsius auctoris; nos tamen nullo pacto descendere possumus in eorum opinionem qui ex sede Antiochenorum patriarchali Chronographum [xxxii] nostrum arcessunt; verum suppetit nobis argumentum, idque quidem (ni fallor) firmissimum ac irrefragabile, ad illam dignitatem eum nunquam fuisse evectum. Non hic adnotabo citari illum a Tzetze Chiliasta tanquam hominem obscurum et ignotum: Ταῦτα μὲν Ἰωάννης τις Μελέλης χρονογράφος· ubi illud vocabulum, τις, obscuritatis nota et indicium videatur; hoc, inquam, non adnotabo, quippe vix negari possit quin de viris etiam nominatissimis et maximis vox ista interdum apud veteres usurpata reperiatur. Sic (ut alios missos faciam) de Theodoreto, episcopo Cyri doctissimo celebratissimoque, Theodorus abbas et philosophus in argumento synodi Ephesinæ: Εὑρέθη δὲ μετὰ Ἰωάννου Θεοδώρητός τις, ἐλλογιμώτατος Κύρρου ἐπίσκοπος πόλεως ἀνατολικῆς. Sic ad verbum Leontius Scholasticus in libro *De sectis* (act. 4, p. 509), ex abbate Theodoro (ut opinor) exscribens: Εὑρέθη δὲ μετὰ Ἰωάννου Θεοδώρητός τις, ἐλλόγιμος Κύρου ἐπίσκοπος ἀνατολῆς. Abunde erit, si ex ipso patriarcharum Antiochenorum Catalogo demonstremus fuisse nullum illius ci-

NOTÆ.

(19) *Diatriba de scriptoribus Græcis variis, cum profanis tum ecclesiasticis, maxime ex codd. mss. nondum edita, cap. 1.*

Digitized by Google

vitatis episcopum nominatum Joannem, qui in illa ætate, qua scripserit Malala, floruerit. Age itaque, videamus quot fuerunt Joannes Antiocheni patriarchæ, et fuisse nullum eodem temporis intervallo, quo vixerit Malala, ostendamus. In Nicephori patriarchæ CP. patriarcharum Antiochenorum Catalogo (qui unum numero supra sexaginta complectitur, et perducitur usque ad patriarcham Anastasium Juniorem, qui martyrium subiit circa annum incarnationis Dominicæ 608, seu, ut alii volunt, 611), recensentur Joannes duo. Eorum primus, apud omnes scriptores ecclesiasticos propter schisma in synodo Ephesina commemoratus, et Epistolis aliquot suis notissimus, fuit ordine patriarcharum 39us et anno D. 438 e vivis excessit, postquam patriarchatum per 18 annos gubernasset. Secundus fuit ordine 47us successor Petri Fullonis, sub Zenone imp. A. D. 476, post menses 3 ejectus. Post duos hos Joannes, quos nemo non videt Joannem nostrum Malalam ætate antecessisse, cum floruerint ante imperium Justiniani ejus nominis primi cujus gesta a Malala celebrantur, non alius Joannes in antistitum Antiochenorum [xxxiii] serie occurrit ante sæculum a nato Christo undecimum. In illo sæculo, nimirum quo tempore recuperata fuit urbs Antiochenorum, expulsis Saracenis, a Christianis nostris Occidentalibus, id est A. D. 1098, cathedram illam tenuisse Joannem quemdam, sanctissimum confessorem, apud Gul. Tyrium, in *Historia belli sacri* (lib. vi, c. 23), memoriæ proditur. Is, ut dicit idem Tyrius, evoluto vix biennio post urbem recuperatam sede sua semet abdicavit et Constantinopolim abiit. Vergente ad exitum insequente sæculo, nempe a Domini nostri Nativitate duodecimo, thronum patriarchalem Antiochiæ tenebat Joannes alius; idem ille, qui olim in Oxia, Propontidis insula, monachicam exercuerat vitam, cujusque exstat, inter clariss. Cotelerii Ecclesiæ Græcæ Monumenta, *Oratio in monasteriorum donationes laicis factas*. In Conciliorum voluminibus habetur opusculum Joannis cujusdam patriarchæ Antiocheni *De superioritate inter concilium et papam;* at recens is fuit, et non ante sæculum xv, neque Græcis est annumerandus, sed Latinis, neque quidem revera, sed titulo tantum fuit patriarcha. Utrum inter hos duos Joannes posteriores, currentibus sæculis xiii et xiv, in throno Antiocheno sederet ullus necne, non habeo dicere; neque nostra quidquam refert; Joannem enim Malalam ante sæculum decimum floruisse, in liquido est. Itaque ut ante eum floruerunt illi duo quos primo memoravimus, sic omnes hi novissime recensiti eo longe fuerunt recentiores. In scripto quodam manu exarato bibliothecæ Oxon. Περὶ μεταθέσεως ἀρχιερέων· *De translatione episcoporum*, quod anno circiter 1400 compositum est, fit mentio Jo. Antiocheni patriarchæ cognomento Codonati, qui inde translatus sit ad sedem metropolitanam Tyri. Non alius hic fuit quam secundus illorum quos memorat Nicephorus patriarcha CP. quem diximus ejectum a Zenone imp. Eum enim Codonatum fuisse cognominatum, testimonium perhibet Victor Tununensis. Ab Anastasio Cæsariensi, in tractatu *De jejunio Deiparæ*, Joannes quidam patriarcha Antiochenus, tanquam tunc cum ipse scribebat Ecclesiam illam regens, celebratur : quo sæculo is claruerit, non habemus usque adeo exploratum, ut pro certo et indubitato decernere [xxxiv] possimus : hoc tamen certissimum et exploratissimum, eum ante undecimum sæculum, vel medium saltem præcedentis, in illius Ecclesiæ cathedra non præsedisse : nam auctor est idem Anastasius excepisse eum in sede ista Theodosium, Petri successorem; et ante (ad minimum) medium decimi sæculi fuisse nullum in illa Ecclesia Theodosium qui Petro successerit, constat. Neque multum quidem videtur dubitandum, quin idem is fuerit, vel cum illo Joanne patriarcha supradicto, cujus apud Gul. Tyrium habetur mentio, vel saltem (quod minus (20) arridet) cum monacho Oxiensi.

IX. Si cui oberiatur suspicio, inter Anastasium Juniorem patriarcham, in quo terminatur Catalogus Nicephorianus, et sæculum decimum, ante quod apparet floruisse Malalam, in cathedra Antiochensi sedisse Joannem aliquem, qui idem cum Malala potuerit esse : is adeat velim Eutychii patr. Alexandrini *Annales*, illisque præfixam chronologiæ ejus *Synopsin*. Recensitos ibi reperiet illius intervalli patriarchas universos, Joanne nullo inter illos celebrato. Ejusdem rei fidem facit Catalogus alius, quem, ex Arabico aliquo auctore (ut opinor) transcriptum, ab amico nostro multo nomine venerando, Edvardo Bernardo, viro in omni doctrinæ genere singularis præcellentiæ, accepimus. Illius patriarchas prædicti intervalli, quia discrepat aliquantulum ab Eutychiano, lectoris oculis hic non gravabimur subjicere.

Num.		an.	A. D. quo desin.
58.	*Anastasius alter*,	9	607
59.	*Vacat sub Persis*,	31	638
	et Macedonius,	8	646
60.	*Macarius*,	5	651
61.	*Theophanes*,	12	663
62.	*Thomas*,	20	683
63.	*Georgius*,	21	704
64.	*Vacat sub Saracenis*,	50	754
	et Theophylactus,	18	772
65.	*Theodorus*,	23	795
66.	*Theodoretus*,	17	812
67.	*Jobus*,	31	843
68.	*Nicolaus*,	26	869
69.	*Stephanus et Thaddæus*,	22	891

NOTÆ.

(20) Vide *Diatr. de script. Græc. var.*

Digitized by Google

70. *Symeon*, 12 903
71. *Elias*, 28 931
72. *Vacat* 4 935
Dein Theodosius et alii viri obscuri.

[xxxv] X. Ut errorem committunt scriptores prænotati, cum Malalam nostrum in patriarcharum Antiochenorum Albo reponunt, sic errorem plane diversum de illo erravit Franc. Combefisius. Is in *Manipulo de originibus rerum Constantinopolitanarum*, Joannem nostrum Antiochenum Malalam, cujus nomen ex *Oratione*, quam vocant, *Jo. Damasceni de imaginibus* supra citata ei innotuerat, eumdem fuisse decernit cum Joanne illo Antiocheno, ex grammatico presbytero, quem tradunt Gennadius Mass. (*De scriptoribus eccles.*) et Marcellinus Comes (*Chronico*) contra hæret. Eutychianos librum condidisse. Qui error, ut facile refellitur, cum Chronicon Malalianum ultra tempus Joannis prædicti pertexatur; ita facile quoque illi condonatur, cum Chronicon ipsum videre ei nunquam datum est. Suum autem Chronicon composuit Marcellinus A. D. 534, id est imperii Justiniani octavo, et Catalogum suum scriptorum ecclesiasticorum, in quo mentionem facit prædicti Jo. Antiocheni presbyteri, concinnavit Gennadius, imperium administrante Anastasio, A. D. 495, hoc est, annis ante imperii Justiniani, a Malala nostro celebrati, exitum circa LXX.

XI. Conjecturam aliam nihilo magis felicem eodem in loco de chronographo nostro facit Combefisius; ut eumdem eum fuisse cum prædicto Joanne presbytero, sic eumdem omnino fuisse cum Joanne historico cognomento Diacrinomeno, id est, Eutychiano; sic enim Schismatici Eutychiani nuncupari consueverant. Floruit iste Joannes ὁ Διακρινόμενος ante nostrum Joannem, et ante ipsius Justiniani tempora sub prædicti Anastasii imperio, citante eum Theodoro Lectore in *Hist. Eccles.* qui ipse scripsit sub Justino seniore, decessore Justiniani, Anastasiique successore. Neque reperiuntur apud nostrum chronographum quæ ex illo Joanne nominato Diacrinomeno a scriptoribus Græcis proferuntur. De eo qui plura volet, is adeat nostram Diatribam (ad quam lectorem jam sæpius amandavimus) *De scriptoribus Græcis variis cum profanis tum ecclesiasticis, maxime ex codd. mss.* quæ lucem brevi visura est: ubi legere licebit nonnulla de eo haud vulgaria.

[xxxvi] XII. Utrum omni hæreseos labe immunis esset noster chronographus, an potius faveret prædictorum Eutychianorum partibus, adeo ut mereatur, cum dicto Joanne Historico, ὁ Διακρινόμενος audire; si quidem inquirere operæ pretium: non desunt quæ fidem faciunt, inter scriptores eum orthodoxos esse potius annumerandum. Imperatoris quippe Justiniani fidem, dogmatibus hæreticorum, quos edictis ille damnaverat, oppositam, orthodoxam appellat *Harcsium*, A inquit, *sectatores quoscunque Romani imperii finibus excedere jussit, indulta tamen eis per tres menses licentia si qui per id tempus fidem* orthodoxam *amplecteretur*. Sic alio in loco de Justiniano: *Sub illius*, inquit, *imperio hæresibus variis interdictum est*. Inter istas vero nominatim fuisse Eutychianæ interdictum, ex edictis 5 et 6 apud Codicem Justinianæum in titulo 1, fit conspicuum. Datur alius quidem in eo locus, qui forsan nonnullis videatur argumentum subministrare, eum Eutychianorum opinionibus tinctum fuisse; locus scilicet iste ubi habet sermonem de Vitaliani rebellione contra imp. Anastasium, Eutychianum, in fidem catholicam sævientem, et episcopos orthodoxos et sedibus suis deturbantem; quem Vitalianum ait Victor episcopus Tununensis contra illum B arma cepisse propter *fidei catholicæ subversionem et synodi Chalcedonensis damnationem, remotionesque orthodoxorum episcoporum atque successiones hæreticorum*. De illa Vitaliani rebellione verba faciens, et in fugam eum actum enarrans chronographus noster sic subjungit: Καὶ ἐνίκησε ὁ Σωτὴρ Χριστὸς καὶ ἡ τοῦ βασιλέως τύχη. *Hanc vero victoriam conciliavit Salvator Christus et imperatoris fortuna*. Quæ verba videantur indicare zelum ejus contra causam Vitaliani, et ipsius fuisse opinionem, pro imperatore tanquam pro veritate Christum dimicasse. At utcunque hoc nonnullis prima fronte videatur, exinde tamen nihil potest jure inferri; dici enim ista a Malala potuere, quia C arma rebellia contra principem suum Vitalianus sumpserat. Sic alii profecto scriptores orthodoxi de bello a Vitaliano moto, tanquam de re improbanda loquuntur, quamvis bene de eo sensisse videatur citatus Victor. Cyrillus Scythopolitanus in *Vita S. Sabæ* (cap. 57.) illius rebellionem damnare videtur, sed aliquanto [xxxvii] tectius: συνεχόμενος ὁ βασιλεὺς Ἀναστάσιος ὑπὸ τοῦ Βιταλιανοῦ βαρβαρικῶν ὀχλήσεων. *Detentus imp. Anastasius a Vitaliani barbaricis motibus. Evagrius* (*Hist. eccles.* l. III, c. 43) apertissime: Τυραννεῖ (inquit) τὸν Ἀναστάσιον Βιταλιανός. Et, eodem in loco, ait eum meditatum fuisse ut *imperium occuparet*.

XIII. Præter varios hosce *Joannes Antiochenos* D huc usque memoratos, quos esse diversos a *Joanne* nostro ex dictis certissime cognoscitur, observata sunt nobis inter legendum nomina aliorum non paucorum. Eorum primus est Jo. Antiochenus archipresbyter, Publiæ diaconissæ et abbatissæ filius sub imp. Juliano apostata clarus. Secundus est Jo. Maxentius, presbyter (ut volunt) Ecclesiæ Antiochenæ sub Justino seniore, cujus exstant in Bibliotheca Patrum opuscula aliquot. Tertius est Jo. Antiochenus presbyter, contra Faustum Semipelagianum scriptor, ab Adone Viennensi laudatus; nisi idem hic esset (quod facile quidem concedo) cum prædicto Jo. Maxentio. Quartus est Jo. Antiochenus Lauræ S. Sabæ in Palæstina monachus, Diaconus et Canonar-

Digitized by Google

cha, secta Origenista, imperante Justiniano. Quintus est Jo. Scholasticus, ex presbytero Antiocheno patriarcha Constantinopolitanus sub ejusdem Justiniani exitu : cujus exstant *Collectio canonum* et *Capita ecclesiastica;* quemque aliqui perperam confundunt cum Jo. Antiocheno Chronographo, cujus exstant Excerpta in Collectione Constantini Porphyrogenneti. Sextus est Joannes de Antiochia vulgo dictus, Arrianus, unus ex magistris Muhammedis pseudoprophetæ, quo tempore imperavit Heraclius. Hisce adjiciendi sunt, nisi iidem fortasse fuerint cum aliquo jam dictorum, Joannes monachus et presbyter Antiochiæ, cui in codice quodam ms. attribuitur *Oratio de Domini transfiguratione*, eadem cum illa, quam nomine Jo. Damasceni in illius operibus evulgatam habemus : et Jo. Antiochensis, cujus nomen in alio quodam ms. tractatui *De conjurationibus* præfixum reperitur. De omnibus hisce, sicut et de illis plerisque quos in superioribus memoravimus, nos fusius et plenius in Diatriba supra memorata *De scriptoribus Græcis variis*, capitibus duobus primis, ex professo disseruimus. Hic [xxxviii] eos recensitos volui, ut quot et quinam exstiterint illius nominis non nescius sit lector, et, si quis ex illis cum chronographo nostro idem esse videatur, ei proprio suo judicio uti liceat, modo et mihi liceat uti meo. Nihil opus est ut hisce subjiciam, a Diacono Liberato (Breviario, cap. 18) memorari episcopum quemdam Alexandriæ, cujus nomen sit nostri scriptoris quam simillimum, Joannem cognomento Mela; quem dicit fuisse Dioscoritam, hoc est Diacrinomenum sive synodi Chalcedonensis adversarium. Eumdem eum fuisse cum nostro Jo. Malala suspicabitur nemo paulo eruditior. Floruit enim ante tempora Justiniani, et, ut auctor est ipse Liberatus, secundus erat in antistitum Alexandrinorum successione a Petro Mongo, Athanasii hæretici successor, et alterius Joannis Machiotæ (sive Niciotæ) cognominati decessor. Incepit, juxta *Chronicon Orientale*, Ecclesiæ Alexandrinæ præsidere A. D. 488, et sedem tenuit per annos 8, et quod excurrit. Kircherus in *Catalogo patriarcharum Alexandrinorum* refert illius initium ad annum Christi 506. Ad quem annum ponitur a Baronio non initium ejus, sed exitus.

XIV. De chronographo nostro, benigne lector, quis fuit et qualis, vel potius sane quis et qualis non fuit, inquisivimus hactenus. Jam postulat ratio nostri instituti, ut ad alia progrediamur, et qualis sit scriptor, deque ejus ætate, temporeque quo scripsit, incamus disquisitionem. Floruisse eum sub imperio Justiniani ejus nominis primi, quod anno D. 527° inceptum est, et 565° terminatum, inter illos eruditos viros, qui Chronici ejus exemplar ms. pervolverint, inolevit hucusque sententia. Sic statuunt pro certo et indubitato Chilmeadus simul interpres et Gregorius; sic quoque vir summus Gul. Lloydius, antistes Asaphensis hodiernus, qui et eum existimat anno Justiniani circiter xxv scribere desiisse. Hoc edocti nos sumus a clariss. Antonio Pagi in Annales Card. Baronii (ad an. D. 107) : in quo opere eximio de chronographo nostro ex Patris prædicti litteris ad se missis mentionem faciens vir ille eruditissimus : *Vixit*, inquit, *sub magno Justiniano et videtur anno ejus* xxv, *aut circiter, scribere* [xxxix] *desiisse. Ita clarissimus Gul. Lloydius, episcopus Asaphensis, e secta Protestantium, vir solidissimi criterii.* In egregio perutilique opere, *De scriptoribus ecclesiasticis*, quo orbem sibi litterarium obstrinxit vir eruditissimus Gul. Cavæus nostras, ad ætatem Justiniano sequiorem demittitur, ita tamen ut eo imperante in vivis esse potuerit, et ad annum Christi 601 conjicitur.

XV. Cum ait celeberrimus Pagius certiorem se factum ab episcopo Asaphensi, chronographum nostrum anno Justiniani xxv, aut circiter, scribere desiisse, eum non possum non suspicari duabus in rebus memoria fuisse lapsum : nam 1°, mihi facile persuadeo scripsisse doctissimum præsulem de anno Justiniani, non xxv sed xxxv. Usque enim ad annum illius imperatoris xxxv Chronographiam nostram, prout jam in ms. habetur, perduci, tam certum est quam quod certissimum : et desinit quidem in anno illius imperii vel xxxviii, vel xxxvii. Subest quoque suspicio hoc tantum eum sibi voluisse, in isto circiter anno desinere nostrum exemplar, non illo anno auctorem scribere desiisse; nam unde id colligi potuerit, nihil uspiam, vel leve, occurrit, cum in fine exemplar esse mutilatum, vel luce ipsa clarius appareat. Habetur exemplar inter codd. Baroccianos, membrana, et manu antiqua annorum (ut fas est conjicere) plus quam 600, exaratum. Ex voluminis ms. crassitie, colligendum facile videtur non multas schedas in calce desiderari, et vix id deductum fuisse ultra mortem Justiniani : sed ad hoc volumen non aliud olim pertinuisse, vel ipsum olim non fuisse in duo divisum, unde liqueat? Certe constat opus totum multa olim passum fuisse, et schedas omnes aliquando jacuisse per injuriam temporis a se invicem solutas. Hoc indicat præsens voluminis conditio, schedis variis in locis a posteriore bibliopego miserrime transpositis. Utcumque de hisce res habeat : quod intra annos a Domini nostri Nativitate 900 scripsit noster chronographus, extra omnem dubitandi aleam ponitur, cum exstarent ex opere illius excerpta, inter Collectanea Constantini Porphyrog. imp. qui natus est anno 905, et anno circiter 959 denatus : et non scripsisse sub ipo Justiniani imperio, sed postquam ille diem suum supremum obiisset, hoc est post annum 565, eodem certitudinis gradu nobis elucescit, id aperte indicantibus [xl] verbis illis quæ de Justiniano in initio libri xviii, leguntur : Ἐβασίλευσεν ὁ θειότατος Ἰουστινιανὸς ἔτη λτ', καὶ μῆνας ζ', καὶ ἡμέρας

Digitized by Google

ιγ'. *Imperium tenuit divinissimus Justinianus annos* 38, *menses* 7, *et dies* 13. Hoc solum in controversiam potest vocari, an sub Justiniano floruerit, et paulo post ejus ætatem Chronographiam suam condiderit? Sunt quidem, quæ facile cuivis non satis attento possint persuadere, eum paulo post Justinianum suum opus concinnasse; sed et alia sunt multa a nobis observata, quæ suspicionem non immerito creant eum sæculo isto fuisse recentiorem: quin et sunt quæ subindicent eum ad tempora longe sequiora esse detrudendum. Ut de ejus ætate veritatem possit indagare lector, deque ejus auctoritate judicium facere, nos quidquid occurrit notarum et indiciorum ætatis, ob oculos hic congeremus, ac in trutina simul collocabimus. Et primum quidem ea, quæ contra illius vetustatem tantam videantur facere, afferamus et in lance ponamus; deinde quæ illam videantur astruere, ex adverso ponderemus; et si quid admittant hæc responsionis, prout æquos rerum æstimatores decet, videamus.

XVI. Quod auctor noster sub Justiniano Seniore, non solum non scripserit, sed et neque in vita exstiterit, in primo loco, argumenti firmissimi vigorem id habere videtur, quod de urbis suæ Antiochiæ nomine sub Justiniano in Theopolim mutato, et de populi tunc temporis acclamationibus, verba faciens (part. II, p. 179), de illorum acclamationibus non loquitur ipse ex sua scientia et memoria, sed ad publica ipsius civitatis Registra provocat: Ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς Χαρτίοις εὑρέθη τῶν τὰ ἄκτα γραφόντων τῆς αὐτῆς πόλεως, ὅτι ἔκραζον κληδόνα διδόντες εἰς τὸ μεταχληθῆναι τὴν αὐτὴν πόλιν. *Ad novum vero hoc nomen, in Chartis eorum qui acta publica hujus civitatis conscripsere, inventum est, quod bene eidem ominantes acclamarunt incolæ.* Sane si ipsius memoria contigissent istæ acclamationes, quamvis forsan memorare potuisset in Registra civitatis publica fuisse relatas, illa tamen de eis hoc modo et forma non allegasset. Si vel ipse, vel sui æquales istiusmodi acclamationes suis propriis auribus percepissent, [XLI] an fuisse acclamationes acta publica citasset? Si quænam voces fuerunt acclamatæ, et quoties fuisset acclamatum, enarrasset, non fuisset mirandum eum acta publica (21) de illis appellasse. At simpliciter fuisse a bene ominantibus acclamatum, si vel ipse, vel sui coætanei, audissent, qui potuit Registra citare?

XVII. Argumentum 2m exinde peto, quod de rebus gestis sub imperio Justiniani, tot et tanti errores in illius Chronographia committantur, ut omnino repugnet eum illis vixisse temporibus. Ut, multis præteritis, nonnullos hic loci, qui nobis sint majoris momenti, in medium producamus: Bellum illud quo regi Lazorum contra Persas perducem Irenæum, etc. suppetiæ latæ sunt, is refert ad imperium Justiniani (p. 153), et ad ejus consulatum 2, indictionemque 5, quæ in annum illius imperii II incurrit; quod tamen non gestum fuisse ab imp. Justiniano, sed ab ejus decessore Justino, ex Procopio Cæsariensi (*De bello Pers.* l. I, c. 12), ejusdem ævi probatissimo scriptore, colligere licet. Edictum Justiniani de episcopis, orphanotrophis, œconomis, et xenodochiariis, ne nisi de iis quæ ante munus susceptum habuerint bonis, testamentum emitterent, conjicit is ad annum Justiniani 2m (22), errore non minus quam annorum 13. Designatur enim Novella Justiniani 131 (23) quæ emissa est XV Kal. Aprilis Basilio cos. (24), ut ex ejus extremo conspicitur, id est anno illius imperii [XLII] XV jam desinente. Ad annum Justiniani 2m, (25) de Constitutionibus quibusdam Novellis ab eo tunc temporis promulgatis mentionem Noster faciens, inter eas recenset Constitutionem *De jure hæreditario liberis naturalibus concedendo, juxta legem ab imp. Anastasio latam;* quæ edita quidem est non ante imperii Justiniani annum XIII. Quamvis enim super ista materia habeatur lex Justiniani in Codice tit. 26, 50, 8, ipsius 2° consulatu, i. e. anno imperii II data; vix tamen videtur dubitandum quin a nostro auctore designetur lex de re eadem posterior, amplior, et celebrior, quæ in Authentico inter Novellas numeratur LXXXIX, et anno illius imperii XIII, consulatum gerente Apione, data est; in qua quidem expressa habetur mentio de lege circa rem eamdem ab imp. Anastasio emissa, ut de eo mentionem in lege a se designata fuisse factam non obscure subindicat auctor. Ad eumdem annum de puellis ex lenonum turpissima servitute ab imperatrice Theodora liberatis, prohibitisque lenociniis, commemorat (26); quod tamen dubitaverit nemo, quin statim contigerit ante tempus illud, quo lege ab imperatore adversus lenocinia provisum est: at data est lex illa Kal. Decemb. Belisario cos., imperatoris anno *nono;* et inter Novellas numeratur XIV. Ad eumdem annum, nempe Justiniani II, et ante consulatum Decii, qui anno illo ad exitum vergente incepit, refertur a Nostro (27) Codicis

NOTÆ.

(21) De populi acclamationibus in Acta publica referendis, adi Casaubonum in Vulcatii Gallicani Avidium Cassium, p. 466, etc., et Gretserum lib. III Observ. in Codinum De officiis urbis CP. c. 6, pag. 215 ad 218.

(22) Conferantur p. 159 cum 153, 155, 176, 180.

(23) Vide caput illius 13.

(24) Apud Helvicum et alios chronologos, annus iste consularis qui incurrit in annum Justiniani 2 et 3, seu indictio 7, consulatu Basilii insignitur: at male. Consul enim solitarius illius anni nominatus est non Basilius, sed Decius, uti patet ex Fastis Marcellini Comitis, Victoris Tun. et Chronici paschalis sive Alexandrini; atque ita nominatur ab auctore nostro p. 186, 187, et ab ipso imp. Justiniano in *Constitutione de emend. codicis.*

(25) Confer p. 169, cum p. 153, 155, 174, 180.

(26) Confer p. 273, cum sequente, ubi mentio indictionis 7 et cum cæteris jam cit.

(27) Conferatur p. 183, cum 153, 155, 176, 180, 186, 187, ubi commemoratur consulatus Decii tanquam initus post Codicis editionem.

Digitized by Google

Justinianæi editio, qui editus tamen est ineunte Justiniani anno III sub ipso Decii consulatu, VI Idus Aprilis ; uti liquet ex Constitutione de eo confirmando. Ad prædicti Decii consulatum (p. 186) conjicitur ab eo Edictum contra aleatores ; quod postea temporis fuisse evulgatum, ex eo licet colligere, quod inscriptum sit (exstat illud in Codice lib. III, tit. 43) ad Joannem (Cappadocem) prætorio præfectum ; nam ad eam dignitatem evectus est Joannes Cappadox non ante consulatum sequentem, quem gessere Lampadius et Orestes, vel [XLIII] præteritum vel exiturum : suffectus est enim in locum Juliani, quem prætorio præfecti magistratum administrasse exituro Lampadii et Orestis consulatu, comprobatur ex Codicis libro I, tit. 5, lege 19, quæ dirigitur Juliano P. P. V. Kal. Decemb. Lampadio et Oreste coss. Eidem rei ipse Noster testimonium adhibet, qui postquam locutus fuisset de legatis Romanorum sub exitu mensis Septembris (28), Lampadio et Oreste coss. ex Perside post pacem sanctam redeuntibus, deque Romanorum et Persarum in bellum iterum ruentium prælio commisso ad fluvium Euphratem Aprilis die XIX (p. 202), addit, tempore circiter eodem (29) Julianum prætorio præfectum (p. 205) dignitate sua exutum fuisse, et Joannem Cappadocem in locum ejus suffectum. De Antiochia a rege Persarum Chosroe expugnata mense Junio indict. 3, hoc est anno Justiniani XIV verba faciens, subnectit, eodem tempore (p. 222) Belisarium contra Gothos emissum fuisse, etc., quod contigit tamen ante captam a Chosroe Antiochiam plus annis 4 solidis. Inceptum est enim a Belisario bellum Gothicum circa annum Justiniani nonum absolutum sive decimum inchoatum, ut annus illius XIV et indictio prædicta tertia cum anno istius belli quinto connectantur : id quod videre est in Procopii Historia de Bello isto concinnata. Circa quidem id tempus ex Italia reversus est Belisarius cum Vitige rege Gothorum captivo facto, cujus rei ibidem chronographus noster meminit : atque hoc videtur erroris ansam ei præbuisse; putavit enim, ut videtur, intra paucos menses et inceptum fuisse bellum et Vitigem Constantinopolim adductum. Hisce omnibus erratis adde, quod cometa insignis, qui Procopio teste (30), anno Justiniani XIII apparuit, ad annum illius IV, consulatum sc. Lampadii et Orestis, a Nostro [XLIV] prodatur (31) : quo nec se nec suos æquales cometam istum vidisse liquidissimo demonstrat. Accedit quod Nycteparchi potestatem abrogatam et pro eo prætorem creatum ad Joannis Cappadocis consulatum (i. e. ad annum imperatoris XII) conjiciat (p. 221) ; quod tamen triennio ante, nempe cos. Belisario, factum est, ut apparet ex Novella 13. Quibus adjicienda est fabula ista, quam de rege Axumitarum memoriæ tradit (p. 164), eum tempore Justiniani contra regem Homeritarum in bellum profecturum, quia negotiatores Christianos in Axumitarum regiones transeuntes bonis omnibus et vita is spoliaverat, vovisse, si Homeritensem bello superaverit Christianum se futurum (*Pro Christianis enim, inquit, adversus eum arma sumo*); et parta victoria legatos ad Justinianum misisse, *ut episcopus sibi clericique darentur, a quibus Christianæ religionis rudimentis et mysteriis imbutus, sacro baptismatis lavacro intingeretur.* Hoc totum a vero longissime abhorrere testatissimum fit ex Procopio : nam auctor est ille, regem Axumitensem, etiam ante id bellum, religionis Christianæ fuisse cultorem, idque quidem quam ferventissimum ; Χριστιανός τε ὢν καὶ δόξης τῆσδε ὡς μάλιστα ἐπιμελούμενος. Et ut constat esse alienum ab omni veritate, ita si quis penitius ad illud attendat, rationem et modum fabulandi apud recentiores scriptores Græculos usitatum, resipere patebit. Committere non possum, quin hic subjungam, quod in Vita Justini Thracis, Justiniani decessoris, annis paucis ante hujus initium de Euphrasio suæ civitatis patriarcha, scriptum reliquit ; suffectum eum in locum defuncti Pauli, orthodoxos, quos vocant, graviter persecutum fuisse, plurimis eorum etiam neci traditis. Quale hoc erroris portentum ! quam absurdum, et ἀσύστατον ! quam absurdum est, Euphrasium orthodoxum orthodoxos neci tradidisse ! quam absurdum est cum, qui idcirco quod fuerit orthodoxus ad thronum illum promotus erat, sub orthodoxo imperatore orthodoxos fuisse persecutum ! Quis nescit hæreticos istos quos imp. Anastasius ad sedium episcopalium [XLV] honorem evexerat, a Justino fuisse dejectos et deturbatos ? Et quis non cognoscit sub eo solos floruisse orthodoxos ? Sane talis et tantus error hic esse videtur, ut a nostro auctore de sua civitate nullo modo potuisset committi, si vel ipse tunc temporis vixisset, vel cum aliis ullis qui vixerant illa ætate, fuisset versatus. Neque alia quidem de causa id scriptum fuisse videtur, quam quod narrationem ex auctore aliquo Eutychiano exscripserit ; qui auctor, cum ipse esset Eutychianus, per orthodoxos designarit, non illos qui revera fuerunt orthodoxi, sed qui tales sunt habiti apud Eutychianos ; hos namque ab Euphrasio persecutionem fuisse passos, ad verisimilitudinem quam proxime accedit.

XVIII. Quod in cæteris istis locis tam insigniter a vero deflexerit noster Chronographus, id in causa fuisse videtur, partim quod scriptores malos

NOTÆ.

(28) Conferatur, p. 190 cum 188.

(29) Prætorio prælectum fuisse Joannem illum anno post consulatum Lampadii et Orestis liquet ex Cod. I. I, leg. 81, quæ dirigitur Joanni P. P. et data est V Kal. Aug. post consulatum Lampadii et Orestis.

(30) Conferatur capitis 3 libri I *De bello Persico* finis cum initio capitum 2 seqq.

(31) Confer., p. 190 cum 188.

Digitized by Google

Γορπιαῖος	*September*
Ὑπερβερεταῖος	*October*
Δῖος	*November*
Ἀπελλαῖος	*December*
Αὐδυναῖος	*Januarius*
Περίττιος	*Februarius*

(79) Τῷ Ἡλίῳ Τιτᾶνι, ὡς ὑψουμένῳ. Raderus ista vertit, apud Chr. Alex. *in solis, ut Titanis excelsi, cultum*: male omnino, ὑψούμενος enim hic dictus sol, id est *exaltatus* (non *excelsus*) eo quod ad æquatorem provectus, mediam jam altitudinem D suam, septentrionem versus, attigerit. Sol enim semper *excelsus* dici potest; *exaltatus* vero eo magis, septentrionalibus, quo a tropico Capricorni longius discessit. Martii itaque xxv, id est æquinoctio verno, certamina hæc ab Œnomao, solis jam sic satis exaltati in honorem, instituta dicuntur.

HODII NOTÆ.

(*b*) Ἀρῃ. Lege Ἀρεῖ.

(*c*) Leg. Πρῖμον. Hamart. Πρῖμνον, ὅ ἐστιν Ἄρεος.

(*d*) Ἄρεως. A. Ἄρεος.

(*e*) Μάρτιος. Hamart. Μάρτιον.

(*f*) Ὁ γὰρ τῆς Πισαίων. Hæc et quæ sequuntur de Œnomao et Erichthonio apud Hamartolum non leguntur.

(*g*) Μηνὶ Δύστρῳ. C. Σύστρῳ, et in Dufresnii Vers. *Systro;* quod mirum eum non correxisse.

(*h*) Ὡς ὑψουμένῳ. Hunc locum non intellexit Dufresnius, sic vertens: *in solis Titanis, vel excelsi, honorem.*

(*i*) Δημήτρας. C. Δήμητρος.

Digitized by Google

sorte data Œnomaus pro Neptuno certaturus erat, habitum sumebat cœruleum, aquis respondentem : Antagonista autem ejus viridi ornatu utebatur, ut qui terram repræsentaret. Sin autem Cybelis habitum sumere Œnomaum sors voluisset ; tum viridi habitu **174** ipse usus est ; et qui contra certabat, Neptuni, cœruleo, juxta speciem aquarum. Victus autem neci dabatur. Ad hoc regium et anniversarium certamen infinita hominum multitudo, ex regionibus atque urbibus omnibus] confluebat. Et maritimi quidem ac insulani, qui vicos littorales incolebant, nautæque, vovebant illi victoriam, qui cœruleum, sive Neptuni, habitum ferebat : quod existimarent, magnam, si vinceretur is, futuram piscium omnifariorum caritatem, maris naufragia et ventorum adversorum necessitates. Contra, qui continentem habitabant, mediterranei cives et agricolæ, tota etiam agrestium turba, illum vincere optabant, qui viridem gerebat habitum : rati, magnam annonæ caritatem ac famem, vinique et olei frugumque omnium inopiam secuturam, si vinceretur is qui pro Cybele, id est Terra, decertabat. Superior omnibus in hoc certamine, per multos annos, Œnomaus evasit : ut qui aurigandi artem ab Apsyrto edoctus esset. Tandem vero ipse, a Pelope Lydo victus, morte multatus est.

Equestris autem certaminis auctor primus erat Enyalius quidam filius Neptuni illius, qui Libyam, Jovis Pici ex Io filiam, in uxorem duxit ; quique regiones ad meridiem vergentes in potestatem suam redactas, ab uxoris nomine, Libyam appellavit. Equestre autem hoc certamen bigis **175** primum celebravit Enyalius : uti memoriæ prodidit, in Anniversariis suis, sapiens Callimachus.

Hunc secutus est Erichthonius, qui certamen hoc equestre quadrigis peregit : unde magnum sibi nomen comparavit : sicuti scriptum reliquit Charax, in Historiis : qui præterea addit, exstructum fuisse hippodromum ad formam universi ; nempe ut cœlum, terram et mare repræsentaret. Ostia enim duodena ad zodiaci domus duodecim retulit, qui terras et maria gubernat, vitamque mortalium transitoriam ; area hippodromi terram ; Euripus mare, a terra media interceptum, referebat : flexus qui ad ostia, orien-

A ἀπὸ οἱασδήποτε χώρας καταγωνίσασθαι αὐτόν (80)· καὶ ὅτε μὲν ὁ κλῆρος ἐκάλει τὸν Οἰνόμαον ἀγωνίσασθαι ὑπὲρ τοῦ Ποσειδῶνος, ἐφόρει σχῆμα ἱματίων κυανῶν [1], ὅ ἐστι τῶν ὑδάτων, καὶ ὁ ἀνταγωνιζόμενος κατ' αὐτοῦ ἐφόρει τὸ χλοῶδες σχῆμα, ὅ ἐστι τῆς γῆς. Καὶ πάλιν εἰ ἠνεγκεν ὁ κλῆρος τῷ Οἰνομάῳ φορῆσαι τὸ τῆς Δημήτρας σχῆμα, ἐφόρει τὸ χλοῶδες σχῆμα, καὶ [220] ὁ ἀνταγωνιστὴς αὐτοῦ ἐφόρει τὸ σχῆμα τοῦ Ποσειδῶνος, ὅ ἐστι τῶν ὑδάτων, τὸ κυανόν. Καὶ ὁ ἡττώμενος ἐφονεύετο. Καὶ πλῆθος ἄπειρον ἤρχετο θεωρῆσαι τὸν ἐτήσιον βασιλικὸν ἀγῶνα ἀπὸ ἑκάστης χώρας καὶ πόλεως· καὶ οἱ μὲν τὰς παραλίους πόλεις

B οἰκοῦντες καὶ τὰς νήσους πολῖται, καὶ τὰς κώμας τὰς παραλίους, καὶ ναῦται [2], ηὔχοντο νικῆσαι τὸν φοροῦντα τὸ κυανὸν σχῆμα, τοῦτ' ἔστι τὸ τοῦ Ποσειδῶνος, οἰωνιζόμενοι ὅτι, ἐὰν ἡττηθῇ ὁ ὑπὲρ τοῦ Ποσειδῶνος ἀγωνιζόμενος, ἔκλειψις ἰχθύων γίνεται παντοίων, καὶ ναυάγια θαλάσσης, καὶ ἀνέμων βιαίων ἀνάγκαι. Οἱ δὲ τὰς μεσογείους οἰκοῦντες πολῖται, καὶ ἐπιχώριοι ἄγροικοι, καὶ πάντες οἱ ἐν τῇ γεωργίᾳ κάμνοντες, ηὔχοντο νικῆσαι τὸν φοροῦντα τὸ χλοῶδες σχῆμα, οἰωνιζόμενοι ὅτι εἰ ἡττηθῇ ὁ ὑπὲρ τῆς Δημήτρας ἀγωνιζόμενος, ὅ ἐστιν ὑπὲρ τῆς γῆς, λιμὸς σίτου, καὶ σπάνις οἴνου, καὶ ἐλαίου, καὶ τῶν ἄλλων καρπῶν, γίνεται. Καὶ ἐνίκησε πολλοὺς ὁ Οἰνόμαος ἀνταγωνιστὰς καὶ ἐπὶ πολλὰ ἔτη· εἶχε γὰρ καὶ τὸν Ἄψυρτον διδάσκοντα αὐτὸν τὴν ἡνιοχικὴν τέχνην. Ὅστις Οἰνόμαος ἡττηθεὶς ὑπὸ Πέλοπος τοῦ Λυδοῦ ἐφονεύθη.

C Τὸν δὲ ἱππικὸν ἀγῶνα τοῦτον ἐπενόησε πρῶτος Ἐνυάλιός τις ὀνόματι, υἱὸς Ποσειδῶνος, ἀγαγόμενος [3] τὴν Λιβύην, θυγατέρα τῆς Ἰοῦς καὶ τοῦ Πίκου Διός, ὃς κρατήσας τὰ μεσημβρινὰ μέρη ἐκάλεσε [221] τὴν αὐτὴν χώραν ἐν ᾗ ἐβασίλευσε Λιβύην, εἰς ὄνομα τῆς αὐτοῦ γυναικός. Τὸν δὲ αὐτὸν ἱππικὸν ἀγῶνα ὁ Ἐνυάλιος ἅρμασι διπώλοις ἐφεῦρε (81), καθὼς ταῦτα συνεγράψατο Καλλίμαχος ὁ σοφὸς, ἐν τοῖς *Ἐτησίοις* (82) αὐτοῦ.

D Καὶ λοιπὸν μετ' αὐτὸν ὁ Ἐριχθόνιος ἐπετέλεσε τὸν αὐτὸν ἀγῶνα ἅρμασι τετραπώλοις· διὸ καὶ περιβόητος ἐγένετο, καθὰ ἐν ταῖς Χάρακος ἐμφέρεται Ἱστορίαις· ὃς συνεγράψατο καὶ ταῦτα, ὅτι τοῦ ἱπποδρομίου τὸ κτίσμα εἰς τὴν τοῦ κόσμου διοίκησιν ᾠκοδομήθη, τοῦτ' ἔστι τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῆς γῆς, καὶ τῆς θαλάσσης· τὰς δὲ δεκαδύο θύρας τοὺς δώδεκα οἴκους ἱστόρησε τοῦ ζωδιακοῦ τοῦ διοικοῦντος τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ τῶν ἀνθρώπων τὸν παροδικὸν τοῦ βίου δρόμον. Τὸ δὲ πέλμα τοῦ ἱππικοῦ τὴν γῆν πᾶσαν εἶναι, τὸν δὲ Εὔριπον τὴν θάλασσαν

VARIÆ LECTIONES.

[1] ἱματίων κυανῶν. ἱμάτιον κυανόν Chron. [2] καὶ ναῦται. ναῦται Chron. [3] ἀγαγόμενος Chron., τοῦ ἀγαγομένου Ox. Conf. supra p. 12 A.

ED. CHILMEADI NOTÆ.

(80) Καταγωνίσασθαι αὐτόν. Chr. Alex. καταγωνίζεσθαι αὐτοῦ· καταγωνίζομαι hic pro ἀνταγωνίζομαι ponitur : καταγωνίζομαι enim proprie significat, *Certamine vinco* : Hesychius : καταγωνίζεται, νικᾷ.

(81) Ὁ Ἐνυάλιος ἅρμασι διπώλοις ἐφεῦρε. Chr. Alex. ἅρμασι δὴ πολλοῖς, mendose.

(82) Ἐν τοῖς Ἐτησίοις αὐτοῦ. Iterum forte corrigendum Chr. Alex., ubi pro Ἐτησίοις habet Αἰτησίοις· quod interpres *Ætiis* vertit. Αἴτια quidem inscripti Callimachi operis, quo fabularum origines et causas exposuerat poeta, meminit Servius in VII Æneid. et Martial. l. X Epigr. IV. Callimachum autem libros quamplurimos scripsisse, 800 numero, testis est Suidas ; qui tamen multos eorum enumerans, nec Nostri Ἐτήσια, nec dicta Αἴτια habet.

Digitized by Google

ὑπὸ τῆς γῆς μεσαζομένην, τὸν δὲ ἐπὶ τὰς θύρας καμπτὸν τὴν ἀνατολήν, τὸν δὲ ἐπὶ τὴν σφενδόνην τὴν δύσιν, τὰ δὲ ἑπτὰ σπάτια [a] (83) τὸν δρόμον καὶ τὴν κίνησιν τῆς ἀστρονομίας τῶν ἑπτὰ ἀστέρων τῆς μεγάλης ἄρκτου (*j*) (84).

Ὁ δὲ [222] Ῥῶμος βασιλεὺς πρὸς τιμὴν καὶ αὐτὸς τοῦ Ἡλίου καὶ τῶν ὑπ' αὐτὸν τεσσάρων στοιχείων τὸν ἀγῶνα ἐν τῇ Ῥώμῃ πρῶτος ἐφεῦρε, καὶ ἐπετέλεσεν ἐν τῇ χώρᾳ τῆς Δύσεως, ἤτοι τῆς Ἰταλίας, ἅρμασι τετραπώλοις, τοῦτ' ἔστι τῇ γῇ, καὶ τῇ θαλάσσῃ, καὶ τῷ πυρὶ, καὶ τῷ ἀέρι. Καὶ ἐπέθηκεν ὁ Ῥῶμος τοῖς αὐτοῖς τέτρασι στοιχείοις τὰ ὀνόματα, τῇ γῇ τὸ Πράσινον μέρος, ὅ ἐστι τὸ χλοῶδες, τῇ δὲ θαλάσσῃ, ὅ ἐστι τοῖς ὕδασιν, τὸ Βένετον μέρος, ὡς κυανὸν, τῷ δὲ πυρὶ τὸ Ῥούσιον μέρος, ὡς ἐρυθρὸν, τῷ δὲ ἀέρι τὸ Ἄλβον μέρος, ὡς λευκόν· κἀκεῖθεν ἐπενοήθη τὰ τέσσαρα μέρη ἐν Ῥώμῃ. Ἐκάλεσε δὲ τὸ Πράσινον μέρος, ὅ ἐστι Ῥωμαϊστὶ τὸ *ἐμπαράμορον* [b], πραισεντεύειν (*k*) γὰρ λέγεται τὸ παραμένειν (85), διότι ἡ χλοώδης [c] γῆ διὰ παντὸς ἵσταται σὺν τοῖς ἄλσεσι [d]. Τὸ δὲ Βένετον (86) ἐκάλεσεν ἐκ τοῦ εἶναι ὑπὸ τὴν Ῥώμην ἐπαρχίαν μεγάλην χώραν λεγομένην Βενετζίαν (*l*), ἧστινος [223] μητρόπολίς ἐστιν Ἀκυληΐα (*m*), κἀκεῖθεν ἐξέρχεται τὰ κυανᾶ, τοῦτ' ἔστι τὰ Βενέτζια βάμματα τῶν ἱματίων. Καὶ προσεκόλλησε τῷ [e] Πρασίνῳ μέρει, ὅ ἐστι τῇ γῇ, τὸ λευκὸν, φησὶ [f], τὸν ἀέρα, καθότι καὶ βρέχει καὶ ὑπουργεῖ καὶ ἁρμόττει τῇ γῇ· καὶ τῷ Βενέτῳ μέρει, ὅ ἐστι τοῖς ὕδασι, προσεκόλλησε συμμίξας τὸ Ῥούσιον μέρος, ὅ ἐστι τὸ πῦρ, καθότι σβέννυσι τὸ ὕδωρ τὸ πῦρ, ὡς ὑποτεταγμένον αὐτῷ. Καὶ λοιπὸν οἱ τὴν Ῥώμην οἰκοῦντες διεμερίσθησαν εἰς τὰ μέρη, καὶ οὐκέτι ὡμονόησαν πρὸς ἀλλήλους διὰ τὸ ἐρᾷν [g] λοιπὸν [h] τῆς ἰδίας νίκης καὶ ἀντιποιεῖσθαι τοῦ ἰδίου μέρους, ὥσπερ θρησκείας τινός. Καὶ ἐγένετο μέγα σχίσμα ἐν τῇ Ῥώμῃ, καὶ μεγάλην ἔχθραν εἶχον πρὸς ἀλλήλους ἐν τῇ Ῥώμῃ τὰ μέρη, ἀφότε [i] ἐπ-

tem, qui ad fundam, occasum designavit : septem denique spatia septentrionum motus et cursum astronomicum indicarunt.

Romulus porro et ipse, ad cultum Solis, et, quæ illi subjecta sunt, elementorum quatuor, certamen hoc in Romam primus introduxit; primus etiam in Occidente, id est in Italia, quadrigis illud peregit, terræ, mari, igni, aeri, respondentibus. Indidit etiam Romulus quatuor istis elementis nomina, a terra Prasinam factionem appellavit, propter colorem viridem; a mari Venetam, ob aquarum colorem cœruleum; ab igne Russeam, ob colorem rubentem : ab aere vero Albam, **176** propter coloris albedinem. Inde quatuor illæ in Roma factiones. Prasinam autem factionem ideo vocavit, quia terra virens cum nemoribus suis firma stat semper. Prasinum enim Latinis *permanens* est. Venetam autem factionem appellavit, quod ex Veneta provincia, Romæ subjecta, cujus metropolis est Aquileia, panni Veneti, id est, cœruleo colore tincti, afferuntur. Prasinæ autem factioni, sive terræ, Albam, sive aerem, conjunxit; ex quo aer terræ sit accommodatus, eam irrigans, eique subserviens. Factioni autem Venetæ, sive aquis, Russeam, id est ignem, assignavit; eo quod aqua ignem, tanquam sibi subjectum, exstinguat. Cæterum Romani, hoc modo in factiones distracti, propter studia partium, dum quisque eam cupivit superiorem esse cui ipse maxime favebat, non amplius inter se concordes fuerunt. Quisque enim pro factione sua tanquam pro religione propugnavit : inde odia intestina gravissimaque dissidia inter factiones in urbe exstiterunt, ex quo tempore Romulus primum equestris illius certaminis spectacu-

VARIÆ LECTIONES.

[a] σπάτια Ch. cum Cedreno p. 147 C et Ducangius Gloss. v. σπάτιον, σπαθία Ox. [b] ἐμπαράμονον Chron., ἐμπαράμενον Ox. [c] χλοώδης Ch., Chron., χλοῶδες Ox. [d] ἄλσεσι Ox. [e] τῷ Ch., Chron., τὸ Ox. [f] φησι post καθότι ponit Chron. [g] ἐρᾷν Chron., ὁρᾷν Ox. [h] λοιπόν. ἕκαστον Chron. [i] ἀφότε Ch., ἀπότε Ox.

ED. CHILMEADI NOTÆ.

(83) Τὰ δὲ ἑπτὰ σπαθία. Ita etiam Chr. Alex. mendose : σπαθίον enim *gladiolum* significat. Legendum itaque cum Cedreno, σπάτια, quod vocabulum pure Latinum est. De circi vero constructione, vide Onuphrium Panvinium, et Cl. Salmasii in Solinum Plinian. Exercitation.

(84) Τὴν κίνησιν τῆς ἀστρονομίας τῶν ἑπτὰ ἀστέρων τῆς μεγάλης ἄρκτου. Hæc aliter leguntur apud Chr. Alex. hoc modo : Τὴν κίνησιν τῆς ἀστρῴας (fort. τὴν ἀστρῴαν) τῶν ἑπτὰ ἀστέρων, καὶ τῆς μεγάλης ἄρκτου. Cedrenus habet tantum, τὸν δρόμον τῶν ἑπτὰ πλανητῶν.

(85) Πραισεντεύειν γὰρ λέγεται τὸ παραμένειν. Cum Nostro etiam hic ineptiunt Cedrenus et Chr. Alex. auctor, πράσινον, a πραισεντεύειν derivantes. Πράσινος enim est, porraceus, sive color viridis, qualis porri est.

(86) Τὸ δὲ Βένετον ἐκάλεσεν. Factiones hasce coloribus dispares, a Romulo institutas, circumque ipsum ab eo exstructum fuisse negant eruditi. Spectacula enim hæc, Consualia, primo a Romulo; deinde, circo a Tarquinio Prisco exstructo, circensia dicta sunt. Quin et apertis campis a Romulo celebrata fuisse testatur Cassiodorus, qui de Œnomai ludis loquitur, *Quos ludos* (inquit) *postea Romulus in raptu Sabinarum, necdum fundatis ædificiis, ruraliter ostentavit Italiæ*, etc.

HODII NOTÆ.

(*j*) Τῆς ἀστρονομίας. C. τῆς ἀστρῴας, pro quo Dufresnius reposuit τῆς ἀστρωΐεσίας ex Anonymo ms. et ex Chronico ms. ab Adamo ad Anastasium.

(*k*) Πραισεντεύειν. Ecloge ms. citante Dufresnio, ὅ ἐστι ἐμπαράμονον ἐκ τοῦ παραισεντεύειν, ὃ λέγεται τὸ παραμένειν. Sic quoque Chron. ms. ab Adamo ad Anast.

(*l*) Βενετζίαν. C. Βενεττίαν.

(*m*) Ἀκυλήϊα. C. Ἀκυλυία.

Digitized by Google

lum exhibuit. Romulus etiam, si quando adver- A tisset ex populo, vel senatoribus quoscunque, hujus vel illius factionis, in partes eorum euntes, qui odio ipsum habuerunt atque adversabantur ei vel ob fratris cædem, vel aliam ob causam quamcunque; **177** statim contrariæ factionis hominibus adhærere visus est, unde illos conciliavit sibi affecitque, ut adversantibus sibi et ipsi forent adversarii. Exinde, qui eum secuti sunt, reges Romani eodem usi sunt artificio.

Romulo autem regnante, crevit admodum exercitus ejus, undequaque confluens; eratque in urbe ingens agrestium militum copia, quibus pro tanto numero deerant uxores. Cumque libidinis pruritu correptæ essent juvenum cohortes, passim in foro mulieres contrectabant: inde seditio orta est et B civile bellum. Cumque Romulus inops consilii quid ageret, animi penderet (dedignabantur enim feminæ cum rurestribus et barbaris militibus rem habere), edixit tandem, ut miles virgines illas, quas Brutidas vocavit, in uxores duceret. Nemo autem erat, qui militibus filiam suam tradere dignatus esset: quisque enim dicebat, eos in diem tantum vivere, quibuscunque belli casibus obnoxios. Itaque Romanis civibus filias suas locabant omnes. Conturbatus ad hoc Romulus, oraculum consuluit: responsumque tulit, equestris certaminis spectaculum feminis exhiberet; quo exercitus uxores sibi utcunque compararent. Romulus igitur, coacto in palatium exercitu, certa- C men equestre celebravit: jussitque feminas solum ad spectaculum admitti. Itaque numerosa feminarum turba, veluti ad inusitatum quoddam spectaculum, ex omni in circuitu vicinia **178** urbibusque et viculis etiam longe remotis ad urbem Romam concursitabat; circumque implebant matronæ virginesque innuptæ, inter quas et Sabinorum forma præcellentes adfuerunt filiæ, quorum regio ab urbe propius aberat. Dederat porro Romulus clam in mandatis, ne cujusquam civis Romani uxor in spectaculo adesset; militique itidem suo edixit, ut matronam nullam contingerent, solas raperent virgines, et quæ viris omnino carerent. Solus autem in circum Romulus venit D ut certamina spectaret. Interim autem dum ferve-

ἐνόησεν αὐτοῖς τὴν τοῦ ἱππικοῦ θέαν ὁ Ῥῶμος. Καὶ ὅτε ἐν οἱῳδήποτε μέρει εἶδεν ὁ Ῥῶμος (87) φιλοῦντας τοὺς λελυπημένους καὶ ἀνθισταμένους αὐτῷ δήμους ἢ συγκλητικοὺς διὰ τὸν θάνατον τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ ἢ δι' ἄλλην αἰτίαν οἱανδήποτε, ἐδόκει ἀντέχεσθαι τοῦ ἄλλου μέρους, καὶ εἶχεν αὐτοὺς εὐμενεῖς καὶ ἐναντιουμένους τῷ σκοπῷ τῶν ἐναντίων αὐτοῦ. Ἐξ ἐκείνου καὶ οἱ μετ' αὐτὸν βασιλεῖς τῆς Ῥώμης τῷ αὐτῷ κανόνι ἐχρήσαντο.

Ἐν δὲ τῇ βασιλείᾳ τοῦ αὐτοῦ Ῥώμου ὁ στρατὸς αὐτοῦ [224] ἐγένετο πολὺς ἐπείσακτος, καὶ πλῆθος ἦν ἐν τῇ Ῥώμῃ τῶν ἀγρίων ἀνθρώπων, καὶ οὐκ ἦσαν πρὸς τὰ πλήθη τῶν ἀνδρῶν γυναῖκες. Καὶ ἐπεθύμουν τῆς τοῦ βίου ἡδονῆς τὰ τῶν νεανιῶν στρατεύματα· καὶ ἐπήρχοντο κατὰ τὴν ἀγορὰν ταῖς γυναιξὶ, καὶ ἐγένετο ταραχὴ καὶ ἐμφύλιος πόλεμος. Καὶ ἠθύμει ὁ Ῥῶμος, ἀμηχανῶν τί πράξει· οὐδεμία [15] γὰρ ἠνείχετο τῶν γυναικῶν καταμῖξαι τοῖς στρατιώταις, ὡς ἀγρίοις καὶ βαρβάροις. Καὶ ἐξεφώνησε νόμον ὥστε λαμβάνειν τοὺς στρατιώτας πρὸς γάμον παρθένους, ἃς ἐκάλεσε Βρυτίδας (88)· καὶ οὐδεὶς εἵλετο δοῦναι αὐτοῖς τὴν ἰδίαν θυγατέρα, ἀλλ' ἔλεγον ὅτι οὐκ ἔστιν αὐτοῖς καθ' ἑκάστην ἐλπὶς ζωῆς διὰ τοὺς πολέμους, ἀλλὰ πάντες τοῖς τῆς πόλεως ἐζεύγνυον τὰς ἑαυτῶν θυγατέρας. Καὶ ἀθυμῶν ὁ Ῥῶμος ἀπῆλθεν εἰς τὸ μαντεῖον· καὶ ἐδόθη αὐτῷ χρησμὸς ὥστε ἐπιτελέσαι (89) ταῖς γυναιξὶ θέαν ἱππικοῦ, ἵνα ἀγάγηται ἑαυτῷ ὁ στρατὸς γυναῖκας. [225] Καὶ συνάξας τὸ πλῆθος τοῦ στρατοῦ ἐν τῷ παλατίῳ ἐπετέλεσεν ἱππικὸν, κελεύσας μόνον γυναῖκας θεωρῆσαι τὸ ἱπποδρόμιον. Καὶ ὡς παραξένου [16] τινὸς θέας μελλούσης γίνεσθαι, ἀπὸ πάσης τῆς περιχώρου καὶ τῶν πόῤῥωθεν πόλεων καὶ κωμῶν ἦλθον ἐν τῇ πόλει Ῥώμῃ πλῆθη γυναικῶν, καὶ ἀνεπλήρωσαν τὸ ἱππικὸν γυναῖκες ὕπανδροι καὶ νεώτεραι παρθένοι· ἦλθον δὲ καὶ αἱ θυγατέρες τῶν λεγομένων Σαβίνων, χώρας πλησίον τῆς Ῥώμης οὔσης, γυναῖκες εὐπρεπεῖς. Καὶ δοὺς ὁ Ῥῶμος μανδάτα λάθρα γυναῖκα ὕπανδρον οὖσαν Ῥωμαίαν πολίτιδα μὴ θεωρῆσαι, κελεύσας καὶ ἰδίῳ στρατῷ ὥστε ὑπάνδρου γυναικὸς μὴ τολμῆσαι ἅψασθαι, ἀλλὰ τὰς παρθένους ἁρπάσαι καὶ τὰς μὴ ἐχούσας ἄνδρας καὶ μόνας [17], ἀνελθὼν ἐν τῷ ἱππικῷ ὁ Ῥῶμος ἐθεώρει. Καὶ ἐν τῷ ἐπιτελεῖσθαι τὸ ἱπποδρόμιον ἀπολυθεὶς ὁ

VARIÆ LECTIONES.

[15] οὐδεμία Ch., οὐδεὶς Ox. et Chron. [16] παραξένου Ch., Chron., παραξένου Ox. [17] μόνας. μόνος Ox. sequentibus hæc jungens.

ED. CHILMEADI NOTÆ.

(87) Ἀπότε ἐπενόησεν αὐτοῖς τὴν τοῦ ἱππικοῦ θέαν ὁ Ῥῶμος. Scr. ἀφότε ἐπενόησεν, etc. Cæterum hæc mendose leguntur apud Chr. Alex. Lectio itaque, uti et interpunctio, ex Nostro restituenda.

(88) Ἃς ἐκάλεσε Βρυτίδας. Βρυτίδας legit Chr. Alex. Has ego servas feminas esse dixerim, a gente Brutiorum sic dicta, quod eorum plerique omnes fugitivi servi initio fuerint, ac bruta gens, hominum colluvione circa Lucaniam confluente; uti asserit Diodor. Sicul. Bib. Hist. lib. xvi. *Brutides* autem mulieres dicuntur; ut prophetides, teste Suida: Βρούτιδες, γυναῖκες οὕτω καλούμεναι, οἱονεὶ Σιβύλλαι, καὶ προφήτιδες.

(89) Ἐδόθη αὐτῷ ὁ χρησμὸς, ὥστε ἐπιτελέσαι. Ob hoc consilium ab oraculo Romulo, hisce angustiis posito, datum, Consualia hæc certamina Consi, id est consilii Dei in honorem celebravit. Valerius l. II, c. 1 De institut. antiq. *circense spectaculum primus Romulus, raptis virginibus Sabinis, Consualium nomine celebravit.* Consus vero, idem qui Neptunus: haud recte itaque auctor noster. Solis in honorem a Romulo instituta fuisse hæc certamina, supra affirmat.

Digitized by Google

στρατὸς ἐκ τοῦ παλατίου ὥρμησαν ἐν τῷ ἱππικῷ, καὶ ἐκ τῶν βάθρων ἀνέσπασάν τὰς παρθένους γυναῖκας καὶ τὰς μὴ ἐχούσας ἄνδρας· καὶ ἔλαβον ἑαυτοῖς γυναῖκας. Τοῦτο δὲ πρὸς ἅπαξ ἐποίησεν ὁ Ῥῶμος γενέσθαι, καθὼς [226] ὁ σοφώτατος Βεργίλλιος [17] ἐξέθετο· ὡσαύτως δὲ καὶ Πλίνιος (90) ὁ Ῥωμαίων ἱστοριογράφος συνεγράψατο, ὁμοίως δὲ καὶ Λίβιος. Ἕτεροι δὲ ἱστορικοὶ συνεγράψαντο πρῶτον ἱπποδρόμιον ἐπιτελέσαι αὐτοῖς τὸν Ῥῶμον εἰς βούρδωνας (91).

Τὸν δὲ Ῥῶμον καὶ τὸν Ῥῆμον τοὺς ἀδελφοὺς ἱστοροῦσιν ὑπὸ Λυκαίνης γαλακτοτροφέντας [18], ὅτι [19] βασιλεὺς ὁ Ἀμούλιος (92), ὁ αὐτῶν πάππος, ἐκέλευσεν αὐτοὺς ῥιφῆναι εἰς τὰς ὕλας, ὡς πορνογεννήτους· ἐπειδὴ ἡ Ἰλία (*n*) ἡ μήτηρ αὐτῶν, ἱέρεια οὖσα τοῦ Ἄρεως [20], (93) ἐφθάρη, πορνευθεῖσα ὑπό τινος στρατιώτου, περὶ οὗ λέγουσι μυθολογοῦντες τὸν Ἄρεα ἐγγαστρῶσαι αὐτὴν, καὶ ἐγέννησεν αὐτοὺς διδύμους, καὶ διὰ τοῦτο ὁ πάππος αὐτῶν ἔῤῥιψεν αὐτοὺς εἰς τὰς ὕλας. Καὶ εὗρε τοὺς αὐτοὺς παῖδας χωρική τις, βόσκουσα πρόβατα· καὶ σπλαγχνισθεῖσα, ὅτι ἦσαν εὔμορφα [21], λαβοῦσα ἔθρεψεν αὐτοὺς τῷ ἰδίῳ γάλακτι. Εἰς δὲ τὴν χώραν ἐκείνην λυκαίνας καλοῦσιν ἕως ἄρτι τὰς χωρικὰς τὰς βοσκούσας πρόβατα, ὡς ἀεὶ τὸν βίον καὶ τὴν διαγωγὴν ἐχούσας μετὰ λύκων. Τούτου οὖν ἕνεκεν ὁ Ῥῶμος ἐπενόησε τὰ λεγόμενα [227] Βρουμάλια (94), εἰρηκὼς, φησὶν, ἀναγκαῖον εἶναι τὸ τρέφειν τὸν κατὰ καιρὸν βασιλέα τὴν ἑαυτοῦ σύγκλητον πᾶσαν καὶ τοὺς ἐν ἀξίᾳ καὶ πάσας τὰς ἔνδον τοῦ παλατίου οὔσας στρατιάς [22], ὡς ἐντίμους ἐν τῷ καιρῷ τοῦ χειμῶνος, ὅτε τὰ πολεμικὰ ἔνδοσιν ἔχει. Καὶ ἤρξατο πρώτους [23] καλεῖν καὶ τρέφειν τοὺς ἀπὸ τοῦ *Α* ἔχοντας τὸ ὄνομα, καὶ λοιπὸν ἀκολούθως ἕως τοῦ τελευταίου γράμματος, κελεύσας καὶ τὴν ἑαυτοῦ σύγκλητον θρέψαι τῷ αὐτῷ σχήματι. Καὶ ἔθρεψαν καὶ αὐτοὶ τὸν στρατὸν ἅπαντα καὶ οὓς ἐβούλοντο.

rent aurigationes, emissus ex palatio miles, in circum erumpit, virginesque, et quæ viris carerent feminas, ex gradibus raptas, in uxores sibi duxit. Hoc autem semel duntaxat fieri voluit Romulus, uti sapientissimus Virgilius testatus est, cui accinit quoque Plinius Romanus historiographus, uti et Livius etiam. Cæteri vero tradiderunt, primos ludos equestres burdonibus a Romulo celebratos.

Romulum vero et Remum fratres a Lupa lactatos fuisse, fama est: cum rex Amulius, avus eorum, tanquam nothos, eos in silvas exponi jusserat. Mater enim illorum Ilia, Martis sacerdos, a milite quodam compressa fuerat, unde eam a *B* Marte gravidam fuisse factam, fabulantur. Gemellos autem edidit: quos, propterea ab avo in silvis expositos, reperit **179** mulier quædam agrestis, quæ greges ovium pascebat: hæc vero miserata puerulos elegantes, eos lacte suo enutrivit. In ea autem regione usque adhuc etiam rurestres illas ovium custodes, lupas vocitant: ut quæ inter lupos vitam suam transigunt. Brumalia autem quæ dicuntur instituit Romulus, hanc ob causam: eo quod necessarium duxit, ut hiberno tempore, cum bellorum induciæ sunt, rex pro tempore, quicunque fuerit, senatum omnem proceresque, palatinos item milites, honoris causa, conviviis exciperet. Primos itaque ad convivium vocavit, qui nomina sua ab *alpha* exordiebantur; et sic *C* deinceps, suo quoque ordine, usque ad ultimam *alphabeti* litteram. Jussit etiam, ut senatus populum eodem modo invitaret. Itaque vocabant etiam hi exercitum omnem, et quoscunque præterea volebant. Singularum vero turmarum panduristæ, pridie ad vesperam ibant ad convivatorum ædes, ibidemque canebant, usque ad sequentem diem,

VARIÆ LECTIONES.

[17] Βεργίλιος Ch., Βελγίλλιος Ox. [18] γαλακτοτροφέντας. γαλακτοτροφηθῆναι Chron. V. ad p. 37 D. [19] ὅτε Ox., διότι Chron. [20] Ἀρέως — Ἀρέα Ox. [21] εὔμορφα. Fort. εὔμορφοι. [22] στρατιὰς Chron., στρατείας Ox. [23] πρώτους Chron., πρῶτος Ox.

ED. CHILMEADI NOTÆ.

(90) Ὡσαύτως δὲ καὶ Πλίνιος, etc. Ὁμοίως δὲ καὶ Λίβιος. Latinorum scriptorum nomina ista Chr. Alex. auctori parum nota fuisse videntur; ideoque pro Plinio Apollonium, pro Livio Silvium, nescio quos supposuit.

(91) Εἰς Βούρδωνας. *In Burdone* vertit Rader. ac si nomen loci esset. Ego vero vocabulum hoc Latinum esse puto et ἡμιόνους Græcis sonare, id est *mulis*, sicut II Reg. v, 17, ubi vulgaris translatio habet: *Obsecro, concede mihi, ut tollam onus duorum burdonum;* Septuag. habet: Δοθήτω τῷ δούλῳ σου γόμος ζεύγους ἡμιόνων. Probabile autem est auctorem nostrum ad locum illum Servii in Virgil. Æneid. l. VIII, respexisse; ubi in hæc verba: *Magnis circensibus actis*, hæc habet scholiastes: *Magnis, quantum ad paupertatem pristinam* *D* *pertinet. Nam legimus, propter equorum inopiam, diversis eos hinc usus animantibus.*

(92) Ἀμούλιος, ὁ αὐτῶν πάππος. Ita etiam Chr. Alex. auctor, contra historiæ Romanæ fidem: non enim Amulius, sed Numitor, avus erat gemellorum.

(93) Ἱέρεια οὖσα τοῦ Ἄρεως. Chr. Alex. habet ἱεράουσα τοῦ Ἀρέως, mendose; Iliam vero hanc, quæ et Rhea Sylvia dicta est, non Martis, sed Vestæ sacerdotem fuisse tradunt historici Latini.

(94) Τὰ λεγόμενα Βρουμάλια. *Hinc Romulus appellavit Brumalia, seu Saturnalia*, vertit Raderus, haud recte. Festum enim hoc non Saturno, sed Baccho celebrari solitum, bruma, sive hyberno tempore: uti testatur Ovidius, Fastor. l. I:

NODII NOTÆ.

(*n*) Ἰλία. Chron. Editio Rader. et Codex Vat. Σιλβία, ubi tamen Ἰλία corrigendum duxit Dufresnius.

Digitized by Google

uti scirent apud quem essent postridie epulaturi : quæ quidem Brumalia in repub. Romana celebrantur ad hunc usque diem. Hoc autem eo animo fecit Romulus, ut maculam deleret, quam Romani, qui ei infensi erant oderantque, contra eum contumeliæ causa objectabant, indignum scilicet eum esse qui regnaret, affirmantes: eo quod infamis esset nominis : ut qui, cum fratre, aliena quadra vixisset; **180** et ab incunabulis ad perfectam usque ætatem, quoad regnare cœpisset, aliorum victu enutritus fuisset : nempe innuentes, eum apud Faustum colonum, et Lupam uxorem ejus, ex alieno enutritum fuisse, uti antea dictum est. Apud Romanos enim, veteres etiam omnes, vitio vertebatur, si quis alieno pane vesceretur. Unde et in symposiis, quæ *Amicalia* dicta sunt, singuli ex convivis cibum potumque suum proferentes, in commune conferunt; morem antiquum usque adhuc servantes, ne forte *alienivori* audirent. Ob hanc igitur causam, nempe ad contumeliam illam a se amovendam, genus hoc convivii Romulus instituit; et Latina lingua *Brumalium* vocavit : uti hæc tradidit sapientissimus Licinius, Romanorum chronographus.

Post Romulum et Remum fratres, reges vi alii Romæ regnarunt, ad injustum usque illum Tarquinium Superbum. Ab urbe enim condita Romanorum rex septimus fuit iste : a quo etiam ablatum est regium imperium.

Hujus sub regno floruit Cumæa sibylla, vaticinatrix.

Tarquinius iste filium habuit, qui Aruns dictus est : qui in causa fuit, quod Tarquinius pater regno deturbatus fuerit, eo quod Lucretiæ, matronæ nobili, vim intulerat : illa vero, ut castam se ar-

Οἱ οὖν ἑκάστου ἀριθμοῦ πανδοῦροι (95) ἀπὸ ἑσπέρας ἀπιόντες εἰς τοὺς οἴκους τῶν καλεσάντων αὐτοὺς ἐπ' ἀρίστῳ εἰς τὴν ἑξῆς ηὗλουν πρὸς τὸ γνῶναι ἐκεῖνον ὅτι παρ' αὐτῷ τρέφονται ὕριον. Καὶ κατέσχε τὸ ἔθος τῶν Βρουμαλίων ἐν τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ [228] ἕως τῆς νῦν. Τοῦτο δὲ ἐποίησεν ὁ αὐτὸς Ῥῶμος, θέλων ἐξαλεῖψαι τὴν ἑαυτοῦ ὕβριν, ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι ἐχθροὶ αὐτοῦ ὄντες καὶ μισοῦντες αὐτὸν καὶ λοιδοροῦντες ἔλεγον ὅτι οὐκ ἐχρῆν αὐτὸν βασιλεῦσαι ἐνυβρισμένον ὄντα, διότι ἐξ ἀλλοτρίων ἐτράφησαν οἱ δύο ἀδελφοί, ἕως οὗ τελείας ἡλικίας ἐγένοντο καὶ ἐβασίλευσαν [a], σημαίνοντες ὅτι ὑπὸ τοῦ Φαύστου τοῦ γεωργοῦ καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Λυκαίνης ἐτράφησαν ἐκ τῶν ἀλλοτρίων ἐσθίοντες, ὡς προγέγραπται. Ὄνειδος γὰρ ὑπῆρχε παρὰ Ῥωμαίοις καὶ πᾶσι τοῖς ἀρχαίοις ποτὲ τὸ ἐκ τῶν ἀλλοτρίων τρέφεσθαί τινα· ὅθεν καὶ ἐν τοῖς συμποσίοις τοῖς λεγομένοις *Φιλικοῖς* (96) ἕκαστος τῶν συνερχομένων εἰς τὸ συμπόσιον τὸ ἴδιον αὐτοῦ βρῶμα καὶ πόμα μεθ' ἑαυτοῦ κομίζει, καὶ εἰς τὸ κοινὸν πάντα παρατίθεται, καὶ ἐσθίουσι κρατήσαντες τὸ ἀρχαῖον ἔθος ἕως τῆς νῦν, τὸ μὴ ἀκούειν *ἀλλοτριοφάγοι*. Τούτου χάριν ἐπενόησε τοῦτο ὁ αὐτὸς Ῥῶμος, [229] πρὸς τὸ ἐξιλεώσασθαι τὴν ὕβριν ἑαυτοῦ, καλέσας καὶ τὸ ὄνομα τοῦ ἀρίστου Ῥωμαϊστὶ *Βρουμάλιουμ*, καθὼς (97) ὁ σοφώτατος Λικίννιος, ὁ Ῥωμαίων χρονογράφος, ἐξέθετο.

Μετὰ δὲ Ῥῶμον καὶ Ῥῆμον τοὺς ἀδελφοὺς ἐβασίλευσαν ἄλλοι ἐκ τῆς Ῥώμης, ἕως τοῦ Ταρκυνίου Σουπέρβου τοῦ ἀδίκου. Ἑβδομος γὰρ βασιλεὺς τῆς Ῥώμης μετὰ τὸ κτισθῆναι αὐτὴν ἐγένετο· καὶ ἐπήρθη τὸ βασίλειον παρ' αὐτοῦ.

Ἐπὶ δὲ τῶν χρόνων τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἦν σίβυλλα ἡ Κυμαία μάντις.

Ἔσχε δὲ ὁ αὐτὸς Ταρκύνιος υἱὸν ὀνόματι Ἄρρουνς, δι' ὃν ἐξεβλήθη τῆς βασιλείας, ὅτι βιασάμενος τὴν Λουκρητίαν συγκλητικὴν ἐμοίχευσεν ὁ υἱὸς τοῦ Ταρκυνίου ὁ Ἄρρουνς (98)· κἀκείνη ἑσφαξεν ἑαυτὴν,

VARIÆ LECTIONES.

[a] ἐβασίλευσαν Chron., βασίλευσαν Ox.

ED. CHILMEADI NOTÆ.

Sacra Corymbiferi celebrabat Græcia Bacchi,
Tertia, quæ solito tempore bruma refert.

Brumus etiam a Romanis Bacchus dictus est, unde Brumalia nomen accepisse vult Tzetzes ad Hesiod. Op. et D. : Τῷ τῶν ληνῶν αἰτίῳ Διονύσῳ ἑορτὴν τὴν λεγομένην Ἀμβροσίαν ἐτέλουν, ἣ παρὰ Ῥωμαίοις Βρουμάλια καλεῖται· Βροῦμος γὰρ αὐτοῖς ὁ Διόνυσος.

(95) Οἱ οὖν ἑκάστου ἀριθμοῦ πανδοῦροι. Et deinceps, εἰς τὴν ἑξῆς ηὗλουν *ad sequentem usque lucem tibiis canebant* : ideoque Raderus, ob hanc nominis inconstantiam, πανδούρους, *tibicines*, vertit. Panduram tamen instrumentum ἔγχορδον fuisse, tribus tantum chordis instructum, Assyriorum inventum asserit Jul. Poll. lib. IX, cap. 9. τρίχορδον δὲ, ὅπερ Ἀσσύριοι πανδοῦραν ὠνόμαζον. Verum Hesychius ἐμπνευστὸν eam facit, adeoque syringem sive fistulam esse vult, in Σύριγγες· Σύριγγες, ἐκ καλάμων πανδούρια· cui etiam accinit Mart. Capella, De Nupt. Philolog. lib. IX. Instrumentum hoc Hircipedi sive Pani, fistularum inventori attribuens his verbis : *Verum per medium quidam agrestes canorique semidei, quorum hircipedem Pandura, Silvarum arundinis enodis fistulæ sibilatrix, rurestris Faunum tibia decuerunt* ; et quidem obstreperum quoddam ut esset, ideoque armorum strepitibus magis conveniens, ratio ipsa postulare videtur.

(96) Τοῖς λεγομένοις Φιλικοῖς. Convivia hæc φιλικὰ ab eis quæ συγγενικὰ dicta sunt, ita distinguit Plutarchus, ut illa eorum qui ejusdem sunt generis, seu sanguinis, hæc vero, eorum qui affinitate tantum sibi juncti sunt, esse videntur. Plutarch. Sympos. lib. IV, ubi in quæstione, *Cur in nuptiis plurimi ad cœnam vocantur*, hæc habet : Κἀκεῖνο πρόσθες, εἰ βούλει, τὰς τοιαύτας ἑστιάσεις μὴ μόνον φιλικὰς, ἀλλὰ καὶ συγγενικὰς εἶναι, καταμιγνυμένης εἰς τὸ γένος ἑτέρας οἰκειότητος.

(97) Καλέσας καὶ τὸ ὄνομα τοῦ ἀρίστου Ῥωμαϊστὶ, Βρουμάλιουμ· καθὼς, etc. Chr. Alex. habet καλέσας καὶ τὸ ὄνομα τῆς κλήσεως αὐτοῦ Ῥωμαϊστὶ Βρουμάλια [ὅ ἐστιν, τραφῆναι ἐκ τῶν ἀλλοτρίων·] καθώς, etc., ubi verba illa uncis inclusa, ab auctore de suo inserta sunt, inepte; et contra tum verbi sensum, tum auctoris nostri, ex quo ista desumpsit, mentem.

(98) Ἐμοίχευσεν ὁ υἱὸς τοῦ Ταρκυνίου ὁ Ἀρρούνς. Lucretia, non ab Arunte, sed a Tarquinio Sexto, Superbi F. natu minore, stuprata fuit.

Digitized by Google

ὡς σώφρων. Καὶ ἐγένετο ἐμφύλιος πόλεμος μέγας ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπὶ χρόνων [25], καὶ πολλοὶ ἐσφάγησαν. Ταῦτα δὲ συνεγράψατο ὁ σοφὸς Σέρβιος, ὁ Ῥωμαίων συγγραφεύς.

Ὁ δὲ Ταρκύνιος ἐξεβλήθη τῆς βασιλείας τῷ τρόπῳ τούτῳ. Πολέμου κινηθέντος ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐκ τοῦ ἔθνους τῶν λεγομένων Ἀρδηνῶν, λαβὼν βοήθειαν ὁ Ταρκύνιος βασιλεὺς ἦλθε [230] πολεμῶν τὴν Ἀρδηνῶν χώραν. Καὶ εὑρόντες καιρὸν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ οἱ συγκλητικοί, Βροῦτος, ὁ θεῖος τῆς Λουκρητίας, καὶ Κολλατῖνος [26], ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, κατεσκεύασαν αὐτῷ, συμποιησαμένων αὐτοῖς καὶ τῶν ἄλλων συγκλητικῶν καὶ τῶν τῆς πόλεως πάντων εἰς τὸ αὐτὸν ἐκβληθῆναι τῆς βασιλείας, πείσαντες συμμαχεῖν αὐτοῖς εἰς τὸ μὴ δέξασθαι τοῦ λοιποῦ τὸν Ταρκύνιον βασιλέα εἰς τὴν Ῥώμην ὑποστρέφοντα τὸν στρατὸν τὸν φυλάττοντα τὸ παλάτιον καὶ τὴν πόλιν Ῥώμην τῶν λεγομένων *Κελεριαρῶν* (99), ἀνδρῶν μαχιμωτάτων ἐν πολέμοις. Καὶ γνόντος τοῦ Ταρκυνίου τὸ τρακτευθὲν κατ' αὐτοῦ (1) παρὰ τῆς συγκλήτου καὶ τοῦ στρατοῦ καὶ τοῦ δήμου, πέμψας αὐτὸς ὑπενόθευσε καὶ αὐτὸν τὸν υἱὸν τοῦ Βρούτου, τὸν φίλον ὄντα καὶ συννεώτερον τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἀρρούνς. Καὶ πεισθεὶς συνετάξατο ἐρχομένου τοῦ αὐτοῦ Ταρκυνίου κατὰ τῆς Ῥώμης προδοῦναι τὴν πόλιν καὶ τὸν ἴδιον πατέρα φονεύειν τὸν Βροῦτον. Τοῦτο δὲ γνοὺς ὁ δοῦλος τοῦ Βρούτου Βινδίκιος (2), ὁ συνδιάγων τῷ υἱῷ αὐτοῦ, ἀνήγγειλε λάθρα τῷ ἰδίῳ [231] δεσπότῃ Βρούτῳ τὴν μέλλουσαν γίνεσθαι κατ' αὐτοῦ ἐπιβουλὴν παρὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Καὶ εὐθέως ἀκούσας ὁ Βροῦτος συνέσχε τὸν ἴδιον αὐτοῦ υἱόν, καὶ ἐν τῷ φόρῳ Ῥώμης ἐπὶ πάντων ἐξετάσας αὐτὸν, ἠνάγκαζεν αὐτὸν ἐξειπεῖν τὰ αὐτῷ καὶ τῷ Ταρκυνίῳ βεβουλευμένα. Ὁ δὲ ὡμολόγησε τῷ ἰδίῳ πατρὶ τὴν γενομένην παρ' αὐτοῦ σύνταξιν τῆς προδοσίας πρὸς τὸν Ταρκύνιον· καὶ εὐθέως ἐφόνευσε τὸν ἴδιον υἱόν. Καὶ λοιπὸν συναθροισθεῖσα ἡ σύγκλητος Ῥώμης πᾶσα ἀπεκήρυξε τὸν Ταρκύνιον τῆς βασιλείας, ἐγγράφως τὴν καθαίρεσιν αὐτοῦ ποιήσαντες, ψηφισάμενοι ἐν πρώτοις (3) καὶ δισιγνατεύσαντες ὑπάτους δύο, τὸν Βροῦτον τὸν μέγαν καὶ τὸν Κολλατῖνον τὸν ἄνδρα τῆς Λουκρητίας, διοικεῖν τὴν πολιτείαν Ῥωμαίων προβαλλομένους κατ' ἰδίαν δοκιμασίαν ἄρχοντας, καὶ μὴ εἶναι τοῦ λοιποῦ βασιλέα ἐν τῇ Ῥώμῃ, γράψαντες καὶ τῷ στρατῷ τῷ ὄντι μετ' αὐτοῦ Ταρκυνίου ἀπολιπεῖν αὐτόν· καὶ ἀπέστησαν εὐθέως. Ἡ μόνον δὲ προῆλθεν ὕπατος ὁ Βροῦτος, εὐθέως ἐπὶ τῆς συγκλήτου καὶ τοῦ δήμου ἀγαγὼν τὸν ἴδιον

gueret, mortem sibi **181** conscivit. Inde bellum civile ingens Romæ coortum est; in quo plurimi ceciderunt. Hæc autem Servius, sapiens Romanorum scriptor, memoriæ mandavit.

Ejectus autem fuit e regno suo Tarquinius, hoc modo. Bellum Romanis intulerunt Ardeani: Tarquinius igitur rex, copiis collectis, regionem eorum invasit. Tempus itaque nacti opportunum, qui ei infensi erant, Brutus, Lucretiæ avunculus, et Collatinus, ejusdem maritus, senatorii ordinis viri, una cum senatoribus reliquis, populoque adeo omni, consilium inierunt quomodo Tarquinium e regno deturbarent. Conjurationis etiam socios habuerunt flexumines illos, qui *Celeriani* vocabantur; bellicosos viros, palatii atque urbis custodes; a quibus obtinuerunt, ne Tarquinium regem deinceps in urbem admitterent. Tarquinius autem, certior factus de his quæ contra se senatus, exercitus, omnisque adeo populus, machinabantur, Bruti filium, Aruntis filii sui amicum, et a pueris sodalem, in partes suas corrupit; ipsumque paciscentem habuit, uti venienti Tarquinio contra Romam, urbem ipse proderet; Brutum etiam, patrem suum, neci daret. Hæc vero ubi intellexisset Bruti servus, qui filium assectabatur, nomine Vindicius, conspirationem totam, quam in eum filius machinatus est, domino aperuit. Brutus, his auditis, statim **182** comprehendit filium suum, eumque in foro, coram omnibus, examini subjecit; totumque Tarquinii consilium detegere cogit. Filius itaque patri conjurationis omnem seriem indicavit: pater inde illico filium neci tradidit. Senatus deinde Romanus omnis in unum congregatus, Tarquinium regno abdicavit, ejectione ejus in acta publica etiam relata, cum prius consules duos constituissent Brutum magnum et Collatinum, Lucretiæ conjugem. Illis itaque communi consensu reipublicæ administratoribus designatis, cautum deinde erat, ne unquam potestas regia in Romam denuo admitteretur. Exercitum etiam, quem secum habuit Tarquinius, per litteras hortati sunt, uti regem desererent: quod et factum est. Brutus vero, consul factus, servum suum Vindicium senatus et populi in conspectum adduxit, ob fidem ejus domino præstitam, beneficium ei repensaturus. Festivitatem itaque solemnem Justitiæ indixit: et conscenso throno excelso, servum suum Vindicium loco etiam sublimiore

VARIÆ LECTIONES.

[25] χρόνων. Malim χρόνον. [26] Κολλαντῖνος Ox. hic et p. seq. v. 9. Κολλατῖνος est infra p. 79 D.

ED. CHILMEADI NOTÆ.

(99) Τῶν λεγομένων Κελεριανῶν. Κελεριανοὺς vocat, quos Plinius, *Celeres*, *Flexumines*, id est, levis armaturæ Equites.

(1) Τὸ τρακτευθὲν κατ' αὐτοῦ. Τρακτεύομαι et τρακταΐζω, a Latino *tracto*, consilium de re quapiam ineo: occurrit sæpiuscule infra apud auctorem nostrum, ut lib. XII, p. 289, κἀκεῖ αὐτοῦ διάγοντος, καὶ τὰ τοῦ πολέμου τρακταΐζοντος, συνέβη, etc. *Ubi per hiemem commoranti, quæque ad bellum spectabant pertractanti*, sive, de eis consultanti, *abcidit*, etc.

(2) Ὁ δοῦλος τοῦ Βρούτου Βινδίκιος. Non Bruti, sed Aquiliorum conjuratorum servus erat Vindicius. Vide Plutarch. in Poblicola.

(3) Ψηφισάμενοι ἐν πρώτοις. Ἐν πρώτοις, et sæpe etiam πρώτοις, infra apud auctorem nostrum, *in primis*; deinde δισιγνιτεύσαντες, designantes; δεσιγνατεύεσθαι scribitur, in Gloss. Basilicor.

Digitized by Google

sibi e regione collocavit : deinde manum dextram protendens, tres ei alapas palma impegit super faciem, elata hac voce locutus : Excusso, Vindicie, servitutis tuæ jugo, servilem conditionem tuam exuas ; et Romanæ libertatis thorace deinceps indutus, quandiu vixeris incedas. Annulum deinde aureum suo digito detractum, dexteræ ejus imposuit : et concessa etiam ei facultatum suarum portione aliqua, Comitem fecit. Diem autem celebritatis **183** hujus vocavit *Consilia* : ac si diceres, *diem largitionis*. Insuper etiam proconsulibus omnibus provinciarum præfectis imperavit, uti eodem die sacrum pervigilium et festum anniversarium *Justitiæ* celebrarent ; in memoriam ejecti Tarquinii et libertatis pro meritis Vindicio concessæ : ut hinc nimirum servi omnes documenta sibi sumerent, debitam dominis fidem præstandi ; libertatem, et honores tantos pro meritis reportaturi. Itaque etiam proconsules ubique provinciarum solemnitates illas usque adhuc pompa maxima celebrant. De his autem sapiens Livius, aliique plurimi scripserunt.

A δοῦλον τὸν Βινδίκιον ὑπὲρ εὐχαριστίας, ὅτι πιστὰ ἐφύλαξε τῷ ἰδίῳ δεσπότῃ, καὶ ἐπατελέσας ἑορτὴν πανηγυρικὴν τῇ *Δίκῃ*, καὶ καθίσας ἐν [232] τῷ ὑψηλῷ βήματι, ἀνήγαγε τὸν Βινδίκιον ἐν ὕψει ἀντικρυς αὐτοῦ, καὶ ἐκτείνας τὴν δεξιὰν αὐτοῦ χεῖρα, καὶ τῇ παλάμῃ αὐτοῦ πληγὰς τρεῖς ἐπὶ τὴν αὐτοῦ παρειὰν ἐπαγαγὼν, μετὰ κραυγῆς ἔφη ταῦτα· Ἀποτιναξάμενος τὴν τῆς σῆς δουλείας τύχην, ὦ Βινδίκιε, καὶ τὸν ταύτης ἐκδυσάμενος ζυγὸν, ἔνδυσαι Ῥωμαϊκῆς ἐλευθερίας θώρακα τὸν ἅπαντα τῆς ζωῆς σου χρόνον. Καὶ ἀφελόμενος ἐκ τῆς ἰδίας χειρὸς δακτύλιον χρυσοῦν ἐπέβαλεν εἰς τὴν δεξιὰν αὐτοῦ χεῖρα, δεδωκὼς αὐτῷ καὶ ἀξίαν Κόμητος (4) καὶ μέρος τῆς αὐτοῦ περιουσίας, καλέσας τὴν αὐτὴν ἡμέραν τῆς ἑορτῆς *Κονσίλια* (5)[27], ἅπερ ἑρμηνεύεται *παροχῆς*[28] B *ἡμέρα*, προστάξας καὶ τοῖς παρ' αὐτοῦ προβληθεῖσιν ὑπατικοῖς ἄρχουσι τῶν ἐπαρχιῶν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ κατ' ἔτος ἱερὰν πανυχίδα καὶ ἑορτὴν τῇ *Δίκῃ* ἐπιτελεῖν εἰς μνημόσυνον τῆς κατὰ τοῦ Ταρκυνίου νίκης καὶ τῆς κατ' ἀξίαν ἐλευθερίας τοῦ Βινδικίου εἰς τὸ προτρέψασθαι τοὺς λοιποὺς [29] τοὺς πανταχοῦ οἰκέτας εὐγνωμονεῖν τοῖς ἰδίοις δεσπόταις καὶ τοιαύτης ἐλευθερίας ἀξιοῦσθαι καὶ τιμῆς. Ἄτινα Κονσίλια οἱ [233] ὑπατικοὶ ἄρχοντες τῶν ἐπαρχιῶν ἕως τῆς νῦν ἐπιτελοῦσι πανηγυρίζοντες. Περὶ ὧν καὶ Λίβιος ὁ σοφὸς καὶ ἕτεροι πολλοὶ συνεγράψαντο.

Longo autem post tempore, Galli in Romanos insurgentes, bellum eis intulerunt : quod ubi intellexisset senatus Romanus, missus est contra eos Manlius Capitolinus, dux fortissimus. Paravit hic sibi exercitum bellicosissimum ; et in Galliam C profectus, comissoque cum Gallis prœlio, eos profligavit. Romam deinde reversus, triumphum de illis egit. Urbem vero ingressus, senatum, exercitum, populumque fastidire animo visus est : quod senatus quidem cæterique omnes ægre tulerunt. In eum etiam machinatus est Februarius quidam, adversarius potens, senatorii ordinis vir et ex Gallis oriundus. Convocato enim consilio,

Μετὰ δὲ χρόνους πολλοὺς τυραννήσαντες οἱ Γάλλοι (6) ἐκίνησαν πόλεμον Ῥωμαίοις· καὶ τοῦτο γνοῦσα ἡ σύγκλητος Ῥώμης προεχειρίσατο κατ' αὐτῶν στρατηγὸν δυνατὸν ὀνόματι Μαλλίωνα Καπιτωλῖνον [30] (7). Ὅστις ὁπλισάμενος καὶ λαβὼν στρατὸν πολεμικώτατον, ὥρμησεν εἰς τοὺς Γάλλους [31] καὶ συμβαλὼν πόλεμον ἐνίκησε κατὰ κράτος. Καὶ ὑποστρέψας ἐθριάμβευσε τὴν νίκην ἐν τῇ Ῥώμῃ, καὶ εἰσῆλθεν ἀπονενοημένος κατὰ τῆς συγκλήτου καὶ τοῦ στρατοῦ καὶ τοῦ δήμου· καὶ διὰ τοῦτο ἐλυπήθη ἡ σύγκλητος καὶ πάντες. Φθονηθεὶς δὲ ὑπό τινος ἐχθροῦ αὐτοῦ συγκλητικοῦ, ὄντος ἐν δυνάμει, ὀνόματι Φεβρουαρίου (*o*), καταγομένου [234] ἐκ γένους

VARIÆ LECTIONES.

[27] Κονσίλια. *Consualia* in mente habuisse videtur. [28] παροχῆς. Conf. inscr. p. 121. [29] τοὺς λοιπούς. Fort. τοῦ λοιποῦ. [30] Μαλλίωνα. Μαλλίων Ox. [31] Γάλλους. Γαλλίους Ox.

ED. CHILMEADI NOTÆ.

(4) Δεδωκὼς αὐτῷ καὶ ἀξίαν Κόμητος, etc. Vides, Lector, quam honorifice cum Vindicio agit auctor noster : miror tamen quo auctore, ista protulerit. Libertate quidem donatum, pecuniaque ex ærario remuneratum legimus apud Latinos auctores, nec aliquid amplius. Livius l. II : *Secundum pœnam nocentium, ut in utramque partem arcendis scelleribus exemplum nobile esset, præmium indici, pecunia ex ærario, libertas, et civitas donata.* Et deinde : *Post illum observatum, ut qui ita liberati essent, in civitatem accepti viderentur.*

(5) Κονσίλια, ἅπερ ἑρμηνεύεται, *παροχῆς ἡμέρα*. Nova hæc vocabuli hujus interpretatio, Romanisque incognita. Quid si παροχὴ, non a παρέχω, sed a πάροχος deductum vellet auctor noster? adeo ut non *largitionem*, sed *consessionem*, significet : throno enim eodem excelso collocatum Vindicium, Bruto assidere facit. Atque in hoc sensu, *consilium* aliquanto melius quadrabit cum data interpretatione. Verum de hoc videant eruditi.

(6) Τυραννήσαντες οἱ Γάλλοι. Τυραννῆσαι apud Nostrum, pro *arma in aliquem sumere* sive *in aliquem insurgere*, passim usurpari, hic semel monuisse satis sit, exemplum unicum hic proferam, ex lib. XVI, p. 392, ubi de Alexandrinis, qui tumultuantes præfectum suum interfecerant verba faciens, deinde addit : Ἀγανακτήσας ὁ αὐτὸς βασιλεὺς, πολλοὺς ἐτιμωρήσατο ἐξ αὐτῶν τῶν Ἀλεξανδρέων, ὡς τυραννήσαντας τὸν ἄρχοντα αὐτῶν. *Hoc facto commotus imperator, a multis eorum, ob vim præfecto suo illatam, pœnas exegit.*

(7) Ὀνόματι Μαλλίωνα Καπιτωλῖνον. Manlii et Camilli gesta auctor hic misere confundit : non enim Manlius, sed Camillus in Gallos Senones cum exercitu dux missus est. Quæ vero deinceps refert de regno affectato, senatuque spreto, hæc Manlii sunt.

RODII NOTÆ.

(*o*) Φεβρουαρίου. Eamdem fabulam legere est apud Hamartolum.

Digitized by Google

τῶν Γάλλων (8), κατεσκευάσθη. Ἐν κομβεντίῳ γὰρ εἰσελθόντος (9) τοῦ Μαλλίωνος Καπιτωλίνου, καὶ τοῦ κοινοῦ τῆς συγκλήτου καθεζομένου, ἐξαναστὰς ὁ Φεβρουάριος συγκλητικὸς λέγει τῷ Μαλλίωνι, Τοῦ στρατοῦ Ῥωμαίων νικήσαντος τοὺς Γάλλους, σὺ τί ὑπεραίρῃ, ὡς μονομαχήσας; ἡ τύχη Ῥωμαίων ἀεὶ νικᾷ τοὺς πολεμίους· οὐ διέλαθε δὲ ἡμᾶς καὶ τοῦτο, ὅτι διὰ τοῦτο ἐν ἀπονοίᾳ τοσαύτῃ ὑπάρχεις, ὡς βουλόμενος καὶ σὺ τυραννῆσαι τοὺς Ῥωμαίους· ὅπερ οὐκ ἐγγίνεταί σοι. Καὶ ἀκούσασα ταῦτα ἡ σύγκλητος, καὶ ὁ στρατὸς, καὶ ὁ δῆμος, ἐπῆλθε τῷ Μαλλίωνι Καπιτωλίνῳ. Ὁ δὲ δῆμος ἐπαναστὰς κατὰ γνώμην τῆς συγκλήτου ἐβόησαν ἐκβληθῆναι ἀπὸ τῆς πόλεως Ῥώμης τὸν αὐτὸν Μαλλίωνα Καπιτωλῖνον· ὅστις εὐλαβηθεὶς τὸν στρατὸν καὶ τὸν δῆμον, ἐξῆλθεν ἐν τοῖς ἰδίοις κτήμασι, πλησίον τῆς λεγομένης Ἀπουλητῖας χώρας, κἀκεῖ διῆγεν ἡσυχάζων. Ἐκείνου δὲ φυγόντος, ἐπῆλθεν ὁ δῆμος Ῥωμαίων τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, καὶ πάντα τὰ διαφέροντα αὐτῷ διήρπασαν.

Οἱ δὲ Γάλλοι προχειρισάμενοι αὐτοῖς ῥῆγα δυνατὸν ἐν πολέμοις (10) [235] ὀνόματι Βρῆνον, ἐπεστράτευσαν εὐθέως ἐπὶ τῆς Ῥώμης, ἀκούσαντες καὶ διὰ τὸν Μαλλίωνα, ὅτι ἐξεβλήθη ἀπὸ τῆς Ῥώμης. Καὶ ὁρμήσας ὁ Βρῆνος ῥῆξ ἐξαίφνης εἰσῆλθεν ἐν τῇ Ῥώμῃ, καὶ παρέλαβεν αὐτὴν νυκτὸς ἐν χειμῶνι (11), τῇ πεντεκαιδεκάτῃ τοῦ Ἐξτιλλίου μηνὸς, προπέμψας λάθρα τοὺς ὀφείλοντας φονεῦσαι τοὺς πορταρίους καὶ ἀνοῖξαι αὐτῷ τὴν πόρταν. Καὶ τούτων φονευομένων ἐγένετο πτῦρμα (12)· καὶ γνόντες οἱ συγκλητικοὶ τὴν παράληψιν τῆς πόλεως, ἔφυγον πάντες, καὶ φανεροὶ τῶν τῆς πόλεως λαμπροὶ σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις εἰσῆλθον ἐν τῷ Καπετωλίῳ εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Διὸς μετὰ τῶν ἰδίων χρημάτων. Παραλαβὼν δὲ ὁ Βρῆνος ῥῆξ τὴν πόλιν Ῥώμην, κατασφάζει πολλοὺς πολίτας καὶ τινας τῶν στρατιωτῶν καὶ αἰχμαλωτίζει· καὶ ἔμενε πολιορκῶν τὸ Καπετώλιον διὰ τοὺς ὄντας ἐν αὐτῷ συγκλητικοὺς καὶ διὰ τὰ χρήματα αὐτῶν. Δυνηθέντες δὲ οἱ συγκλητικοὶ ἔγραψαν, δεόμενοι τοῦ Μαλλίωνος Καπιτωλίνου συνάξαι τὸν κατὰ πόλιν καὶ

A cum comitium **184** intraret Manlius Capitolinus, Februarius exsurgens, reliquis senatoribus assidentibus, ita eum allocutus est: Quorsum tu, Manli, tam te superbe geris, quasi tua sola virtute parta esset hæc in Gallos victoria? Nos Romanam Fortunam ubique victricem agnoscimus. Sed neque nos latet hujus tui fastus causa: nempe affectati regni spes tua. Sed frustra cris. Hæc ubi audissent senatus, exercitus, et populus, insurgebant una omnes in Manlium Capitolinum: et populus quidem, senatu etiam assentiente, elatis vocibus, eum ex urbe ejici postulabat. Manlius itaque cavens sibi ab exercitu populoque, secessit in prædia sua, non procul ab Apulia sita; ubi deinde latitavit. Fuga autem ejus Romæ nota,
B domum ejus populus invasit, bonaque ejus omnia diripuit.

Galli interim, ubi audissent Manlium ex urbe pulsum esse, bellum contra Romanos instaurant, ducem constituentes sibi strenuum, Brennum nomine. Hic itaque, missis in primis qui janitores urbis clanculo interficerent, portasque sibi aperirent, Romam repente ingressus, urbem nocte tempestuosa cepit, mensis Sextilis die xv. Custodibus autem interfectis, ingens consternatio facta est: senatores vero certiores facti urbem captam esse, fuga rebus suis consuluerunt; ex urbis autem primariis plurimi,
C **185** cum uxoribus et liberis bonisque suis omnibus in templum Jovis Capitolini se receperunt. Urbe autem a Brenno capta, multi ex civibus, ex militibus etiam nonnulli, gladio perierunt, captivique abducti sunt. Capitolium etiam obsidione cingebat; ut senatores illic congregatos, una cum divitiis ipsorum occuparet. Senatores vero qui opportunitatem habuerunt hoc faciendi, Manlium per litteras implorarunt, uti, copiis, quæ per urbes regionesque Romanas distributæ erant,

ED. CHILMEADI NOTÆ.

(8) Καταγομένου ἐκ γένους τῶν Γάλλων. Infra etiam habet, οὗτος ἐκ γένους ἐστὶ τῶν Γαλλων. Cedrenus habet, ἐκ τοῦ μέρους τῶν Γάλλων καταγόμενος, ubi interpres Xylander, *Nescio*, inquit, *quid sit istud* καταγόμενος· in quem tamen recte animadvertit doctissimus Jac. Goar. in notis suis posterioribus ad Cedren.; κατάγομαι enim nihil aliud est quam *descendo*, et καταγόμενος ἀπὸ γένους, *a genere descendens*: quod nos Anglice etiam dicimus, *Descended from such a Stock*. Hujus autem exempla sexcenta ex hoc Nostro proferre licet: uti lib. II, p. 13 de Perseo Ionitas visente hæc habet: Γνόντες αὐτὸν οἱ αὐτοὶ Ἀργεῖοι Ἰωπολῖται, ὅτι καὶ οὗτος ἐκ τοῦ γένους τῶν Ἀργείων κατάγεται, χαρέντες ἀνύμνουν αὐτόν. Ita etiam lib. IV, p. 39, de Cecrope verba habens, τῶν δὲ Ἀθηναίων ἐβασίλευσε Κέκροψ τις, ὅστις ἐξ Αἰγύπτου κατῆγετο· *Athenis regnavit Cecrops quidam, ab Ægyptiis originem ducens*. Cecropem autem Ægyptium fuisse, testes habemus Suidam, Eusebium, aliosque.

(9) Ἐν Κομβεντίῳ γὰρ εἰσελθόντος. Κομέντῳ habet Cedrenus mendose. Κόμβεντον, et κομβέντιον, *conventus*, sive *consilium*, apud Nostrum habemus frequenter.

(10) Ῥῆγα δυνατὸν ἐν πολέμοις. Reges principesque omnes minores, ῥῆγας, imperatorem vero
D solum βασιλέα, vocatus supra monuimus: sed et duces suos ῥῆγας vocasse barbaros, tum ex hoc auctoris loco, tum ex Procopio apparet, Goth. I. I, ubi de Theuderico loquens, qui Gothorum Italiæque copias sibi subjecerat, βασιλέως tamen nomen aut habitum sibi assumere noluit; deinde addit: Ἀλλὰ ῥῆξ τε διεβίω καλούμενος· οὕτω γὰρ σφῶν τοὺς ἡγεμόνας οἱ Βάρβαροι καλεῖν νενομίκασι. *Sed ῥῆξ deinceps vocatus est, quo nomine barbari duces suos appellare solent.*

(11) Νυκτὸς ἐν χειμῶνι. Χειμὼν hic tempus, non hibernum, sed tempestuosum significat; uti patebit ex sequentibus caterum suavissimæ hujus de Februario narratiunculæ medullam excerpserunt etiam Suidas et Cedrenus, hic de Manlio, ille vero de Camillo, instituta fabula. Unde vero hauserint, jam vides, lector.

(12) Ἐγένετο πτύρμα. Πτυρμός, habet Hesychius: Πτυρμός· φρίκη, καὶ τὰ ὅμοια.

Digitized by Google

in unum collectis, in auxilium sibi veniret. Manlius, acceptis senatus litteris, atque inde Romam captam, Capitoliumque obsessum esse a Brenno Gallorum duce edoctus, animo turbatus est. Sine mora itaque copiis undequaque collectis, in Brennum proficiscitur ipsumque ex improviso aggressus, exercitumque suum noctu ducens per urbis plateas, Brennum, exercitumque ejus, medius inter eos, adoritur. Galli autem, ignari locorum, gladio ceciderunt: Brennoque ipsi comprehenso, Manlius caput amputavit contoque affixit. Exercitu itaque ducibusque etiam ejus omnibus excisis, captivos Romanos liberavit omnes; bonis etiam, quæ diripuerant Galli, recuperatis omnibus. Senatus autem Romanus, post victoriam a Manlio Capitolino adeptam, ex Capitolio descendens, Romanæ reipublicæ administrationem totam uni Manlio concesserunt; exercitu etiam populoque residuo **186** suffragantibus. Manlius igitur Capitolinus, Roma sua iterum potitus, ob urbis protinus direptiones Romanorumque victorum ignominiam, indignatione commotus est. Mensis vero Sextilis nomen immutari voluit; et tanquam rebus Romanis infausti, dierum ejus numerum decurtavit. Comprehenso deinde Februario senatore, inimico suo, qui machinationibus suis auctor fuit ut ex urbe ejiceretur, Manlius bona ejus omnia diripit, ipsiusque in conspectu, militibus suis, qui in urbis Romæ ultionem secum advenerant, distribuit. Senatum porro exercitumque his affatus: Februarius, inquit, iste a Gallis oriundus est, uti vos probe nostis: quorum etiam in vindictam ista in me machinatus est. Sed et vitam agit ignominiosam: est enim cinædus; nec in urbe Roma degere jure potest. Quin potius ejiciatur inglorius, nomenque ejus, etiam vivente ipso, deleatur. Vos vero ipsum diis manibus devovete. Annuente senatu, cum exercitu, Februarius statim insignibus omnibus exutus est, nudusque factus. Tum vero storea indutum funiculoque præcinctum, vernaculis eum, sive excubitoribus tradiderunt, uti, virgis cædentes, clamarent: *Exi, Februari:* quod Græcis idem est, ac si diceres, ἔκβα, περίττιε. Atque hunc in modum senator iste Februarius, ejectus ex urbe, periit, diis manibus sacratus. Cavebat etiam edicto Manlius, ut mensis

A χώραν Ῥωμαίων ὄντα ἐγκάθετον [236], στρατὸν (13) καὶ ἐλθεῖν εἰς ἐκδίκησιν τῆς Ῥώμης καὶ εἰς βοήθειαν αὐτῶν. Καὶ δεξάμενος τὰ τῆς συγκλήτου γράμματα ὁ Μαλλίων Καπιτωλῖνος, γνοὺς ὅτι ἐλήφθη ἡ Ῥώμη καὶ τὸ Καπετώλιον φρουρεῖται ὑπὸ τοῦ Βρήνου, ῥηγὸς τῶν Γάλλων, ἐταράχθη· καὶ συναγαγὼν εὐθέως πάντοθεν πλῆθος στρατοῦ, καὶ ὁρμήσας, ἦλθε κατὰ τοῦ Βρήνου ῥηγὸς ἐξαίφνης ἀπροσδοκήτως εἰς τὴν Ῥώμην· καὶ αὐτὸς νυκτὸς κατάξας τὸν ἴδιον στρατὸν ἐν ταῖς ῥύμαις τῆς πόλεως, καὶ μεσάσας τὸν Βρῆνον ῥῆγα καὶ τοὺς αὐτοῦ πάντας, ὡς ξένους, ἀνεῖλε. Καὶ περιγενόμενος συνελάβετο τὸν αὐτὸν Βρῆνον ῥῆγα· καὶ εὐθέως ἀπεκεφάλισεν αὐτὸν, καὶ ἔπηξεν ἐν κοντῷ [22] τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Καὶ τὰ πλήθη δὲ αὐτοῦ καὶ τοὺς κόμητας αὐτοῦ (14) κατα-
B κόψας, ἐῤῥύσατο πάντας οὓς συνελάβετο Ῥωμαίους αἰχμαλώτους, ἀφελόμενος καὶ πάντα τὰ παρ' αὐτῶν πραιδευθέντα, καὶ ἐξελθοῦσα ἡ σύγκλητος Ῥωμαίων ἐκ τοῦ Καπετωλίου μετὰ τὴν νίκην τοῦ Μαλλίωνος Καπιτωλίνου εὐθέως ἐψηφίσατο αὐτὸν ἅμα τῷ στρατῷ καὶ τῷ δήμῳ τῷ περιλειφθέντι αὐτῷ αὐτὸν μόνον διοικεῖν τὰ Ῥωμαίων πράγματα. Καὶ κρατήσας πάλιν τῆς Ῥώμης ὁ Μαλλίων Καπιτωλῖνος εὐθέως [237] ἐλυπήθη διὰ τὴν παράλειψιν τῆς πόλεως Ῥώμης καὶ τὴν ὕβριν καὶ τὴν ἧτταν Ῥωμαίων. Ἐν δὲ τῷ λεγομένῳ μηνὶ Ἐξτιλλίῳ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς τὰς ἡμέρας ἐκολόβωσεν (15), ὡς δυσοιωνίστου γενομένου τῇ πόλει Ῥώμῃ, ἀποχαράξας, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, μηκέτι καλεῖσθαι οὕτως. Συσχὼν δὲ καὶ τὸν
C συγκλητικὸν τὸν ἐχθρὸν αὐτοῦ, τὸν κατασκευάσαντα αὐτῷ, ὀνόματι Φεβρουάριον, τὸν καὶ ποιήσαντα αὐτὸν ἐκβληθῆναι ἔξω τῆς πόλεως Ῥώμης, καὶ πάντα τὰ αὐτοῦ ἀφελόμενος, εὐθέως ἐπ' ὄψεσιν αὐτοῦ ἐῤῥόγευσε τῷ ἐλθόντι στρατῷ μετ' αὐτοῦ εἰς ἐκδίκησιν τῆς πόλεως Ῥώμης, προσφωνήσας τῇ συγκλήτῳ καὶ τῷ στρατῷ, ὅτι Οὗτος ἐκ γένους ἐστὶ τῶν Γάλλων, ὡς καὶ ὑμεῖς ἐπίστασθε, κἀκείνους ἐκδικῶν κατεσκεύασέ μοι. Ἔχει δὲ καὶ ἐνυβρισμένον βίον· ἔστι γὰρ κίναιδος, καὶ οὐκ ἐχρῆν αὐτὸν οἰκεῖν ἐν τῇ Ῥώμῃ, ἀλλὰ χρὴ ἐκβληθῆναι αὐτὸν ἀτίμως καὶ ἐν τῇ αὐτοῦ ζωῇ ἀφαιρεθῆναι τὸ ὄνομα αὐτοῦ καὶ δοθῆναι αὐτὸν εἰς θυσίαν τοῖς καταχθονίοις θεοῖς. Καὶ συνῆνεσεν ἡ σύγκλητος καὶ ὁ στρατός· καὶ εὐθέως ἀφελόμενος αὐτοῦ ἀξίαν ἀπέδυσεν αὐτὸν γυμνὸν, καὶ περιειλήσας
D αὐτὸν ψίαθον καὶ περιζώσας αὐτὸν [238] σχοῖνον μάσσινον (16), ἐπιθεὶς τὸ ὄνομα τοῦ αὐτοῦ συγκλη-

VARIÆ LECTIONES.

[22] κόντῳ Ox.

ED. CHILMEADI NOTÆ.

(13) Ἔγκάθετον στρατόν. Scribendum ἐγκάθητον, a verbo κάθημαι, *sedeo*: ut de præsidiariis intelligatur.

(14) Καὶ τοὺς κόμητας αὐτοῦ. Hesychius: Κόμης, ἄρχων, ἡγεμών. Verum comitum varia erant diversaque munera, de quibus vide Meursii Glossar.

(15) Τοῦ αὐτοῦ μηνὸς τας ἡμέρας ἐκολόβωσεν. Hanc dierum mensis hujus decurtationis causam reperisse se in quibusdam Dionis Excerptis ms. refert Cl. Salmasius Plinian. Exercit. in Solin., ubi tamen hæc omnia de Camillo, sicut et apud Suidam, non autem de Manlio, narrantur.

A Antiochiam misso, qui opus hoc effectum daret, Saliano præfecto: qui, monte abscisso, magnum ibi aquæductum condidit, per quem aquas ex Daphne in balneum hoc novum introduxit. Templa etiam quædam exstruxit.

Ἀπέστειλε δὲ ὁ αὐτὸς Γάϊος Καῖσαρ καὶ [314] δύο συγκλητικοὺς ἄλλους πάλιν ἀπὸ Ῥώμης πλουσιωτάτους, ὧντινων τὰ ὀνόματα ταῦτα, Πόντοος καὶ Οὐάριος, ἐπὶ τὸ καὶ φυλάττειν τὴν πόλιν καὶ κτίσαι αὐτὴν ἐκ τῶν φιλοτιμηθέντων ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως, ὡσαύτως δὲ καὶ ἐκ τῶν ἰδίων αὐτῶν παρασχεῖν τῇ αὐτῇ πόλει καὶ οἰκεῖν ἐν αὐτῇ. Οἵτινες πολλὰ πάνυ οἰκήματα ἐκ τῶν ἰδίων ἔκτισαν· πρὸς δὲ τοῖς οἰκήμασι καὶ ἄλλα πάλιν ἔκτισαν οἱ αὐτοὶ B συγκλητικοὶ ἐν τῇ αὐτῇ Ἀντιόχου πόλει ἐκ τῶν ἰδίων αὐτῶν χρημάτων δημόσιον Λουτρὸν μέγα τὸ λεγόμενον Οὐάριον κάτω παρὰ τὸ τεῖχος πλησίον τοῦ ποταμοῦ, ἔνθα καὶ τὰ οἰκήματα αὐτῶν ἔκτισαν πλησίον τοῦ δημοσίου, καὶ Τρίνυμφον εὐπρεπέστατον (93) πάνυ, κοσμήσαντες αὐτὸ ἀγάλμασιν εἰς τὸ γαμοστολεῖσθαι τὰς πολίτιδας παρθένους πάσας. Καὶ ἐκ τῶνδε φιλοτιμηθέντων ἀνήγειραν πολλὰ κτίσματα ἐν αὐτῇ τῶν Ἀντιοχέων πόλει· καὶ ἔμειναν οἰκοῦντες ἐν αὐτῇ τῇ πόλει οἱ αὐτοὶ συγκλητικοί. Καὶ τοὺς ὑπολειφθέντας δὲ κτήτορας ἀξίαις ἐτίμησεν ὁ αὐτὸς Γάϊος Καῖσαρ.

Misit præterea Caius Cæsar duos etiam alios senatores Romanos prædivites, Pontoum et Varium, qui Antiochiæ prospicerent, et non solum **244** ex iis quæ imperator Antiochenis abunde largitus est, sed ex propriis etiam sumptibus urbem instaurarent, instauratamque incolerent. Duo itaque senatores hi quamplurima per urbem domicilia, propriis ex sumptibus, ædificarunt: insuper etiam inferius ad urbis mœnia, juxta fluvium, Balneum ingens publicum, Varium vocatum, exstruxerunt; proxime quod ædes etiam privatas suas exstructas habuerunt. Trinymphum quoque, statuis hinc inde splendidissime ornatum, condiderunt; uti virginibus Antiochenis quibuscunque, nuptialia sua celebrantibus, inserviret. Sed et alia etiam per urbem plurima ædificia, imperatoriis ex sumptibus, erexerunt dicti duo senatores, urbemque ita instauratam incoluerunt: cives vero superstites Caius Cæsar etiam honoribus auxit.

Ἀπὸ δὲ τοῦ πρώτου ἔτους Γαΐου Καίσαρος παρρησίαν λαβὸν παρ' αὐτοῦ [315] τὸ Πράσινον μέρος ἐδημοκράτησεν ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ κατὰ πόλιν ἐπὶ ἔτη γ' ἄχρι τῆς βασιλείας αὐτοῦ· ἔχαιρε γὰρ αὐτοῖς. Τῷ δὲ τρίτῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἔκραξαν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας οἱ ἐκ Βενέτου μέρους τῆς αὐτῆς πόλεως τοῖς αὐτόθι Πρασίνοις ἐν τῷ θεάτρῳ, *Καιρὸς ἀράγει καὶ κατάγει, Πράσινοι μάχῃ*, θεωροῦντος τότε τοῦ Προνοΐου, ἄρχοντος ὑπατικοῦ. Καὶ ἐγένετο δημοτικὴ ἀταξία μεγάλη καὶ συμφορὰ τῇ πόλει συνέβη· οἱ γὰρ Ἀντιοχεῖς Ἕλληνες μετὰ τῶν αὐτόθι Ἰουδαίων συμβαλόντες δημοτικὴν μάχην ἐφόνευσαν πολλοὺς Ἰουδαίους, καὶ τὰς συναγωγὰς αὐτῶν ἔκαυσαν. Καὶ ἀκούσας ἐν Παλαιστίνῃ ὁ ἱερεὺς τῶν αὐτῶν Ἰουδαίων ὀνόματι Φινεὲς, συναθροίσας πλῆθος Ἰουδαίων καὶ Γαλιλαίων, πολιτῶν ὄντων, ὡς λ' χιλιάδας ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ ἦλθεν ἐξαίφνης ἐν τῇ D αὐτῇ Ἀντιόχου πόλει ἀπὸ Τιβεριάδος πόλεως· καὶ ἐφόνευσεν [10] πολλοὺς, ὡς ἅπαξ αἰφνίδιον εἰσελθὼν μετὰ ὡπλισμένων ἀνδρῶν· καὶ ἐάσας πάλιν ἀπῆλθεν ἐν Τιβεριάδι ὁ αὐτὸς Φινεές. Καὶ ταῦτα μαθὼν ὁ βασιλεὺς Γάϊος ἠγανάκτησε κατὰ τῶν συγκλητικῶν

Favebat autem Caius Cæsar factioni Prasinæ: itaque ea, licentiam inde sibi sumens, a primo C imperii ejus anno, per totum triennium, Romæ omnibusque aliis urbibus, dominabatur. Tertio autem imperii ejus anno Antiochiæ Syriæ in theatro, spectante etiam tum ludos Pronœo præfecto, qui ex Veneta erant factione, alta voce Prasinis exclamarunt: *Tempus extollit, et deorsum agit: jam Prasinæ pugnæ.* Et coorta est in populo conturbatio ingens; cujus eventus urbi cessit in incommodum. Græci enim Antiocheni cum Judæis, qui ibi habitarunt, ad pugnam popularem pervenientes, ex Judæis plurimos interfecerunt, et **245** synagogas eorum incendio devastarunt. Cujus rei famam cum in Palæstina Judæorum ibi sacerdos, nomine Phineas accepisset; collecta Judæorum et Galilæorum copiosa multitudine, nempe triginta circiter millibus, ab urbe Tiberiade exercitum hunc ducens, Antiochiam subito adoritur: cujus incolas inopinatos opprimens, quamplurimos eorum internecioni dedit, strageque finita, Tiberiadem statim repetit. Hæc ubi audisset

VARIÆ LECTIONES.

[10] ἐφόνευσαν Ox.

ED. CHILMEADI NOTÆ.

(92) Πλησίον τοῦ ὄρους Γαΐου Καίσαρος. Prope montem C. Cæsaris; id est juxta eam montis partem ubi J. Cæsar Balneum publicum, Gladiatorium, Theatrum, aliaque Antiochensibus olim exstruxerat; de quibus auctor supra lib. IX.

(93) Καὶ Τρίνυμφον εὐπρεπέστατον. Trinymphum hic vocat, quod postea sæpius νυμφαγωγίαν et νυμφαῖον, nuptiis quibuscunque celebrandis destinatum ædificium, ut ipse vult: Cedrenus tamen pauperibus solum virginibus, quæque domibus propriis carebant, eorum tribuit usum, in Leone Magno: Καὶ τὸ νυμφαῖον, τὸ τοῦδε τοῦ οἴκου κείμενον ἀντικρὺ, ἐν ᾧπερ οἱ γάμοι ἐγένοντο τῶν οὐκ ἐχόντων οἶκους.

Digitized by Google

Caius imperator, in Pontoum et Varium senatores, qui Antiochiæ habitabant, ira commotus est. Missis itaque qui bona eorum publicarent, domosque eorum omnes fisco addicerent (quæ proinde ab Antiochenis *Basilicæ*, i. e. *domus regiæ* vocantur), ipsos etiam ferreis compedibus vinctos adduci jussit; eo quod neque Antiochenos tumultuantes compescuissent, nec Phineæ sacerdoti urbem vastanti, obviam ivissent.

Misit etiam Tiberiadem Palæstinæ, qui Phineam sacerdotem comprehensum, tanquam rebellionis reum, capite multarent. Multos etiam Judæos et Galilæos neci dedit. Phineæ autem sacerdotis caput, in Orontis fluvii ripa opposita, extra urbem Antiochiam, conto affixum erigebatur. Quæ vero in urbe ignibus absumpta fuerant, missis pecuniis ipse instauravit.

Eodem vero anno Caius imperator a cubiculariis eunuchis, satellitibus **246** suis, senatu factum approbante, cum annum ageret XXXIX, occisus est.

Caio successit in imperio Claudius Cæsar Germanicus, Cassio et Solone coss. et regnavit annos XIV et menses IX. Erat hic statura curta, corpore crasso, oculis cæsiis, subcanus, colore candido, facie oblonga, ingenio mitissimo. Urbem hic condidit, quam a nomine suo Claudiopolim vocavit. Brettaniam quoque urbem condidit, non procul ab Oceano.

Claudius autem imperator Prasinis dominationem suam confirmavit. Hujus autem sub imperio Ephesus et Smyrna, cum plurimis aliis Asiæ urbibus, iram divinam expertæ sunt: quibus instaurandis imperator plurima suppeditavit. Eodem concussa est etiam Antiochia magna, templaque Dianæ, Martis, atque Herculis per medium dirupta sunt; ædesque plurimæ corruerunt. Itaque Claudius imperator tributum fumarium, a sodalitiis Antiochenis sibi pendi solitum, in porticuum contignatarum, a Tiberio Cæsare exstructarum instaurationem remisit.

A τῶν ὄντων ἐν τῇ αὐτῇ Ἀντιοχείᾳ πόλει Ποντόου καὶ Οὐαρίου, καὶ πέμψας ἐδήμευσεν αὐτοὺς ἐπαίρων πᾶσαν τὴν περιουσίαν αὐτῶν καὶ τοὺς διαφέροντας αὐτοῖς ἐν Ἀντιοχείᾳ οἴκους ἐτίτλωσεν (94), [316] ἅτινα οἰκήματα ἐκλήθη τὰ βασιλικὰ ἐξ ἐκείνου ἐν τῇ αὐτῇ Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας, ἀγαγὼν καὶ αὐτοὺς σιδηροδεσμίους, διότι οὔτε τὴν ταραχὴν τῆς πόλεως ἔπαυσαν οὔτε τῷ ἱερεῖ Φινεὲς πορθοῦντι [61] τὴν πόλιν (95) ἀντέστησαν.

Ἔπεμψε δὲ καὶ ἐν Τιβεριάδι πόλει τῆς Παλαιστίνης, καὶ παρέλαβε τὸν αὐτὸν Φινεὲς, ἱερέα τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἀπεκεφάλισεν αὐτὸν ὡς τύραννον, καὶ πολλοὺς Ἰουδαίους καὶ Γαλιλαίους ἀπώλεσε. Καὶ τὴν κεφαλὴν δὲ τοῦ ἱερέως Φινεὲς ἐκόντευσεν ἔξω τῆς πόλεως (96) Ἀντιοχείας πέραν τοῦ Ὀρόντου [62] B ποταμοῦ, καὶ τὰ καυθέντα ἐν τῇ πόλει ἀνενέωσε πέμψας χρήματα.

Καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ἔτει ἐσφάγη ὁ αὐτὸς Γάϊος βασιλεὺς ἔσω ἐν τῷ παλατίῳ ὑπὸ τῶν ἰδίων σπαθαρίων τῶν κουβικουλαρίων εὐνούχων, κατὰ γνώμην τῆς συγκλήτου, ὢν ἐτῶν λθ'.

Μετὰ δὲ τὴν βασιλείαν Γαΐου Καίσαρος ἐβασίλευσε Κλαύδιος [317] Καῖσαρ ὁ Γερμανικὸς ἐπὶ τῆς ὑπατείας Κασίου καὶ Σόλωνος (97). Ἐβασίλευσε δὲ ὁ αὐτὸς Κλαύδιος Καῖσαρ ἔτη ιδ' καὶ μῆνας θ' (98). Ἦν δὲ κονδοειδὴς, εὔογκος, γλαυκόφθαλμος, μιξοπόλιος, λευκὸς, μάκροψις, γαληνότατος. Ἔκτισε δὲ πόλιν, ἣν ἐκάλεσεν εἰς ἴδιον ὄνομα Κλαυδιούπολιν. Ἔκτισε δὲ καὶ Βρεττανίαν πόλιν (99) πλησίον τοῦ Ὠκεανοῦ.

C Ὁ δὲ αὐτὸς Κλαύδιος βασιλεὺς καὶ τῇ δημοκρατίᾳ τῶν Πρασίνων κατάστασιν ἔδωκεν. Ἐπὶ δὲ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἔπαθεν ὑπὸ θεομηνίας ἡ Ἔφεσος καὶ ἡ Σμύρνα καὶ πολλαὶ ἄλλαι πόλεις τῆς Ἀσίας, αἵτινες ἐχαρίσατο πολλὰ εἰς ἀνανέωσιν. Ἐσείσθη δὲ τότε καὶ ἡ μεγάλη Ἀντιόχεια πόλις, καὶ διερράγη ὁ ναὸς τῆς Ἀρτέμιδος καὶ τοῦ Ἄρεως καὶ τοῦ Ἡρακλέος [63] καὶ οἶκοι φανεροὶ ἔπεσαν. Ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς Κλαύδιος ἐκούφισεν ἀπὸ τῶν συνεργιῶν, ἤτοι συστημάτων, τῆς Ἀντιοχέων πόλεως τῆς Συρίας τὴν λειτουργίαν [318] ἣν παρεῖχον ὑπὲρ καπνοῦ (1), εἰς ἀνανέωσιν τῶν ὑπορόφων [64] ἐμβόλων αὐτῆς τῶν κτισθέντων ὑπὸ Τιβερίου Καίσαρος.

VARIÆ LECTIONES.

[61] πορθοῦντι Ch., πορθοῦντα Ox. [62] Ὀρέντου. Ὀρόντου Ch. Vide dicenda ab nobis ad p. 113 A. [63] Ἡρακλέως Ox. [64] Malim ὑπωρόφων.

ED. CHILMEADI NOTÆ.

(94) Οἴκους ἐτίτλωσεν. Id est regio fisco addixit. Titulorum tabellis, quas σανίδας vocat Agathias lib. v, eisdem pro more affixis. Hoc vero privato nemini licitum, uti ex Justiniani Novella XXVIII, videre est: Τὸ δὲ μάλιστα ἐπὶ τοῦ Πόντου πλημμελούμενον φυλάξει, τὸ μηδενὶ δοῦναι παῤῥησίαν ἢ τίτλους ἐπιτιθέναι χωρίοις, ἢ οἰκήμασιν ἀλλοτρίοις· μόνον γὰρ ἴδιον τοῦτο τοῦ τε δημοσίου, τῶν τε βασιλικῶν οἴκων ἐστὶ, τῶν τε ἡμετέρων, τῶν τε τῆς εὐσεβεστάτης Αὐγούστης. Εἰ δὲ εἴς ἑτέρου τινὸς εὕροι προσηγορίας σανίδας ἀνατεθείσας, αὐτὰς εὐθὺς καθαιρήσει, ἀνιχνεύσει δὲ τὸν ταύτας καταπήξαντα.

(95) Πορθοῦντα τὴν πόλιν. Scr. Πορθοῦντι. Unde vero historiolam hanc petierit auctor non habeo dicere.

(96) Ἐκόντευσεν ἔξω τῆς πόλεως. Κόντος et κοντάριον, Contus: inde κοντεύειν, conto affigere.

(97) Ἐπὶ τῆς ὑπατείας Κασίου καὶ Σόλωνος. Coss. hi nusquam apparent.

(98) Ἐβασίλευσε δὲ ὁ αὐτὸς Κλαύδιος Καῖσαρ ἔτη ιδ' καὶ μῆνας θ'. Claudium annos XIV et menses IX imperasse ait, a vero non procul: nono enim Kalendas Februarii, id est Januarii XXIV, Caligula occiso, Claudius imperare cœpit; qui etiam XIV imperii anno, III Idus Octobris, sive mense supra annum XIII octavo, diem suum obiit: teste Suetonio.

(99) Ἔκτισε δὲ καὶ Βρεττανίαν πόλιν. Ubinam tandem terrarum? Britanniam quidem nostram, nulli post Jul. Cæsarem tentatam, Claudium imp. armis suis petiisse, deque ea deinceps triumphum egisse maximum legimus: de Bretannia vero urbe maritima, ab eodem exstructa, nihil omnino accepimus.

(1) Ἦν παρεῖχον ὑπὲρ καπνοῦ. Tributum hoc καπνικὸν aliis dicitur, quod pro numero fumario-

Digitized by Google

Ἐν δὲ ταῖς ἀρχαῖς τῆς βασιλείας τοῦ αὐτοῦ Κλαυδίου Καίσαρος μετὰ τὸ ἀναληφθῆναι τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν Ἰησοῦν Χριστὸν μετὰ ἔτη δέκα πρῶτος μετὰ τὸν ἅγιον Πέτρον τὸν ἀπόστολον τὴν χειροτονίαν τῆς ἐπισκοπῆς τῆς Ἀντιοχέων μεγάλης πόλεως τῆς Συρίας ἔλαβεν Εὔοδος [45] γενόμενος πατριάρχης. Καὶ ἐπὶ αὐτοῦ *Χριστιανοὶ* ὠνομάσθησαν τοῦ αὐτοῦ ἐπισκόπου Εὐόδου προσομιλήσαντος αὐτοῖς καὶ ἐπιθήσαντος αὐτοῖς (2) τὸ ὄνομα τοῦτο. Πρώην γὰρ *Ναζωραῖοι* [ἐκαλοῦντο] καὶ *Γαλιλαῖοι* ἐκαλοῦντο [46] οἱ Χριστιανοί.

A Sub initiis autem imperantis Claudii Cæsaris, decem post annis quam Dominus Deus noster Jesus Christus in cœlum assumptus fuit, primus post sanctum Petrum apostolum Antiochiæ magnæ, quæ in Syria est, episcopus **247** factus est Evodius: sub quo, qui *Nazoræi* antea et *Galilæi* vocitabantur, *Christianorum* nomen accepepunt; imponente hoc illis, simul et inter illos Evangelium prædicante, Evodio ipso episcopo.

Τῷ δὲ ὀγδόῳ ἔτει τῆς βασιλείας τοῦ αὐτοῦ Κλαυδίου Καίσαρος διωγμὸν μέγαν ἐποίησαν οἱ Ἰουδαῖοι κατὰ τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν μαθητῶν αὐτῶν καὶ τυραννίδα κατὰ Ῥωμαίων ἐμελέτουν. Ὅθεν πρῶτος ἐπέμφθη κατ' αὐτῶν χιλίαρχος ὀνόματι Φῆστος (3)· καὶ ἐξ ἐκείνου ὄλεθρος αὐτοῖς ἐγένετο. Καὶ ἄρχοντα γὰρ προεχείρισατο [47] αὐτοῖς ὁ αὐτὸς Κλαύδιος βασιλεὺς [48] Φήλικα [319] ὀνόματι, ταράσσοντα αὐτούς.

Anno autem Claudii Cæsaris VIII, Judæi apostolos atque eorum discipulos insectari cœperunt: quin et rebellionem adversus Romanos meditabantur. Tum primum itaque contra eos missus est B Festus chiliarchus; exinde vero exitium Judæis imminere visum est. Præfecerat enim illis Claudius imperator Felicem quemdam, qui magnas in Judæa tragœdias excitabat.

Μετὰ δὲ ιη' ἔτη τοῦ ἀναληφθῆναι ἐν τοῖς οὐρανοῖς τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν Ἰησοῦν [49] Χριστὸν, ἐν τῇ ἑορτῇ τῆς Πεντηκοστῆς τῶν αὐτῶν Ἰουδαίων, οἱ ἱερεῖς ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἤκουσαν φωνῆς ἀνθρωπίνης λεγούσης ἀπὸ τοῦ ἐσωτέρου ἱεροῦ τοῦ λεγομένου, *Ἅγιον τῶν ἁγίων, Μεθιστάμεθα* [50] *ἐντεῦθεν* (4). Τὴν δὲ φωνὴν ταύτην τρίτον ῥηθεῖσαν ἤκουσαν, ὡς θυσιάζουσιν, οἱ αὐτοὶ ἱερεῖς, καὶ ἐγνώσθη τοῦτο παντὶ τῷ ἔθνει. Καὶ ἐξ ἐκείνου ὄλεθρος ἤρξατο τοῖς Ἰουδαίοις, καθὼς Ἰώσηπος [51] ὁ Ἑβραίων φιλόσοφος C ταῦτα συνεγράψατο, εἰρηκὼς καὶ τοῦτο, ὅτι ἐξότε Ἰουδαῖοι ἐσταύρωσαν Ἰησοῦν, ὃς ἦν ἄνθρωπος ἀγαθὸς καὶ δίκαιος, εἴπερ ἄρα τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον δεῖ λέγειν καὶ μὴ Θεὸν, οὐκ ἐξέλειψεν [52] ὀδύνη ἐκ τῆς Ἰουδαίας χώρας. Ταῦτα ἐν τοῖς *Ἰουδαϊκοῖς Συγγράμμασιν* αὐτοῦ ἐξέθετο ὁ αὐτὸς Ἰώσηπος Ἰουδαίοις [53].

Anno vero XVIII post Dominum ac Deum nostrum Jesum Christum in cœlos assumptum, ipso Judæorum festi Pentecostes die, sacerdotibus ab interiore templi adyto, quod *Sanctum sanctorum* dictum est, humana vox subito audita est, hisce verbis: *Migremus hinc.* Vox autem hæc tertia vice repetita, sacerdotibus audita fuit, sacra tum peragentibus: cujus rei fama toti Judæorum genti innotuit. Hinc fatalia Judæorum tempora initium habuerunt: uti scriptis suis testatus est Josephus, Hebræorum philosophus, qui et ista insuper tradidit: Judæos nunquam a calamitatibus suis respirasse quidem, ex quo cruci Jesum fixerunt, hominem **248** illum bonum ac justum: si modo hominem (inquit) illum fas sit dicere, et non Deum potius, qui talis fuerit. Hæc Josephus ille Judæus in libris suis *De Judæorum Antiquitatibus* scripta reliquit.

VARIÆ LECTIONES.

[45] Εὔοδος. Εὐόδιος Ch. [46] Seclusi ἐκαλοῦντο. [47] προεχειρίσατο Ch., προεχειρίσαντο Ox. [48] Φίλικα Ox. [49] Ἰουσοῦν Ox. [50] μεθιστάμεθα. μεθιστώμεθα Ch., μεταβαίνωμεν Josephus *Bell. Jud.* VI, 3, 5. [51] Ἰώσηπος. Conf. *Arch. Jud.* XVIII, 3, 3. [52] ἐξέλειψεν Ch., ἐξέλιψεν Ox. [53] Ἰουδαίοις. Ἰουδαῖος Ch.

ED. CHILMEADI NOTÆ.

rum pendebatur. Quo tempore vero primum populo impositum fuit haud temere dixero: longe D tamen post Claudium institutum fuisse, non est dubitandum. Tributi hujus inventum pessimum Nicephoro Logothetæ tribuit Zonaras, tom. III: Τούτου καὶ ἡ τοῦ καπνικοῦ ἐπίθεσις, ἐννόημα κάκιστον, ἐπαχθέντος τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ πτωχείων γηροκομείων τε, καὶ μοναστηρίων παροίκοις, καὶ παντὶ μήτε γῆν ἔχοντι, μήτε τέλος. Imperatore tamen hoc antiquius esse inde manifestum est, eo quod ab auctore nostro memoratur, quem Nicephorum hunc 200 ad minimum annis præcessisse, nos alibi probaturos non dubitamus.

(2) Προσομιλήσαντος αὐτοῖς. Ὁμιλία hoc loco accipio eodem sensu quo scriptores ecclesiastici, pro concione, sive oratione in cœtu fidelium habita. Cæterum Christianos dictos fuisse ante Claudium imp., dum S. Petrus adhuc Antiochiæ versaretur, ex Actor. XI manifesto apparet.

(3) Ὀνόματι Φῆστος. Festus in Judæam procurator missus est, non a Claudio, sed a Nerone imperii sui anno II. Vide Josephum, lib. 20, cap. 7.

(4) Μεθιστάμεθα ἐντεῦθεν. Forte, μεθιστώμεθα. Verba apud Josephum, De bell. Jud. l. VII, sunt ista: *Μεταβαίνωμεν ἐντεῦθεν.* Corrigendus interim Ἱστοριῶν συναγωγῆς Scaligerianæ auctor, qui ipso Dominicæ Passionis die prodigium hoc accidisse asserit, deque hoc Josephum appellat testem; qui tamen Pentecostes festo accidisse hoc clare testatur. Suspicor etiam mendosum esse numerum annorum post Ascensionem Domini, a nostro positum, quo hoc accidisse scribit. Licet enim annum ipsum Josephus non ponit expresse, manifestum tamen est non longo temporis spatio templi devastationem hoc antecessisse. Hierosolyma autem capta est anno II Vespasiani imp., anno scilicet XXXIX post Ascensionem Domini, uti Eusebius auctor est. Scaliger hoc accidisse vult anno Christi LXV, sexennio scilicet ante Jerosolymas captas, triginta duobus vero annis post Domini Ascensionem. Scalig. in Euseb. Chron. p. 171.

Digitized by Google

Eodem imperante Claudio, primores et populus Antiochenus ad imperatorem referebant, ab eo petentes, uti divino ejus ex edicto, facultatem sibi haberent Olympia a Pisæis redimendi ex annuis illis reditibus, urbi suæ, a Sosibio quodam, cive et senatore Antiocheno, olim legatis. Facultatem itaque Olympia redimendi concessit eis Claudius imperator, anno æræ Antiochenæ XCII. Factum nempe hoc ab Antiochenis, quod ægre ferrent in magistratibus suis ea quæ de supradictis Sosibii reditibus factitata essent. Sosibius enim, uti scriptum reliquit in Chronographia sua sapiens Pausanias, Antiochiæ Magnæ legavit moriens XV auri talenta, annuatim urbi solvenda; sicuti superius in Augusti Octaviani temporibus memoratum est. Reditum vero hunc annuum Sosibius Antiochenis legaverat, ut haberent unde sumptus facerent in varium illud spectaculum, scenicorum, thymelicorum, tragicorum, athleticorum ludorum, gladiatorum quoque et certaminum equestrium; quod quinto quoque anno, Hyperberetæo, sive Octobri mense, per XXX dies celebrari **249** solebat. Et primitus quidem ludos hosce gymnasiarchæ rite celebrabant: deinceps vero, lucellum captantes, celebrationem hanc penitus omittebant; donec tandem, divino imperatoris edicto, primoribusque urbis postulantibus, ad id coacti, Olympia a Pisæis redimebant. Tum vero cives universos monebant, se solemnia Olympica (quæ antea fuerant) illis exhibere paratos esse; quibus eos se accingere hortabantur. Annuentibus itaque urbis primoribus, cum sacerdotibus omnique populo, ludi illi scenici, athletici, thymelici, tragici, equestriaque certamina, sicut olim, per XXX dies celebrata sunt: facto initio a novilunio mensis Octobris singulis lustris, recurrentibus.

Ἐπὶ [520] δὲ τῆς βασιλείας τοῦ αὐτοῦ Κλαυδίου οἱ αὐτοὶ Ἀντιοχεῖς κτήτορες καὶ πολῖται ἀναφορὰν ἐπεμψαν, δεόμενοι ὥστε παρασχεθῆναι αὐτοῖς ἀπὸ θείας αὐτοῦ κελεύσεως ἀγορασθῆναι τὰ Ὀλύμπια ἀπὸ τῶν [54] Πισαίων (5) τῆς Ἑλλάδος χώρας ἀπὸ τῶν ἐτησίων προσόδων τῶν ἐαθέντων χρημάτων παρὰ Σωσιβίου τινὸς συγκλητικοῦ, συμπολίτου αὐτῶν. Καὶ παρέσχεν αὐτοῖς [55] ἀγοράσαι τὰ Ὀλύμπια ὁ αὐτὸς Κλαύδιος βασιλεὺς, ἔτους χρηματίζοντος κατὰ τοὺς Ἀντιοχεῖς Σύρους ΙΒ'. Τοῦτο δὲ ἐποίησαν οἱ αὐτοὶ Ἀντιοχεῖς λυπηθέντες πρὸς τοὺς πολιτευομένους τῆς αὐτῆς πόλεως διὰ τὰς προσόδους τὰς προειρημένας, παρὰ Σωσιβίου ἐαθείσας τῇ πόλει αὐτῶν· περὶ οὗ Σωσιβίου ὁ σοφὸς χρονογράφος Παυσανίας ἐξέθετο ὅτι εἶασε τελευτῶν κατὰ διαθήκας τῇ τῶν Ἀντιοχέων μεγάλῃ πόλει Σωσίβιός τις ἐτησίαν πρόσοδον χρυσίου τάλαντα δεκαπέντε· ἅτινα ἐν τοῖς ἀνωτέρω χρόνοις τοῦ Αὐγούστου Ὀκταβιανοῦ προγέγραπται [56]. Τὰ δὲ τῆς προσόδου εἰάθη εἰς τὸ ἐπιτελεῖσθαι τοῖς αὐτοῖς συμπολίταις κατὰ πενταετῆ χρόνον πολύτροπον θέαν ἐπὶ ἡμέρας λ' μηνὶ Ὑπερβερεταίῳ τῷ καὶ Ὀκτωβρίῳ σκηνικῶν, θυμελικῶν καὶ τραγικῶν καὶ ἀθλητῶν ἀγῶνα καὶ ἱππικῶν καὶ μονομάχων [57]. Καὶ τὰς μὲν ἀρχὰς ἐπετέλεσαν οἱ αὐτοὶ [521] πολιτευόμενοι, μετὰ δὲ ταῦτα ὑπερετίθεντο τὰς προσόδους ἀποκερδαίνοντες, ἀπὸ [58] θείας κελεύσεως οἱ αὐτοὶ πολιτευόμενοι (6) Ἀντιοχείας μετὰ καὶ τῶν κτητόρων ἠγόρασαν τὰ Ὀλύμπια ἀπὸ τῶν Πισαίων. Καὶ ἤτησαν οἱ αὐτοὶ βουλευταὶ τοὺς τῆς πόλεως πάντας, ὡς ἂν ἕτοιμοι ὄντες ἐνδοῦναι αὐτοῖς ἐν τῷ τέως τὴν τῶν Ὀλυμπίων ἑορτὴν ἐπιτελεῖσθαι αὐτοῖς. Καὶ πεισθέντων τῶν κτητόρων καὶ τοῦ δήμου παντὸς καὶ τῶν ἱερέων, ἐνεδόθη αὐτοῖς· καὶ ἐπετέλεσαν οἱ αὐτοὶ πολιτευόμενοι κατὰ τὸ πρώην ἔθος πάλιν τὸν [59] τῶν σκηνικῶν καὶ ἀθλητῶν, θυμελικῶν καὶ τραγικῶν καὶ ἱππικῶν ἀγῶνα, καὶ λοιπὸν τὰς λ' ἡμέρας ἀπὸ τῆς νεομηνίας τοῦ Ὑπερβερεταίου μηνὸς κατὰ πέντε ἔτη ἕως τοῦ καιροῦ τοῦ πενταετοῦς φθάσαντος.

Rursus autem variis bellorum motibus in Oriente excitatis, cum Antiochia et ipsa vel ab hostibus occupata, aut etiam iram divinam passa, crebris terræmotibus et incendiis labefactata fuisset; oblata inde apta occasione, iidem magistratus omnigenum illud spectaculum quinquennale intermittebant; nec deinceps statis, ut antea, temporibus, sed XV puta, aut etiam XX quoque anno, pro arbitrio suo (idque sexies tantum), celebrabant; tunc quoque, cum Antiochia urbs, malis illis defuncta, pace sua pristina gauderet.

Καὶ πάλιν εὑρίσκοντες ἀφορμὴν εὔλογον οἱ αὐτοὶ πολιτευόμενοι, διαφόρων πολέμων κινηθέντων ἐν τῇ Ἀνατολῇ, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆς αὐτῆς πόλεως Ἀντιοχείας ληφθείσης ὑπὸ ἐναντίων, ὡσαύτως δὲ καὶ θεομηνίας γενομένης καὶ διαφόρων σεισμῶν καὶ ἐμπρησμῶν, ἀνεβάλοντο καὶ τὴν [60] κατὰ πενταετῆ χρόνον πάλιν ἐπιτελεῖν αὐτοῖς πολύτροπον ἀγῶνος θέαν, ἀλλ' ἐπετέλεσαν ἄλλας διαφόρους περιόδους ἐξ τὴν αὐτὴν προειρημένην πανήγυριν [522] δι' ἐνιαυτῶν ιε' ἢ καὶ κ', ὡς ἐὰν αὐτοῖς ἔδοξε (7) μετὰ τὸ τὴν πόλιν τῶν Ἀντιοχέων τῶν κακῶν ἀπαλλαγῆναι καὶ ἐν εἰρήνῃ διάγειν.

VARIÆ LECTIONES.

[54] Πισαίων Ch., Πισέων Ox. Sic et p. seq. v. 5. [55] αὐτούς. « Lego αὐτοῖς. » Ch. [56] προγέγραπται. p. 95 B. [57] μονομάχων Ch., μοναχῶν Ox. Conf. ad p. 91 D. [58] ἀπό. Excidisse videtur ἕως. [59] τὸν Ch., τῆς Ox. [60] τὴν Ch., τὸν Ox.

ED. CHILMEADI NOTÆ.

(5) Ἀπὸ τῶν Πισέων Scr. Πισαίων · secundum Stephanum tamen scriberetur, Πισαιέων : a Πίσα enim gentile facit, Πισάτης, et Πισαιεύς.

(6) Οἱ αὐτοὶ πολιτευόμενοι. πολιτευόμενοι licet *Magistratus* generatim significet, hoc loco tamen per *Gymnasiarchas* reddimus, Magistratus nempe eos dicentes, quibus ludos hosce curare committebatur.

(7) Ὡς ἐὰν αὐτοῖς ἔδοξε. Ὡς ἐάν, pro ὡς ἄν.

Digitized by Google

Τῷ δὲ ιγ' ἔτει τῆς βασιλείας τοῦ αὐτοῦ Κλαυδίου A Καίσαρος ἔπαθεν ὑπὸ θεομηνίας ἡ Κρήτη νῆσος πᾶσα· ἐν οἷς χρόνοις ηὑρέθη ἐν τῷ μνήματι τοῦ Δίκτυος ἐν κασσιτερίνῳ κιβωτίῳ [61] ἡ ἔκθεσις τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου (8) μετὰ ἀληθείας παρ' αὐτοῦ συγγραφεῖσα πᾶσα. Ἔκειτο δὲ προσκέφαλα τοῦ λειψάνου τοῦ Δίκτυος· καὶ νομίσαντες τὸ αὐτὸ κιβώτιον θησαυρὸν εἶναι, προσήνεγκαν αὐτὸ τῷ βασιλεῖ Κλαυδίῳ· καὶ ἐκέλευσε μετὰ τὸ ἀνοῖξαι καὶ γνῶναι τί ἐστι μεταγραφῆναι αὐτὰ καὶ ἐν τῇ δημοσίᾳ Βιβλιοθήκῃ ἀποτεθῆναι αὐτά.

Καὶ ἐτελεύτα ὁ Κλαύδιος πολλὰ ἐν τῇ Κρήτῃ χαρισάμενος εἰς ἐπανόρθωσιν. Ἐτελεύτησεν [62] οὖν ὁ αὐτὸς Κλαύδιος ἰδίῳ θανάτῳ ἐν τῷ παλατίῳ, ἀῤῥωστήσας ἡμέρας δύο (9), ὧν ἐνιαυτῶν ξε'.

B Μετὰ δὲ τὴν βασιλείαν Κλαυδίου Καίσαρος ἐβασίλευσε Νέρων [323] ὁ υἱὸς αὐτοῦ (10) ἐπὶ τῆς ὑπατείας Σιλουανοῦ καὶ Ἀντωνίνου (11)· ὅστις ἐβασίλευσεν ἔτη ιγ' καὶ μῆνας δύο. Ἦν δὲ μακρὸς, λεπτὸς, εὔμορφος, εὔρινος, ἀνθηροπρόσωπος, μεγαλόφθαλμος, ἁπλόθριξ, ὁλοπόλιος (12), δασυπώγων, εὔτακτος. Ἡ μόνον δὲ ἐβασίλευσε ἐξεζήτησε τὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ· καὶ ἀγνοήσας ὅτι ἐσταυρώθη (13) ἐζήτησεν αὐτὸν ἀνενέγκαι ἐν Ῥώμῃ, ὡς φιλόσοφον μέγαν καὶ θαύματα ποιοῦντα· ἤκουσε γὰρ πρὸ τοῦ βασιλεῦσαι περὶ αὐτοῦ τοιαῦτα. Θέλων δὲ ἐπερωτῆσαι αὐτόν τινα ἐζήτει ἀναγάγαι αὐτόν. Ἦν γὰρ ὁ αὐτὸς Νέρων βασιλεὺς τοῦ δόγματος τῶν λεγομένων Ἐπικουρείων [63], ὅ ἐστι τῶν αὐτοματιστῶν τῶν λεγόντων ἀπρονόητα εἶναι τὰ πάντα. Καὶ μαθὼν ὁ αὐτὸς C βασιλεὺς Νέρων ὅτι πρὸ πολλοῦ χρόνου ἐσταύρωσαν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι ζήλῳ φερόμενοι καὶ μόνον ἐν μηδενὶ μεμφθέντα, ἠγανάκτησε· καὶ ἐκέλευσε, καὶ ἀνηνέχθησαν ἐν τῇ Ῥώμῃ διὰ Μαξίμου ὅ τε Ἄννας καὶ (324) Καϊάφας. Καὶ Πιλᾶτον δὲ οἰκοῦντα τὴν Παλαιστίνην μετὰ διαδοχὰς τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ ἀνήγαγε διὰ Μάξιμον [64] (14). Πολλὰ δὲ εἰπόντες περὶ τοῦ Πιλά-

250 Anno autem XIII imperantis Claudii, Creta insula, divinam iram passa, tota terræ motibus agitata est. Eodem tempore Dictys Cretensis in tumulo reperta est, pyxide stannea inclusa, Trojani belli historia, ab eodem Dicty secundum rerum gestarum veritatem exposita. Pyxidem hanc, quæ ad sepulti caput jacebat, thesaurum rati qui illac transibant, ad imperatorem Claudium deferunt: qui, pyxide aperta, reque cognita, historiam hanc describendam dedit; descriptamque in Bibliotheca publica reponendam curavit.

Claudius autem Cretensibus plurima, in ruinarum instaurationem, largitus est: morboque deinde correptus, post biduum in palatio diem suum obiit, annum agens LXV.

Claudium Cæsarem in imperio excepit filius ejus Nero, Silvano et Antonino coss., qui regnavit annos XIII et menses II. Erat hic procerus, gracilis, decorus, naso eleganti, vultu florido, oculis grandioribus, capillo lento et porrecto, canus, barba hispida, moribus compositis. Quamprimum vero regnare cœpit, de Jesu percontatus est; de quo, privatus adhuc, acceperat magnum eum esse philosophum et virum mirificum. Nescius itaque eum jam crucifixum fuisse, Romam adduci eum voluit, de quibusdam illum interrogaturus. Nero enim imperator Epicureorum dogmati favebat; qui omnia **251** fortuito fieri, nulla interveniente Providentia, affirmarunt. Certior autem factus imperator Nero, eum, inculpatum licet, a Judæis, invidia sola impulsis, cruci jampridem fuisse affixum, ira commotus est. Misso itaque in Judæam Maximo, jussit Romam adduci Annam et Caipham; Pontium quoque Pilatum, qui, præfectura sua defunctus, in Palæstina tum degebat. Cumque Pilatum Annas et Caiphas multorum non recte factorum postularent, insuper et hoc addi-

VARIÆ LECTIONES.

[61] ἐν κασσιτερίνῳ κιβωτείῳ. « Ita et infra 6 κιβώτειον; scribendum κιβωτίῳ et κιβώτιον. » Ch. [62] ἐτελεύτησεν. ἐτέλευσεν Ox. [63] Ἐπικουρίων Ox. [64] δι' Ἄξιμον Ox., διὰ Μαξίμου Ch., recte.

ED. CHILMEADI NOTÆ.

(8) Ἡ ἔκθεσις τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου. Septimius, qui vitam Dictys Cretensis scripsit, hos belli Trojani annales XIII Neronis anno repertos asserit.

(9) Ἀῤῥωστήσας ἡμέρας δύο. Veneno exstinctus est Claudius, teste Suetonio, tit. 44. *Et veneno quidem occisum convenit: ubi autem, et per quem dato discreput.* Diem vero supremum obiit, LXIV ætatis anno, eodem referente.

(10) Νέρων, ὁ υἱὸς αὐτοῦ. Nero filius fuit Domitii et Agrippinæ Germanici, Claudii fratris, filiæ: quem Claudius, matre ejus Agrippina in uxorem accepta, filium adoptione designavit.

(11) Ἐπὶ τῆς ὑπατείας Σιλουανοῦ καὶ Ἀντωνίνου. Silanum et Antoninum coss. invenio apud Eusebium; sed biennio ante Neronem imperatorem: nempe ad an. VII Claudii imp.

(12) Ὁλοπόλιος. Nero subflavo erat capillo, teste Suetonio: anno enim ætatis suæ secundo et tricesimo mortuus est. Quis vero δασυπώγωνα eum fuisse crediderit, cum nondum moris erat barbam alere? Adrianus enim imp. Romanorum primus barbam aluit, uti Dio testatur, in Trajano: Ἀνδριανὸς γὰρ πρῶτος γενειᾶν κατέδειξε. Neque C hoc ornatus causa, sed ut faciem maculosam dissimularet; referente Æl. Spartiano, in Adriano: *Statura fuit procerus*, etc. *promissa barba, ut vulnera, quæ in facie naturalia erant, tegeret.* Verum characterem Neronis hic profert auctor a Suetonii penitus diversum; nisi quod ἀνθηροπρόσωπον eum facit, uti et Suetonius, tit. 251, vultu pulchro magis quam venusto.

(13) Ἀγνοήσας ὅτι ἐσταυρώθη. Ineptiæ: quomodo enim Christum neci traditum ignorare potuerit, cum jam olim Pilatus ad Tiberium, Tiberius vero ad senatum de Christianorum dogmate, nimirum ut inter cætera sacra reciperetur, retulissent? ut testatur Eusebius, χρον. καν. Πιλάτου Τιβερίῳ τὰ κατὰ τὸν Σωτῆρα ἀναγαγόντος, καὶ τοῦ Χριστιανῶν δόγματος, Τιβέριος πρὸς τὴν σύγκλητον ἐκοινολογήσατο περὶ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως.

(14) Ἀνήγαγε δι' Ἄξιμον. Ita habuit Cod. ms. forte legendum, διὰ Μαξίμου, uti supra. Verum hæ nugæ sunt: Pilatus enim, Caligula adhuc imperante, sibi mortem consciverat. Helvic. ex Josepho: quem vide.

Digitized by Google

derunt, se quidem legibus Jesum judicandum tradidisse. Datis itaque ubi interfuit pecuniis, Annas et Caiphas, rebus suis prospere actis, dimissi sunt.

Eodem imperante Nerone, Athenas, Græciæ urbem, venit divus Paulus : ubi incidit in philosophum Atheniensem celeberrimum Dionysium Areopagitam, philosophiæ dogmata ibi pandentem. Affirmavit hic solem ex divinæ lucis effluvio emanasse : alia item nonnulla, de rerum fabrica, philosophatus est. Hunc Paulus videns, allocutus est. Cui Dionysius : Qualem, inquit, tu Deum prædicas, garrule? At vero ubi divi Pauli doctrinam attentius percepisset, ei ad pedes procidens, ut baptismi lavacro immersus, Christianus ipse fieret rogavit. Paulus itaque eum baptizans, Christianum fecit : perspectoque fidei ejus fervore, episcopum regionis **252** ejus constituit Dionysium. Et hic quidem Dionysius, qui ex philosophorum numero fuerat, adversus Græcos libros scripsit. Paulus vero Hierosolymas reversus est.

Temporibus etiam Neronis Romam venit magus quidam Ægyptius, nomine Simon, qui præstigiis quibusdam magicis usus, Christum se esse venditavit. Divus Petrus, hoc audito, Romam contendit : dumque per Antiochiam Magnam iter faceret, contigit Evodium mori, episcopum et patriarcham Antiochensem : cujus in locum D. Petrus apostolus Ignatium surrogavit. Eodem tempore mori etiam contigit Marcum apostolum et patriarcham Alexandriæ magnæ. Moriturus autem, discipulum suum Anianum suffecit sibi : sicut sapiens Theophilus chronographus scriptum reliquit.

Petrus autem apostolus Romam veniens, edoctusque ubi Simon magus commorabatur, ad eum profectus est. Simon autem, ne injussu sui Petro vel cuivis alii ad se pateret aditus, pro foribus canem pastoralem prægrandem, catena vinctum habuit : qui nisi signo a Simone prius dato, advenientibus quibuscunque ingressum prohibebat. Atque hoc omnibus, **253** magum adeuntibus, miraculum antehac habebatur. Cæterum Petrus, viso cane illo prægrandi et efferato, præmonitus etiam ab eis qui extra fores astabant, non posse illum

A του χαχὰ οἱ περὶ τὸν Ἄνναν καὶ Καϊάφαν ἐδίδασκον [66] καὶ τοῦτο, ὅτι Ἡμεῖς τοῖς νόμοις αὐτὸν παρεδώκαμεν. Καὶ πολλοῖς παρασχόντες χρήματα οἱ περὶ τὸν Ἄνναν καὶ Καϊάφαν κατορθώσαντες ἀπελύθησαν.

Ἐν δὲ τοῖς χρόνοις τῆς βασιλείας τοῦ αὐτοῦ Νέφωρος ὁ ἅγιος Παῦλος ἀπῆλθεν ἐν Ἀθήναις τῇ πόλει τῆς Ἑλλάδος· καὶ ηὗρεν ἐκεῖ φιλόσοφον ὀνόματι Διονύσιον τὸν Ἀρεοπαγίτην [66] τὸν Ἀθηναῖον, τὸν περιβόητον, βρύοντα φιλοσοφίας διδάγματα· ὃς ἐξέθετο περὶ τοῦ ἡλίου ὅτι ἀπὸ τῆς ἀπορρροίας [67] τοῦ φωτὸς τοῦ Θεοῦ ἐστί, καὶ ἄλλα τινὰ εἰπὼν περὶ τοῦ δημιουργήματος. Ὄντινα ἑωρακὼς ὁ ἅγιος Παῦλος προσηγόρευσε, καὶ ἐπηρώτα τὸν ἅγιον Παῦλον ὁ Διονύσιος, Τίνα κηρύσσεις Θεὸν, σπερμολόγε; καὶ ἀκούσας τοῦ ἁγίου Παύλου ὁ αὐτὸς Διονύσιος διδάσκοντος αὐτὸν προσέπεσεν αὐτῷ, αἰτῶν αὐτὸν φωτισθῆναι καὶ γενέσθαι Χριστιανόν. Καὶ βαπτίσας αὐτὸν ὁ ἅγιος Παῦλος ἐποίησε Χριστιανόν. Καὶ [325] ἑωρακὼς ὁ ἅγιος Παῦλος τὸ θερμὸν τῆς πίστεως τοῦ αὐτοῦ Διονυσίου ἐποίησεν αὐτὸν ἐπίσκοπον ἐν τῇ χώρᾳ ἐκείνῃ· ὅστις Διονύσιος ὁ ἀπὸ φιλοσόφων (15) καὶ βίβλους καθ' Ἑλλήνων ἐξέθετο. Ὁ δὲ ἅγιος Παῦλος ὑπέστρεψεν εἰς Ἱεροσόλυμα.

Ἐπὶ δὲ τῆς βασιλείας τοῦ αὐτοῦ Νέρωνος ἀνῆλθεν ἐν Ῥώμῃ Σίμων τις ὀνόματι Αἰγύπτιος μάγος, ποιῶν διὰ γοητείας φαντασίας τινὰς καὶ λέγων ἑαυτὸν Χριστόν. Ἀκούσας δὲ ὁ ἅγιος Πέτρος ὁ ἀπόστολος περὶ αὐτοῦ ἀνήρχετο ἐν τῇ Ῥώμῃ (16). Ἐν τῷ δὲ ἀνιέναι αὐτὸν ἐν τῇ Ῥώμῃ διερχομένου αὐτοῦ δι' Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης συνέβη τελευτῆσαι Εὔοδον [69] τὸν ἐπίσκοπον (17) καὶ πατριάρχην Ἀντιοχείας· καὶ ἔλαβε τὸ σχῆμα τῆς ἐπισκοπῆς Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης Ἰγνάτιος, τοῦ ἁγίου Πέτρου τοῦ ἀποστόλου χειροτονήσαντος. Συνέβη δὲ ἐν τοῖς αὐτοῖς χρόνοις τελευτῆσαι καὶ Μάρκον τὸν ἀπόστολον ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ μεγάλῃ, ἐπίσκοπον ὄντα ἐκεῖ καὶ πατριάρχην. Καὶ παρέλαβε τὴν ἐπισκοπὴν παρ' αὐτοῦ Ἀνιανὸς, μαθητὴς αὐτοῦ, καθὼς ὁ σοφὸς Θεόφιλος ὁ χρονογράφος συνεγράψατο.

[326] Καταφθάσαντος δὲ τοῦ ἁγίου Πέτρου τοῦ ἀποστόλου τὴν Ῥώμην καὶ μαθόντος ποῦ μένει Σίμων ὁ μάγος, ἀπῆλθε πρὸς αὐτὸν ἔνθα κατέμεινε· καὶ ηὗρεν ἐκεῖ κύνα μέγαν ἐν τῷ πυλεῶνι ποιμενικὸν, ὅπου κατέμεινε Σίμων ὁ μάγος, ἁλύσεσι δεδεμένον, ὄντινα ὁ Σίμων διὰ τὸν Πέτρον καὶ τοὺς θέλοντας ἀνιέναι πρὸς αὐτὸν ἐδέσμησεν εἰς τὸ μηδένα ὡς ἔτυχεν δίχα τοῦ τὸν Σίμωνα κελεύειν τῷ κυνὶ καὶ συγχωρεῖν τὸν κύνα παριέναι, οὓς [69] ἠβούλετο ὁ Σίμων. Καὶ τοῦτο ἦν πρώην θαῦμα τῷ μέλλοντι ἀνιέναι πρὸς τὸν αὐτὸν Σίμωνα. Ὁ δὲ Πέτρος

VARIÆ LECTIONES.

[66] ἐδίδασκον Ch., ἐδίδασκαν Ox. [66] Ἀρεωπαγείτην Ox. [67] ἀπορρροίας Ch., ἀπορρύα; Ox. [69] Εὔοδον. Εὐόδιον Ch. [69] Fort. πλὴν οὓς vel οὓς μή.

ED. CHILMEADI NOTÆ.

(15) Ὁ ἀπὸ φιλοσόφων. *Qui philosophus fuerat :* eodem modo dicitur, ὁ ἀπὸ ὑπάτων, apud recentiores, de viro consulari; et ὁ ἀπὸ νοταρίων, infra apud nostrum, lib. XVIII, eodem etiam libro de Eulalio quodam, qui ex divite pauper factus fuerat, auctor verba habens, eum ἀπὸ εὐπόρων vocat. Simili etiam locutionis genere apud Cedrenum Didymus cæcus, ὁ ἀπὸ ὀμμάτων, dictus est in Constantio et Constante impp. Τούτῳ τῷ ἔτει Δίδυμός τις, ἐλλόγιμος ἀνὴρ, ἀπὸ ὀμμάτων, ἐγνωρίζετο.

(16) Ἀνήρχετο ἐν τῇ Ῥώμῃ. Sub Claudio imp. Romam venisse Petrum asserunt Eusebius et Zonaras.

(17) Εὔοδον τὸν ἐπίσκοπον. Ita etiam supra cum

Digitized by Google

ἐωρακὼς τὸν κύνα οὕτω μέγαν καὶ φοβερὸν, καὶ μαθὼν παρὰ τῶν ἑστηκότων ἔξω τοῦ αὐτοῦ πυλῶνος ὅτι εἰ μὴ κελεύσει ὁ Σίμων τῷ κυνὶ, οὐ συγχωρεῖ ὁ αὐτὸς κύων τινὰ ἀνελθεῖν, ἀλλ' ἐπερχόμενος φονεύει τὸν πλησιάζοντα αὐτῷ· κρατήσας οὖν ὁ Πέτρος τὴν ἅλυσιν τοῦ κυνὸς, ἔλυσεν αὐτὸν καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ἀνελθε πρὸς Σίμωνα, καὶ εἰπὲ [70] αὐτῷ ἀνθρωπίνῃ φωνῇ, Πέτρος ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου ἀνελθεῖν θέλει. Ὁ δὲ αὐτὸς κύων ἀνῆλθεν εὐθέως δρομαίως [71]· καὶ ἐν τῷ ἐκεῖνον διδάσκειν τινὰ μαγικὰ πλανήματα ἔστη ἐν μέσῳ ὁ κύων καὶ ἀνθρωπίνῃ φωνῇ λέγει τῷ Σίμωνι, Πέτρος ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου ἀνελθεῖν θέλει πρὸς σέ. Οἱ [72] δὲ ἀκούσαντες τοῦ κυνὸς λαλοῦντος ἀνθρωπίνῃ φωνῇ, ἐθαύμασαν [327] λέγοντες· Τίς ἐστι Πέτρος, ἢ ἡ δύναμις αὐτοῦ Πέτρου οὗ εἶπεν ὁ κύων, ὅτι ἐποίησε τὸν κύνα ἀνθρωπιστὶ λαλῆσαι καὶ ποιῆσαι αὐτῷ τὴν ἀπόκρισιν (18). Καὶ λέγει ὁ Σίμων τοῖς ἑστῶσι καὶ θαυμάζουσι τὸν Πέτρον τοῖς [73] ἀνθρώποις. Τοῦτο ἡμᾶς μὴ ξενίσῃ· ἰδοὺ γὰρ κἀγὼ λέγω αὐτῷ τῷ κυνὶ τῇ αὐτῇ ἀνθρωπίνῃ φωνῇ ἀπόκρισιν αὐτῷ κατενέγκαι. Καὶ λέγει ὁ Σίμων τῷ κυνὶ, Κελεύω σοι ἀπελθεῖν καὶ εἰπεῖν τῷ Πέτρῳ ἀνθρωπίνῃ φωνῇ, ὅτι εἶπεν ὁ Σίμων, Ἀνελθε. Καὶ ἀνῆλθε πρὸς τὸν Σίμωνα ὁ Πέτρος, καὶ συνέβαλε μετὰ Σίμωνος τοῦ Αἰγυπτίου, τὸν μάγον ποιῶν ἱάσεις. Καὶ ἐπίστευσαν τῷ Πέτρῳ

introire; utpote in quem canis, nisi contrarium ei Simon significaret, more suo irruens, protinus dilaceraret, intrepide accessit; solutaque catena, canem ingredi ad Simonem jussit, eique humana voce significare Petrum, servum Dei Altissimi, introire velle. Canis adhæc propere accurrens, Simonem de præstigiis quibusdam magicis disserentem coram omnibus humana voce alloquitur, ei dicens: Petrus servus Dei Altissimi te conventum vult. Audientes autem qui aderant, canem humana voce loquentem, attoniti dixerunt: Quisnam Petrus iste? aut qualis Petri hujus, de quo canis loquitur vis tanta, quæ efficere potuit, ut canis humana voce locutus nuntium ei ferret? Stupentibus autem ad id, quod a Petro factum fuerat omnibus, dixit Simon: Ne hoc vos adeo reddat attonitos: ecce enim ego quoque efficiam, ut canis humana voce responsum Petro referat. Cani deinde dixit Simon: Jubeo ut egressus Petro voce humana dicas, Simonem velle eum ingredi. Petrus igitur intravit, et cum Simone Ægyptio congressus, miracula et ipse edidit, morbosque sanavit, Simonem magum in omnibus superans. Unde Petro plurimi fidem habuerunt et ab eo baptizati sunt.

Καὶ ἦν ἐν τῇ Ῥώμῃ ταραχὴ μεγάλη καὶ θρύλλος ἕνεκεν τοῦ Σίμωνδς καὶ τοῦ Πέτρου, ὅτι κατέναντι ἀλλήλων ἐποίουν θαύματα. Καὶ ἀκούσας τὴν ταραχὴν Ἀγρίππας ὁ ἔπαρχος, ἀνήγαγε τῷ βασιλεῖ Νέρωνι ὅτι εἰσί τινες ἐν ταύτῃ τῇ βασιλευούσῃ πόλει θαύματα ποιοῦντες κατέναντι ἀλλήλων, καὶ ὁ μὲν εἷς λέγει αὐτὸν Χριστὸν, ὁ δὲ ἕτερος λέγει· Οὐκ ἔστιν αὐτὸς, ἀλλὰ μάγος ἐστίν· [328] ἐγὼ γὰρ τοῦ Χριστοῦ μαθητής εἰμι. Καὶ ἐκέλευσεν ὁ βασιλεὺς Νέρων εἰσαχθῆναι πρὸς αὐτὸν τὸν Σίμωνα καὶ τὸν Πέτρον, καὶ τὸν Πιλᾶτον δὲ ἀχθῆναι ἀπὸ τοῦ δεσμωτηρίου. Καὶ εἰσηνέχθησαν πρὸς τὸν βασιλέα· καὶ ἐπηρώτησε τὸν Σίμωνα ὁ Νέρων, λέγων· Σὺ εἶ ὃν λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι Χριστόν; Ὁ δὲ εἶπε, Ναί. Καὶ ἐπηρώτησε καὶ τὸν Πέτρον ὁ Νέρων λέγων· Ἀκριβῶς οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός; Ὁ δὲ Πέτρος ἔφη· Οὐκ ἔστιν αὐτός· ἐγὼ γὰρ ἐκείνου μαθητής εἰμι, καὶ ἐπ' ἐμοῦ εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνελήφθη. Καὶ καλέσας τὸν Πιλᾶτον εἶπεν αὐτῷ περὶ τοῦ Σίμωνος, ὅτι Οὗτός ἐστιν ὃν ἐξέδωκας εἰς τὸ σταυρωθῆναι; Καὶ προσεσχηκὼς αὐτῷ ὁ Πιλᾶτος εἶπεν· Οὐκ ἔστιν αὐτός· οὗτος γὰρ καὶ καρηκομόων [74] ἐστὶ (19) καὶ περιπληθής. Περὶ δὲ τοῦ Πέτρου ἐπηρώτησεν αὐτόν. Τοῦτον δὲ μαθητὴν αὐτοῦ οἶδας; Ὁ δὲ εἶπε· Ναί.

254 Magnus autem Romæ erat tumultus in populo, ob Simonem et Petrum inter se de miraculis edendis certantes. Hoc cognito Agrippa, urbis præfectus, Neroni rem detulit: Sunt, inquiens, in urbe hac imperatrice, qui de miraculis faciundis inter se certant: quorum alter Christum se esse venditat; alter vero, non Christum, sed magum esse eum, dicit: se enim Christi discipulum fuisse asserit. Jubet itaque Nero imperator, coram se adduci Simonem et Petrum: Pontium etiam Pilatum e carcere accersit. Hi itaque coram imperatore sistebantur. Nero autem Simoni, Tune, inquit, es quem Christum vocant homines? Imo, respondit ille. Tum Nero Petrum interrogavit: Estne, inquiens, hic revera Christus? respondit Petrus: Non est: ego enim Christi ex discipulis fui; atque oculis hisce in cœlos assumptum eum vidi. Tum Nero Pilatum interrogans: Hiccine, inquit, est, quem tu cruci affigendum tradidisti? Pilatus, intentis in eum oculis, Nequaquam, respondit; comatus enim hic est, atque obesus. De Petro autem eum interrogans Nero, Ast hunc, inquit, Christi discipulum agnovisti? Maxime, respondit Pilatus: in prætorium enim introductum eum, tanquam

VARIÆ LECTIONES.

[70] εἶπε pro εἰπὲ Ox. [71] δρομαίως Ch., δρομέως Ox. [72] οἱ. ὁ Ox. [73] τοῖς rectius abest. [74] καρηκομώων Ox.

ED. CHILMEADI NOTÆ.

vocavit: scribendum tamen, Εὐόδιον· uti ex Eusebio, et Nicephoro Patriarcha apparet.

(18) Καὶ ποιῆσαι αὐτῷ τὴν ἀπόκρισιν. Ἀπόκρισις, ut plurimum, *responsum*, hoc tamen loco *nuntium* significat; uti et alibi etiam apud nostrum: hinc ἀποκρισιάριος, apud recentiores, pro legato. Ecclesiæ primum hi, postea vero etiam privatorum ministri sic dicti, quibus negotiorum quorumcunque tractandorum cura commissa fuit.

(19) Καρηκομώων ἐστί. Scr. καρηκομάων.

Digitized by Google

Christi assectatorem, cum de hoc a me interrogatus, omnino negaret, dimisi protinus. Nero itaque utrumque, **255** tum Simonem, Christum sese falso venditantem, tum Petrum, qui a Pilato Christi abnegati convictus fuerat, ex palatio ejici jussit.

A Εἰσήγαγον γάρ μοι αὐτὸν, ὡς μαθητὴν αὐτοῦ, καὶ ἐπηρώτησα αὐτὸν, καὶ ἠρνήσατο λέγων μὴ εἶναι αὐτοῦ μαθητής· καὶ ἀπέλυσα αὐτόν. Καὶ λοιπὸν Νέρων, ὡς ψευσαμένου τοῦ Σίμωνος καὶ εἰπόντος [76] ἑαυτὸν Χριστὸν, ὅπερ οὐκ ἦν, καὶ τοῦ Πέτρου πάλιν ἐλεγχθέντος [76] ὑπὸ τοῦ Πιλάτου καὶ ἀρνησαμένου τὸν Χριστὸν, ἐκέλευσε, καὶ ἐξεβλήθησαν ἀμφότεροι ἐκ τοῦ παλατίου [77].

Deinceps itaque Romæ commorati sunt, de miraculis edendis invicem certantes. Et quidem Simon magus, tauro magno in medium adducto, cum ei in aurem aliquid immussitasset, exspiravit statim taurus; admirantibus Simonem omnibus. Petrus vero, Deum precatus, taurum, in vitam revocatum, domino restituit. Petro itaque primas dederunt omnes dicentes, mortuum vitæ restituere majus esse miraculum. Sed et plurima etiam alia miracula ediderunt, invicem certantes; quæ quidem scripta sunt in Actis sanctorum apostolorum. Cæterum Simon magus, in cœlos ascensurum se venditans, Petri apostoli precibus occubuit. Dixerat enim Petro Simon: Tu dicis, Christum Deum tuum in cœlos assumptum fuisse: ecce me quoque in cœlos assumptum. Petrus itaque, cum in medio urbis Romæ magicis artibus sublimem eum in aerem efferri videret, Deum ipse precatus est, et repente Simon, magno cum sonitu in plateam decidens [interiit]. Reliquiæ autem ejus, eodem quo decidit loco, recondebantur; qui cancellis lapideis undique septus, exinde *Simonium* adhuc usque appellatur.

B Καὶ διῆγον ἐν τῇ Ῥώμῃ ποιοῦντες θαύματα ἀπέναντι [329] ἀλλήλων· καὶ ὁ μὲν Σίμων ὁ μάγος ἀχθέντος ταύρου μεγάλου εἶπεν εἰς τὸ ὠτίον αὐτοῦ λόγον, καὶ εὐθέως ὁ ταῦρος ἀπέθανε, καὶ ἐθαυμάζετο ὁ Σίμων. Ὁ δὲ Πέτρος εὐθέως εὐξάμενος ἐπὶ πάντων ἐποίησεν ἀναζῆσαι τὸν ταῦρον· καὶ ἀπεδόθη τῷ ἰδίῳ δεσπότῃ ὁ αὐτὸς ταῦρος. Καὶ πάντες ἐπῄνουν τὸν Πέτρον, λέγοντες ὅτι τὸ ποιῆσαι τεθνεῶτα ζῆται μεῖζόν ἐστι θαῦμα. Καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ ἐποίησαν σημεῖα κατέναντι ἀλλήλων, ἅτινα ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἁγίων ἀποστόλων (20) συγγέγραπται. Ὁ δὲ ἀπόστολος Πέτρος διʼ εὐχῆς αὐτοῦ ἐφόνευσε τὸν Σίμωνα τὸν μάγον θελήσαντα ἀναληφθῆναι. Εἶπε γὰρ ὁ Σίμων τῷ Πέτρῳ, ὅτι εἶπεν [78], ὅτι Χριστὸς ὁ Θεός σου ἀνελήφθη (21)· ἰδοὺ κἀγὼ ἀναλαμβάνομαι. Καὶ εἶδεν αὐτὸν ὁ Πέτρος κουφιζόμενον διὰ τῆς μαγείας εἰς τὸν ἀέρα ἐν μέσῳ τῆς πόλεως Ῥώμης· καὶ ηὔξατο ὁ Πέτρος καὶ κατηνέχθη Σίμων ὁ μάγος ἐκ τοῦ ἀέρος εἰς τὴν γῆν ἐπὶ τὴν πλατεῖαν [79] καὶ ἐψόφησε. Καὶ τὸ λείψανον αὐτοῦ κεῖται ἐκεῖ ἕως ἄρτι ὅπου ἔπεσε, καὶ ἔχει πέριξ κάγκελλον λίθινον· καὶ ἀκούει ὁ τόπος ἐκεῖνος ἕκτοτε τὸ *Σιμώνιον*.

Nero autem imperator, audito Simonem a Petro interfectum esse, ira commotus, Petrum quoque comprehensum occidi jussit. Petrus autem **256** quamprimum comprehensus esset, successorem in episcopatu Romano designavit Linum quemdam, ex discipulis suis: quem tum quoque cum prehensus fuit, sectatorem habuit. Erat autem divus Petrus ætate provectior, statura quæ mediocrem excederet, recalvaster, crine curto, capite et mento canus, colore pallente, oculis vini colorem referentibus, barbatus, nasutus, junctis superciliis, proclivis, prudens, ad iram pronus, mutabilis, meticulosus, a Spiritu sancto loquens et miracula edens.

C Ἀκούσας δὲ Νέρων ὁ βασιλεὺς ὅτι ἐφονεύθη ὑπὸ τοῦ [330] Πέτρου ὁ Σίμων, ἠγανάκτησε· καὶ ἐκέλευσεν αὐτὸν συσχεθέντα ἀποθανεῖν. Καὶ ἢ μόνον ἐκρατήθη ὁ ἅγιος Πέτρος, ἐπέδωκε τὸ ἔνδυμα τῆς ἐπισκοπῆς Ῥώμης Λίνῳ [80] ὀνόματι, μαθητῇ αὐτοῦ· ἠκολούθει γὰρ αὐτῷ ὅτε ἐκρατήθη. Ὁ δὲ αὐτὸς ἅγιος Πέτρος γέρων ὑπῆρχε τῇ ἡλικίᾳ διμοιριαῖος, ἀναφάλας [81], κονδόθριξ, ὁλοπόλιος τὴν κάραν καὶ τὸ γένειον, λευκὸς, ὑπόχλωρος, οἰνοπαὴς τοὺς ὀφθαλμοὺς, εὐπώγων, μακρόρινος, σύνοφρυς, ἀνακαθήμενος, φρόνιμος, ὀξύχολος, εὐμετάβλητος, δειλὸς, φθεγγόμενος ὑπὸ Πνεύματος ἁγίου καὶ θαυματουργῶν.

Linum vero post S. Petrum, Romanæ sedis episcopum, sive patriarcham fuisse, Eusebius Pamphili in Chronicis suis scriptum reliquit.

D Καὶ ἐγένετο μετὰ τὸν ἅγιον Πέτρον τὸν ἐπίσκοπον, ἤτοι πατριάρχην, Ῥώμης, ὀνόματι Λίνος [82], καθὼς ὁ σοφὸς Εὐσέβιος [83] ὁ Παμφίλου ἐχρονογράφησεν.

Sanctus autem Petrus apostolus martyrium passus est, in crucem actus, capite ad terram verso:

Ὁ δὲ ἅγιος Πέτρος ὁ ἀπόστολος ἐμαρτύρησε σταυρωθεὶς κατακέφαλα (22), τοῦ αὐτοῦ ἀποστόλου ὁρ-

VARIÆ LECTIONES.

[75] εἰπόντος Ch., εἰπόντα Ox. [76] ἐλεχθέντος Ox. [77] παλαιτίου Ox. [78] εἶπεν. Fort. εἶπες. ἔφης Cedrenus p. 211 A. [79] πλατεῖαν Ch., πλατίαν cod., πλατείαν Ox. [80] Λένῳ. « Scr. Λίνῳ, ex Eusebio et Nicephoro patriarcha; uti et auctor ipse infra habet. » Ch. [81] ἀναφαλλὰς Ox. [82] Λῖνος Ox. [83] Εὐσέβιος. p. 575.

ED. CHILMEADI NOTÆ.

(20) Ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἁγίων Ἀποστόλων. Acta apostolorum dicit ea, quæ sub Clementis nomine prodeunt.

(21) Ὅτι εἶπεν, ὅτι Χριστὸς ὁ Θεός σου ἀνελήφθη. Lego, ἔφης, ὅτι Χριστὸς, etc. uti habet Cedrenus.

(22) Σταυρωθεὶς κατακέφαλα. Id est, *capite deorsum verso*: κατακέφαλα hoc idem est, ac κατὰ τῆς κεφαλῆς. Lucian. κατὰ τῆς κεφαλῆς ἀπῆλθε, præceps abiit. Hujusmodi vero compositionibus gaudet auctor noster. Ita supra, Dictys de bello Trojani historia, in tumulo ejus reperta, verba faciens, ἔκειτο δὲ προσκέφαλα τοῦ λειψάνου τοῦ Δι-

Digitized by Google

κώσαντος τοῦτο τὸν ἔπαρχον, [331] ὅτι Μὴ ὡς ὁ Κύριός μου σταυρωθῶ. Καὶ ἐτελειώθη ὁ ἅγιος Πέτρος ἐπὶ τῆς ὑπατείας Ἀπρωνιανοῦ καὶ Καπίτωνος (23).

Ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τοῦ Πιλάτου ἠγανάκτησεν ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Νέρων, καὶ ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀποκεφαλισθῆναι (24), λέγων· Διὰ τί ἐξέδωκε τὸν Δεσπότην Χριστὸν τοῖς Ἰουδαίοις, ἄνδρα ἄμεμπτον καὶ δυνάμεις ποιοῦντα ; Εἰ γὰρ ὁ αὐτοῦ μαθητὴς τοιαῦτα θαυμάσια ἐποίει, ὁποῖος ὑπῆρχεν ἐκεῖνος δυνατός ;

Ἐπὶ δὲ τῆς αὐτοῦ βασιλείας κατέφθασεν εὐθέως ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ ὁ ἅγιος Παῦλος· πεμφθεὶς ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας χώρας παραστάσιμος· καὶ ἐμαρτύρησε καὶ αὐτὸς ἀποτμηθεὶς τὴν κεφαλὴν τῇ πρὸ γ' Καλανδῶν Ἰουλίων (25) ἐπὶ τῆς ὑπατείας Νέρωνος καὶ Λεντούλου [84]. Καὶ ἐκέλευσεν ὁ βασιλεὺς Νέρων τὰ σώματα τῶν ἁγίων ἀποστόλων ταφῇ μὴ παραδοθῆναι ἀλλ' ἄταφα μεῖναι. Ὑπῆρχε δὲ ὁ Παῦλος ἔτι περιὼν τῇ ἡλικίᾳ κονδοειδὴς, φαλακρὸς [85], [332] μιξοπόλιος τὴν κάραν καὶ τὸ γένειον, εὔρινος, ὑπόγλαυκος, σύνοφρυς, λευκόχρους [86], ἀνθηροπρόσωπος, εὐπώγων, ὑπογελῶντα ἔχων τὸν χαρακτῆρα, φρόνιμος, ἠθικὸς, εὐόμιλος, γλυκὺς, ὑπὸ Πνεύματος ἁγίου ἐνθουσιαζόμενος καὶ ἰώμενος.

Ἔπεμψε δὲ κατὰ τῆς Ἰουδαίας καὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Νέρων, καὶ πᾶσι κακῶς ἐχρήσατο, πολλοὺς φονεύσας στρατιωτικῇ συμβολῇ, ὅτι τυραννίδι φερόμενοι ἐξεφώνησαν ὑβριστικὰς φωνὰς κατὰ τοῦ Νέρωνος, διότι ἀπεκεφάλισε τὸν Πιλᾶτον (26) ὡς εἰς ἐκδίκησιν Χριστοῦ· καὶ ἦλθεν εἰς αὐτὸν οὐ μὴν ἀλλὰ ὅτι καὶ αὐθεντήσαντες τὸν ἡγεμόνα ἐσταύρωσαν τὸν Χριστόν· καὶ διὰ τοῦτο ἠγανάκτει κατ' αὐτῶν ὡς τυράννων, καὶ ἐσφάγησαν τότε ὑπὸ στρατιωτῶν ἐν τῇ συμβολῇ ὅ τε Ἅννας καὶ ὁ Καϊάφας.

Παρέλαβε δὲ ὁ αὐτὸς Νέρων ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτὸν χώραν ἄλλην [87] ἐν τῇ Πόντῳ (27), πέμψας Πολέ-

A præfectum enim juramento astrinxerat, ne eodem quo Dominus modo crucifigeretur. Factum vero hoc, Aproniano et Capitone coss.

Pilato quoque iratus imperator Nero, caput ei amputari jussit; eo quod Dominum Christum, virum inculpatum et mirificum, Judæis tradidisset. Si enim, inquit, discipulus talia potuerit, quam potens tandem fuerit ipse!

Ejusdem sub imperio sanctus Paulus etiam ex Judæa Romam mittitur, ibi causam dicturus : martyrium vero et ipse passus est, capite multatus, **257** III Kal. Julias, Nerone et Lentulo coss. Corpora autem sanctorum apostolorum insepulta projici mandavit Nero imperator. Paulus vero, dum in B vivis esset, statura erat curta, calvus, subcanus capite mentoque, naso decoro, subcæsius, supercilis junctis, cute candida, vultu florido, barbatus, aspectu ridibundo, prudens, moribus probis, affabilis, blandus, Spiritu sancto afflatus, morbosque sanandi potentia donatus.

Nero autem imperator, exercitu adversus Judæos et Hierosolymam misso, pessime illos tractavit : plurimos etiam neci dedit : ad hoc incitatus, quod rebelles ipsum opprobriis lacessissent, ob Pilatum, Christi in vindictam, capite multatum : sed et pro certo etiam acceperat, præfectum, Judæorum ipsorum importunitate impulsum, Chri- C stum cruci affixisse. Hac Judæorum strage perierunt Annas et Caiphas.

Idem imperator Nero, misso ex ducibus suis Polemone, aliam Ponti regionem captam, in pro-

VARIÆ LECTIONES.

[84] Λεντούλλου Ox. [85] φαρακὸς Ox. [86] λευκόχρους Ch., λευκόχλους Ox. [87] ἄλλην Ch., ἄλην Ox.

ED. CHILMEADI NOTÆ.

κτυος, inquit : ubi προσκέφαλα poni videtur pro προσκεφάλαιον, *cervical* seu *pulvinar;* quod forte officium cadaveri præstat volumen hoc.

(23) Ἐπὶ τῆς ὑπατείας Ἀπρωνιανοῦ καὶ Καπίτωνος. Apronianum et Capitonem coss. sub Nerone non invenio : apud Eusebium quidem ad an. Neronis XIII Capitonem et Rufum coss. habemus; verum persecutionem Christianorum idem rejicit in annum sequentem, id est Neronis ultimum. Jos. Scaliger ante quinquennium accidisse contendit; nempe ad Neronis annum IX, Memmio et Virginio coss.; quem vide, ad numerum Eusebianum MMLXXXIV. D

(24) Ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀποκεφαλισθῆναι. Ita etiam Chr. Alex. p. 580. Glycas etiam, Annal. part. III, qui tamen Pilatum non a Nerone, sed a Tiberio imp. capitis damnatum vult. Cedrenus et Zonaras, et ante eos Eusebius (qui etiam se hoc ex Romanorum historicis accepisse asserit), eum multis circumseptum calamitatibus manus sibi intulisse, testantur; idque sub C. Caligula imp.

(25) Τῇ πρὸ γ' Καλανδῶν Ἰουλίων. Eodem nempe ipso die quo D. Petrus cruci affixus est : quæ constans ubique est traditio. Quidam vero Petrum et Paulum eodem die et anno martyrio coronatos aiunt; e quibus etiam est Eusebius, qui Dionysium, Corinthiorum episcopum, hujus rei testem appellat. Euseb. Ecclesiast. hist. lib. II, cap. 24. Alii tamen eodem quidem hoc die, anno vero diverso, factum volunt : e quorum numero auctor noster esse videtur; ubi diversos etiam profert coss. Neronem et Lentulum, qui consulatum scilicet una gesserunt Neronis imp. an. VII, secundum Helvicum.

(26) Διότι ἀπεκεφάλισε τὸν Πιλάτον, etc. Ridicula omnia : Judæis rebellionis ansam præbuit Cestii sive Gessii Flori, Judææ præfecti, avaritia, vide Joseph. Antiquit. Judaic. lib. XX, et Corn. Tacitum, Hist. V.

(27) Χώραν ἄλλην ἐν τῇ Πόντῳ. Forte legendum ἄλλην. Duæ provinciæ a Nerone imperio Romano adjectæ memorantur ab Eutropio et Suetonio : Pontus et Alpes Cottiæ : prior, concedente rege Polemone; non a Polemone nescio quo Neronis duci subjugata, tit. 18 : *Augendi propagandique imperii, neque voluntate ulla, neque spe motus unquam*, etc. *Ponti modo regnum concedente Polemone, item Alpium, defuncto Cottio, in provinciæ formam redegit.* Χώραν vero ἄλλην forsan vocat, respectu habito ad Judæam, quæ etiam a Vespasiano, in illam a Nerone misso, tandem penitus subacta est.

Digitized by Google

vinciæ formam redegit, et Pontum Polemoniacum appellavit.

Nero autem factioni Venetæ multum favebat.

Temporibus autem Neronis imperantis floruit sapientissimus Lucanus, poeta magni nominis apud Romanos. Cæterum, Itorico et Tolpilliano, **258** sive Trochelo coss. Nero imperator, e medio sublatus, interiit : conjurationem adversus eum agitantibus, ex haustu veneni, Græcorum sacerdotibus. Is enim, quem in regno successorem sacerdotes designaverant, dogmatis erat Epicureorum; qui palatium ingressus, tanquam visurus imperatorem ægrotantem, eum confodit. Nero itaque diem supremum obiit, annos natus LXIX.

Excepit Neronem Galba, qui regnavit menses VII. Erat autem procerus, generosus, colore candido, substrabus, ungues habens aduncos, subcanus, ad insaniam pronus. Hujus autem sub imperio, sanctorum apostolorum corpora, jussu ipsius imperatoris sepulturæ tradita sunt : per insomnium enim, ut hoc faceret, monitus est. Galba autem annum agens XLIX, ex venæ sectione, subito mortuus est.

Galbam excepit Lucius Otho; qui imperavit menses III. Erat hic statura brevi, lato corpore, fortis, crine molli et porrecto, oculis parvis, subsimus, balbus. Hujus sub imperio divus Jacobus apostolus, Hierosolymarum episcopus et patriarcha, a beato Petro, cum Romam abiit, sui in **259** locum substitutus, interiit : Hierosolymarum vero episcopa-

μονα στρατηγὸν αὐτοῦ · καὶ ἐποίησεν αὐτὴν ἐπαρχίαν, καλέσας αὐτὴν Πόντον [88] Πολεμωνιακόν (28).

Ὁ δὲ αὐτὸς [333] Νέρων ἔχαιρε τῷ Βενέτῳ μέρει (29) πολύ.

Ἐν αὐτῷ δὲ τῷ χρόνῳ ἐτυράννησαν οἱ Αἰγύπτιοι καὶ ἐφόνευσαν τοὺς ἄρχοντας αὐτῶν. Καὶ ἐπεστράτευσε κατ' αὐτῶν ὁ αὐτὸς Διοκλητιανός, καὶ ἐπολέμησεν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ μεγάλῃ, πολιορκήσας αὐτὴν καὶ ποιήσας φοσάτα, κόψας τὸν ἀγωγὸν καὶ στρέψας αὐτὸν ἀπὸ τοῦ λεγομένου Κανώπου καὶ παρέχοντα χρῆσιν τῇ πόλει. Παραλαβὼν δὲ Ἀλεξάνδρειαν ἐνέπρησεν αὐτήν· εἰσῆλθε δὲ ἐν αὐτῇ ἔφιππος, τοῦ ἵππου αὐτοῦ περιπατοῦντος ἐπάνω τῶν λειψάνων. Ἦν δὲ κελεύσας τῷ ἐξπεδίτῳ μὴ φείσασθαι τοῦ φονεύειν, ἕως οὗ ἀνέλθῃ τὰ αἵματα τῶν [410] σφαζομένων ἕως τὸ γόνυ τοῦ ἵππου (25) οὗ ἐκάθητο. Συνέβη δὲ κατὰ κέλευσιν Θεοῦ πλησίον τῆς πόρτας εἰσελθόντος [61] αὐτοῦ τὸν ἵππον ἐν ᾧ ἐκάθητο ὁ βασιλεὺς πατῆσαι λείψανον ἀνθρώπου καὶ κονδάψαντα εἰς αὐτὸ (26) γονατίσαι καὶ αἱματωθῆναι τὸ γόνυ τοῦ ἵππου· καὶ προσεσχηκὼς ἔδωκεν ἰνδουλγεντίας [62], καὶ ἐπαύσαντο οἱ στρατιῶται κόπτοντες τοὺς πολίτας Ἀλεξανδρείας. Καὶ ἀνέστησαν οἱ αὐτοὶ Ἀλεξανδρεῖς στήλην χαλκῆν τῷ ἵππῳ ὑπὲρ εὐχαριστίας· ὅστις τόπος οὕτως ὀνομάζεται ἕως τῆς σήμερον *ὁ Ἵππος Διοκλητιανοῦ*. Καὶ ἔκτοτε ἐχρημάτισεν ὀνομάζεσθαι πρῶτον ἔτος Ἀλεξανδρείας. Ἔστιν οὖν ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου ὁ χρηματισμὸς τῆς πρὸς Αἴγυπτον Ἀλεξανδρείας.

Sub hoc tempus Ægyptii in præfectos suos insurgentes, eos interfecerunt. Imperator itaque in eos arma movit, Alexandriamque **309** magnam obsidione cinxit : et fossa egesta, rescissoque qui ibi urbis in usum erat, aquæductu, cursuque aquarum per aliam a Canopo viam diverso, urbem tandem cepit, captamque incendiis vastavit. Imperator autem, equo insidens, urbem ingressus est; equo interim occisorum cadavera calcante. Exercitui vero in mandata dederat uti non prius a cædibus abstinerent, quam ad equi cui insidebat genua sanguis occisorum pertingeret. Contigit autem (Deo ita volente), imperatore urbem ingrediente, a Portis ipsis non procul, equum ejus, dum per cadavera incedit, trunco hominis impingere; equique, ex casu illo labascentis, genu sanguine tinctum esse. Quo viso, imperator militem repressit, et venia data non ulterius in Alexandrinos sævire permisit. Alexandrini itaque statuam æream equo grati posuerunt; locumque eum, *Diocletiani Equum*, usque adhuc appellant. Insuper etiam Alexandrini annum suum primum exinde numerabant. Hoc itaque initium est æræ Alexandrinorum in Ægypto.

B

Ἐπὶ δὲ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἀνεφάνη τις Μανιχαῖος ἐν Ῥώμῃ τῇ πόλει ὀνόματι Βοῦνδος· ὅστις ἀπέσχισεν ἐκ τοῦ δόγματος τῶν Μανιχαίων, παρεισαγαγὼν ἴδιον δόγμα καὶ διδάσκων ὅτι ὁ ἀγαθὸς Θεὸς ἐπολέμησε τῷ πονηρῷ καὶ ἐνίκησεν αὐτὸν, καὶ δεῖ τὸν [63] νικητὴν τιμᾶν. Ἀπῆλθε δὲ καὶ ἐν Περσίδι ὁ διδάσκων. Ὅπερ δόγμα Μανιχαϊκὸν παρὰ Πέρσαις καλεῖται κατὰ τὴν αὐτῶν γλῶσσαν τὸ τῶν *Δαρισθενῶν*, ὃ ἑρμηνεύεται τὸ τοῦ *Ἀγαθοῦ*.

C

Hujus sub imperio, prodiit Romæ Manichæus quidam, nomine Bundus : qui neglectis Manichæorum placitis, dogmata sua invexit. Docebat hic bonum Deum cum malo bellum habuisse; malumque a bono superatum; honorem proinde Victori tribuendum. In Persidem **310** quoque profectus, ibi etiam dogmata sua disseminavit. Manichæorum vero dogma hoc Persæ, idiomate suo, *Daristhenorum* vocant : quasi dicas, *Dei boni* dogma.

Ὁ δὲ [411] αὐτὸς Διοκλητιανὸς βασιλεὺς ἐποίησε διωγμὸν Χριστιανῶν· καὶ ἐτιμωρήθησαν πολλοὶ μαρτυρήσαντες, ἐν οἷς ἐμαρτύρησε καὶ ὁ ἅγιος Μηνᾶς. Καὶ αἱ ἐκκλησίαι δὲ καθῃρέθησαν, καὶ ἀπειλαὶ δὲ καὶ φόβος ἦν πολύς.

Idem Diocletianus imperator Christianos persecutus est; quorum multi martyrio coronati sunt : inter quos fuit sanctus Menas. Quin et templa eorum a fundamentis eversa sunt : graves insuper minæ, terroresque Christianis incussi.

Ἐν δὲ τῷ χρόνῳ τῶν Ὀλυμπίων κατέφθασεν ἐν Ἀντιοχείᾳ ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Διοκλητιανὸς, ἐλθὼν ἐξ Αἰγύπτου. Καὶ τοῦ Ὀλυμπικοῦ ἀγῶνος μέλλοντος ἐπιτελεῖσθαι, ἐφόρεσε τὸ σχῆμα τὸ τοῦ ἀλυτάρχου ὁ βασιλεὺς Διοκλητιανός. Τὴν δὲ στολὴν ὁ ἀλύταρχος ἄσπρον ὁλοσηρικὸν ἐφόρει· ὁ δὲ βασιλεὺς ἀντὶ τοῦ ἄσπρου ἐφόρεσε πορφυροῦν, τὰ δὲ ἄλλα πάντα ὡς ἦν ἔθος τῷ ἀλυτάρχῃ φορεῖν, κρατῶν τὴν ἱερὰν ῥάβδον καὶ προσκυνῶν τὸν δῆμον, ἐθεώρησε τὸν Ὀλυμπικὸν ἀγῶνα τὰς νενομισμένας πάσας ἡμέρας.

D

Olympicis autem appropinquantibus, imperator Diocletianus ex Ægypto Antiochiam venit : ludisque celebratis, ipse alytarchæ habitum suscepit. Moris autem erat ut alytarcha stolam albam, holosericam gestaret : imperator vero, pro alba, purpuream sibi sumpsit; in cæteris habitum alytarchæ per omnia referebat, sacramque manu ferens virgam, et populum pro more veneratus, per dies constitutos omnes, Olympica certamina spectabat. Itaque ex optimatibus etiam ejus non-

VARIÆ LECTIONES.

[61] εἰσελθότος Ox., εἰσελθόντος Ch. [62] Ἰνδουλγεντίας Ch., Ἰνδουλπεντίας Ox. [63] τὸν, τὴν Ox.

ED. CHILMEADI NOTÆ.

(25) Ἕως τὸ γόνυ τοῦ ἵππου. Ἕως, accusativo junctum, alibi haud temere invenies.

(26) Καὶ κονδάψαντα εἰς αὐτό. Novum plane mihique inauditum hoc vocabulum.

Digitized by Google

nulli eo ad certamina convenerunt, virtutis suæ specimina exhibituri : quorum hi palæstra, illi pugilatu, alii pancratio, cursu vero alii decertabant. Victoribus autem *sacras* dedit, omnibusque munera affatim dispertivit, uti sapientissimus Dometianus hæc scripta reliquit. Diocletianus autem alytarcha Antiochiæ factus, imperatorium habitum deposuit : nec amplius, finitis Olympicis, imperatorio fungi munere voluit, dicens : *Imperio memet* **311** *abdicavi, Jovisque immortalis habitum gestavi.* Hunc itaque vitæ statum deinceps amplexus est, naturæque tandem cessit, annos natus LXXII.

Post depositum vero a Diocletiano imperium, a Maximiano Herculeo susceptum est, qui imperavit annos XIX. Hic Romam reversus, de Persis et Ægyptiis devictis triumphum egit. Erat autem procerus, robustus, capite canescente, crine plano, barbatus, colore nigro, naso eleganti, oculis pulchris, eloquens. Infensus et hic quoque Christianis fuit : plurimosque sanctos neci dedit, ex quibus fuerunt sanctus Pantaleo, sanctus Hesychius, sanctus Hermippus, sanctus Hermolaus et sanctus Hermocrates, martyres.

Accidit autem etiam hujus sub imperio, Olympica celebrari, quo tempore Armenios, adversus Romanum imperium rebellantes, exercitu in Orientem ducto, penitus subegerat. Certior autem factus, Olympicorum celeberrimam jam instare panegyrin, Antiochiam venit : ubi et ipse, alytarchæ habitum gestans, munia ejus exsecutus est. Qui autem ibi convenerant senatorum filii, senatores etiam juniores ipsi, coram eo decertabant; hi quidem palæstra, illi cursu, alii pancratio, aurigatione alii, alii pugilatu, nonnulli etiam voce certantes. Victorum autem (præter munera quæ eis largitus est), hos quidem majoribus auxit honoribus, illos vero ad militares provexit dignitates. Maximianus autem ipse, posito imperio, **312** purpura regioque ornatu omni exuebat sese; habitumque alytarchæ gestans, peractis Olympicorum diebus, non amplius imperatorio fungi munere dignatus est : sed Romam reversus regno sese abdicavit, privatam deinceps vitam

A Καὶ ἐκ τῶν ἀξιωματικῶν αὐτοῦ κατήρχοντό τινες ἐν τοῖς Ὀλυμπικοῖς ἀγῶσιν ἐπιδεικνύμενοι ἀρετῆς χάριν · καὶ οἱ μὲν ἐπάλαιον, οἱ δὲ ἐπύκτευον, οἱ δὲ ἐπαγκρατίαζον, οἱ δὲ ἔτρεχον · καὶ τοῖς νικῶσι παρεῖχε *σάκρας* (27) καὶ πᾶσι πολλὰ ἐφιλοτιμήσατο · καθὼς Δομετιανὸς (*a*) [412] ὁ σοφώτατος (28) συνεγράψατο. Καὶ ἀλυτάρχης [46] ἐν Ἀντιοχείᾳ ὁ αὐτὸς Διοκλητιανὸς καὶ ἀποθέμενος τὸ βασιλικὸν σχῆμα

B καὶ μετὰ τὸ πληρῶσαι τὰ Ὀλύμπια οὐχ εἵλετο βασιλεῦσαι, λέγων ὅτι *Ἀπεθέμην τὴν βασιλείαν καὶ ἐφόρεσα σχῆμα τοῦ ἀθανάτου Διός.* Καὶ ἔκτοτε ἔμεινεν οὕτως · τελευτᾷ δὲ ἰδίῳ θανάτῳ, ὢν ἐνιαυτῶν οβ'.

Μετὰ δὲ τὸ ἀποθέσθαι τὸν Διοκλητιανὸν τὴν βασιλείαν ἐβασίλευσε Μαξιμιανὸς ὁ καὶ ἐπίκλην Ἐρκούλιος (29) ἔτη ιθ'. Καὶ ἀνελθὼν ἐν Ῥώμῃ ἐθριάμβευσε τὴν κατὰ Περσῶν καὶ Αἰγυπτίων νίκην. Ἦν δὲ μακρὸς, εὐσθενὴς, μιξοπόλιος τὴν κάραν, ἁπλόθριξ, τελειοπώγων, μελάγχροος, εὔρινος, εὐόφθαλμος, ἑλλόγιμος. Ἠγωνίσατο δὲ καὶ αὐτὸς κατὰ Χριστιανῶν καὶ ἐτιμωρήσατο πολλοὺς ἁγίους · ἐν οἷς ἐμαρτύρησεν ὁ ἅγιος Πανταλέων καὶ ὁ ἅγιος Ἡσύχιος καὶ ὁ ἅγιος Ἑρμιππος καὶ ὁ ἅγιος Ἑρμόλαος καὶ ὁ ἅγιος Ἑρμοκράτης.

Καὶ πάλιν Ὀλυμπίων ἀγομένων ἐν τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ, ἐλθόντος αὐτοῦ ἐν τῇ Ἀνατολῇ κατὰ Ἀρμενίων τυραννησάντων Ῥωμαίους, νικήσας αὐτοὺς κατὰ κράτος καὶ ὑποτάξας αὐτοὺς, μαθὼν δὲ τὸν καιρὸν τῶν Ὀλυμπίων ὑπάρχειν, παρεγένετο ἐν Ἀντιοχείᾳ διὰ τὰς ἐπισήμους ἡμέρας τοῦ ἀγῶνος.

C Καὶ φορέσας [413] καὶ αὐτὸς τὸ σχῆμα τοῦ ἀλυτάρχου ἀλυτάρχησε [48] · καὶ ἠγωνίσαντο καὶ ἐπὶ αὐτοῦ ἐκ τοῦ δήμου τέκνα συγκλητικῶν καὶ συγκλητικοὶ νεώτεροι · καὶ οἱ μὲν ἐπάλαιον, οἱ δὲ ἔτρεχον, οἱ δὲ ἐπαγκρατίαζον, οἱ δὲ ἡνιόχουν, οἱ δὲ ἐπύκτευον, οἱ δὲ ἐφωνάσκουν [49] · καὶ οἱ νικῶντες ἐλάμβανον μείζους ἀξίας, οἱ δὲ προέκοπτον ἐν ταῖς στρατείαις [47] δίχα τῶν διδομένων αὐτοῖς φιλοτιμιῶν. Ἀπέθετο δὲ καὶ αὐτὸς Μαξιμιανὸς τὴν βασιλείαν καὶ τὴν πορφύραν καὶ πᾶσαν τὴν βασιλικὴν φορεσίαν, καὶ ἐφόρεσε τὰ ἀλυταρχικά. Καὶ μετὰ τὸ πληρωθῆναι τὰς ἡμέρας τῶν Ὀλυμπίων οὐχ εἵλετο οὐδὲ αὐτὸς βασιλεῦσαι, ἀλλ' ἐπανελθὼν ἐν τῇ Ῥώμῃ ἀπετάξατο τῆς βασιλείας καὶ ἔμεινεν οὕτως ἕως θανάτου. Καὶ

VARIÆ LECTIONES.

[46] Fort. ἁλυταρχήσας. [48] ἁλυτάρχησε. ἠλυτάρχησε Ch. V. vol. II, p. 49 C. [49] ἐφωνάσκων. « ἐφωνάσκουν, uti etiam supra habet, in Commodo. » Ch. [47] στρατείας Ox.

ED. CHILMEADI NOTÆ.

(27) Τοῖς νικῶσι παρεῖχε σάκρας. Σάκραι *rescripta* sunt, sive *litteræ imperatoriæ* : hoc vero loco diplomata imperatoria, sive litteras quas vocant *patentes*, victoribus honores quosdam, sive dignitates confirmantes, intelligi puto.

(28) Καθὼς Δομετιανὸς ὁ σοφώτατος. Forte legendum, Δομνῖνος ὁ. σ. De ludis enim hisce Olympicis Antiochiæ celebratis, quidquid profert auctor noster, Domnino chronographo id omne se acce-

D pisse supra fatetur, lib. XII, ubi de Commodo agitur.

(29) Ἐβασίλευσε Μαξιμιανὸς, ὁ καὶ ἐπίκλην Ἐρκούλιος, ἔτη ιθ'. Diocletianus et Maximianus collegæ imperium una tenuerunt, unoque deinceps die, imperio abdicato, habitum privatum sumpserunt. Eutropius lib. X, ad finem : *Uterque uno die privato habitu imperii insigne mutavit, Nicomediæ Diocletianus, Herculeus Mediolani*, etc.

HODII NOTÆ.

(*a*) Δομετιανός. Scriptor hactenus ignotus; sed eumdem citatum legimus in alio quodam ms. Oxon. Non itaque corrigendum Δομνῖνος, qui arrisit Chilmeado.

Digitized by Google

μετὰ [48] χρόνον τελευτᾷ ἰδίῳ θανάτῳ, ὢν ἐνιαυτῶν νζ'.

Καὶ μετὰ τὸ ἀποθέσθαι τὴν βασιλείαν Μαξιμιανὸν ἐβασίλευσε Μαξέντιος ὁ καὶ Γαλέριος (30) ἔτη γ'. Ἦν κονδοειδὴς, πλατὺς, οὐλόθριξ, [414] λευκὸς, εὐπώγων, ὑπόστραβος, σιμὸς, ὀργίλος. Ἐφίλει δὲ τὸ Βένετον μέρος.

Ἐπὶ δὲ τῆς αὐτοῦ βασιλείας Ἰάμβλιχος [49] ὁ φιλόσοφος ἐδίδασκεν (31), οἰκῶν ἐν Δάφνῃ ἕως τῆς τελευτῆς αὐτοῦ.

Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ χρόνῳ οἱ Πέρσαι συμμαχοῦντες Ἀρμενίαις πολεμηθεῖσιν ἅμα αὐτοῖς ἐπελθόντες ἐν τοῖς Ῥωμαϊκοῖς ἐπραίδευσαν χώρας. Καὶ ἐπεστράτευσε κατ' αὐτῶν ὁ αὐτὸς Μαξέντιος (32) καὶ ἐπολέμησε Πέρσαις, καὶ ἀνήλωσεν αὐτοὺς διὰ τῆς Ἀρμενίας κατελθὼν κατ' αὐτῶν, καὶ ἀπέσπασε χώρας ἐκ τῶν Περσαρμενίων (33) καὶ ἐποίησεν ὑπὸ Ῥωμαίους· ἥντινα ἐκάλεσε πρώτην καὶ δευτέραν Ἀρμενίαν Ῥωμαίων. Ἐν τῷ δὲ εἶναι τὸν αὐτὸν Μαξέντιον εἰς Περσαρμενίαν ἐπέρριψαν οἱ Πέρσαι εἰς τὴν Ὀσδροηνὴν [50] καὶ παρέλαβον πόλιν καὶ ἔκαυσαν καὶ ἔστρεψαν, καὶ λαβόντες πολλὴν παῖδαν ἐξαίφνης ἀνεχώρησαν· ἐλέγετο δὲ ἡ παραληφθεῖσα ὑπ' αὐτῶν πόλις Μαξιμιανούπολις. Ὁ [51] δὲ αὐτὸς βασιλεὺς Μαξέντιος ἀνήγειρεν αὐτὴν κτίσας καὶ [415] τὰ τείχη, καὶ πολλὰ φιλοτιμησάμενος τοῖς ζήσασιν ἐκούφισεν αὐτοὺς τῆς συντελείας ἐπὶ ἔτη γ'. Καὶ ἐπανελθὼν ἐν τῇ Ῥώμῃ ἀνῃρέθη (34), ὢν ἐνιαυτῶν νγ'.

Μετὰ δὲ τὴν βασιλείαν Μαξεντίου (35) ἐβασίλευσε Κωνστάντιος ὁ Χλωρὸς ἔτη ιγ'. Ἦν δὲ μακρὸς, λεπτὸς, μιξοπόλιος, εὔχροος τὸ σῶμα καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς, εὔρινος, σπανὸς, ἥσυχος, μεγαλόψυχος.

Ἐν δὲ τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ ἔπαθεν ὑπὸ θεομηνίας Σαλαμὶς πόλις τῆς Κύπρου (36), ὑπὸ σεισμοῦ κατα-

A agens. Non longe autem post, annum agens LVII. fatis concessit.

Imperium a Maximiano positum suscepit Maxentius, qui et Galerius: regnavitque annos III. Erat vero curtus, corpore lato, crispus, candidus, barbatus, substrahus, simus, iracundus: factioni autem Venetæ studebat.

Hujus sub imperio floruit Jamblichus philosophus, qui in Daphne vitam suam transegit.

Eodem tempore Persæ, junctis cum Armenia viribus, Romanas ditiones invaserunt, easque deprædarunt. Maxentius itaque, per Armeniam iter ducens, Persas bello petit; quibus debellatis, regiones etiam ibi Persarmeniis abreptas, Romano addidit imperio; quas in Armeniam primam et secundam Romanorum distribuit. Interim vero, dum Persarmeniæ Maxentius commorabatur, Persæ Osdroinam invadentes, urbem ibi captam, et incendiis vastatam, funditus everterunt; spoliisque ingentibus onusti, absque mora recesserunt: nomen autem urbi ab eis captæ, Maximianopolis. Urbem hanc imperator Maxentius, mœnibus excitatis, de integro **313** instauravit; civesque superstites multis donavit, tributis etiam illis in triennium remissis. Romam deinde reversus, e medio sublatus est, ætatis anno LIII.

Maxentium excepit Constantius Chlorus, qui imperavit annos XIII. Erat hic procerus, gracilis, subcanus, colore corporis oculorumque pulchro, naso eleganti, parcus, quietus, magnanimus.

Hujus sub imperio, Salamias, urbs Cypri, divinam iram passa est: maxima enim ejus pars

B

C

VARIÆ LECTIONES.

[48] καὶ μετὰ Ch., κατὰ μετὰ Ox. [49] Ἰάμβλικος Ox. [50] Ὀσδροῖνην Ox. [51] οἱ Ox.

ED. CHILMEADI NOTÆ.

(30) Ἐβασίλευσε Μαξέντιος, ὁ καὶ Γαλέριος. Scr. Μαξιμιανὸς, ὁ καὶ Γαλέριος· Maxentius enim Galerii cognomentum non habuit. Diocletianus autem, et Maximianus Herculius imp., posito imperio, hic quidem sibi successorem designat Constantium Chlorum, imperii parte occidentali ei commissa: Diocletianus vero Maximianum Galerium Orientalibus regionibus, sui in locum, præfecit. Maxentium tamen Maximiani Herculei filium Romani, sua auctoritate, Cæsarem crearunt: contra quem Constantinus M. Constantii Chlori ex Helena filius, v imperii sui anno arma movit, tandemque penitus devicit, ad Milvium pontem, teste Eutropio, lib. x. Cæterum tempora hæc, in se perplexa satis, implicatissima reddit auctor noster.

(31) Ἰάμβλιχος ὁ φιλόσοφος ἐδίδασκε. Jamblichi duo fuerunt: alter libertus; ita enim, ἀπὸ δούλων, apud Suidam, vertere possimus. Ἰάμβλιχος οὗτος, ὡς φασιν, ἀπὸ δούλων ἦν. Suid. Floruit hic sub Antonino Pio, uti inquit Vossius: scripsit vero Babylonica, sive Rhodinis et Sinonidis Amores, lib. XXXIX, teste Suida. Jamblichum alterum Chalcidensem, philosophum, Porphyrii auditorem, de quo hoc loco Noster, Suidas sub Constantino imp., alii aliquanto sequius ponunt, Valentiniano et Valente impp.

(32) Ἐπεστράτευσε κατ' αὐτῶν ὁ αὐτὸς Μαξέντιος. Bellum hoc in Persas a Galerio Maximiano, Dioclet. imp. anno XVII gestum est. Vid. Euseb. Chron.

(33) Ἐκ τῶν Περσαρμενίων. Persarmenii dicti sunt, qui Armeniam majorem incolunt; Romano imperio olim subditam, a Philippo vero, qui Gordiano successit, Sapori Persarum regi proditam, uti testatur Evagrius, Eccles. Hist. l. v, cap. 7.

(34) Ἐπανελθὼν ἐν τῇ Ῥώμῃ ἀνῃρέθη. Mortis genus hoc Galerio non convenit.

(35) Μετὰ δὲ τὴν βασιλείαν Μαξεντίου, etc. Constantius, et Galerius Maximianus, quem hic auctor intelligit, eodem tempore Cæsares creati sunt, et in Reip. administrationem assumpti, a Diocletiano, et Maximiano Herculio: uti supra dictum: soliique, deinceps post purpuram ab his positam, simul imperarunt; Constantius quidem Galliis Britanniisque contentus, reliquo imperio omni Galerio concesso.

(36) Σαλαμὶς, πόλις Κύπρου. Forte, Σαλαμίς. Pomponius Mela, De situ orb. l. II, cap. 7, de Cypro insula, ejusque magnitudine verba habens, hæc addit: *ut quæ aliquando novem regna ceperit, et*

Digitized by Google

terræmotu in mare disjuncta est : reliquum vero urbis solo adæquatum corruit. Hanc itaque Constantius excitavit, et pecuniarum plurimum civibus superstitibus largitus, tributa etiam illis in quadriennium remisit. Urbem vero hanc, quæ antea Salamias vocata fuit, variis ædificiis a se ornatam, Constantiam, a suo nomine nuncupari voluit : quæ etiam Cypri metropolis est, in hunc usque diem.

Eodem imperante missus est, ingenti cum exercitu, Maximus Licinianus, ad partes Orientales vindicandas ab incursionibus Persarum et Saracenorum, qui antehac Orientem, ad Ægyptum usque perturbaverant. Accidit autem eodem tempore imperatorem Constantium in morbum incidere; ex quo, quadragesimo post die, interiit, ætatis anno sexagesimo.

Constantio fatis defuncto, Maximus Licinianus ab exercitu in Oriente **314** imperator salutatus est. Phestiano itaque exarcho, ibi cum copiis relicto, qui Orientem custodiret, ipse Romam proficiscitur. Antequam vero ex Antiochia discederet, Circensia spectare voluit, ubi populus Antiochensis dicteriis eum lacessebant, quod urbem nullis largitionibus donasset, cum tamen ibidem imperator primum renuntiatus fuisset. Imperator itaque super his indignatus, milites armatos adversus eos exire jussit : populum itaque sagittis in Circo petebant, millibus duobus excidio datis. Maximus autem imperator, Romam veniens, ibidem imperavit annos VII. Erat hic pectore firmo, capillitio nigro, membris compositis, barba hirsuta, oculis pulchris, naso adunco, militum studiosus, iracundus, negotiis tractandis idoneus.

Sub hoc imperatore, Christianis indultum est uti non amplius latitantes, in publicum prodirent. Contigit autem hujus sub imperio martyrium subire sanctum Gelasinum, Heliopoli Phœnicum. Erat hic mimus secundi ordinis, qui, spectante populo

Ἐν δὲ τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ ἀπέστειλε [416] Μάξιμον τὸν καὶ Λικινιανὸν [52] (37) μετὰ πολλοῦ στρατοῦ ἐπὶ τὸ φυλάττειν τὰ μέρη τῆς Ἀνατολῆς διὰ τοὺς Πέρσας καὶ τὰς ἐπιδρομὰς τῶν Σαρακηνῶν· ἐτάρασσον γὰρ πρώην τὴν Ἀνατολὴν ἕως Αἰγύπτου. Συνέβη δὲ ἐν αὐτῷ τῷ χρόνῳ τὸν βασιλέα Κωνστάντιον ἀρρωστήσαντα ἡμέρας μ' τελευτῆσαι· ἦν δὲ ἐνιαυτῶν ἑξήκοντα.

Μετὰ δὲ τὴν βασιλείαν Κωνσταντίου ἀνηγόρευσεν ὁ στρατὸς ἐν τῇ Ἀνατολῇ Μάξιμον Λικινιανὸν αὐτοκράτορα [53]. Καὶ ἐάσας ἐν αὐτῇ τῇ Ἀνατολῇ Φεστιανὸν ἔξαρχον μετὰ βοηθείας εἰς τὸ φυλάττειν τὴν Ἀνατολὴν ἀπῆλθεν ἐν Ῥώμῃ. Ἐν τῷ δὲ μέλλειν αὐτὸν ἐξιέναι ἀπὸ Ἀντιοχείας ἐθεώρησεν ἱπποδρόμιον· καὶ ὤβρισαν αὐτὸν οἱ δῆμοι τῆς πόλεως, ὅτι οὐδὲν ἐφιλοτιμήσατο τῇ πόλει ἐκεῖ ἀναγορευθεὶς βασιλεύς. Καὶ ἀγανακτήσας ἐκέλευσεν ἅρμα [417] κατ' αὐτῶν ἐξελθεῖν (38)· καὶ ἐτόξευσαν αὐτοὺς οἱ στρατιῶται ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ, καὶ ἀπώλοντο χιλιάδες δύο. Ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς Μάξιμος ἐλθὼν ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐβασίλευσεν ἔτη ζ'. Ἦν δὲ εὐστηθος, μελάνθριξ, εὔθετος, δασυπώγων, εὐόφθαλμος, καμπυλόρινος, φιλοστρατιώτης, ὀργίλος, τρακταϊστής (39).

Ἐν δὲ τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ ἐχαρίσατο ἐλευθερίαν τοῖς Χριστιανοῖς (40) εἰς τὸ μὴ κρύπτεσθαι αὐτοὺς ἀλλὰ δημοσιεύειν. Συνέβη δὲ ἐν τῷ χρόνῳ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐν Ἡλιουπόλει τῆς Φοινίκης μαρτυρῆσαι τὸν ἅγιον Γελάσινον· ἦν γὰρ μῖμος δεύτερος (41) καὶ

VARIÆ LECTIONES.

[52] καὶ Λικινιανὸν Ch., Καλλικιανὸν Ox. [53] αὐτοκράτωρα pro αὐτοκράτορα scribit Ch. Sed ita jam Ox. ἐκάσας Ox.

ED. CHILMEADI NOTÆ.

nunc aliquot urbes ferat; quarum clarissimæ, Salamis, et Paphos, etc. Stephanus etiam De urb. Κωνστάντεια, ἡ ἐν Κύπρῳ Σαλαμίς.

(37) Ἀπέστειλε Μάξιμον τὸν Καλλικιανόν. Scr. τὸν καὶ Λικινιανὸν, uti infra ; sive Λικίνιον· utroque enim nomine appellatus est : *Maximum* tamen hunc dictum, nusquam reperio. Nummi ejus Græce ita inscribuntur : ΑΥ. Κ. ΟΥΑΛ. ΛΙΚΙΝΙΑΝ. ΛΙΚΙΑΝΟΣ. ΣΕΒ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Οὐαλέριος Λικινιανὸς Λικίνιος Σεβαστὸς, etc., et Latine : IMP. C. VAL. LICIN. LICINIUS P. F. AUG. *Imperator Cæsar Valerius Licinianus Licinius Pius Felix Augustus*. Licinius vero non a Constantio, sed a Galerio imperator factus, ideoque probabiliter in bella ista orientalia missus est. Eutropius lib. x : *Per hoc tempus Licinius a Galerio imperator est factus, Dacia oriundus, notus ei antiqua consuetudine, et in bello, quod adversum Narseum gesserat; strenuus laboribus, et officiis acceptus.*

(38) Ἐκέλευσεν ἅρμα κατ' αὐτῶν ἐξελθεῖν. Ἅρμα, singul. num. et ἅρματα, plural. pro *armis*, frequenter occurrunt apud recentiores : hoc tamen loco pro *exercitu*, sive *armatis*, poni videtur.

(39) Τρακταϊστής. Cyrilli Lex. τρακταϊστέα. σκοπιστέα, ἐξεταστέα· a verbo τρακταΐζω, *tracto*. Infra etiam lib. XVI, habemus τρακτεύειν et τρακτευτής, ab eodem fonte.

(40) Ἐχαρίσατο ἐλευθερίαν τοῖς Χριστιανοῖς. Vide Euseb. Eccles. Hist. l. x, cap. 5.

(41) Ἦν γὰρ μῖμος δεύτερος. Mimon deuterum vocat, quem Cicero, *actorem secundarum partium*. Cic. in Verr.: *Ut in actoribus Græcis fieri videmus, sæpe illum qui est secundarum aut tertiarum partium, cum possit aliquanto clarius dicere, quam ipse primarum multum submittere, ut ille princeps quam maxime excellat*, etc. Primarum nimirum partium actori, præcipuum fabulæ recitandæ onus incubuit. Histriones trium horum ordinum, πρωταγωνιστὴς, δευτεραγωνιστὴς, Græcis dicti sunt : ἀγὼν enim etiam actionem fabulæ in scena significat : unde apud Hesychium, Ἀγωνιστὰι, οἱ ὑποκριταὶ, id est, *mimi*, sive *histriones*.

Digitized by Google

εἰσῆλθεν εἰς τὸ παγνίδιον πανδήμου ἀγομένου. Καὶ πλήθους θεωροῦντος ἔβαλον αὐτὸν εἰς βοῦττιν μεγάλην βαλανείου (42) γέμουσαν ὕδατος χλιαροῦ, καταγελῶντες τοῦ Χριστιανικοῦ δόγματος καὶ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. Ὁ δὲ αὐτὸς Γελάσινος [84] ὁ μῖμος βαπτισθεὶς [418] καὶ ἀνελθὼν ἐκ τοῦ βοττίου καὶ φορέσας ἱμάτια λευκὰ οὐκέτι ἠνέσχετο θεατρίσαι, λέγων ἐπὶ τοῦ δήμου ὅτι *Χριστιανός εἰμι· εἶδον γὰρ δύναμιν Θεοῦ φοβερὰν ἐν τῷ βαπτίζεσθαί με ἐν τῷ βουττίῳ καὶ Χριστιανὸς ἀποθνήσκω.* Καὶ ἀκούσας ταῦτα ὁ δῆμος ὅλος ὁ θεωρῶν ἐν τῷ θεάτρῳ τῆς πόλεως ἐμάνη σφόδρα· καὶ ὁρμήσαντες ἐκ τῶν βάθρων εἰς τὴν θυμέλην ἐκράτησαν αὐτὸν καὶ σύραντες αὐτὸν ἔξω τοῦ θεάτρου, ὡς φορεῖ τὰ λευκὰ ἱμάτια αὐτοῦ, λιθοβολήσαντες [85] ἐφόνευσαν αὐτόν, καὶ οὕτως ἐτελειώθη ὁ δίκαιος. Καὶ λαβόντες τὸ λείψανον αὐτοῦ ἀπήγαγον αὐτὸ εἰς τὴν κώμην τὴν λεγομένην Μαριάμμην, ὅθεν ὑπῆρχεν, ἔξω οὖσαν Δαμασκοῦ τῆς πόλεως (43) ἀπὸ ἑνὸς ἡμίσεος [86] μιλίου. Καὶ ἐκτίσθη αὐτῷ εὐκτήριος οἶκος.

Ὁ δὲ βασιλεὺς Λικιννιανὸς Μάξιμος χειρουργηθεὶς τελευτᾷ (44), ὢν ἐνιαυτῶν μς'.

A universo, theatrum ingressus, in solum balnei magnum, aquis tepentibus plenum, injectus est; nempe Christianæ religionis, et sancti baptismatis in ludibrium. Gelasinus autem iste mimus, ubi baptizatus ex labro, vestibus albis indutus, egrederetur, mimum agere amplius detrectavit; populumque allocutus universum : *Ego*, inquit, *Christianus sum; vidi enim in lavacro tremendam Dei majestatem*, **315** *et Christianus moriar.* Hæc ubi audierat omnis qui in theatro spectabat populus, furore summo commotus est : confestim itaque omnes ex gradibus in scenam irruentes, comprehensum Gelasinum et theatro extractum, in albo quem ferebat amictu, lapidibus obrutum interfecerunt. Atque hic justi viri exitus fuit. Reliquias B vero ejus, qui genere ei conjuncti erant, in vicum unde ipse oriundus erat, Mariammen dictum, milliarii dimidia parte a Damasco urbe remotum, deportarunt. Huic etiam oratoriam domum exstruxerunt.

Imperator autem Maximus Licinnianus, a chirurgorum sectionibus interiit, annos natus XLVI.

VARIÆ LECTIONES.

[84] Γαλάσινος Ox. [85] λιθοβολήσαντες Ch., Chron. Pasch. p. 276 A, λιθοβολίσαντες Ox. [86] ἑνὸς ἡμίσεος. I. e. 1 1/2.

ED. CHILMEADI NOTÆ.

(42) Εἰς βοῦττιν μεγάλην βαλανείου. Βοῦττις, Βουττίον, βουτζίον, et βουτζῆ, *butta*, *dolium* : hic pro *labro* ponitur.

(43) Ἔξω οὖσαν Δαμασκοῦ τῆς πόλεως. Chr. Alex. habet, ἔξω Ἡλίου πόλεως, verisimilius : Mariamme enim vicus uti et Heliopolis, Phœniciæ ; Damascus vero, Syriæ urbs est. Mariammia Stephano dicitur : C Μαριαμμία, πόλις Φοινίκων.

(44) Χειρουργηθεὶς τελευτᾷ. Licinius, a Constantino multis præliis tentatus, ab eodem tandem penitus devictus, sese dedidit : deinde vero, ut Eutropius testatur, religione sacramenti, Thessalonicæ privatus occisus est.

---

316 ΛΟΓΟΣ ΙΓ'

ΧΡΟΝΩΝ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ.

—

[1] LIBER XIII

DE TEMPORIBUS CONSTANTINI IMPERATORIS.

—

Μετὰ δὲ τὴν βασιλείαν Μαξίμου Λικιννίου ἐβασίλευσεν ὁ θειότατος καὶ πιστότατος, ὁ υἱὸς Κωνσταντίου τοῦ Χλωροῦ, Κωνσταντῖνος ὁ μέγας τῇ πρὸ ὀκτὼ Καλανδῶν Αὐγούστων ἐπὶ τῆς ὑπατείας Σεβήρου καὶ Μαξιμιανοῦ (45) καὶ ἔμεινε βασιλεύων ἔτη λβ'. Ἦν δὲ μακρὸς, πυῤῥὸς [87], μεγαλόψυχος, ἥσυχος, θεοφιλής.

D Maximum Licinnium excepit in imperio Constantinus Magnus, Constantii Chlori filius, imperator fidelissimus et pientissimus : qui regnare cœpit VIII Kal. Augusti, Severo et Maximiano coss., et regnavit annos XXXII. Erat autem procerus, rufus, magnanimus, ingenii sedati et Deo charus.

VARIÆ LECTIONES.

[87] πυῤῥός Ch., πυρός Ox.

ED. CHILMEADI NOTÆ.

(45) Ἐπὶ τῆς ὑπατείας Σεβήρου καὶ Μαξιμιανοῦ. Chr. Alex. ad Constantini annum I Constantium Cæs. et Maximianum Jovium V coss. ponit; Eusebius vero nullos.

Digitized by Google

Hujus sub imperio, bellum grave in Occidente exortum est; ad quod reprimendum divinissimus Constantinus cum exercitu profectus est: cæterum devictus imperator, a Barbaris undique cingebatur. His itaque positus in angustiis, ad somnum decubiturus, a Deo precibus expetivit his malis liberari. Somno deinde correptus, per quietem vidit crucem in cœlo, cui inscriptum erat: *In hoc vince.* Perlecta autem inscriptione, e somno expergefactus est. Surgens itaque, et effecta crucis, quam in cœlo vidit, **317** effigie, eam in pugnam præferri jussit: simul etiam exercitui suo addens animos, victoriam eis pollicitus est. Tum vero egressus, prælioque cum Barbaris commisso, illos eo usque profligavit, ut ad unum omnes perierint. Victor deinde Romam repetit cum triumpho magno, crucis signum prælatum habens: cujus quoque vim simul et visionem suam omnibus aperuit, testatus: *Hoc signum esse Dei Galilæorum qui Christiani vocantur.* Absque mora igitur gentilium templa atque fana funditus evertit: missisque ubique per imperium litteris suis imperatoriis, Christianorum ecclesias aperiri jussit. Tum vero, ubi jejunasset, et rudimentis Christianæ religionis imbutus fuisset, baptizatus est ipse, cum matre Helena, a Silvestro episcopo Romano: baptizati etiam sunt propinqui ejus omnes et amici, Romanorumque insuper aliorum multitudo ingens. Sic itaque imperator Constantinus Christianus factus est.

Posthæc vero contra Persas arma movens, bello superior evasit, datis etiam Persis pacis conditionibus, flagitante hoc ab eo Sarabaro, Persarum rege. Idem Constantinus imperator Euphratesiam a Syria et **318** Osdroina sejungens, provinciam fecit; jure etiam metropolitico Hierapoli concesso. In reditu vero Antiochiam veniens, Ecclesiam Magnam, opus plane magnificum, ibidem condidit, dissoluto Philippi regis balneo publico: quod, pervetustum cum esset et tempore collapsum, inutile prorsus fuit. Prope ecclesiam quoque hospitium exstruxit: Rufini etiam basilicam condidit. Fuerat hæc olim Mercurii fanum; quod Rufinus, prætoriorum sacrorum præfectus, demolitus fuerat; eodem in loco inchoata ante bellum basilica, quam postea, a bello redux, imperatoris jussu, Romam repetentis, Antiochiæ relictus, ad exitum perduxit. Constantinus autem imperator ab Antiochia discedens, Sy-

Ἐν δὲ τοῖς χρόνοις τῆς βασιλείας αὐτοῦ πόλεμος ἐγένετο ἐν τῇ Δύσει μέγας· καὶ ἐξῆλθε κατ' αὐτῶν ὁ θειότατος Κωνσταντῖνος, καὶ ἡττηθεὶς ἐφοσσεύετο ὑπὸ τῶν Βαρβάρων (46). Καὶ θλιβόμενος [2] ἐν τῷ μέλλειν αὐτὸν καθεύδειν ᾐτεῖτο ῥυσθῆναι ἀπ' αὐτῶν· καὶ ἐκκυσθεὶς εἰς ὕπνον εἶδε κατ' ὄναρ ἐν τῷ οὐρανῷ σταυρὸν, ἐν ᾧ ἐπεγέγραπτο· *Ἐν τούτῳ νίκα.* Καὶ ἀναγνοὺς τὸ ἐπιγεγραμμένον ἐν τῷ σταυρῷ διυπνίσθη· καὶ ἀναστὰς ἐποίησε σίγνον σταυροῦ, ὡς εἶδεν ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ προηγεῖτο αὐτοῦ. Καὶ προτρεψάμενος τὸν ἴδιον στρατὸν, λέγων ὅτι Νικῶμεν, καὶ ὁρμήσας καὶ συμβαλὼν τοῖς Βαρβάροις, ἐνίκησε τὸν πόλεμον κατὰ κράτος, ὥστε μηδένα τῶν Βαρβάρων σωθῆναι ἀλλὰ πάντας ἀπολέσθαι. Καὶ ἐπανῆλθεν ἐν τῇ Ῥώμῃ μετὰ νίκης καὶ χαρᾶς μεγάλης, ἔχων ἔμπροσθεν αὐτοῦ τὸν σίγνον τοῦ σταυροῦ. Ἐξηγεῖτο δὲ πᾶσι τὴν τοῦ ὁράματος καὶ τοῦ σίγνου τοῦ σταυροῦ δύναμιν, λέγων ὅτι *Τοῦτο τὸ σημεῖόν ἐστι τοῦ Θεοῦ τῶν Γαλιλαίων τῶν λεγομένων Χριστιανῶν.* Καὶ εὐθέως τὰ ἱερὰ καὶ πάντας τοὺς ναοὺς τῶν Ἑλλήνων κατέστρεψε καὶ τὰς ἐκκλησίας τῶν Χριστιανῶν ἀνέῳξε, παντα-χοῦ σάκρας καταπέμψας ὥστε τὰς ἐκκλησίας τῶν Χριστιανῶν ἀνοιχθῆναι. Καὶ νηστεύσας καὶ κατηχηθεὶς ἐβαπτίσθη ὑπὸ Σιλβέστρου, ἐπισκόπου Ῥώμης, αὐτὸς καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ Ἑλένη καὶ πάντες οἱ συγγενεῖς αὐτοῦ καὶ οἱ φίλοι αὐτοῦ καὶ πλῆθος ἄλλων πολλῶν Ῥωμαίων. Καὶ ἐγένετο Χριστιανὸς ὁ αὐτὸς Κωνσταντῖνος βασιλεύς.

Καὶ ἐπεστράτευσε κατὰ Περσῶν καὶ ἐνίκησεν καὶ ἐποίησε πάκτα εἰρήνης [3] μετὰ Σαραβάρου [58], βασιλέως Περσῶν, τοῦ Πέρσου αἰτήσαντος εἰρήνην ἔχειν μετὰ Ῥωμαίων. Ὁ δὲ αὐτὸς Κωνσταντῖνος βασιλεὺς καὶ τὴν Εὐφρατησίαν ἐποίησεν ἐπαρχίαν, ἀπὸ Συρίας καὶ Ὀσροηνῆς [59] μερίσας καὶ δοὺς δίκαιον μητροπόλεως ἐν Ἱεραπόλει. Καὶ ὑποστρέψας ἦλθεν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ· καὶ ἔκτισεν ἐκεῖ τὴν Μεγάλην Ἐκκλησίαν, μέγιστον κτίσμα, λύσας τὸ λεγόμενον Φιλίππου βασιλέως δημόσιον· λουτρὸν γὰρ παλαιὸν ἦν καὶ τῷ χρόνῳ φθαρὲν καὶ μὴ λοῦον. Ἔκτισε δὲ καὶ ξενῶνα πλησίον· ὁμοίως δὲ ἔκτισε καὶ τὴν λεγομένην Ῥουφίνου βασιλικήν· ἦν γὰρ τοῦτο ἱερὸν τοῦ Ἑρμοῦ, καὶ ἔλυσεν αὐτὸ Ῥουφῖνος ὁ ἔπαρχος τῶν ἱερῶν πραιτωρίων. Ἀπελθὼν δὲ μετὰ τοῦ βασιλέως ἐν τῷ πολέμῳ ἐκελεύσθη ὑπ' αὐτοῦ περιμεῖναι ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ· καὶ ἐπλήρωσε τὴν αὐτὴν βασιλικὴν, ἐπανερχομένου τοῦ αὐτοῦ βασιλέως ἐπὶ

VARIÆ LECTIONES.

[58] Σαραβάρου. « Constantinus adversus Parthos, ut Eutropius, vel Persas, ut Hieronymus, qui jam Mesopotamiam fatigabant, ultimo vitæ anno bellum moliens, Achyrone, Nicomediæ suburbio, fatis concessit. Quo tempore Sapor, sive Sapores, Persarum erat rex: qui etiam, anno sequente, Nisibim obsedit, vastata Mesopotamia. Sed et Cedrenus testatur anno XXI Constantini imp. pacem inter Saporem, Persarum regem, et Romanos ruptam fuisse. Itaque pro Σαραβάρου hoc loco legendum Σαπώρου. » Ch. Σαραβάρου alia forma videtur ejus quod est p. 7 B, 8 D, et 9 C Σαβουραρσάκης, nisi id ipsum restituendum est. [59] Ὀσροηνῆς. Ὀσροΐνης Ox.

ED. CHILMEADI NOTÆ.

(46) Καὶ ἡττηθεὶς ἐφοσσεύετο ὑπὸ τῶν Βαρβάρων. Alii omnino aliter ista narrant. Vide Euseb. De vit. Constant. lib. I, qui hæc Constantino, Maxentium Romæ imperantem armis petenti, accidisse testatur: cujus etiam rei narrationem se ab imperatore ipso posthac accepisse, loco citato profitetur.

Digitized by Google

Ῥώμην. Ἐν τῷ δὲ μέλλειν ἐξέρχεσθαι τὸν βασιλέα Κωνσταντῖνον ἀπὸ τῆς αὐτῆς Ἀντιοχείας, ἐποίησε πρῶτος αὐτὸς ἄρχοντα Ἀντιοχείας τῆς Συρίας Πλούταρχον ὀνόματι Χριστιανόν· ὅστις καὶ εἰς τὸ κτίσμα τῆς ἐκκλησίας καὶ τῆς βασιλικῆς ἐκελεύσθη ἐργοδιωκτεῖν. Ὁ δὲ αὐτὸς Πλούταρχος ἐν τῷ κτίζειν τὸν ξενῶνα εὑρηκὼς τὸ χαλκούργημα τοῦ Ποσειδῶνος τὸ ἐντὸς (47) τετελεσμένον [4] ἕνεκεν τοῦ μὴ πάσχειν σειομένην τὴν πόλιν, ἐπάρας τοῦτο ἐχώνευσε καὶ ἐποίησεν αὐτὸ στήλην τῷ αὐτῷ Κωνσταντίνῳ τῷ βασιλεῖ, στήσας αὐτὴν ἔξω τοῦ πραιτωρίου αὐτοῦ, γράψας ὑποκάτω αὐτῆς, Βόνῳ Κωνσταντίνῳ [60]. Ἥτις στήλη χαλκῆ ἵσταται ἕως τῆς νῦν.

A riæ præfectum Christianum primus constituit, Plutarchum nomine : cujus etiam cura, in ecclesia et basilica exstruendis, usus est. Plutarchus vero iste, inter condendum hospitium, reperta ibidem Neptuni statua ærea, telesmatice præparata, adversus terræmotus, ne deinceps ab his urbs pateretur, eam extractam inde refundit, statuamque ex ea effictam, Constantino imperatori erexit : quam et extra prætorium suum excitavit, cum hac inscriptione : *Bono Constantino*. Quæ quidem statua ibi usque adhuc visitur.

Προηγάγετο δὲ ὁ αὐτὸς βασιλεὺς ἐν τῇ αὐτῇ μεγάλῃ πόλει τῶν Ἀντιοχέων πρώτοις κόμητα Ἀνατολῆς ἐπὶ τῆς ὑπατείας Ἴλλου καὶ Ἀλβίνου, ποιήσας αὐτῷ πραιτώριον τὸ ἱερὸν τῶν Μουσῶν, πληροῦντα τὸν τόπον ἐν τῇ Ἀνατολῇ τοῦ ἐπάρχου τῶν πραιτωρίων, ὀνόματι Φηλικιανὸν [61] Χριστιανόν, χαρισάμενος τῇ αὐτῇ πόλει τῶν Ἀντιοχέων διὰ θείου αὐτοῦ τύπου δικαιώματα ἀξίας δευτέρου κομετάτου, τοῦ τπγ' ἔτους χρηματίζοντος (48) κατὰ τὴν μεγάλην τῶν Ἀντιοχέων πόλιν. Οὐκ ἦν γὰρ πρώην ἐν τῇ αὐτῇ μεγάλῃ Ἀντιοχείᾳ κόμης Ἀνατολῆς ἐγκάθετος (49), ἀλλὰ κατὰ πόλεμον κινούμενον δηληγάτωρ ἐκάθητο (50) ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας, καὶ ὅτε ἐπαύθη ὁ πόλεμος, ἐκουφίζετο ὁ δηληγάτωρ. Ὁ δὲ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ἐξῆλθεν ἀπὸ Ἀντιοχείας, ἐάσας Ῥουφῖνον τὸν ἔπαρχον· ὅστις Ῥουφῖνος σπουδάσας ἀνεπλήρωσε τὴν βασιλικήν· καὶ διὰ τοῦτο ἐκλήθη ἡ *Ῥουφίνου*.

Idem imperator Antiochiæ magnæ primus comitem Orientis, qui **319** præfecti prætorio locum teneret, B constituit Christianum, nomine Felicianum : cui etiam, in prætorium ei ut esset, Musarum fanum assignavit. Factum hoc Illo et Albino coss., concessis etiam Antiochensibus, divino imperatoris ex edicto, dignitate ac jure comitatus secundi, anno æræ Antiochenæ CCCLXXXIII, cum ante illud tempus Orientis comes Antiochiæ magnæ sedem suam non habuerit : sed moto aliquo bello, delegatus ibi pro tempore sedebat ; quo finito, desiit et ejus delegatio. Constantinus autem imperator, Antiochia discedens, Rufinum ibi præfectum reliquit : qui, sedulo operam suam impendens, basilicam absolvit. Ob hanc itaque causam, *Rufini basilica* vocata est.

Ὁ δὲ βασιλεὺς [5] Κωνσταντῖνος ἔπεμψε τὴν ἑαυτοῦ μητέρα τὴν κυρὰν Ἑλένην (51) εἰς Ἱεροσόλυμα εἰς ἀναζήτησιν τοῦ τιμίου σταυροῦ· ἥτις καὶ εὑροῦσα ἀνήγαγε τὸν αὐτὸν τίμιον σταυρὸν μετὰ τῶν πέντε ἥλων· καὶ ηὐξήθη ἐξ ἐκείνου τὰ τῶν Χριστιανῶν πάντα.

Idem Constantinus imperator matrem suam, dominam Helenam, Hierosolymas misit, ad exquirendam crucem venerabilem : quam una cum quinque clavis repertam, Helena inde reportavit. Ex eo tempore res Christianorum melius se in dies habuere. C

Ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς καὶ τρίτην Παλαιστίνην ἐποίησεν ἐπαρχίαν. Καὶ ἐπὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐνεκαινίσθη [62] τότε Βυζάντιον ἐπὶ τῆς ὑπατείας Γαλλιανοῦ [63] καὶ Συμμάχου (52), τοῦ αὐτοῦ δὲ βα-

Idem imperator tertiam quoque Palæstinam provinciam fecit. Hujus etiam sub imperio Byzantium instaurata est, Galliano et Symmacho coss. Cum enim imperator, processu ad longum tempus sus-

VARIÆ LECTIONES.

[60] Βόνῳ Κωνσταντίνῳ Ox. [61] Φιλικιανὸν Ox., Pollux p. 274. [62] ἐνεκαινίσθη Ch., ἀνεκαινίσθη Ox. [63] Γαλλιανοῦ. Γαλλικανοῦ Ch.

ED. CHILMEADI NOTÆ.

(47) Ἐστώς. Scr. ἑστός.

(48) Τοῦ τπγ' ἔτους χρηματίζοντος. Æræ Antiochenæ annus CCCLXXXIII respondet anno Christi Eusebiano CCCXXXVI, sive Dionysiano vulgari CCCXXXV, qui Constantini imp., secundum eumdem Eusebium, annus erat XXIX, qui quidem annus in Chr. Alex. a Radero edito deest : idem tamen Chr. a Scaligero editum, ad hunc Constantini annum, Constantium Cæs. VI et Albinum coss. exhibet, anno sequente ἄνευ ὑπάτων relicto. Eodem etiam anno dictos coss. ponunt Fasti Capitolini.

(49) Ἐγκάθετος. Scr. ἐγκάθητος.

(50) Δηληγάτωρ ἐκάθητο. Δηληγάτωρ, *delegatus* ; uti et δηληγατίων, *delegatio* apud Suidam. Hesychius etiam, δηληγατιῶν, ἀφορίζων, qui causis determinandis præest.

(51) Κύραν Ἑλένην. Κύρα, pro κυρία, *Domina*, apud recentiores frequenter.

(52) Ἀνεκαινίσθη τὸ ποτὲ Βυζάντιον ἐπὶ τῆς ὑπατείας Γαλλιανοῦ καὶ Συμμάχου. Mallem ἐνεκαινίσθη. Urbs enim hæc licet annis ante aliquot, sub aliis coss. exædificari cœpta fuerit, sub his tamen ad exitum tandem perducta est, atque dedicata, uti etiam testatur Chr. Alex. auctor : qui coss. hos ponit ad annum Constantini M. XXV, quo anno Hesychius Illustris in Patr. Constant. urbem dedicatam tradit : annus vero hic erat Christi vulgari CCCXXXI, æræ vero Antiochenæ annus CCCLXXIX. Auctor tamen noster infra urbis hujus dedicationem confert in ejusdem æræ annum CCCLXXVIII, id est in annum Christi vulgarem CCCXXX, qui Constantini imp. est XXIV. Hieronymus etiam in supplemento suo ad Chr. Euseb. Encænia hæc ponit ad Constantini annum XXIV, quo anno Fasti Capitolini Gallicanum et Symmachum habent coss. Verum de hac urbis Constantinopolitanæ encæniorum epocha, vide Jos. Scaliger De emend. temp. lib. V, et ejusdem Can. isagog. l. III. D

Digitized by Google

cepto, Byzantium Roma profectus esset, veterem urbis murum, Byzi opus, instauravit; **320** muroque alio de novo exstructo, et ad murum veterem adjecto, urbem ipsam, Constantinopolim, vocari jussit. Hippodromum quoque instauravit, statuisque æreis, ornatuque omnimodo splendidiorem reddidit: exstructa etiam ibi, ad formam ejus quæ Romæ est, sella imperatoria, unde ludos imperator spectaret. Palatium quoque magnum et speciosum, quale Romæ habetur, prope Hippodromum, Cochleum dictum, exstruxit: forum etiam amplum et spectabile, cujus in medio columnam posuit, porphyreticam totam penitusque mirandam: cui etiam statuam sibi imposuit, capite septem radiis coronato: quod simulacrum æreum imperator ex Ilio, ubi olim steterat, urbe Phrygiæ, advexit. Idem etiam Constantinus, ablatum clanculum Roma Palladium, quod vocant, in foro a se condito, infra columnam statuæ suæ collocavit: sicut Byzantini nonnulli asserunt, ipsum ibidem recondi affirmantes. Urbis vero a se instauratæ et a nomine suo vocatæ Fortunam *Anthusam* appellari voluit, sacrificium incruentum Deo peragens. Urbis hujus prima fundamina posuit Phidalia, quæ urbis Fortunæ tunc temporis Ceroen nomen imposuit. Phidaliam hanc Byzas, Thraciæ rex, in uxorem duxit, post mortem **321** Barbysii, patris ejus; qui loci illius dominus fuit, et emporii custos. Hic vero moriturus, Phidaliæ in mandatis reliquit uti muro ad mare perducto locum illum circumdaret. Byzas itaque, loco illo in nomen suum vocato, sedem illic regni posuit.

σιλέως Κωνσταντίνου ποιήσαντος πρόκεσσον ἐπὶ πολὺν χρόνον (53), ἀπὸ Ῥώμης ἐλθόντος ἐν τῷ Βυζαντίῳ· ὅστις καὶ τὸ πρώην τεῖχος (υ) τῆς αὐτῆς πόλεως ἀνενέωσε τοῦ Βύζου καὶ προσθεὶς ἄλλο διάστημα πολὺ τῷ τείχει, καὶ συνάψας τῷ παλαιῷ τείχει τῆς αὐτῆς πόλεως, ἐκέλευσεν αὐτὴν Κωνσταντινούπολιν λέγεσθαι, ἀναπληρώσας [6] καὶ τὸ [64] Ἱππικὸν καὶ κοσμήσας αὐτὸ χαλκουργήμασι καὶ πάσῃ ἀρετῇ, κτίσας ἐν αὐτῷ καὶ κάθισμα θεωρίου βασιλικοῦ καθ' ὁμοιότητα τοῦ ἐν Ῥώμῃ ὄντος. Ἔκτισε δὲ καὶ παλάτιον μέγα καὶ εὐπρεπὲς καθ' ὁμοιότητα ὡσαύτως τοῦ Ῥώμης πλησίον τοῦ Ἱππικοῦ, [τὴν [65] ἄνοδον ἀπὸ τοῦ παλατίου εἰς τὸ κάθισμα τοῦ Ἱππικοῦ διὰ] τοῦ λεγομένου Κοχλίου, κτίσας καὶ φόρον [66] μέγαν (54) καὶ εὐπρεπῆ πάνυ, καὶ στήσας ἐν τῷ μέσῳ κίονα ὁλοπόρφυρον ἄξιον θαύματος, καὶ ἐπάνω τοῦ αὐτοῦ κίονος ἑαυτῷ ἔστησεν ἀνδριάντα, ἔχοντα ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ ἀκτῖνας ἑπτά· ὅπερ χαλκούργημα ἤγαγεν εἰς τὸ Ἴλιον [67] ἑστηκὸς (55), πόλιν τῆς Φρυγίας. Ὁ δὲ αὐτὸς Κωνσταντῖνος ἀφελόμενος ἀπὸ Ῥώμης κρύφα τὸ λεγόμενον Παλλάδιον ξόανον, ἔθηκεν αὐτὸ εἰς τὸν ὑπ' αὐτοῦ κτισθέντα φόρον ὑποκάτω τοῦ κίονος τῆς στήλης αὐτοῦ, ὡς τινες λέγουσι τῶν Βυζαντίων ὅτι ἐκεῖ κεῖται. Τὴν δὲ τύχην τῆς πόλεως τῆς ὑπ' αὐτοῦ ἀνανεωθείσης καὶ εἰς ὄνομα αὐτοῦ κτισθείσης ποιήσας τῷ Θεῷ θυσίαν ἀναίμακτον ἐκάλεσεν Ἀνθουσαν. Ἥτις πόλις ἐκτίσθη ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ Φιδαλίας[67a]· καὶ ἐκάλεσε τότε τὴν τύχην αὐτῆς Κηρώην [68]. Τὴν δὲ αὐτὴν Φιδαλίαν ἠγάγετο Βύζας ὁ τῆς Θράκης βασιλεὺς μετὰ [7] τὴν τελευτὴν Βαρβυσίου τοῦ πατρὸς αὐτῆς, του τοπάρχου καὶ φύλακος τοῦ αὐτοῦ ἐμπορίου. Ὅστις Βαρβύσιος [69] μέλλων τελευτᾷν ἐκέλευσε τὴν Φιδαλίαν ποιῆσαι τεῖχος τῷ τόπῳ ἕως θαλάσσης. Ὁ δὲ Βύζας εἰς τὸ ἑαυτοῦ ὄνομα καλέσας τὴν χώραν ἐβασίλευσεν ἐν τῇ αὐτῇ πόλει.

Porro [Constantinus] ab introitu palatii, ad forum usque, porticus duas exstruxit speciosas, variis statuis, columnisque marmoreis ornatas: locum

Ἔκτισε δὲ δύο ἐμβόλους ἀπὸ τῆς εἰσόδου τοῦ παλατίου ἕως τοῦ αὐτοῦ φόρου εὐπρεπεῖς καὶ κεκοσμημένους ἀνδριᾶσι καὶ μαρμάροις διαφόροις, καλέσας

VARIÆ LECTIONES.

[64] δὲ τὸ Ox., καὶ τὸ Chron. Pasch. p. 284 A. [65] τὴν — διὰ addidi ex Chron. p. 284 B. [66] μέγαν Ch., Chron., μέγα Ox., μέγα καὶ εὐπρεπὴς Pollux p. 270. [67] ἑστηκὼς Ch., ἑστηκὸς Ox. [67a] Φιδαλίας. Scr. Φιδαλείας. V. ad vol. I, p. 125 A. [68] Κηρώην. Κερόην Chron. p. 265 A. Quod magis mihi probatur. Efficta hæc puella videtur ex Κεροέσσῃ, Jus filia, Byzantis matre, apud Hesychium illustrem p. 62 Or., ubi plura Meursius. [69] Βαρβύσιος Ch., Βάρβυσος Ox.

ED. CHILMEADI NOTÆ.

(53) Ποιήσαντος πρόκεσσον ἐπὶ πολὺν χρόνον. Πρόκεσσος, et πρόκενσος, *processus*: Quocunque imperator, relicto palatio, proficiscitur, apud recentiores πρόκεσσον ποιεῖν dicitur, sive terra, sive mari, sive voluptatis tantum, aut etiam religionis causa iter susceptum sit. Peregrinationes vero, sive secessus remotiores, longioresque, μακρόκενσα vocabant, id est, μακρότερα πρόκενσα. Constantinus de Administr. imp. cap. 51: Καὶ γὰρ εἰς μακρόκενσα ἀπῆει ὁ μακάριος οὗτος βασιλεύς, οἷον εἰς Νικομήδειαν, εἰς τὸν Ὄλυμπον, εἰς Πύθια· καὶ διὰ τοῦτο ἐπετηδεύσατο τὰ δύο δρομώνια, εἰς ὑπηρεσίαν καὶ ἀνάπαυσιν αὐτοῦ τε, καὶ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ.

(54) Κτίσας καὶ φόρον μέγα. Scr. μέγαν. ὁ φόρος, Forum, recentioribus.

(55) Εἰς τὸ Ἴλιον ἑστηκώς. Hieronymus in supplemento suo ad Chron. Euseb. numero MMCCCXLVI: *Constantinopolis dedicatur, pene omnium urbium nuditate.* Statuam vero hanc Apollinis Iliaci fuisse asserit Zonaras: Λέγεται δὲ καὶ Ἀπόλλωνος εἶναι στήλην τὸ ἄγαλμα, καὶ μετενεχθῆναι ἀπὸ τῆς ἐν τῇ Φρυγίᾳ πόλεως τοῦ Ἰλίου. Statuæ huic Constantinus nomen suum indidit, clavis etiam quibusdam Dominicæ crucis capiti insertis, uti idem Zonaras testatur, qui etiam eam ad suum usque tempus durasse asserit, tom. III, in Constantino.

HODII NOTÆ.

(π) Τὸ πρώην τεῖχος. De muro hoc et omnibus aliis seu partibus seu antiquitatibus urbis Constantinopolis, quæ in sequentibus commemorantur, vide omnino Dufresnium in CP. Christ. lib. II et III, uti multa de singulis legenda.

Digitized by Google

τὴν τόπον τῶν ἐμβόλων Ῥηγίαν, κτίσας ἐγγὺς καὶ[70] βασιλικὴν (56) καὶ ἕξω μεγάλους κίονας καὶ ἀνδριάντας, ἥνπερ ἐκάλεσε Σενᾶτον, κατέναντι στήσας τῇ ἰδίᾳ μητρὶ Ἑλένῃ στήλην Αὐγούστας ἐν πορφυρῷ μικρῷ κίονι, καλέσας τὸν τόπον[71] Αὐγουστιῶνα (57). Ὁμοίως δὲ ἀνεπλήρωσε καὶ τὸ λεγόμενον Ζεύξιππον δημόσιον λουτρὸν, κοσμήσας κίοσι καὶ μαρμάροις ποικίλοις καὶ χαλκουργήμασιν· εὗρε γὰρ αὐτὸ ἀπλήρωτον, ἀρχθὲν μὲν πρώην ὑπὸ Σεβήρου βασιλέως τὸ αὐτὸ δημόσιον. Ἔκτισε δὲ καὶ τὸ Ἱππικὸν καὶ ἄλλα πολλά· καὶ ὅτε πάντα ἐπλήρωσεν, ἐπετέλεσεν Ἱππικὸν, ἐν πρώτοις θεωρήσας ἐκεῖ καὶ φορέσας τότε ἐν πρώτοις ἐν τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ κορυφῇ διάδημα διὰ μαργαριτῶν καὶ λίθων τιμίων, βουλόμενος πληρῶσαι τὴν προφητικὴν[72] φωνὴν τὴν λέγουσαν [8] *Ἔθηκας ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ στέφανον ἐκ λίθου τιμίου.* Οὐδεὶς γὰρ τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλευσάντων τοιοῦτόν τί ποτε ἐφόρεσε. Καὶ ἐπετέλεσεν ἑορτὴν μεγάλην μηνὶ Μαΐῳ τῷ καὶ Ἀρτεμισίῳ ια', ἔτους κατὰ Ἀντιόχειαν τὴν μεγάλην χρηματίζοντος τοη', κελεύσας διὰ θείου αὐτοῦ τύπου τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐπιτελεῖσθαι τὴν ἑορτὴν τοῦ γενεθλίου τῆς πόλεως αὐτοῦ, καὶ ἀνοίγειν τῇ αὐτῇ ια'· τοῦ Μαΐου μηνὸς τὸ δημόσιον λουτρὸν τὸ Ζεύξιππον, πλησίον ὂν τοῦ Ἱππικοῦ καὶ τῆς Ῥηγίας καὶ τοῦ παλατίου, ποιήσας ἑαυτῷ ἄλλην στήλην ξοάνου κεχρυσωμένην, βαστάζουσαν τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ χειρὶ τὴν τύχην τῆς αὐτῆς πόλεως καὶ αὐτὴν κεχρυσωμένην, ἣν ἐκάλεσεν[73] *Ἀνθουσαν(x)*, κελεύσας κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν τοῦ γενεθλιακοῦ ἱππικοῦ εἰσιέναι τὴν αὐτὴν τοῦ ξοάνου στήλην διριγευομένην ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν (58) μετὰ χλαμύδων καὶ καμπαγίων (59), πάντων κατεχόντων κηροὺς, καὶ περιέρχεσθαι τὸ σχῆμα τὸν ἄνω καμπτὸν καὶ ἔρχεσθαι εἰς τὸ σκάμμα[74] κατέναντι τοῦ βασιλικοῦ καθίσματος, καὶ ἐγείρεσθαι (60) τὸν κατὰ καιρὸν βασιλέα καὶ προσκυνεῖν, ὡς θεωρεῖ τὴν αὐτὴν στήλην Κωνσταντίνου καὶ τῆς τύχης τῆς πόλεως. Καὶ πεφύλακται τοῦτο τὸ ἔθος ἕως τοῦ νῦν.

Ὁ δὲ [9] θειότατος Κωνσταντῖνος ἐν τῇ συμπληρώσει τῆς αὐτοῦ ὑπατείας (61) ἔῤῥιψεν ἐν Κωνσταντινουπόλει χάρισμα τοῖς Βυζαντίοις καλάμων[75]

A vero hunc Regiam vocavit : cui vicinam etiam basilicam condidit; statuis et columnis ingentibus exterius ornatam : quam et Senatum vocavit. Huic ex adverso matris Helenæ, Augustæ, statuam, columnellæ porphyreticæ impositam, collocavit : locum vero hunc Augustæum nominavit. Similiter quoque balneum publicum, Zeuxippum dictum, a Severo imperatore inchoatum, ipse ad exitum perduxit, variisque illud columnis statuisque marmoreis æreisque exornavit. Hippodromum quoque exstruxit, atque alia plurima. Omnibus vero hisce absolutis, certamina equestria indixit; quos ipse in Circo suo primus spectavit. Tum primum quoque coronam, margaritis et lapillis pretiosis insignitam, imperator capite gestavit, animo scilicet

B explendi dictum illud propheticum : *Imposuisti capiti ejus coronam ex lapide pretioso;* imperatorum enim præcedentium **322** nemo talem gestavit. Artemisii vero, sive Maii XI, anno æræ Antiochenæ CCCLXXVIII, festivitatem celeberrimam agitari jussit : divino etiam edicto suo sancivit uti eodem die Natales urbis celebrarentur. Zeuxippum quoque, balneum publicum, quod propter Circum, Regiam et palatium situm est, eodem Maii XI aperiri jussit. Fecit autem sibi imperator statuam quoque aliam inauratam, urbis Fortunam, quam Anthusam vocavit, et ipsam quoque inauratam, manu dextra gestantem. Statuam hanc, eodem die genethliacorum circensium, introduci jussit a militibus chlamydes et campagos indutis, et cereos por-

C tantibus omnibus. Jussit vero uti milites isti, pompam introducentes, superiorem Hippodromi flexum circumeant; cumque ad sedile imperatoriæ sedi oppositum perventum erit, assurgens qui pro tempore imperator fuerit, visas Fortunæ urbis et Constantini statuas veneretur : qui mos ad hunc usque diem observatur.

Divinissimus etiam Constantinus, in ipso consulatus sui exitu, congiarium Byzantinis Constantinopoli largitus est, sparsis in populum calamo-

VARIÆ LECTIONES.

[70] βασιλικὴν. ἔχουσαν κόγχην addunt Pollux et Chron. Pasch. p. 284 C. [71] Αὐγουστιῶνα. Sic et Cedrenus p. 574 C, D. Αὐγουστεῶνα infra, p. 78 D. [72] προφητικὴν. Psalm. XX, 4. [73] ἣν ἐκάλεσεν. ἐκάλεσεν Ox. [74] σκάμα Ox., σκάμμα Ch. [75] καλαμῶν Ox., καλάμων Pollux p. 272, καλαμίων fuerat vol. I, p. 123 E.

ED. CHILMEADI NOTÆ.

(56) Κτίσας ἐγγὺς καὶ βασιλικήν. Βασιλικὴν, proprie eadem est, quæ Latinis Regia : sumitur tamen pro structura quavis ampla et regali, sive publici, sive privati usus. Hoc loco, *senaculum*, signat.

(57) Καλέσας τὸν τόπον, Αὐγουστιῶνα. Forum hoc Αυγουσταῖον vocat Procopius : Codino Αὐγουστεὼν dicitur.

(58) Διριγευομένην ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν. Chr. Alex. habet δηρηγευομένην. δηρηγεύειν, et δηριγεύειν, vel, ut Noster habet διριγεύειν, *dirigere* sonat; vocabulo Latino Græcanicam formam induente. Hinc δηριγευόμενος, et διριγευόμενος.

(59) Καὶ καμπαγίων. Καμπάγια, et καμπάκια, Calceamenti quoddam genus : de quo vide Jo. Vossium, De vitiis serm., et Meursium in Glossario, et

D Ben. Baldwinum, De calceo antiq. et myst. Chr. Alex. habet γαμβαγίων, pro quo Raderus, λαμπαδίων, reponit; male. Verum locus iste ibidem pessime corruptus, ex nostro restituendus est.

(60) Ἐγείρεσθαι. Ἐγείρεσθαι hic, pro ἀναστῆναι, *assurgere*. Hesychius, Ἐγείρω, ἐγέρθητι, ἀνάστηθι.

(61) Ἐν τῇ συμπληρώσει τῆς αὐτοῦ ὑπατείας. Consules initio magistratus sui, pecunias in populum spargere, mos erat : quod et imperatores etiam facere consueverunt; idque non solum in coronatione, aut etiam consulatum ineuntes, sed quandoque deponentes etiam, ut ex hoc loco apparet. Forte hoc factum, ob tam insigne opus ad exitum perductum, quale erat instaurata, ac dedicata Constantinopolis.

HODII NOTÆ.

(x) Καὶ τὴν κεχρυσωμένην ἐκάλεσεν Ἄνθουσαν. Hæc videntur elidenda, cum antea idem referatur, nec apud C. hoc in loco compareant.

Digitized by Google

rum tesseris panis quotidiani perpetui : singulis etiam, præter panem, carnibus, vino, et vesti assignatis. Panes vero hos *palatinos* vocavit; **323** quod ex palatio darentur; sepositis ex proprio in hoc reditibus. Panes etiam hi *politici* dicti sunt.

Idem vero Constantinus imperii sedem Constantinopoli posuit; eamque, cum antea Europæ sub ditione esset, et Heracleæ metropoli subjecta, sui juris fecit : concesso ei a Deo jure imperandi : constitutis etiam urbi et prætorio præfectis aliisque primariis magistratibus, eisque Christianis omnibus. Itaque ex eo tempore urbs illa feliciter imperitavit.

Idem Constantinus imperator Phrygiam Salutarem provinciam fecit. Ejusdem sub imperio synodus CCCXVIII episcoporum celebrata est, contra Arium, de rebus ad Christianam fidem pertinentibus : cui interfuit etiam sanctissimus episcopus Eusebius Pamphili, chronographus.

Constantino imperante, divinam iram passa est Maximianopolis, Osdroenæ urbs, vice secunda, post ipsam a Persis captam. Imperator itaque Constantinus urbem de integro instauravit; mœnia quoque collapsa excitavit, et superstitibus incolis plurima largitus est; vocata deinceps urbe, a nomine suo, Constantina. Vicum etiam quemdam in Bithynia, nomine Sugam, de novo exstructum, civitatis jure donavit, et a matris suæ nomine Helenopolim appellavit : cujus etiam a nomine provinciam quoque ipsam Helenopontum vocavit.

324 Eodem etiam tempore Constantinus imperator fana illa tria, quæ in eo loco qui Acropolis olim dicebatur, posita erant, Solis nempe, Dianæ, Lunæ et Veneris, reditibus exuta deinceps manere jussit.

Non longo autem post tempore imperator Constantinus, in Nicomediam Bithyniæ itinere facto, in morbum incidit; a quo cum per sex dies decubuerat, in ejusdem civitatis suburbio quodam, Achyrone dicto, non procul ab urbe, diem sum obiit, antequam opus illud magnificum, et inter orbis miracula censendum, Ecclesiæ nempe Antiochenæ magnæ fabricam ad exitum perduxisset. Mortuus autem est, annos natus LX, cum mensibus tribus,

συντόμια [75a] ἄρτων ἡμερησίων διαιωνιζόντων [75b], οὕστινας ἄρτους ἐκάλεσε *παλατίνους* διὰ τὸ ἐν τῷ παλατίῳ ῥογεύεσθαι τοὺς αὐτοὺς ἄρτους, ἑκάστου ἄρτου ἀφορίσας οἶνον [76], κρέα καὶ [77] βέστια (62), ἀφορίσας πρόσοδον ὑπὲρ αὐτῶν ἐκ τῶν ἰδίων, καὶ καλέσας αὐτοὺς *πολιτικούς*.

Ὁ δὲ αὐτὸς Κωνσταντῖνος ἔμεινε βασιλεύων ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἀφελόμενος αὐτὴν ἀπὸ τῆς Εὐρώπης ἐπαρχίας ἀπὸ Ἡρακλείας τῆς μητροπόλεως αὐτῆς, δοὺς αὐτῇ ἀπὸ Θεοῦ δίκαιον βασιλείας, προβαλόμενος ἐν αὐτῇ ἔπαρχον πραιτωρίων καὶ ἔπαρχον πόλεως καὶ τοὺς λοιποὺς μεγάλους ἄρχοντας, Χριστιανοὺς πάντας ποιήσας. Καὶ ἔμεινεν ἐξ ἐκείνου εὐτυχῶς βασιλεύουσα.

Ὁ δὲ αὐτὸς Κωνσταντῖνος βασιλεὺς καὶ τὴν Φρυγίαν Σαλουταρίαν ἐποίησεν ἐπαρχίαν. Ἐπὶ δὲ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἡ σύνοδος ἐγένετο τῶν τιη' ἐπισκόπων κατὰ Ἀρείου περὶ τῆς πίστεως τῶν Χριστιανῶν. Ἐν αὐτῇ δὲ τῇ συνόδῳ ὑπῆρχε καὶ ὁ ὁσιώτατος ἐπίσκοπος [10] Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου ὁ χρονογράφος.

Ἔπαθε δὲ ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ αὐτοῦ Κωνσταντίνου ὑπὸ θεομηνίας Μαξιμιανούπολις τῆς Ὀσδροηνῆς [78] τὸ δεύτερον αὐτῆς Πάθος τὸ μετὰ τὸ ληφθῆναι ὑπὸ τῶν Περσῶν. Καὶ ἀνήγειρεν αὐτὴν ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Κωνσταντῖνος καὶ τὰ τείχη αὐτῆς· ἦσαν γὰρ πεσόντα· καὶ τοῖς περισωθεῖσι πολλὰ ἐχαρίσατο· καὶ μετεκάλεσεν αὐτὴν εἰς τὸ ἴδιον ὄνομα Κωνσταντῖναν. Ἔκτισε δὲ καὶ εἰς τὴν Βιθυνίαν τὴν πρώην οὖσαν κώμην λεγομένην Σουγὰν (63), δοὺς αὐτῇ καὶ δίκαιον πόλεως καὶ καλέσας αὐτὴν εἰς ὄνομα τῆς ἰδίας αὐτοῦ μητρὸς Ἑλενούπολιν [79]. Καὶ εἰς ὄνομα δὲ τῆς αὐτοῦ μητρὸς ἐκάλεσε καὶ ἐπαρχίαν Ἑλενούποντον.

Mense Junio, indictionis ejusdem, comprehensi ex Græcis nonnulli per urbem publice circumferebantur : quin et libri eorum deorumque scelestorum simulacra, et imagunculæ in Cynegio concremabantur.

Μηνὶ Ἰουνίῳ, ἰνδικτιῶνι τῇ αὐτῇ, συσχεθέντες Ἕλληνες [60] περιεβωμίσθησαν (72) καὶ τὰ βιβλία αὐτῶν κατεκαύθη [238] ἐν τῷ Κυνηγίῳ καὶ εἰκόνες τῶν μυσερῶν θεῶν (73) αὐτῶν καὶ ἀγάλματα.

Mense eodem papæ Romani Synodica allata sunt.

Καὶ τῷ αὐτῷ μηνὶ ἠνέχθησαν τὰ Συνοδικὰ τοῦ πάπα Ῥώμης (74).

Eodem mense, commisso partium in Cyzico certamine, plurimi utrinque **492** ceciderunt; ædificiis quoque nonnullis inter velitationem illam demolitis.

Καὶ τῷ αὐτῷ μηνὶ συνήφθη δημοτικὴ μάχη ἐν Κυζίκῳ, ὥστε πολλοὺς πεσεῖν ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν. Ἐν αὐτῇ δὲ τῇ μάχῃ καί τινα τῶν ἐκεῖσε κατεστράφη.

Mense Augusto, indictionis x, dedicatum est templum Sanctæ Theodoræ martyris, prope pontem situm. Ex jussu autem ipsius imperatoris, argentarii officinas aperientes, vasa sua exposuerunt, luminaque per urbem plurima accensa sunt.

Μηνὶ Αὐγούστῳ ἰνδικτιῶνος δεκάτης ἐγένοντο τὰ ἐγκαίνια τῆς ἁγίας μάρτυρος Θεοδώρας τῆς οὔσης πλησίον τῆς γεφύρης (75). Κατὰ κέλευσιν δὲ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως καὶ πρόβλησις ἐκ τῶν ἀργυροπρατῶν καὶ φῶτα πάμπολλα ἐγένετο (76).

Octobri mense, indict. xi, inter Venetos Constantinopoli orta est commotio : qui in partes distracti, in Pittaciis inter se conflictabantur : districtisque gladiis, clericus quidam, Joannis commentariensis, cognomine Gyli, filius, manibus inter pugnandum truncatus est.

Μηνὶ Ὀκτωβρίῳ ἰνδικτιῶνος ια' διμερὲς γέγονεν ἐκ τῶν Βενέτων ἐν Βυζαντίῳ· καὶ γενομένης συμβολῆς πρὸς ἀλλήλους ἐν τοῖς ἐπίκλην [239] Πιττακίοις (77), ξιφῶν συρέντων, ἀπεχειρίσθη κληρικὸς, ὡς μάχεται, υἱὸς ὢν Ἰωάννου Κομενταριτίου τοῦ [61] ἐπίκλην Γύλου.

Mense Novembri ingenti imbrium defectu laboravit Constantinopolis, adeo ut sæpiuscule pugnatum esset ad fontes ab iis qui aquatum convenerant. Quin venti quoque boreales crebri, australes vero, Augusti mensis ab initio, nulli spiraverunt; adeo ut nec tertia classis in portum advenire potuerit. Itaque etiam Eutychius patriarcha litanias Hierosolymis habendas instituit.

Μηνὶ Νοεμβρίῳ πολλὴ ἀβροχία ἐγένετο ἐν Κωνσταντινουπόλει, ὡς καὶ πολλὰς μάχας γενέσθαι ἐν τοῖς ὑδρείοις [62]. Καὶ βορεῖς δὲ πολλοὺς φυσῆσαι· ἀπὸ γὰρ τῆς ἀρχῆς τοῦ Αὐγούστου μηνὸς οὐκ ἐφύσησε νότος, καὶ ὁ τρίτος δὲ στόλος τῶν πλοίων οὐκ εἰσῆλθεν (78), ὥστε καὶ λιτανείας [63] Εὐτύχιον τὸν πατριάρχην ἐπιτρέψαι γενέσθαι εἰς Ἱερουσαλήμ.

Eodem mense Constantinopolim allatus est nuntius, de Narsetis patricii victoriis; qui Berœam Brincasque, munitas Gothorum urbes, occupaverat : quarum una cum spoliis, et ipsas quoque urbium claves transmisit.

Καὶ τῷ αὐτῷ μηνὶ ἐπινίκια ἦλθον ἀπὸ Ῥώμης ἀπὸ Ναρσοῦ τοῦ πατρικίου, ὡς ὅτιπερ παρέλαβε πόλεις ὀχυρὰς τῶν Γότθων, τοῦτ' ἔστι Βεροῖαν [64] καὶ Βρίνκας (79). Ἔπεμψε καὶ τὰς τῶν αὐτῶν πόλεων κλεῖς μετὰ καὶ τῶν λαφύρων.

VARIÆ LECTIONES.

[60] περιεβωμίσθησαν. Conf. ad p. 64 E. [61] τοῦ Ch., τὸ Ox. [62] ὑδρίοις Ox. [63] λιτανείας Ch., λιτανείους Ox. [64] Βεροῖαν. *Veronam* dicit et *Brixiam*, ut docet Anastasius : vitiosa nomina ponunt etiam Theophanes et Cedrenus.

ED. CHILMEADI NOTÆ.

(72) Συσχεθέντες Ἕλληνες περιεβωμίσθησαν. Lego, περιεπομπεύθησαν. Vide quæ de hac voce supra notavimus, haud procul hujus libri XVIII initio.

(73) Εἰκόνες τῶν μυσερῶν θεῶν. Scr. μυσαρῶν.

(74) Τὰ συνοδικὰ τοῦ πάπα Ῥώμης. De synodicis, sive synodalibus epistolis, vide Bernardum Ferrarium, De antiquo ecclesiasticar. epistolar. genere.

(75) Πλησίον τῆς γεφύρης. Scr. γεφύρας.

(76) Καὶ πρόβλησις ἐκ τῶν ἀργυροπρατῶν καὶ φῶτα πάμπολλα ἐγένετο. Hujus rei occasionem narrat Cedrenus ad annum Justiniani imp. XXXIV, his verbis : Ἐφημίσθη ἐν τῇ πόλει, ὅτι ὁ βασιλεὺς ἐτελεύτησε, διὰ τὸ κεφαλαλγεῖν, καὶ μηδένα θεωρεῖν· καὶ ἦν ταραχὴ, καὶ ἁρπαγαὶ εἰς τὰς προβολὰς, καὶ τὰ μαγκιπεῖα. Καὶ περὶ ὥραν θ', προσέταξε τῷ ἐπάρχῳ, καὶ ἀνῆψε φῶτα εἰς ὅλην τὴν πόλιν, ὅτι ὑγίανεν ὁ βασιλεὺς, καὶ συνεστάλη τὰ τῆς ταραχῆς.

(77) Ἐν τοῖς ἐπίκλην Πιττακίοις. Locus quidam erat Constantinopoleos, cujus semel atque iterum meminit etiam Cedrenus : ita fortassis dictus, quod Tabulæ scriptoriæ ibi venum expositæ fuerint. Πιττάκιον enim tabula est, e fusili pice ad exarandum confecta. Pro tabula etiam simpliciter quandoque sumitur. Auctor Lexici Græcolat. vet. *Brevem* interpretatur : Πιττάκιον, *Pittacium*, *Brevis*.

(78) Καὶ ὁ τρίτος δὲ στόλος τῶν πλοίων οὐκ εἰσῆλθεν. Τὸν σιταγωγὸν στόλον, Classem hanc vocat Procopius quæ frumenti ab Alexandria importandi causa quotannis emissa est, quæque, nisi a contrariis ventis impediretur, secundum, aut etiam tertium per æstatem reditum perficere consueverat. Vide Procopium, De Ædific. Justin. lib. v, haud procul ab initio.

(79) Βεροῖαν, καὶ Βρίνκας. Cedrenus etiam habet Βιρίαν καὶ Βρίγκας. Corrupte uterque : nec enim urbes tales Italia habuit ullas. Cæterum pro his Anastasius Bibliothecarius habet, *Veronam* et *Brixiam*. *Tricesimo sexto imperii Justiniani anno tropæa venerunt a Roma Narsis patricii : significantia comprehendisse illum urbes munitas Gothorum duas, Veronam scilicet, et Brixiam.* Atque hanc genuinam hujus loci lectionem esse facile crediderim.

Digitized by Google

Μηνὶ Νοεμβρίῳ ἰνδικτιῶνος ια', ἐμελέτησαν δόλον τινὲς κατὰ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ τοῦ φονεῦσαι αὐτὸν, ὡς κάθηται [240] ἐν τῷ παλατίῳ. Ἐν ἑσπέρᾳ [45] δὲ τὴν σκέψιν τῆς ἐπιβουλῆς μελετήσαντες ἦσαν οὗτοι, Ἀβλάβιος Μελτιάδου [46] καὶ Μάρκελλος ὁ ἀργυροπράτης καὶ Σέργιος ὁ ἀνεψιὸς Αἰθερίου τοῦ κουράτωρος. Ἡ δὲ μελέτη αὐτῶν ἦν αὕτη, ἵνα, ὡς κάθηται ἐν τῷ τρικλίνῳ ἑσπέρας, εἰσέλθωσι καὶ σφάξωσι τὸν αὐτὸν βασιλέα. Ἦσαν γὰρ καὶ ἰδίους ἀνθρώπους στήσαντες κατὰ τόπον, ἵνα, γενομένης τῆς αὐτῆς ἐπιβουλῆς, ταραχὴν ποιήσωσιν. Ὁ δὲ αὐτὸς Ἀβλάβιος ἦν λαβὼν καὶ χρυσίον παρὰ Μαρκέλλου, περὶ τὰς πεντήκοντα τοῦ χρυσίου λίτρας, εἰς τὸ συνεπαμῦναι. Καὶ δὴ, τοῦ Θεοῦ οὕτως εὐδοκήσαντος, εἷς ἐξ αὐτῶν τῶν τὴν ἐπιβουλὴν μελετησάντων, Ἀβλάβιος ὁ Μελτιάδου, ἐθάρρησεν Εὐσεβίῳ τῷ κόμητι τῶν φοιδεράτων καὶ Ἰωάννῃ τῷ Δομετιόλου τὴν σκέψιν, ὅτι [47] Ἐν τῇ ἑσπέρᾳ, βουλόμεθα ἐπιβῆναι τῷ εὐσεβεῖ βασιλεῖ, ὡς κάθηται ἐν τῷ τρικλίνῳ. Καὶ φανερωθείσης τῆς ἐπιβουλῆς, εὑρέθη Μάρκελλος ὁ ἀργυροπράτης τῇ αὐτῇ ἑσπέρᾳ ἐν ᾗ τὴν σκέψιν τῆς ἐπιβουλῆς ἔμελλε ποιεῖν εἰσερχόμενος ἐν τῷ παλατίῳ φορῶν βοῦγλιν (80), καὶ ὁ τὴν ἐπιβουλὴν φανερώσας Ἀβλάβιος ὁμοίως ἀπὸ σπαθίου. Καὶ ὡς προγνωσθέντες συνεσχέθη μὲν Μάρκελλος, [241] καὶ ἀστοχήσας τοῦ προσδοκωμένου σύρας τὸ βοῦγλιν ὃ ἐφόρει ἑαυτῷ ἐπήγαγε πληγὰς τρεῖς, καὶ οὕτως ἐτελεύτησε· Σέργιος δὲ ὁ ἀνεψιὸς Αἰθερίου προσφυγίῳ ἐχρήσατο ἐν τῇ Δεσποίνῃ ἡμῶν τῇ Θεοτόκῳ ἐν Βλαχέρναις. Καὶ ἐκβληθεὶς ἐκ τῶν ὅρων, ὡς οἷα κατὰ βασιλέως σκεψάμενος, καὶ ἐξετασθεὶς [48], κατέθετο ὅτι καὶ Ἰσάκιος ὁ ἀργυροπράτης ὁ κατὰ Βελισσάριον τὸν πατρίκιον καὶ αὐτὸς σύνοιδε [49] τῇ αὐτῇ ἐπιβουλῇ, καὶ Βῖτος δὲ ὁ ἀργυροπράτης καὶ Παῦλος ὁ ὑποπτίων Βελισσαρίου (81). Καὶ ἀμφοτέρων συσχεθέντων καὶ ἐκδοθέντων Προκοπίῳ, ἐπάρχῳ πόλεως, συγκαθημένων αὐτῷ καὶ συνεξεταζόντων Κωνσταντίνου κοιαίστωρος καὶ Ἰουλιανοῦ ἀντιγραφέως καὶ Ζηνοδώρου ἀσεκρῆτις (82), ἐκλαμβάνοντος τὰς αὐτῶν ἀποκρίσεις, κατεῖπον Βελισσαρίου τοῦ πατρικίου· καὶ ἐκ τούτου ὑπὸ ἀγανάκτησιν γέγονεν. Ἄλλοι δέ τινες τῶν ἐξονομασθέντων φυγῇ ἐχρήσαντο. Καὶ τῇ πέμπτῃ τοῦ Δεκεμβρίου μηνὸς ὁ αὐτὸς βασιλεὺς ποιήσας σιλέντιον κόμβεντον κελεύει πάντας τοὺς ἄρχοντας εἰσελ-

Mense Novembri indictionis XI, conscii nonnulli consilium inierunt, ut Justinianum, in palatio sedentem, insidiis præoccupatum, e medio tollerent. Conjurationem vero sub vesperam agitabant; et de nomine fuerunt, Ablabius Miltiadis filius et Marcellus argentarius, et Sergius, Ætherii curatoris nepos; suscepti autem facinoris hæc methodus erat, ut, trahente vespera, imperatorem, in triclinio suo pro more considentem, adorti conficerent: collocatis insuper in locis opportunis quibusdam ex suis, qui post perpetratum facinus, plebem e vestigio concitarent. Ablabius autem dictus in conjurationis societatem a Marcello, circiter auri libris datis, conductus fuerat. Cæterum, Deo ita volente, Ablabius Miltiadis filius, unus ex conjuratis, consilium suum Eusebio, comiti fœderatorum, et Joanni Domitioli filio communicavit, Hac ipsa vespera, inquiens, religiosum imperatorem, dum sedet in triclinio, adoriri in animo habemus. Conjuratione itaque patefacta, Marcellus argentarius, eadem ipsa vespera, qua perduellionem perficere decreverat, pugione armatus; Ablabius etiam, qui conjurationem patefecerat, gladio cinctus, palatium intrare visi sunt. Cæterum cum jam notum esset consilium eorum, Marcellus statim comprensus est, qui, cum frustra se esse percepisset, stricto quem ferebat pugione, vulnera tria sibi intulit, atque ita mortuus est. Sergius **494** vero, Ætherii nepos, fuga sibi consulens, in S. Deiparæ Dominæ nostræ ædes in Blachernis se recepit. Verum asyli hujus finibus ejectus (ut qui læsæ majestatis reus esset), examinique subjectus, affirmavit Isacium etiam argentarium, Belisarii patricii familiarem, conjurationis hujus conscium esse: uti etiam et Vitum argentarium, et Paulum, Belisarii suboptionem. Hi vero ambo comprehensi, Procopio, urbi præfecto, traditi sunt: a quo et Constantino quæstore, et Juliano antigraphario, assessoribus ejus, et Zenodoro asecreta, responsa eorum notante, examinati, Belisarium patricium accusarunt: qui exinde imperatorem sibi infensum habuit. Alii vero nonnulli, ab his indicati fuga se subduxerunt. Decembris autem die V, silentio ab imperatore indicto, primores omnes, Eutychium-

VARIÆ LECTIONES.

[45] ἑσπέρᾳ Ch., ἑσπέρας Ox. — Scribe ἐν τῷ παλατίῳ ἐν ἑσπέρᾳ. εἰ δὲ τὴν σκέψιν. [46] Μελτιάδου. Μιλτιάδου? [47] ὅτι. ἔτι Ox. [48] ἐξετασθεὶς Ch., ἐξιτασθεὶς Ox. Sic et 47, p. seq. v. 3. [49] συνοίδε Ox.

ED. CHILMEADI NOTÆ.

(80) Φορῶν βοῦγλιν. Et deinde, σύρας τὸ βοῦγλιν ὃ ἐφόρει, etc. Vocabulum hoc nullibi mihi occurrit. *Pugionem* tamen verto; unde etiam forte corrupta vox est, Anastasius Bibliothec. reddit, *gladium. Et Marcellus quidem argenti venditor spe frustratus, et exempto gladio quem portabat, dedit sibi tres ictus, in triclinio comprehensus, et moritur.*

(81) Ὁ ὑποπτίων Βελισσαρίου. Ὀπτίωνες dicti quibus annonæ militibus erogandæ cura commissa erat. Procopius De bel. Vandal. lib. I: Τῶν δ' ὑπασπιστῶν τριακοσίους ἀπολέξας ἄνδρας, ἀγαθοὺς τὰ πολέμια, Ἰωάννῃ παρέδωκεν, ὅς οἱ ἐπεμελεῖτο τῆς περὶ τὴν ἀκίαν (ita legendum contendit Jo Meursius, non οἰκίαν) δαπάνης· ὀπτίωνα τοῦτον καλοῦσι Ῥωμαῖοι. *Curatorem* Belisarii eum vocat Anastasius Bibliothecar.

(82) Καὶ Ζηνοδώρου ἀσεκρῆτις, etc. Ἀσεκρῆτις, sive ἀσηκρῆτις, et ἀσηκρήτης, a Latino *a secretis* facta sunt. Pro quo Latini recentiores etiam asecreta, unico vocabulo, quandoque dixerunt. Cartulus M. de cultu imag. lib. IV, cap. 9: *Mox ut Leontius asecreta conspexit, magnum se sui erroris emolumentum invenisse putavit.*

Digitized by Google

que patriarcham, nonnullos etiam ex scholis adesse jussit : quibus in triclinium convocatis, designatam in se conjurationem palam fieri, Sergiique Ætherii nepotis, et Eusebii argentarii, Pauli item suboptionis, Vitique confessiones coram omnibus jegi mandavit. Quibus perlectis, imperatoris animus in Belisarium patricium commotus est : statimque missi sunt, qui ab eo satellites amoverent omnes : nec omnino ad hæc renixus est Belisarius. Cæterum cum Constantinus quæstor, et Julianus **495** antigrapharius, Ætherio, quem etiam conjurationis conscium fuisse suspicio erat, favere nimis putarentur ; conjuratores rursus post sex dies, a Marino comite excubitorum, et Constantiano, militum magistro, ad examen vocati sunt. Verum Belisarius imperatorem sibi offensum usque habuit.

A θεῖν καὶ τὸν πατριάρχην (242) Εὐτύχιον καί τινας ἐκ τῶν σχολῶν· καὶ δεξάμενος αὐτοὺς ἐν τῷ τρικλίνῳ, κελεύει τὰς τούτων καταθέσεις ἀναγνωσθῆναι καὶ φανερωθῆναι πᾶσι τὰ τῆς ἐπιβουλῆς, λέγω δὴ Σεργίου τοῦ ἀνεψιοῦ Αἰθερίου καὶ Εὐσεβίου τοῦ ἀργυροπράτου καὶ Παύλου τοῦ ὑποπτίωνος καὶ Βίτου. Καὶ ἀνεγνώσθησαν αἱ καταθέσεις αὐτῶν, καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν καταθέσεων ἠγανακτήθη ὁ πατρίκιος Βελισσάριος· καὶ πέμψας ὁ αὐτὸς βασιλεὺς ἐπῆρε πάντας τοὺς ἀνθρώπους Βελισσαρίου, καὶ ἐν οὐδενὶ ἀντέστη ὁ αὐτὸς ἀνήρ. Καὶ ὑπονοηθεὶς Κωνσταντῖνος ὁ κοιαίστωρ καὶ Ἰουλιανὸς ὁ ἀντιγραφεὺς, ὥς φησιν, ὑπὲρ Αἰθερίου ποιήσαντες, ὡς οἷα καὶ αὐτοῦ Αἰθερίου συνειδότος τῇ ἐπιβουλῇ· καὶ μεθ' ἡμέρας ἓξ πάλιν ἐξητάσθησαν οἱ τὴν αὐτὴν ἐπιβουλὴν μελετήσαντες B ὑπὸ Μαρίνου τοῦ κόμητος τῶν ἐξκουβιτόρων καὶ Κωνσταντιανοῦ τοῦ στρατηλάτου, καὶ ἔμεινεν ὁ αὐτὸς Βελισσάριος ὑπὸ ἀγανάκτησιν.

Mense eodem imperator, edicto suo in ecclesiis variis proposito, decrevit, haud licere post unionem unam naturam dicere, sed duas confiteri.

Καὶ τῷ αὐτῷ μηνὶ προετέθη ἤδικτον [50] περὶ τῶν διακρινομένων (x) ἐν διαφόροις ἐκκλησίαις ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως, ὅτι Οὐ χρὴ μετὰ τὴν ἕνωσιν (83) λέγειν μίαν φύσιν, ἀλλὰ δύο ὁμολογεῖν.

Indictione eadem festum Dedicatione sanctissimæ Magnæ ecclesiæ secundo celebratum est. Trullo autem xxx pedibus, secundum formam veterem, superadditis, ex additione hac cameræ duæ, septentrionalis et meridionalis, effectæ sunt. Tecto autem ad exitum jam perducto, Eutychius patriarcha, sanctum Evangelii codicem manu tenens, populo circumstante cecinit : *Attollite portas, principes, vestras, et attollimini, portæ sempiternæ, et intrabit Rex gloriæ*, etc.

Καὶ τῇ αὐτῇ ἰνδικτιῶνι ἐγένοντο τὰ ἐγκαίνια τῆς ἁγιωτάτης Μεγάλης [245] ἐκκλησίας τὸ δεύτερον. Προσετέθη δὲ τῷ τρούλλῳ κατὰ τὸ παλαιὸν σχῆμα πόδες [51] λ' (84), καὶ τὰς δύο καμάρας (85) ἐκ προσθήκης ποιήσαντες, τήν τε ἀρκτῴαν καὶ τὴν μεσημβρινήν. Ἐν δὲ τῇ συμπληρώσει τοῦ εἰλήματος Εὐτυχίου τοῦ πατριάρχου κατέχοντος τὸ ἅγιον μεγαλεῖον καὶ τοῦ ὄχλου παρισταμένου ἐψάλλετο· *Ἄραται πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε, πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ Βασιλεὺς τῆς δόξης*, καὶ τὰ λοιπά.

Mense Januario, indictionis XI, equestri certamine celebrato, Julianicus auriga [curru deturbatus et] per circum raptatus interiit.

Μηνὶ Ἰανουαρίῳ [52] ἰνδικτιῶνος ια', ἱπποδρομίου ἀγομένου συρεῖς Ἰουλιανικὸς ὁ ἡνίοχος ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ τελευτᾷ.

Mense eodem Africæ quædam regiones a Mauritanis occupatæ sunt : Cutzines enim, gentis ejus exarchus, ex quo Maurorum dominium susceperat, auri quantitatem quamdam a Romanorum pro tempore præfecto accipere **496** solitus fuerat. Cæterum, Joanne, cognomine Rogathino [in Africam] adveniente, nec pecuniam ei pro more solvente, quin e contra dolo illum interficiente,

Καὶ τῷ αὐτῷ μηνὶ παρελήφθη μέρη τινὰ τῆς Ἀφρικῆς ὑπὸ τῶν Μαυριτανῶν· Κουτζίνης γὰρ ὁ ἔξαρχος τοῦ αὐτοῦ ἔθνους ἔθος εἶχε λαμβάνειν ἀπὸ Ῥωμαίων διὰ τοῦ κατὰ καιρὸν ἄρχοντος ποσόν τι χρυσίον, ἐπειδὴ ἦρχε τοῦ ἔθνους τῶν Μαύρων. Καὶ κατελθόντος Ἰωάννου τοῦ ἐπίκλην Ῥογαθινοῦ, καὶ μηδὲν αὐτῷ δεδωκότος κατὰ τὸ πρώην ἔθος, ἀλλὰ τοὐναντίον καὶ δολοφονήσαντος αὐτὸν, ἀνέστησαν τὰ

VARIÆ LECTIONES.

[50] ἤδικτον Ox. [51] λ'. εἴκοσι p. 84 E. [52] Ἰαννουαρίῳ Ox.

ED. CHILMEADI NOTÆ.

(83) Οὐ χρὴ μετὰ τὴν ἕνωσιν, etc. Hæc Justiniani Confessio fidei, De naturarum in Christo distinctione, non hoc tempore, sed sub synodo v Constantinopolitana edicto imperatorio promulgata est. Scilicet sub extrema vitæ suæ tempora in Aphthartodocitarum hæresin delapsus est Justinianus : uti testantur Evagrius lib. IV, cap. 38 : Nicephorus Call. lib. XXVII, cap. 29 ; Glycas Annal. part. IV, et Cedrenus ; qui etiam eodem anno, D de quo auctor noster hic loquitur, imperatorem edictum suum *De corruptibili et incorruptibili*, proposuisse asserit : cui astipulatur Glycas, loco citato.

(84) Πόδες λ'. Πόδας εἴκοσι, dicit supra ; sicut et Cedrenus habet.

(85) Τὰς δύο καμάρας. Κάμαρα, sive κάμερα *camera* est recentioribus ; et καμεράριος *camerarius*, præfectus cubiculi.

HODII NOTÆ.

(x) Περὶ τῶν διακρινομένων. Hæc omisit Interpres, nec videtur intellexisse, verte : *De Diacrinomenis* sive *Eutychianis* : sic enim appellari solebant sectarii Eutychiani, tanquam ab Ecclesiæ communione *segregati*, vel, ut alii volunt, tanquam *hæsitantes* cum Ecclesia communicare.

Digitized by Google

τέκνα τοῦ αὐτοῦ Κουζτίνη, ἐκδικοῦντες τὸ πατρῷον αἷμα. Καὶ ἐπαναστάντες τοῖς μέρεσι τῆς Ἀφρικῆς, παρέλαβόν τινας τόπους φονεύσαντες καὶ πραιδεύσαντες. Ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς ἔπεμψε Μαρκιανὸν τὸν ἴδιον αὐτοῦ ἀνεψιὸν ******. A

Cutzinæ ipsius filii, paternam cædem ulturi, arma sumpserunt : Africæque regiones quasdam invadentes, loca nonnulla occuparunt, incolis interfectis expilatisque. Imperator itaque Justinianus nepotem suum Marcianum expedivit******.

APPENDIX.

Non incommodum erit subjungere hic Synopsin Chronographiæ Malalianæ de Vita et rebus gestis Justiniani, ut dignoscat Lector ad quem annum illius imperii quæ in singulis paginis conscribuntur pertineant.

		Pag. ed. Ox.
An. 1		151
— 2	Indict. 6 mens. Oct.	152
— —	— — Jan.	153
	Indictionis sub exitu	174
—	Indict. 7 mens. Jun.	180
— 3	— — Jul.	182
—	Decio Cos.	186
— 4	Lampadio et Oreste Coss.	188
— —	Mens Sept.	190
— —	— Apr.	199
— 5	Mensis Sept.	211
— 6	Indictio 10 mensis Jan.	213
— 7	Justin. 3 Cos.	220
— 8	Indict. 12.	ibid.
— —	Post Consul. Belisarii	221
— —	Jo. Cappadoce Cos.	ibid.
— 14	Indict. 5 mens. Jun.	222
— —	— — Aug.	ibid.
— 16	Ind. 5.	223
— 18	Ind. 7 mens. Sept.	225
— —	— — Nov.	ibid.
— 21	Ind. 10 mens. Feb.	226
— —	— mens. Jun.	227
— —	— — Jul.	228
— 24	Ind. 13 mens. Apr.	ibid.
— —	— — Jun.	ibid.
— 25	Ind. 14	229
— 26	Ind. 15 mens. Sept.	230
— —	— — Aug.	ibid.
— 27	Ind. 1 mens. Mart.	ibid.
— 28	Ind. 2 mens. Aug.	231
— 30	Ind. 4 mens. Jul.	232
— —	— — Dec.	233
— 31	Ind. 5 mens Nov.	ibid.
— —	— — Apr.	ibid.
— 32	Ind. 6 mens. Dec.	ibid.
— —	— — Feb.	234
— 33	Ind. 7 mens. Mart.	235
— —	— — Mai.	236
— —	— — Jun.	238
— 36	Ind. 10 mens. Aug.	ibid.
— 37	Ind. 11 mens. Oct.	ibid.
— —	— — Nov.	239
— —	— — Jan.	243

B

RICHARDI BENTLEII EPISTOLA.

[1] *CL. VIRO JOANNI MILLIO S. T. P. RICHARDUS BENTLEIUS S.*

Memini equidem, Milli doctissime, cum abhinc dies compluscules deambularemus una, strenueque de litterulis nostris sermones cæderemus ; ibi forte fortuna de Joanne Antiochensi mentionem fuisse injectam : cumque me desiderium cepisset librum adhuc musteum videndi, priusquam in lucem publicam, te curante, exiret ; ea me lege id abs te impetravisse, ut si qua in tam depravato scriptore emendationem nostram accipere possent, ea in schedulas conjecta ad te mitterem. Duram profecto conditionem, quamque adeo multis de causis nollem acceptam. Nam ut omittam, quod ex illo fere tempore a meliori librorum et chartularum mearum parte, et (quod acerbius mihi accidit) a jucundissima tua consuetudine longe disjunctus sim ; quodque semel duntaxat hunc Malalam properans percurrerim, nec ut secundas, quas sapientiores esse aiunt, curas et cogitationes adhiberem, ullo adhuc pacto potuerim animum inducere : ut illa, inquam, atque alia prætercam ; pudet hercle, ut verum fatear, pigetque bonas horas, quæ haud paulo melius collocari possent, in tam ingrato et ignobili labore consumere. Sed C quid faciam ? data est fides : promissa flagitantur. Video, quod mihi egomet intrivi, exedendum esse. Liceat modo, si quando in hac ἀναγκοφαγίᾳ fastidium mihi suborietur, aliunde petere quod fluentem nauseam coerceat. Dabitur itaque potestas et venia evagandi identidem longiuscule ; dummodo ne plane ἔξω τῶν ἐλαιῶν, neque levibus de causis. Hoc autem scias velim in primis, non mihi consilium esse de Joanne isto qui cujasve fuerit, quando vixerit, aut a quibus laudatus sit, omnino verbum facere : cum diu sit quod omnem istam controversiam suscepit amicissimus noster atque eruditissimus Hodius. Quippe aliud est, inquam, [2] scriptionis hujus institutum : quæ vereor equidem ut satis ex voto et feliciter mihi vertat. D Ita sane præsagit animus, ita in ipso limine conspicio, quod etiam fortissimo terrorem incutiat. Siquidem recte narrat Malalas pag. 90, edixisse nimirum atque interminatum esse Orphea, ne quisquam mortalium palam fecerit τὰ Ἐρικεπεώ. Οὗ, ait, ὄνομα ὁ αὐτὸς Ὀρφεὺς ἀκούσας ἐκ τῆς μαντείας ἐξεῖπε, Μήτινα φάναι τὰ Ἐρικεπεὼ, ὅπερ ἑρμηνεύεται τῇ κοινῇ γλώσσῃ, *Βουλὴ, Φῶς, Ζωοδο-*

Digitized by Google

τήρ. Ego vero cum haud sim nescius, quam acerbes olim vindices deos hominesque habuerit, qui μυστήρια ἐξορχήσασθαι et Eleusinæ matris occulta proferre ausus sit; qui sciam, annon ipse similem in me noxam admittam, si mysterium hoc Orphicum sacro hactenus silentio celatum evulgavero? Neque adeo clam me est, o Milli suavissime, quam audax impulsu tuo in me meosque facinus consciscam :

Sed tua me virtus tamen, et sperata voluptas
Suavis amicitiæ quodvis discrimen adire
Suadet, et inducit dias in luminis oras

horribile illud arcanum protrahere. Bono vero animo eris, capitique et ætati meæ parces metuere; ubi μορμολυκείῳ isto detracto, putidisque illis μή τινα φάναι τὰ Ἐρικεπαιὼ in malam rem ablegatis aliquo, veterem illuc et veram lectionem quasi postliminio reduxero. Ea hæc est : Οὗ (Θεοῦ) ὄνομα ὁ αὐτὸς Ὀρφεὺς ἀκούσας ἐκ τῆς μαντείας ἐξεῖπε *Μῆτιν*, *Φάνητα*, *Ἡρικεπαῖον*. Orpheus, ait, per oraculum edoctus est Dei nomina Μῆτιν esse et Φάνητα, et Ἡρικεπαῖον, quæ communi sermone interpretata hanc habent vim et sententiam, Βουλή, Φῶς, Ζωοδοτήρ.

Porro hisce nominibus deum Orphicum vocari non desunt mihi locupletes certissimique sane auctores. Damascius περὶ τῶν πρώτων ἀρχῶν ms. in bibliotheca Coll. Corporis Christi Oxonii p. 156: Ἐν μὲν τοίνυν ταῖς φερομέναις ταύταις ῥαψῳδίαις Ὀρφικαῖς ἡ θεολογία δή τίς ἐστιν ἡ περὶ τὸν νοητὸν (διάκοσμον) ἦν καὶ οἱ φιλόσοφοι διερμηνεύουσιν, ἀντὶ μὲν τῆς μιᾶς τῶν ὅλων ἀρχῆς τὸν Χρόνον τιθέντες, ἀντὶ δὲ ταὶν δυοῖν Αἰθέρα καὶ Χάος, ἀντὶ δὲ τοῦ ὄντος ἁπλῶς τὸ Ὠὸν ἀπολογιζόμενοι, καὶ τριάδα ταύτην [3] πρώτην ποιοῦντες. Εἰς δὲ τὴν δευτέραν τελεῖν ἤτοι τὸ κυούμενον καὶ τὸ κύον Ὠὸν τὸν Θεὸν, ἢ τὸν Ἀργῆτα χιτῶνα ἢ τὴν Νεφέλην, ὅτι ἐκ τούτων ἐκθορώσκει ὁ *Φάνης*. Ἄλλοτε γὰρ ἄλλα περὶ τοῦ μέσου φιλοσοφοῦσι, τοῦτο μὲν ὁποῖον ἂν ᾖ ὡς τὸν νοῦν, ὡς δὲ πατέρα καὶ δύναμιν ἄλλα τινὰ προσεπινοοῦντες οὐδὲν τῷ Ὀρφεῖ προσήκοντα· τὴν δὲ τρίτην τὸν *Μῆτιν* τὸν *Ἡρικεπαῖον* ὡς δύναμιν, τὸν *Φάνητα* αὐτὸν ὡς πατέρα. Idem ibidem p. 106: Ὅθεν πηγὴν μὲν πηγῶν αὐτὸ (τὸ *Ἐν*) Χαλδαίων παῖδες ἀνευφημοῦσιν, Ὀρφεὺς δὲ μικτὴ σπέρμα φέροντα θεῶν, Φοίνικες δὲ αἰῶνα κοσμικὸν, ὡς πάντα ἐν ἑαυτῷ συνηρηκότα. Locus corruptus. Lego : Ὀρφεὺς δὲ *Μῆτιν* σπέρμα φέροντα θεῶν — — Et pag. 125 : Οὐχὶ δὲ καὶ Ὀρφεὺς ἀπὸ τοῦ Ὠοῦ παράγει. Καὶ τῆς Νεφέλης ῥαγείσης (hac modo occasione cogita, an in loco superiore pro ὀργῆτα reponi placeat τὸν ῥαγέντα χιτῶνα ἢ νεφέλην) τὸν πολυτίμητον φάνηται, πρόοδον. Καὶ ἐκεῖνος ἐν τῷ νῷ ὑποστησάμενος. Ἡ ῥητέον πρὸς ταῦτα, et quæ sequuntur. Lege et distingue : τὸν πολυτίμητον *Φάνητα*, πρόοδον καὶ ἐκεῖνος, etc. Et præterea p. 124 :

Ἔνθεν ἀποθρώσκει γένεσις πολυπιδάκου ὕλης,
καὶ ὅσα τοιαῦτα περὶ τῆς τάξεως ἐκείνης οἱ θεοὶ χρησμῳδοῦσιν· ἀλλὰ καὶ Ὀρφεὺς τὸν πολυτίμητον

A τοῦτον θεὸν ἀνευφήσαιμι τὸν σπέρμα φέροντα θεῶν κ' αὐτὸν Ἡρικεπαῖον, καὶ ἐξ αὐτοῦ ποιεῖ προϊοῦσαν ἅπασαν τὴν τῶν θεῶν γενεάν. Enimvero non leviter mendis aspersa est hæc ῥῆσις, quam ita constitues: καὶ Ὀρφεὺς τὸν πολυτίμητον τοῦτον θεὸν ἀνευφημεῖ

Μῆτιν σπέρμα φέροντα θεῶν κλυτὸν Ἡρικε-
[παῖον.

Pagina denique 164 : Τοῖον ἀπέστιλβε χρόνος ἀθανάτοιο *Φάνητος*, ubi legendum χροός, ut quidem ex stat apud Proclum :

Θαύμαζον καθορῶντες ἐν αἰθέρι φέγγος ἄελπτον,
Τοῖον ἀπέστιλβε χροὸς ἀθανάτοιο Φάνητος.

Idem Proclus in Parmenidem ms. hæc habet : ὁ μὲν γὰρ Ὀρφεὺς μετὰ τὴν κατάποσιν τοῦ *Φάνητος* ἐν τῷ Διὶ τὰ πάντα γεγονέναι φησίν. Ἐπειδὴ πρότερον μὲν καὶ ἡνωμένως ἐν ἐκείνῳ, δευτέρως δὲ καὶ διακεκριμένως ἐν τῷ Δημιουργῷ τὰ πάντα ἀνεφάνη τὰ τῶν ἐγκοσμημάτων αἴτια. Et in Alcibiadem priorem ms. sic scribit : Καί μοι δοκεῖ καὶ ὁ Πλάτων εὑρὼν παρ' Ὀρφεῖ τὸν αὐτὸν τοῦτον καὶ Ἔρωτα καὶ Δαίμονα μέγαν ἀποκαλούμενον, ἀγαπῆσαι καὶ αὐτὸς ἐπὶ τοῦ Ἔρωτος τὸν τοιοῦτον ὕμνον· περὶ μὲν γὰρ νοητοῦ νοῦ λέγων ὁ Θεολόγος·

[4] *Ἄβρὸς Ἔρως καὶ Μῆτις ἀτάσθαλος...*

Καὶ πάλιν.

Οἷσιν ἐπεμβεβαὼς Δαίμων μέγας αἰὲν ἐπ' ἴχνη.
Περὶ δὲ τοῦ νοεροῦ νοῦ καὶ ἀμεθέκτου,
Καὶ Μῆτις πρῶτος γενέτωρ καὶ Ἔρως πολυτερπής.
C Καὶ πάλιν·

Ἦν κράτος, εἷς Δαίμων γένετο μέγας, ἀρχὸς
[ἁπάντων,

Multa prudens et sciens prætereo, quæ ex Athenagora, Macrobio, Orphicis Hymnis, tum autem præcipue e Proclo in Platonis Timæum afferre possem : ne forte qui me minus norunt, Pauli e Leopardi scrinia compilare existimet. Inde petere possunt, vel a Theodoro Cantero, qui plura de his rebus scire desiderent. Nam quid ego censeam de illorum sententia, qui significationem mendosi verbi Ἐρικεπεὼ ex anilibus Cabbalistarum nugis conantur exsculpere? sed nolo aliquid inclementer dicere. Non nostrum est κειμένοις ἐπεμβαίνειν. D Veniam etiam libenter dedero, si minus ea perspexerint, quæ a multis sæculis homines latuerunt, caligine et tenebris circumfusa. Nam ut concedam hæc, quomodo a me emendata sunt, ita a Joanne fuisse concepta; quod equidem haud facile crediderim ; Suidæ tamen et Cedreni temporibus depravatum esse hunc Malalæ locum illud argumento est, quod hi interpretamenta duntaxat ex nostro afferant, de verbis Orphei οὐδὲ γρύ. Illud autem mihi videor satis certo scire, non te exspectare, ut vim verbi Ἐρικεπαῖος et naturam explicem : tune ut ineptas plerumque et cassas etymologias consectari me velis? Dabitur jusjurandum, ne ab Orpheo quidem ipso hoc fieri potuisse. Scire prius aveo, unde illa vulgaria, Διόνυσος, Ἥρα-

Digitized by Google

στος, Ποσειδῶν. Διόνυσος, ait Orpheus apud Macrobium, ἀπὸ τοῦ δινεῖσθαι originem ducit :

Πρῶτος δ' εἰς φάος ἦλθε, Διώνυσος δ' ἐπεκλήθη,
Οὕνεκα δινεῖται κατ' ἀπείρονα μακρὸν Ὄλυμπον.

Ride, et ad hoc exemplum crede alia fuisse dicturum. Nec quidem de significatione τοῦ Ἡριχεπαίου belle convenit scriptoribus. Secundum Malalam, Suidam et Cedrenum est ζωοδοτήρ. Nosti hos tres [5], quam ad unum redeant denique. At Nonno in Συναγωγῇ ἱστοριῶν Phanes est ζωοδοτήρ. Ericepæus aliam vim habet nescio quam. Λέγουσι δὲ αὐτὸν τὸν Φάνητα ἔφορον εἶναι τῆς ζωογόνου δυνάμεως, ὁμοίως καὶ τὸν Ἡριχεπαῖον λέγουσιν ἑτέρας ἔφορον εἶναι δυνάμεως. Quamobrem, si sapiam, non operam perdam in etymologia hac inquirenda : magis ex usu fuerit, in quibus primum institi vestigiis pergere ; et si qua restent Orphica apud Malalam, quæ correctione opus habeant, pro virili restituere.

Sic igitur relingo locum, quem habes p. 89 :

Ὦ ἄνα, Λητοῦς υἱ', ἑκατηβόλε Φοῖβε κραταιὲ,
Παρδερκὲς, θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισιν ἀνάσσων,
Ἥλιε, χρυσέαισιν ἀειρόμενε πτερύγεσσιν,
Δωδεκάτην δὴ τήνδε παραὶ σέο ἔκλυον ὀμφὴν,
Σεῦ φαμένου, σὲ δέ γ' αὐτὸν, ἑκηβόλε, μάρτυρα [θείην.

Tertio autem versui simillimus et maxime geminus ejusdem scriptoris est alius in Hymno ad Protogonum :

Πρωτογόνον καλέω διφυῆ μέγαν αἰθερόπλαγκτον,
Ὠογενῆ, χρυσέαισιν ἀγαλλόμενον πτερύγεσσιν.

At vir bonus Joannes, atque item Cedrenus, ne in librarios culpam hanc transferas, τὴν πτέρυγα arbitrabantur esse generis virilis. *En cor Zenodoti, en jecur Cratetis !*

Multo vero gravius affectus est locus, pag. 92 ; ita poetæ verba non modo cum interpretamentis Malalæ confusa sunt atque commista, sed et insuper mendis obsita et cooperta. Illa quidem certe μὴ διὰ μηδὲν veritus est Cedrenus describere, quippe quæ nullo prorsus modo intellexerit. At memini vidisse Excerpta quædam manu Patricii Junii ex Chronico quodam penes Cl. Seldenum manuscripto : ubi inter alia ejusdem farinæ hæc Orphica habebantur, corrupta ea quidem et mutila ; nihilominus in quibus exstarent vestigia veræ lectionis : siquidem ibi scriptum erat μὴ διὰ μὰ μηδέν. Proinde de hoc loco mihi nulla dubitatio est, quin in versiculos reponi debeat ad hoc exemplum :

Θῆρές τ' οἰωνοί τε βροτῶν τ' ἀλιτήρια φῦλα
Ἄχθεα γῆς εἴδωλα τετυγμένα, μηδαμὰ μηδὲν
Εἰδότες, οὔτε κακοῖο προσερχομένοιο νοῆσαι
[6] *Φράδμονες, οὔτ' ἄποθεν μάλ' ἀποστρέψαι κα-* [κότητος,
Οὔτ' ἀγαθοῦ παρεόντος ἐπιστρέψαι τε καὶ ἕρξαι
Ἴδριες, ἀλλὰ μάτην ἀδαήμονες, ἀπρονόητοι.

Ad hunc Orphicorum numerum non dubito ascribere quæ exstant p. 30, etsi ea Mercurio Trismegisto attribuant Malalas, Suidas, Cedrenus, auctor Chronici Paschalis et de quo postmodum plura ms. Baroccianus. Scilicet ab auctoribus multo plus idoneis, sancto Justino in Paræneticâ ad Græcos, et sancto Cyrillo adversus Julianum ad Orphea ἐν τοῖς ὅρκοις referuntur : ubi etiam veram hujus λέξεως scripturam offendes. Malalas enim cum suo grege antiquam adeo hic consuetudinem obtinent, ut nihil sentiant. Proxime autem ad Joannis verba accedes, si ita legeris :

Οὐρανὸν ὁρκίζω σε Θεοῦ μεγάλου σοφὸν ἔργον,
Ὁρκίζω σ' αὐδὴν πατρὸς, ἣν ἐφθέγξατο πρῶτον,
Ἣνίκα κόσμον ἅπαντα ἐῇ στηρίξατο βουλῇ

Ficta illa et commentitia oracula quæ habes, p. 42, 79, et 172, adeo misere ac fœde accepta sunt, ita verba poetica in quotidianum sermonem immutata, ut vix invenias disjecti membra poetæ. Quamobrem in iis recolligendis redintegrandisque frustra operam conterere non libet ; præsertim cum Joannes ipse satis aperte fateatur, se quæ διὰ στίχων scripta fuerant, εἰς τὴν κοινὴν διάλεκτον immutasse. Verum, ut beem aliquos tam optabili nuntio, est liber Oxonii annos abhinc puto DC calamo exaratus ; in quo non pauca exstant oracula Malalanis his germanissima : quæ si omnia hic in lucem proferam, quando bella occasio est, sane (quod in Græcorum proverbio est) patella videatur operculum invenisse. Spero etiam me gratiæ aliquantulum initurum ab hominibus illis perelegantis judicii, qui oracula quæ vulgo feruntur Sibyllina tanquam ab anu fatidica Noachi filia fusa venerantur. Adeste igitur, o vere σιβυλλιῶντες, lotisque manibus sacra hæc tangite.

[7] *ΧΡΗΣΜΟΙ ΚΑΙ ΘΕΟΛΟΓΙΑΙ ΕΛΛΗΝΩΝ ΦΙΛΟΣΟΦΩΝ*

I. *Ἑρμοῦ μεγίστου περὶ Παντοκράτορος.*

Ἀκοιμήτου πυρὸς ὄμματι γρήγορε, δρόμον αἰθέρος ζωογονῶν, ἡλίου θέρμην κρατύνων, λαῖλαπι μεθιστῶν νέφη, τοὔνομα μὴ χωρῶν ἐν κόσμῳ, ἄφθιτον ἄένναον πανεπίσκοπον ὄμμα· πατέρα τῶν ὅλων θεὸν ὄντα μόνον, ἀπ' οὐδενὸς ἔχοντα ἀρχὴν ἔγνωκα· ἕνα μετὰ σὲ ὄντα μόνον ἐκ σοῦ γεραίρω Υἱὸν, ὃν ῥώμῃ ἀπορρήτῳ καὶ ὀξυτέρᾳ φωνῇ ἴδιον εὐθὺς ἀφθόνως καὶ ἀπαθῶς ἀπογεννήτως Λόγον ἐγέννησεν (leg. ἐγέννησας) θεὸν ὄντα, τὴν οὐσίαν ἐκ τῆς οὐσίας, ὅς σου τοῦ Πατρὸς τὴν εἰκόνα καὶ (leg. κατὰ) πᾶν ὁμοίαν φέρει, ὥστε ἐκεῖνος ἐν σοὶ, σὺ δὲ ἐν ἐκείνῳ. κάλλος ἔσοπτρον· ἀλληλεύφραντον πρόσωπον (leg. ἀλληλευφράντων προσώπων).

II. *Τοῦ αὐτοῦ περὶ Τριάδος.*

Ἦν φῶς νοερὸν ἐκ φωτὸς, ut apud Malelam habentur p. 29.

III. *Τοῦ αὐτοῦ Προσευχή.*

Ὁρκίζω σε, Οὐρανὲ, θεοῦ μεγάλου, etc. Vide Mal. p. 30.

IV. *Ἀριστοτέλους.*

Ἀκάματος φύσις θεοῦ, γενέσεως οὐκ ἔχουσα ἀρχὴν, ἐξ αὐτῆς δ' ὁ πανσθενὴς οὐσίωται λόγος.

V. *Σόλωνος Ἀθηναίου.*

Οὐκ ἐφικτόν μοί ἐστι ταῦτα πρὸς ἀμυήτους εἰπεῖν,

Digitized by Google

οὔτε δὲ φανερῶς παραθέσθαι· πλὴν τοῦ νοεῖν ἀκούεται (leg. τῷ νοεῖν ἀκούετε) ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ κατ' οὐρανὸν μεγάλου * φλογὸς ὑπερβάλλων, ὃν τρέμουσιν οὐρανοὶ γαῖά τε καὶ θάλαττα, αὐτοπάτωρ, ἀπάτωρ, τρισόλβιος. Confer hæc cum Malalanis p. 79.

A bene multi. Huic autem Antimacho vix equidem dubito quin putidos hos versus affingere voluerint. Quo quidem consilio nihil inconsultius esse potuit aut dementius. Proclus in Commentario Timæi distinguens poeticam ἔνθουν ἀπὸ τῆς τεχνικῆς, illius exemplum τοὺς χρησμούς, hujus τὸ Ἀντιμάχειον ponit. Adeo ut Antimachum χρησμῳδοῦντα fingere, sit prorsus ἄνω ποταμῶν. Totus erat Antimachus in arte et opera : nihil habuit ἐξ ἐνθουσιασμοῦ, nihil ex afflatu furoris, et cœlesti illo mentis instinctu, sine quo nullum poema sani coloris, nedum oracula nasci possint.

VI. *Θουκυδίδου.*

Τὸ ἓν τρία καὶ τὰ τρία ἕν, ἄσαρκον προσωπικόν. Γῆ τέτοκε τὸν οὐρανοῦ γεννήτορα.

[8] VII. *Χίλωνος.*

Γόνος ἐκ γόνου κατελθὼν γόνιμον ὕδωρ ἐποίησε. Τὸ ὑπέρτατον τῶν ὅλων αἴτιον ἐπινοεῖται οὐ φωτὶ καὶ πνεύματι, ἀλλ' ὡς πάντων Θεὸς καὶ Κύριος καὶ Πατήρ.

VIII. *Πλουτάρχου.*

Ὁ παλαιὸς νέος, καὶ ὁ νέος ἀρχαῖος, ὁ πατὴρ γόνος, καὶ ὁ γόνος πατὴρ

B quuntur ; ut habet Malalas, p. 94.

X. *Ἐρώτησις Ἰάσονος βασιλέως τῶν Ἀργοναυτῶν εἰς τὸ Πύθιον τοῦ Ἀπόλλωνος.*

Προφήτευσον ἡμῖν, προφῆτα Τιτάν, εἰ quæ se-

XI. *Πλάτωνος.*

Γενετὸς οὐδεὶς ἱκανὸς γνώμης ἀφανοῦς ἰδεῖν αἰσθητήριον. Φύσις γὰρ μόνου Θεοῦ ὡς αἰτίου τοῦ παντὸς γυμνὴν ψυχὴν δυναμένου (leg. δυναμένη) ἰδεῖν· εἷς γὰρ αἴτιος τοῦ παντὸς, εἷς καὶ ἐξ αὐτοῦ ἀλλ' οἷος (leg. ἄλλος) ὁ εἷς, καί ποτε οὗτος ὁ εἷς οὐκ ἐν χρόνῳ· ἀΐδιος γὰρ ὁ εἷς καὶ συναΐδιος.

IX. *Ἀντιόχου Κολοφῶνος περὶ Τριάδος.*

Ἦν νοῦς εἷς πάντων νοερώτερος * εἰ δέ γε ἔστιν
Τοῦ ἄπο παγγενέτης νοερὸς Λόγος ἄφθιτος αἰεὶ
Υἱὸς ἀπαυγασμὸς νοεροῦ Πατρὸς, εἷς ἅμα Πατρὶ,
Ἐν μὲν ἐπωνυμίῃ * εἰ δέ γε ἔστιν ὡς ἀπὸ Πατρὸς,
Εἷς δὲ πέλων σὺν Πατρὶ καὶ ἐξ ἑνὸς εἷς, μία τάξις,
Πατρὸς..... ὁμοούσιος ἄφθιτος αἰεὶ
Πνεύματι σὺν πρώτῳ ἁγίῳ καὶ σπέρματος ἀρχῇ.

Uno verbo, ne nescias, te monitum velim in libro ms. sic legi : Τοῦ ἀποπαγγενέτης νοερώτερος λόγος ἄφθιτος υἱὸς ἀπαύγασμα. Sed nihil erat facilius, quam in versus concinnare. Quivis etiam emendare possit Κολοφωνίου vel ἐκ Κολοφῶνος. Illud fortasse plusculum habet difficultatis, quisnam sit ille Antiochus conjectura assequi. Et profecto nimis velim exstaret Nicandri Colophonii liber περὶ τῶν ἐκ Κολοφῶνος ποιητῶν· mirum enim, ni ex animi sententia hoc negotium conficeremus. Nunc vero, quandoquidem iste liber, ut alia omnia καλά, vel flammis, vel humore, vel inertibus tineis consumptus est; eum optimum vatem arbitremur, qui illud in re tam ancipiti protulerit quod sit veri simillimum. Opportune autem venit in mentem Xenophani illi Colophonio filium fuisse nomine Antiochum, quem res Siculas et Italicas scripsisse multi commemorant. Verum accidit perincommode, quod is etsi patre natus Colophonio, tamen nescio qui Syracusius vocetur. Alius proinde quatiendus est funis. Placetne ut pro Antiocho reponatur Antiphanes? [9] Athenæus, lib. VII : Μνημονεύει αὐτοῦ Ἀντιφάνης ὁ Κολοφώνιος ἐν τῇ Θηβαΐδι λέγων οὕτως,

C

Ἡ ὄκκην, ἢ ἵππον, ἢ ὄν κίχλην καλέουσιν.

Sed mihi crede, nusquam fuit gentium Antiphanes ille Colophonius : quippe, quod a doctissimo Casaubono non animadversum esse demiror, pro commentitio isto Antiphane reponendus est Antimachus, notissimus auctor Thebaidos et Lydes, uti memorant ipse Athenæus alibi, Etymologicon, Hesychius, Suidas, Quintilianus, aliique

XII. *Τοῦ αὐτοῦ περὶ Χριστοῦ.*

Ὀψέ ποτέ τις ἐπὶ τὴν πολυσχεδῆ (*) ταύτην ἐλάσει γῆν, καὶ δίχα σφάλματος σὰρξ γενήσεται, ἀκαμάτοις θεότητος ὅροις ἀνιάτων παθῶν λύσει φθορὰν, καὶ τοῦτο φθόνος γενήσεται ἐξ ἀπίστου λαοῦ καὶ πρὸς ὕψος κρεμασθήσεται ὡς θανάτοι καταδίκως (leg. θανάτῳ κατάδικος) πάντα πράσας (leg. πράξας sive δράσας) πείσεται.

XIII. *Χρησμὸς τοῦ Ἀπόλλωνος δοθεὶς ἐν Δελφοῖς περὶ Χριστοῦ.*

Εἷς με βιάζεται οὐράνιον φῶς ———
Καὶ ὁ παθὼν Θεός ἐστι, καὶ οὐ θεότης πάθεν αὐτή.
Ἄμφω γὰρ βροτόσωμος ἦν ἠδ' ἄβροτος αὐτὸς
——— *Θεὸς ἠδὲ καὶ ἀνὴρ,*
Πάντα φέρων παρὰ Πατρὸς, ἔχων τῆς Μητρὸς ἅπαντα
Ἐκ Πατρὸς μὲν ἔχων ζώην ἄλκει ———
Μητρὸς δὲ θνητῆς σταυρὸν, τάφον, ὕδρην, ἀνίην.
Τοῦ καὶ ἀπὸ βλεφάρων ποτὲ χεύατο δάκρυα θερμά.

D

Miris modis hæc perturbata sunt ; magnam tamen partem in versus suos nullo negotio redigi possunt in hunc modum :

XIV. *Ἀστέρου περὶ τῆς Θεοτόκου.*

Τιμήσωμεν τὴν Μαριὰμ, ὡς καλῶς κρύψασαν τὸ μυστήριον.

NOTÆ.

(*) πολυσχιδῆ Toupius Emend. vol. III, p. 451.

Digitized by Google

Sine dubio loco Ἀστάνου emendandum est Ὀστάνου. Ostanes magus et Zoroastres etiam indoctis cognitissimi. Theodoro Meliteniotæ Præfatione in Astronomiam non Ostanes dicitur, sed Ὀτάνης [11]. Quæ fortasse vera scriptura est : nam et apud Herodotum non unus est Otanes Persa : et vero magus ille natione fuit Chaldæus. Theodori locum describam, quod ibi plurimorum magorum nomina videas, quos alibi frustra quæsieris. Ἐν οἷς (Χαλδαίοις) ἄλλοι τε πλεῖστοι γεγόνασιν ἀξιόλογοι ἄνδρες καὶ μάλιστα Ζωροάστρης καὶ μετ' ἐκεῖνον Ὀτάνης, ὅ τε Κιδηνᾶς, καὶ Ναβουριανὸς, καὶ σὺν αὐτοῖς ὁ Σουδῖνος, ἀλλὰ καὶ Σέλευκος ἀπὸ Σελευκείας Χαλδαῖος καὶ οὗτός ἐστιν.

XV. *Θοῦλις ὁ Αἰγυπτίων βασιλεὺς ἐπαρθεὶς τοῖς καρτερῶμασιν ἠρώτησεν εἰς τὸ μαντεῖον τοῦ Εὐριπίδου περὶ αὐτοῦ οὕτως·*

Φράσον μοι πυρισθενές, etc. ut Malalas p. 26. Hominem sane festivum, qui Euripidem χρησμολογοῦντα nobis exhibuit. Quidni autem? inquies, cujus ex μαντείῳ hoc editum est,

Μάντις δ' ἄριστος ὅστις εἰκάζει καλῶς,

oraculum quidem, quo nihil verius ac sapientius; quale nunquam aut Bacis fudit, aut comicus iste Glanis, aut

Pythia quæ tripode ex Phœbi lauroque profata est.

Sed extra jocum : sine controversia corrigendum est τοῦ Σαράπιδος· cui Canobi templa dicata sunt; etiam Alexandriæ et Memphi. Narrat Strabo miris quosdam laudibus efferre τὰς ἀρετὰς τῶν τοῦ Σαράπιδος ἐν Κανώβῳ λογίων. Hæc scripseram, cum sero animadverti apud Suidam in voce Θοῦλις ita legi αὐτολεξεί, uti prius ex conjectura emendaveram.

Dubitantem me et quo proxime me vertam circumspectantem ad se vocat Sophocles, indignis sane modis a Joanne acceptus, p. 47 : Ὁ γὰρ σοφώτατος Σοφοκλῆς δρᾶμα ἐξέθετο καὶ ποιητικῶς εἶπεν ὅτι ὁ Τειρεσίας τὴν Παλλάδα εἶδε λουομένην καὶ γυνὴ ἐγένετο. Ego vero quovis pignore contenderim nihil usquam de fabella ista profectum a Sophocle, quanquam ab aliis passim memoretur. Cum enim omnes fere titulos Sophocleorum Dramatum beneficio Grammaticorum veterum habeamus, nullum est ubi Tiresiæ persona locum habere possit, præterquam una Trilogia, Œdipus Tyrannus, Antigone, et Œdipus in Colono : sic enim sentio : sive tetralogiam malis, accedo; ut fabula [12] satyrica, sicut omnes omnium præter Cyclopem Euripidis, periisse videatur. Quanquam enim affirmet Suidas, ὅτι ὁ Σοφοκλῆς ἤρξε τοῦ δρᾶμα πρὸς δρᾶμα ἀγωνίζεσθαι, ἀλλὰ μὴ τετραλογίαν· scimus tamen ex Didascaliis non ex omni parte verum hoc esse. Vide modo Aristophanem Grammaticum in Argumento Medeæ Euripidis. Atqui haud commemini fabellam istam de Tiresia in trinis illis narrari, neque ibi reperiri posse arbitror. Prima hæc est erga Sophoclem contumelia. Deinceps, Ὅθεν, ait, ἐξέθετο Σοφοκλῆς ἐν τοῖς αὐτοῦ συγγράμμασι ταῦτα ἀληθείας εἶναι. Εἷς ἐστιν ὁ Θεὸς ὃς τὸν οὐρανόν, etc. O hominis stuporem, et ἰδιωτείαν meram! Apud auctorem, unde hæc habuit Antiochensis, sine **688** dubio scriptum erat ad hoc exemplum : Καθὼς ὁ Σοφοκλῆς εἶπεν ἐν ταῖς ἀληθείαισιν εἷς ἐστι Θεός. Homo stolidus interpunctione falsa jugulavit versum, misereque disperdidit. Nimirum ab ἀληθείαισιν distinctionem posuit, cum oratio post εἶπε sustineri debuerit. Sed efficiam ut posthac hi versiculi sano saltem pede possint incedere. Sic igitur emendo :

Ἐν ταῖς ἀληθείαισιν εἷς ἐστιν θεὸς
Ὃς οὐρανόν τ' ἔτευξε καὶ γαῖαν μακράν·
Πόντου τε χαροπὸν οἶδμα κἀνέμων βίας.
Θνητοί τε πολλὰν καρδίᾳ πλανώμενοι
Ἱδρυσάμεσθα πημάτων παραψυχὴν,
Θεῶν ἀγάλματ' ἐκ λίθων ἢ χαλκέων
Ἢ χρυσοτεύκτων ἢ ἐλεφαντίνων τύπους.
Θυσίας τε τούτοις καὶ κενὰς παρηγύρεις.
Τεύχοντες οὕτως εὐσεβεῖν νομίζομεν.

Ita fere leguntur apud Justinum, Clementem, Eusebium, Theodoritum, et partim Athenagoram; adeo ut demirer interpretem Chilmeadum, hominem sane pereruditum, in luce tam clara minus solito perspexisse. Sed non te celabo, quod pace sanctorum virorum dictum velim, vehementer me suspicari non esse hæc a Sophocle. Id adeo cur in animum inducam, si me interroges, dico : permirum mihi præter alia videri, tam illustrem locum Ecclesiasticis solis incurrisse in oculos, aliorum omnium aciem effugisse [13]. Qui factum, uti dormitaret hic Plutarchi diligentia? Qui Porphyrium præterire potuit περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων tam insigne testimonium adversus τῶν θυσιῶν τὰς παρανόμους σφαγάς, ut ad hunc locum ait Theodoritus? Ubi tu, Stobæe, cessasti, litterarum oblivio? tu, qui tot forulos bibliothecarum excussisti, Sophoclis autem et Euripidis monumenta studiose præter cætera lectitasti. Adeone paucos e Patribus, quid Patres autem dico? unumne aliquem tenebrionem, qui supposita persona librum ediderit (ut et olim et hodie nonnullorum opinio est, neque adeo injuria) cæteris omnibus perspicaciorem et diligentiorem fuisse? Clemens enim aperte et ingenue fatetur Hecatæi se fidem secutum, apud ipsum Sophoclem omnino non legisse. Ὁ μὲν Σοφοκλῆς, ait *Strom. V*, ὡς φησιν Ἑκαταῖος ὁ τὰς ἱστορίας συνταξάμενος ἐν τῷ κατ' Ἄβραμον καὶ τοὺς Αἰγυπτίους. Illud autem exploratum habeo tam a Justino et Clemente Patres alios accepisse, quam Justinum et Clementem commentitii ejus Hecatæi auctoritate tradidisse. Quem ad hominem demum, et quam nulla fide res redierit, vides. Illene ut Sophocli versiculos aliquot vereretur affingere, qui illum ipsum, quo eos adduxit, librum ediderit simulata persona Hecatæi? Ipsa præterea oratio de se facit indicium. Non agnosco illud χαλκέων, et πολλὸν sumptum, ut aiunt, adverbialiter, esse hominis Attici, aut in tragœdia ferri posse. Qualis enim hæc foret confusio dialectorum, et ut ait ille, sartago loquendi?

Digitized by Google

Oportuit enim πολὺ σὶ χαλκῶν. Χαλκέων quidem a A habere, hilariore animo esse, convalescere. Etiam χαλκεὺς Attice dixeris; minime gentium a χαλκοῦς, pueri hoc sciunt. Erravit, cum in versiculo quinto non magis mehercule quam ἀγαπάει vel Ἀριστοτέ- emendare conatus est ἐμμεμόχθηνται. Non enim λειος. Χρύσεα, ait Phrynichus, ἀργύρεα, κυάνεα, χάλ- magis μοχθοῦμαι dixeris, cum μοχθῶ sit verbum κεα ταῦτα Ἰακὰ διαιρούμενα· χρὴ οὖν λέγειν χρυσᾶ, neutrum, quam πάσχομαι aut κάμνομαι. Sine dubio ἀργυρᾶ, κυανᾶ τὸν Ἀττικίζοντα. Χρυσοῦς λέγε· τὸ γὰρ scriptum oportuit,

χρύσεος Ἰακὸν, ὡσαύτως καὶ ἀργυροῦς, χαλκοῦς, *Ὅσοι τε δεσμοῖς ἐμμεμόχλευνται βροτῶν,*

κυανοῦς, καὶ τὰ ὅμοια. Rogo denique, cui personæ vel

hæc oratio conveniat? Quave Sophocles fiducia *Ὅσοι τε δεσμοῖσι μεμόχλευνται βροτῶν.*

die festo ludorum (non alias enim in scena quam Erravit denique, cum locum hunc ad hanc, de Panathenæis ac trinis Liberalibus Tragœdiæ doce- qua agimus, Danaen referendum putavit, qui omnibantur) illos ipsos dies festos et ludos solemnes nino ex Euripidis Dictye accersitus est, de quo in contemptionem adduceret? Istuccine se impune consule Stobæum et alios. Aristophanes Grammatilaturum speraret? Nonne Æschyli periculum cautiocus in argumento Medeæ. Ἐδιδάχθη ἐπὶ Πυθιοδώρου rem eum faceret, [14] qui, quod in Sisypho opinor B ἄρχοντος κατὰ τὴν πζ' Ὀλυμπιάδα. Πρῶτος Εὐφοπετροκυλιστῇ ad Cereris mysteria curiosius videre- ρίων, δεύτερος Σοφοκλῆς, τρίτος Εὐριπίδης. Μήtur alludere, nisi ad aram Bacchi confugisset, δεια, Φιλοκτήτης, Δίκτης, Θερισταί. Σάτυρος οὐ illico trucidatus esset in scena: postea etiam in σώζεται. Scribe Δίκτυς, Θερισταὶ σάτυροι οὐ σώζονAreopago de capite suo causam dixit? Habes,ται. i. e. Θερισταὶ δρᾶμα σατυρικόν. Ita loqui soamice, suspiciones nostras: tu tuique similes rem lent. Cave enim credas τὸ σάτυροι esse partem incognoscite, et sententiam ferte; non Βεκκεσέληνοι scriptionis. Ita Sophoclis fabula Κωφοὶ σάτυροι. quidam. πολυμαθεῖς sine pectore et mente,

Ἀνέρες ὧν τὸ κέαρ
Παλῷ σέσακται καὶ δυσεκπίπτῳ τρυτός.

Scholiastes Nicandri simpliciter Σοφοκλῆς ἐν Κωφοῖς. Sic ejusdem Ἰχνευταὶ σάτυροι, quemadmodum apud Pollucem est legendum pro Ἰχνευταὶ Σατύρων. Athenæus non apposito fabulæ discrimine Σοφ. ἐν Ἰχνευταῖς. Sic Ἰοφῶν ἐν Αὐλῳδοῖς σατύροις apud Clementem: sic Æschylus ἐν Κήρυξι σατύροις apud Pollucem: ita enim emendo pro κήρυξι σατυρικοῖς. Photius in Lexico manu scripto: Πυρσοκόρσου λέοντος, Αἰσχύλος ἐν Κήρυξι σατύροις. Ex quo restituendus Hesychii locus: Πυρσοκουρσολέοντος πυῤῥοκεφάλου, ξανθοτρίχου, lege, ut apud Photium. Cum autem nomen fabulæ cujuspiam sit numero singulari; tunc σατυρικὴ dicunt et σατυρικός. Potuit autem Grotius erratum suum rescisCcere ex Fragmento illo Danae, quod primus in lucem edidit de litteris optime meritus Hieronymus Commelinus. Ibi dramatis personæ sunt Mercurius [16], Danae, Nutrix, Acrisius, Minerva, Nuntius, Chorus: Dictys autem minime comparet. In ἀποσπασματίῳ illo sic vulgo legitur non longe a principio:

Præclare vero actum est cum Sophocle, quod a χρονοῤῥάφῳ nostro non nisi semel ad falsum testimonium dicendum citatus sit: Euripides autem, qui Malalæ erat paulo familiarior, gravissimas istius consuetudinis pœnas sustinuit; adeo quidem ut non minus incommodo hospite hoc Antiochensi, quam olim Promeri canibus usus esse videatur. Non erit, opinor, ab instituto nostro alienum, si locos omnes accuratius aliquantum examinem, in quibus Euripidis mentio fit: et quoad ejus facere potero, fabularum titulos, quo singuli quique loci referuntur, ostendam. Dabitur fortasse occasio ex interioribus litteris aspergendi aliquid: memores tamen erimus, ut spondeo, verbi veteris, quo admonemur

Τῇ χειρὶ σπείρειν, μηδ' ὅλῳ τῷ θυλάκῳ

Quæ igitur habes pag. 39: Περὶ ἧς (Δανάης) ἐμυθολόγησεν Εὐριπίδης ὁ σοφώτατος ἐν τῇ συντάξει τοῦ αὐτοῦ δράματος et quæ sequuntur, e fabula Danae desumpta sunt. Laudat hanc Pollux lib. IV, cap. 16, Stobæus autem non semel, ut et aliam D Sophoclis similiter inscriptam. Harum alterutram, magis tamen Euripideam, Latine convertit Nævius, cujus Danae Nonio Marcello citatur. Plutarchus *Consolatoria ad Apollonium*: Ὁ δὲ παραμυθούμενος τὴν Δανάην δυσπενθοῦσαν Δίκτυς φησί·

Δοκεῖς τὸν ᾅδην σῶν τι φροντίζειν γόων
Καὶ παῖδ' ἀνήσειν τὸν σὸν, εἰ θέλοις στένειν;
Παῦσαι· βλέπουσα δ' εἰς τὰ τῶν πέλας κακὰ
Ῥᾴων γένοι' ἂν, εἰ λογίζεσθαι θέλοις
Ὅσοι τε δεσμοῖς ἐκμεμόχθηνται βροτῶν
[15] *Ὅσοι τε γηράσκουσιν ὀρφανοὶ τέκνων*
Τούς τ' ἐκ μεγίστης ὀλβίας τυραννίδος
Τὸ μηδὲν ὄντας· ταῦτά σε σκοπεῖν χρεών.

Erravit eruditissimus Grotius in Excerptis, cum in versu quarto reposuit Ῥᾷον φέροις ἄν. Nihil enim magis usu tritum, quam ῥᾴων εἶναι, melius

——— *κᾆτά πως κείνη ποτὲ*
Εὑρὴν κρυφαίαν γνοῦσα καὶ μὴ γνοῦσα δὴ
Ὑπόπετρον λέοντα τέξεται πατρί.

Cum metri ratio, tum res ipsa flagitat ut ὑπόπτερον scribamus, non ὑπόπετρον. Quis non alatum Perseum et in libris legit, et in pictis tabulis vidit? At interpres homo sane festivus ita convertit: *sub saxo natum leonem.* Nempe huic committas, si quid recte curatum velis. Et tamen is ipse est ni fallor, qui bonam ætatis partem contrivit, ut Suidam foras extruderet mendis maculisque usquequaque obsitum, ut aliquando fortasse ostendemus.

Pag. 51. Διὰ τοῦτο δὲ ὁ Εὐριπίδης τῶν Βακχῶν ἐξέθετο δρᾶμα, ὡς ἀπὸ Πενθέως εἰπὼν ταῦτα. Σεμέλη δὲ λοχευθεῖσα ἐκ βροτοῦ τινος, εἰς Ζῆνα φέρουσα τὴν ἁμαρτίαν λέγει. *Bacchæ* Euripidis etiam

Digitized by Google

nunc supersunt. Illud autem mentitur Malalas, ὡς ἀπὸ Πενθέως. Non Pentheus enim, verum Semelæ sorores Ἰνὼ κ' Αὐτονόα, χ' ἁ μαλοπάρηος Ἀγαύα contumelias has ei dixerunt. Bacchus in prologo :

Ἐπεὶ μ' ἀδελφαὶ μητρὸς ἃς ἥκιστ' ἐχρῆν . Διόνυσον οὐκ ἔφασκον εἶναι τοῦ Διὸς Σεμέλην δὲ νυμφευθεῖσαν ἐκ θνητοῦ τινος Εἰς Ζῆν' ἀναφέρειν τὴν ἁμαρτίαν λέχους.

Pag. 58. Ὁ γὰρ σοφώτατος Εὐριπίδης ποιητικῶς ἐξέθετο δρᾶμα, ὡς ὅτι ὁ Ζεὺς εἰς σάτυρον ἔφθειρε τὴν Ἀντιόπην. Censeo supplendum esse, εἰς σάτυρον τρεφθεὶς ἔφθειρε. Propter similitudinem duorum verborum accidit, ut fieri solet, ut librarius unum omitteret. Porro fabula *Antiopa* memoratur ab Hesychio, Stobæo, aliis. Photius patriarcha in Lexico ms. Εὔκρας εὔκρατος εὐρυβροτοῖσιν. Εὔκρας οὐ γένοιτ' ἂν ἡδέως, ἐν Ἀντιόπῃ. Lege, Εὔκρας εὔκρατος. Εὐριπ. ἐν Ἀντιόπῃ· Βροτοῖσιν εὔκρας οὐ γένοιτ' ἂν ἡδέως. Suidas : εὐκραής, ἀντὶ τοῦ εὔκρατος. Scribe Εὐκράς, uti recte apud Etymologicon magnum. Antiopam Latine docuit Pacuvius, de Græco Euripidis conversam [17] citantibus Charisio, Diomede, Servio et Marcello. In quo admiror, ait Cicero *De finibus*, cur in gravissimis rebus non delectet eos patrius sermo, cum iidem fabellas Latinas ad verbum de Græcis expressas non inviti legant. Quis enim tam inimicus pene nomini Romano est, qui Ennii Medeam, aut Antiopam Pacuvii spernat aut rejiciat? qui se iisdem Euripidis fabulis delectari dicat, Latinas oderit? Nosti illud Persii,

Sunt quos Pacuviusque et verrucosa moretur Antiopa, ærumnis cor luctificabile fulta.

Pag. 63 : Ὁ γὰρ σοφώτατος Εὐριπίδης ποιητικῶς ἐξέθετο δρᾶμα περὶ τοῦ Οἰδίποδος καὶ τῆς Ἰοκάστης καὶ τῆς Σφιγγός. Œdipus et Jocasta in Phœnissis ad partes vocantur : quin et ibidem de Sphinge mentio fit non semel. Potuit igitur Antiochensis ad Phœnissas respicere, potuit ad fabulam Œdipum, quæ laudatur ab Hesychio, a Stobæo aliquoties, ab Erotiano.

Pag. 88 : Καὶ μετὰ Αἰσχύλον ἐβασίλευσεν αὐτῶν (τῶν Ἀθηναίων) Ἀκμαίων ἔτη δύο, περὶ οὗ Εὐριπίδης ὁ σοφώτατος δρᾶμα ἐξέθετο· καὶ μετὰ Ἀκμαίοντα ἐβασίλευσαν αὐτῶν ἄλλοι ιη'. Amabo te, Syrisce, serione hæc an joco ? quæ te enim larvæ atque intemperiæ agitabant, cum hæc scriberes? ποῦ τοι φρένες ἐκπεπόταται; Ἀκμαίων et Ἀκμαίοντα pro Ἀλκμαίων et Ἀλκμαίωνα ? Muli sunt illa, non hominis. Simile peccatum est, quod de Alcmæone Atheniensi tragœdiam factam existimes. Siquidem ille est Alcmæo Argivus, Amphiarai filius, qui, quod Eriphylen matrem occidisset, furiis agitatus est. Inde scenæ argumentum est accersitum. Timocles Comicus :

Τοὺς γὰρ τραγῳδοὺς πρῶτον, εἰ βούλει, σκόπει, Ὡς ὠφελοῦσι πάντας· ὁ μὲν γὰρ ὢν πένης Πτωχότερον αὐτοῦ καταμαθὼν τὸν Τήλεφον Γενόμενον, ἤδη τὴν πενίαν ῥᾷον φέρει· Ὁ νοσῶν δὲ μανικῶς Ἀλκμαίων' ἐσκέψατο.

Antiphanes ..... *Μακάριόν ἐστιν ἡ τραγῳδία Ποίημα κατὰ πάντ' . . . ἂν πάλιν Εἴπῃ τις Ἀλκμαίωνα, καὶ τὰ παιδία Πάντ' εὐθὺς εἴρηχ' ὅτι μανεὶς ἀπέκτονε Τὴν μητέρα.*

Cicero [18] Academ. 2. Quid? ipse Alcmæo tuus, qui negat cor sibi cum oculis consentire, nonne ibidem incitato furore : *Unde hæc flamma oritur?* et illa deinceps, *Incede, incede; adsunt, adsunt; me, me expetunt.* Quid, cum virginis fidem implorat? *Fer mi auxilium; pestem abige a me; flammiferam hanc vim quæ me excruciat. Cæruleo incinctæ angui incedunt; circumstant cum ardentibus tædis.* Sed piget profecto in re certissima testibus usum esse non necessariis. Illud opinor auribus tuis, Milli, novum accedet, integram hujus dramatis inscriptionem esse Ἀλκμαίων ὁ διὰ ψωφῖδος. Nisi fortasse geminum Alcmæonem Euripides ediderit, aut iterum eumdem, correctum scilicet et διεσκευασμένον. Quidquid est hujus, solus adeo me docuit Hesychius noster, et fortasse solum : alios, qui depravata ejus verba non poterant intelligere, non item. Ἀργαίνειν, λευκαίνειν. Εὐριπίδης Ἀλκμαίωνι, διὰ ψηφῖδος ἀργαίνουσα, λευκαίνουσα, φοιτῶσα. Censeo corrigendum esse : Εὐριπίδης Ἀλκμαίωνι τῷ διὰ Ψωφῖδος· tum notam distinctionis ponendam † Ἀργαίνουσα, λευκαίνουσα, φοιβῶσα. Παρὰ δὲ τὸ ἀργὸν, ait Eustathius ad Odysseæ secundum, καὶ ἀργάντες ταῦροι παρὰ Πινδάρῳ, καὶ ἀργαίνειν τὸ λευκαίνειν παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἀλκμαίωνι. Sive hæc Eustathius ab Hesychio, sive ab alio quopiam uterque transtulit, apparet hunc locum a multis jam sæculis fuisse depravatum. Qui factum alioquin, ut Eustathius tragœdiæ nomen mutilum protulerit, nisi quod in verbis sequentibus cerneret οὐδὲν ὑγιές. Idem Hesychius : Ἀτενής. Ἥκω δ' ἀτενὴς ἀπ' οἴκων. Εὐριπίδης Ἀλκμαίωνι τῷ διὰ ψοφῖδος συντείνασα. Corrige sodes in hunc modum : Εὐριπίδης Ἀλκμαίωνι τῷ διὰ Ψωφῖδος, συντείνασα. Ἀτενὴς, ait, est συντείνασα, festinans summa cum virium contentione. Cujus significationis exempla quod haud temere reperiantur, propterea verbi sedes a grammaticis indicata est Ἀλκμαίων ὁ διὰ Ψωφῖδος. Rationem porro hujus inscriptionis non diu neque frustra quæsiverit, qui in memoria habuerit Alcmæonem, quem antea contortorum anguium et ardentium tædarum verbera nusquam consistere paterentur, aliquando tandem ad sanam mentem in Psophide Arcadiæ rediisse. Videatur in Arcadicis Pausanias. [19] Apollodorus, lib. III. Ἀλκμαίωνα δὲ μετῆλθεν Ἐριννὺς τοῦ μητρῴου φόνου, καὶ μεμηνὼς πρῶτον μὲν εἰς Ἀρκαδίαν πρὸς Οἰκλέα παραγίνεται, ἐκεῖθεν δὲ πρὸς Ψωφῖδα πρὸς Φηγέα· καθαρθεὶς δὲ ὑπ' αὐτοῦ Ἀρσινόην γαμεῖ τὴν τούτου θυγατέρα. Jam monui emendandum esse Ψωφῖδα syllaba secunda producta. Ovidius :

Usque sub Orchomenon, Psophidaque, Cyllenenque.

Percommode autem hic locus Apollodori in memoriam mihi alium redigit, in libro primo : qui viros doctos in errorem hactenus induxit : deinceps ta-

Digitized by Google

men, uti spero, non faciet. Τυδεὺς δὲ ὡς φησιν ὁ τὴν Ἀλκμαιονίδα γεγραφὼς κτείνας τοὺς Μέλανος παῖδας ἐπιβουλεύοντας Οἰνεῖ, Φηνέα, etc. Quæ sic Latine expressit interpres : Is qui Alcmæonidem tragœdiam scripsit. Hominem sane liberalem, qui vocem illam Tragœdiam benigne nobis de suo largitus est. Atqui, o bone, Ἀλκμαίων ea tragœdia non Ἀλκμαιονὶς inscribitur, ut Erotianus, Stobæus, Priscianus, aliique testantur. Sicuti autem Philoclis tragici tetralogia de Pandione Πανδιονὶς, atque Æschyli de Oreste Ὀρεστεία nominata est; ita fieri potest ut Euripides tria dramata de Alcmæone publicaverit, una cum quarto Satyrico argumenti omnino alieni : quam integram tetralogiam Ἀλκμαιωνίδα vocarent. Sed oportet Epicharmi illud semper habeas in promptu,

Νᾶφε καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν· ἄρθρα ταῦτα τᾶν φρενῶν.

Quicunque enim humaniores has musas colit, sæpenumero solet usu venire ut

Ἴσχη ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὅμοια.

Siquidem hæ de Alcmæonide suspiciones, ægri sunt somnia; cum is scriptor, quicunque tandem fuerit (neque enim de ætate, neque de patria viri, aut nomine quidquam habeo compertum), historicus sit, non tragicus. Ὁ δὲ τὴν Ἀλκμαιωνίδα γράψας (verba sunt Strabonis lib. x) Ἰκαρίου τοῦ Ἠνελόπης πατρὸς υἱοὺς γενέσθαι δύο, Ἀλυζέα καὶ Λευκάδιον· δυναστεῦσαι δ' ἐν Ἀκαρνανίᾳ τούτους μετὰ τοῦ πατρός. Et quidem Euripide vetustior. Scholiastes ad Orestem v. 1000 : Ἀκολουθεῖν δοκεῖ ὁ Εὐριπίδης τῷ τὴν Ἀλκμαιωνίδα (ω scribe etiam apud Apollodorum, non o.) πεποιηκότι εἰς τὰ περὶ τὴν ἄρνα, ὡς καὶ Διονύσιος ὁ κυκλογράφος φησί. Φερεκύδης δὲ οὐ καθ' Ἑρμοῦ μῆνίν φησι τὴν ἄρνα ὑποβληθῆναι. [20] Ὁ δὲ τὴν Ἀλκμαιωνίδα γράψας τὸν ποιμένα προσαγαγόντα τὸ ποίμνιον τῷ Ἀτρεῖ ἀντιποκαλεῖ. Quid tibi dicam depravatum mihi videri verbum illud postremum? Χρεὼ enim δῆλον, τὸ τοῦ Φερεκύδου, leg. Ἀνταῖον ἀποκαλεῖ vel Ἀντάνδρον καλεῖ vel Ἄντιφον, vel simile quippiam; cum sine controversia desit nomen *Pastoris*. Hæc habui, Milli jucundissime, quæ de Alcmæone et Alcmæonide ore, ut opinor, alio indicta dicerem : non enim placet eorum ratio, qui cum meræ corniculæ sint, emendicatis hinc inde plumis germanos pavones se pollicentur.

Pag. 104. Multa narrat Malalas de Prœto, Sthenebœa et Bellerophonte, καθὼς συνεγράψατο Εὐριπίδης ὁ τραγικὸς ποιητὴς πληρώσας τὸ δρᾶμα. Intellige de fabula Sthenebœa, cujus mentio fit apud Athenæum, Stobæum, alios. Julius Pollux, lib. III, cap. 4 : Εἴρηται δὲ ξεναπάτη παρ' Εὐριπίδῃ. Nomen tragœdiæ non commemorat; aliunde tamen scimus hanc esse de qua agimus, Sthenebœam. Ξεναπάτας, ait Photius mss., ἰδίως ἐπὶ τῶν. . . ὅταν μὴ τοιοῦτοι πνέωσιν ἄνεμοι ἐν τοῖς πελάγεσιν, ὁποῖοι ἐν τοῖς λιμέσιν Εὐριπίδης Σθενεβοίᾳ. Τίς ἄνδρα τινὰ ξεναπάταν. Scribe autem in Polluce ξεναπάτης. Apparet ita corrigendum esse, cum ex hoc loco Photii, tum ex Euripidis Medea, quæ in extrema fabula sic Jasoni convitium facit, Τίς δὲ κλύει σου θεὸς ἢ δαίμων τοῦ ψευδόρκου καὶ ξεναπάτα; Aristophanes Vespis :

Εἴτις ὑμῶν, ὦ θεαταί, τὴν ἐμὴν ἰδὼν φύσιν,
Εἶτα θαυμάζει μ' ὁρῶν μέσον διεσφηκωμένον,
Ἥτις ἡμῶν ἡ πίνοια τῆσδε τῆς ἐγκεντρίδος,
Ῥᾳδίως ἐγὼ διδάξω, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν.

Scholiastes adnotat ad versum novissimum : Ὁ στίχος ἐκ Σθενεβοίας Εὐριπίδου. Bene pol factum, quod nos docuerit, unde tralatus sit hic στίχος, quod quidem alias nesciremus. Atque ea gratia non leve peccatum ei condonabitur. Enimvero non totus versus, ut ille existimavit, sed pars tantummodo posterior ex Euripide est. Nam in his rebus verba mihi dari haud facile patior, qui, ut scis, Fragmenta omnium poetarum Græcorum [21] cum emendationibus et notis grande opus edere constitueram : nunc, ut ajunt, Ἄλλος βίος, ἄλλη δίαιτα. Plutarchus Συμποσιακῶν 1, 5.

Πῶς εἴρηται τὸ . . . . . Μουσικὴν δ' ἄρα
Ἔρως διδάσκει, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν,

Quem ego locum admiror, cum sine dubio depravatus sit, nemini unquam in suspicionem venisse. Ita exhibent, ut vulgo legitur, Erasmus et Jos. Scaliger in Proverbiis; ita Grotius in Excerptis. Spes tamen est, ut nunc jam dehinc tam turpe erratum ex libris et memoria hominum auferatur. Legent enim qui sapient, μουσικὸν, non μουσικήν. Μουσικὸν διδάσκει, i. e. ποιητὴν ἀποδείκνυσι, *poetam reddit :* quasi hoc senario Latine dixeris : Amor poetam vel facit vel invenit. Ars musica et studium musicum est poetica. Terentius : ***Is sibi responsum hoc habeat; in medio omnibus palmam esse positam, qui artem tractant musicam.*** Ea autem significatio τοῦ διδάσκειν elegantior paulo est et rarior, propterea que fraudi fuit librariis : attamen non desunt exempla. Aristoph. Ranis :

Καὶ σὺ τί δὴ δράσας αὐτοὺς οὕτως ἀνδρείας ἐδίδαξας;

Sed et hic locus in vitio est; et legendum auctore ms. Oxoniensi :

Καὶ σὺ τί δράσας οὕτως αὐτοὺς γερραίους ἐξεδίδαξας;

Vulgata lectio cum propter alia minus placet, tum ob hoc præcipue, quod τὸ τετραπόδιον sive IV priorum pedum mensura non debet in dimidiatum verbum desinere. Idem Plutarchus Περὶ τοῦ μὴ χρᾶν ἔμμετρα νῦν τὴν Πυθίαν. Ὁ δ' Εὐριπίδης, ait, εἰπὼν, ὡς διδάσκει ποιητὴν ἔρως, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρὶν, ἐνόησεν ὅτι, et quæ sequuntur. Nicias medicus apud Schol. Theocriti Idyll. XI :

Ἦν ἄρ' ἀληθὲς τοῦτο, Θεόκριτε· οἱ γὰρ ἐρῶντες
Πολλάκι ποιητὰς ἐδίδαξαν τοὺς πρὶν ἀμούσους.

Sed quo me cunque recipio, omnia conspicio mendis et maculis inquinata. Ecce enim et huic medico medicina adhibenda est. Scribendum est, inquam,

[22]. . . . . *καὶ γὰρ Ἔρωτες*
Πολλάκι ποιητὰς ἐδίδαξαν τοὺς πρὶν ἀμούσους.

Digitized by Google

Pag. 106. Περὶ δὲ τῆς Πασιφάης ἐξέθετο δρᾶμα Εὐριπίδης ὁ ποιητής. Inanem, mihi credo, operam sumpserit, qui Euripidis Pasiphaen instituerit quærere. Non temere dico atque equidem certe scio neminem ex scriptoribus vetustis hodie superesse, qui tale quidquam memoriæ tradiderit. Hesychius tamen, Σαρδὼ, ait, ἐν Πασιφάῃ τὸ σαρδόνιον ἡ σφραγὶς εἴρηται, quem si ad Euripideam fabulam respexisse quispiam existimet, caveat moneo, et existimationi suæ insidias parari cogitet. Alcæi quidem comœdia Pasiphae inscripta est, ut scimus ex Didascalia Pluti Aristophanis : Ἐδιδάχθη ἐπὶ ἄρχοντος Ἀντιπάτρου, ἀνταγωνιζομένου αὐτῷ Νικοχάρους μὲν Λάκωσιν, Ἀριστομένους δὲ Ἀδμήτῳ, Νικοφῶντος δὲ Ἀδώνιδι. Ἀλκαίου δὲ Πασιφάῃ. Sed Euripidis Pasiphaen nusquam cuiquam laudari reperies. Quid igitur fiet? Num nam Antiochensis, cum hæc scriberet, memoriola vacillavit γεροντικῶς, an mendacio conatus est fallere? Utrumlibet sane fecerit, haud arbitrario vapulabit : atque adeo dudum est, quod homunculum video σκύτη βλέπειν. Verum hercle quanquam admodum nupera est inter nos notitia ; me tamen et precatorem habebit et defensorem paratum : cum ea alias soleam esse in amicitiis fidelis. Dico igitur Euripidem tragœdiam quidem de Pasiphae publicasse, minime tamen Pasiphaen inscripsisse, sed *Cretenses*. Nec tu mihi de Κρήσσαις hoc perperam intelligas, quæ ex Athenæo, Stobæo et aliunde satis in notitiam venerunt : sed de quibus hodie fortasse primum inaudivisti, Κρησί· quandoquidem et Joannis Meursii, qui de trium tragicorum fabulis accurate studioseque scripsit, diligentiam effugerunt. In Aristophanis Ranis his verbis compellat Euripidem Æschylus :

Ὦ Κρητικὰς μὲν συλλέγων μοιχείας,
Γάμους δ' ἀνοσίους εἰσφέρων εἰς τὴν τέχνην.

Quo in loco hæc adnotat scholiastes : Ἐν γὰρ τοῖς *Κρησὶν* Ἴκαρον μοιχδοῦντα ἐποίησε, καὶ οἱ μὲν εἰς τὴν Ἰκάρου μοιχδίαν [23] ἐν τοῖς *Κρησὶ*· θρασύτερον γὰρ δοκεῖ τὸ πρόσωπον. Ἀπολλώνιος δὲ ὅτι δύναται καὶ εἰς τὴν Ἀερόπην τὴν ἐν τοῖς Κρήταις εἰρῆσθαι, ἣν εἰσήγαγε πορνεύουσαν. Οἶμαι δὲ διὰ τὰ ἐν τῷ Αἰόλῳ. Τιμαχίδας δὲ διὰ τὴν ἐν τοῖς *Κρησὶ* μίξιν *Πασιφάης* πρὸς τὸν ταῦρον. Absolvimus, opinor, Joannem ab omni suspicione peccati : nunc et huic scholiasti patrocinari oportet. Non enim deerunt qui, pervulgata via quorumdam, qui germanos se putant esse Aristarchos, extemplo pro verbo Κρησὶ contendent esse reponendum Κρήσσαις. Pe tetentim tamen, et aliquantisper, oro, manum abstineant; dum tribunos adeam qui intercedant tantæ temeritati. Ecce iterum scholiastes ad hæc verba Aristophanis :

Ἀλλ', ὦ Κρῆτες, Ἴδης τέκνα
Τὰ τόξα λαβόντες ἐπαμύνατε.

Ταῦτα, ait, παρὰ τὰ ἐκ *Κρητῶν* Εὐριπίδου. Bina profecto sunt dramata Κρῆτες et Κρῆσσαι, argumento longe dissimili. Personæ omnino aliæ inducuntur, scenæ ponuntur in locis disjunctissimis maximeque diversis. Illic Icarum cernis et Pasiphaen : in Cressis Aeropen, Atrea, Thyestem. Hic Argis Peloponnesi, illic in Creta insula res aguntur. Aristophanes Vespis :

. . . . . *Τοῦτο δὲ*
Ἅδης διακρινεῖ πρότερον ἢ 'γὼ πείσομαι.

Ubi scholiastes, Ἐν Κρήσσαις, ait, Εὐριπίδου, ὁ Ἀτρεὺς πρὸς τὴν Ἀερόπην κρινεῖ ταῦτα. Unde perspicuum est, in superiore loco corrigendum esse, Ἀερόπην τὴν ἐν ταῖς Κρήσσαις. Porphyrius lib. iv, De abstinentia : Μικροῦ με παρῆλθε καὶ τὸ Εὐριπίδειον παραθέσθαι, ὃς τοὺς ἐν Κρήτῃ τοῦ Διὸς προφήτας ἀπέχεσθαί φησι διὰ τούτων. Λέγουσι δὲ οἱ κατὰ τὸν χορὸν πρὸς τὸν Μίνω·

Φοινικογενοῦς παῖ τῆς Τυρίας
Τέκνον Εὐρώπης καὶ τοῦ μεγάλου
Ζηνὸς, ἀνάσσων
Κρήτης ἑκατομπτολιέθρου·
Ἦκω ζαθέους ναοὺς προλιπὼν,
Οὓς αὐθιγενὴς τμηθεῖσα δρῦς
Στεγανοὺς παρέχει χαλύβῳ πελέκει,
Καὶ ταυροδέτρῳ κραθεῖ
Σ' ἀρεκοῦς ἁρμοὺς κυπαρίσσου,

et quæ sequuntur. Ita locum hunc emendare conatus est Grotius in [24] Excerptis ex comœdiis et tragœdiis Græcis. Cujus auctoritatem Cantabrigienses in novissima Porphyrii editione secuti sunt. « Hoc fragmentum Euripidis (verba sunt Grotii) ἐν Κλεισὶ exstare dicit Erotion, ut quidem nunc legitur. At ex *Cressis* esse facile intelligitur, quod verba sunt chori ad Minoa. » Sed erravit in re levi graviori- bus, opinor, studiis intentus vir supra comparationem atque æmulationem nostram longissime positus. Cum enim in Cressis, ut jam docui, Atreus et Aerope loquantur; scena autem sine controversia sit Argos : vix aut nullo modo est, ut hæc Porphyriana ex eodem dramate petita videantur. Quod si sint, demiror equidem cur in Creta Minos cum his sacerdotibus sermonem instituat. Quæ enim hæ præstigiæ? quibusnam machinis hæc ἄνω καὶ κάτω? Eademne in fabula tam alienæ historiæ? duplexne scena, et geminus chorus? Modo Cretam spectemus, modo regiam Atrei? modo chorus virilis, Mystæ, inquam, Idæi Jovis, modo grex feminarum ad partes veniat? Inde enim fabula Κρῆσσαι nomen accepit, quod in ea chorus sit mulierum Cretensium, videlicet quæ Aeropem e Creta comitatæ sunt. Similem ob causam Φοίνισσαι, Τρωάδες, Τραχίνιαι, aliæ bene multæ suis vocabulis nominantur. Nec tamen, quod chorus sit Cretensium, idcirco necesse est, ut in Creta scena sit posita : quando et in Phœnissis res Thebis aguntur ; chorum tamen constituunt mulieres Tyriæ : Τύριον οἶδμα λιποῦσ' ἕδραν Ἀκροθίνια Λοξίᾳ Φοινίσσας ἀπὸ νάσου. Sed quid tergiversamur? Scimus Aeropen Catrei fuisse filiam, Minois neptem ; et quo tempore res hæ transactæ sunt, jam diu liberos suscepisse. Siquidem Agamemnonem et Menelaum patri fuisse conscios commemorant, cum cœnam illam feralem Thyestæ apponeret. Non

Digitized by Google

ergo de Minoe proavo longa dubitatio est, quin e numero vivorum pridem ante excesserit. Imo vero a filiabus Cocali trucidatus est, si Eusebio fides, prius circiter triennio; sed, secundum exactissimam rationem Gulielmi Lloidii episcopi Asaphensis,

[25] Ἀνδρὸς, ὃν οὔτ' ἀλτεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις, ante annis solidis quatuor et viginti, quam Atreus regnum capesseret. Quam ob rem haud facile patior, ut corrupta illa verba Erotiani Εὐριπίδης ἐν Κλειτοῖ magis magisque a Grotio depraventur: sed, quod ad vulgatam lectionem proxime accedit, auctor esse ausim, ut posthac ἐν *Κρησὶ* corrigatur. Ita totum erit simplex et unum, omnia sibi constabunt, belleque convenient: Minos, chorus mystarum, Pasiphae, Icarus. Non opus erit κλώθειν τὰ ἀσύγκλωστα. Restat, ut de loci hujus Porphyriani miris quidem modis mendosi lectione accurate, quantum in nobis est, et exquisite disputemus:

Ἦκω ζαθέους ναοὺς προλιπὼν,
Οὓς αὐθιγενὴς τμηθεῖσα δρῦς (*a*)
Στεγανοὺς παρέχει Χαλύβῳ πελέκει,
Καὶ ταυροδέτρῳ (*b*) κραθεῖ-
Σ' ἀτρεκοῦς (*c*) ἁρμοὺς κυπαρίσσου.

Quæ ita vertit Cl. Grotius:

Sacra advenio templa relinquens:
Quas prisca domos dedit indigena
Quercus Chalyba secta bipenni,
Taurique sibi gluline jungens
De vera tigna cupressu.

Haud ita facere debet qui interpretis munere fungitur. Nolim eum in cæteris scriptis eodem modo indiligentem. Unde enim ἁρμοὶ sunt *tigna?* quid ista sibi vult *vera* cupressus? Cur spreta est vulgata Porphyrii lectio ἀτρεκεῖς? Cur Erotiani auctoritas repudiata, qui locum hunc ideo citavit, ut ostenderet ἀτρεκεῖς ἁρμὰς non significare ἀληθεῖς *veras*, sed ἀκριβεῖς, *arctas* nempe *et exactas compages*. Ejus verba sunt hæc: Καὶ Εὐριπίδης ἐν Κλειτοῖ (leg. Κρησὶ) φησιν, Ἦκω ζαθέους, etc., *κολληθεὶς ἀτρεκεῖς ἁρμὰς* · οὐκ εἶπεν Ἀληθεῖς ἁρμὰς, ἀλλ' *ἀκριβεῖς*. Sic corrigendum esse facile videbit, cui ad manum est Erotianus: vulgo enim perperam, ἀλλ' *ἀτρεκεῖς*. Apagesis autem barbarum illud et solœcum [26] ταυροδέτρῳ, quo verbo nullus unquam scriptor est usus, aut per analogiam uti poterit. Quin etiam et versui consultum oportuit. Quis enim, qui non negligenter in his litteris versatus est, illud omnino probare possit Καὶ ταυροδέτρῳ κραθεῖ — dimetrum scilicet brachycatalectum, ut proxime ante parœmiacum veniat. Affirmo tibi neminem unum tragicum comicumve in eo loco hoc metrum adhibere; multo etiam minus, quod Erotiani scriptura constituit Καὶ ταυροδέτῳ κολληθεὶς. Quid quod ne in Latinis quidem legitimi sunt numeri? in secundo versu *quas prisca domos dedit indigena* tribrachys est loco anapæsti vel cujuscunque pedis quatuor temporum. Quod vitium commune Grotio est cum Jos. Scaligero, Flor. Christiano, aliisque, opinor, omnibus qui sæculo hoc et superiore vel tragœdias Græcas Latine verterunt, vel ipsi scripserunt novas: quibus solemne est anapæstos suos passim, ubi nulla clausula est neque interpunctum, tribrachi vel trochæo vel cretico terminare; vel etiam vocali, aut littera M finire, versu proximo ab alia vocali vel H incipiente. Scilicet etiam hic ut alibi postremam in versu syllabam communem esse arbitrabantur. Næ isti, si olim stante re Græca vel Romana suas fabulas edidissent, sibilis et χλωγμοῖς e scena explosi fuissent. Non enim Græcis ea licentia permissa,

Nec data Romanis venia est indigna poetis.

Fas erat duntaxat versum illum, qui parœmiacus dicitur, trochæo claudere. Eo usque non aliter continuari debebant anapæsti vel pares anapæsto pedes, ac si unicus esset versus. Quin et Seneca tragicus, ut scias eum de industria temperavisse, semel tantum atque iterum trochæo anapæstos clausit, nec nisi finita sententia: qui scilicet parœmiaci locus esset, nisi is scriptor nescio cur versum illum repudiasset. Veteres tamen Latinos minime aspernatos esse Parœmiacum, sed et hic Græcorum vestigiis institisse scire dabitur ex istis reliquis, iisque, ni fallor, solis.

Attius Phinidis:

Simul et circum magna sonantibus
[27] *Excita saxis sæva sonando*
Crepitu clangente cachinnant.

Locus est apud Nonium in *cachinnare*. Sed nemo a me impetrabit, ut verba Attii sana esse concedam. Quorsum enim pertinent *magna sæva*, et *sonantibus sonando?* Peccaturus sum, uti spero, intra veniam, si parum prospere medicinam experior. Ex ipso fabulæ nomine magna suspicio est de Harpyiis verba fieri. Fallor itaque an sic legendum est

Simul et circum stagna sonantibus
Excita saxis sæva Celæno
Crepitu clangente cachinnat.

Illud *clangente* proprie et apte dictum est de Harpyiis.

Virgilius:

At subitæ horrifico lapsu de montibus adsunt
Harpyiæ, et magnis quatiunt clangoribus alas.

Quin et *stagna* bene reposui, approbante ibidem Virgilio:

Obscenas pelagi ferro fœdare volucres.

Attius Telepho:

Jamjam stupido Thessala somno
Pectora languentque senentque.

NOTÆ.

(*a*) Erotianus ὀοκούς, vetus editio Porphyrii δορός. κολληθείς.
(*b*) Porph. ταυροδέτῳ κρηθεῖσ', Erot. τοροδέτῳ (*c*) Porph. Ἀτρεκεῖς, Erot. ἀτρεκεῖς ἁρμάς.

Digitized by Google

Attius Eurysace :

Super Oceani stagna alta patris
Terrarum anfracta revisam.

Pacuvius Niptris :

. . . Operite, abscedite, jamjam
Mittite : nam attrectatu et quassu
Sævum amplificati' dolorem.

Attius Philotecta :

Heu quis salsis fluctibu' mandet
Me ex sublimi vertice saxi ?
Jamjam absumor : conficit animum
Vis volucris, ulceris æstus.

Idem apud Cic. II Tuscul. : « Unde ignis lucet mortalibus clam divisus ? eum doctus Prometheus clepsisse dolo pœnasque Jovi fato expendisse supremo. » Qui locus sic ad anapæstos suos est reducendus :

Unde igneis cluet immortalibus
Clam divis nimis doctus (d) Prometheus
[28] *Clepsisse dolo, pœnasque Jovi*
Furti expendisse supremo.

Ut ad Porphyrium revertar ; illud utique scire cupio, quo auctore vir illustriss. ταυροδέτρῳ κραθεῖσα de conglutinatione acceperit. Nam κραθεῖσα, nisi omnia me fallunt, est permista et temperata, non conjuncta et compacta : ταυρόδετρον autem, ut principio dixi, plane barbarum. Quin et ταυρόδετος non alibi reperio ; neque vero intelligo, qui commode dici poterit. Ut ἀλυσίδετος est ἁλύσει δεθείς, κηρόδετος κηρῷ, et si qua sunt alia : sic et ταυρόδετος fuerit ταύρῳ δεδεμένος [tauro compactus, non glutine taurino]. Nam quis, obsecro, ταῦρον usurpavit ἀντὶ τῆς ταυροκόλλας ? Demiror tamen unde illa in Porphyrii et Erotiani codices irrepserint. Haud sane temere id factum videtur : itaque hæret hæc res ; neque prompte expedire possum. Ne tamen ἀσύμβολος huc veniam, donec aliquid melius succurrit, censeo ut ταυροδέτῳ de medio auferatur (cum sine eo plena sit sententia, τῷ κολληθεῖσα ἅρμας, ex Homerico isto, ut videtur, adumbrata :

Κολλητὰς δ' ἐπέθηκα θύρας πυκινῶς ἁρμονίας.

Atque hoc pacto βάσις ista ἀναπαιστική, versus videlicet qui parœmiacum antecedit, monometrum erit acatalectum ; ut profecto plerumque est, et in hoc ipso quidem loco plus semel). Cætera autem porro sic legantur :

Ἥκω ζαθέους ναοὺς προλιπὼν
Οἷς αὐθιγενὴς τμηθεῖσα δοκοὺς
Στεγανὰς παρέχει Χαλύβων πελέκει,
Καὶ κολληθεῖσ'
Ἀτρεκεῖς ἅρμας κυπάρισσος.

Adsum a sanctis templis, validas
Quibus indigena est sueta cupressus
Præbere trabes, cæsa securi
Chalybum, atque arctas
Compages glutine vincta.

Alibi nimis occupatum habuit animum ὁ πάνυ, cum illud δρῦς comminisceretur. Cur enim quercus vocaretur αὐθιγενής ? quid ? non alibi tam frequens quam in Creta nascebatur ? Ego vero, ut primum oculis verbum illud agnovi, continuo deprehendi κυπάρισσος a poeta scriptum esse, non κυπαρίσσου. Eam enim illic memineram esse vere αὐθιγενῆ, et Creticam propterea appellari a Plutarcho : Ἡ Ἰσθμικὴν πίτυν ἢ Κρητικὴν κυπάρισσον· sicut et Idæam [29] a Nicandro et Virgilio :

Σπέρματα βουπλεύρου τε καὶ Ἰδαίης κυπαρίσσου.
Nec salici lotoque neque Idæis cyparissis.

Plinius XVI, 33, de cupresso loquens, *Huic*, ait, *patria insula Creta : cum Cato Tarentinam eam appellet, credo quod primum eo venerit : et in Ænaria succisa regerminat.* Simili sane tralatione, quam Euripides Cretæ *indigenam* vocat, ei *patriam* esse Cretam Plinius commemorat. Sed in ejus verbis macula inest fœdissima, quanquam haud valde δυσέκπλυτος. Quippe pro ēaria non magna mutatione legendum est *Tarra*. Siquidem interpretatur hæc Theophrasti lib. II *Hist.* cap. 2 : Κυπάριττος δὲ παρὰ μὲν τοῖς ἄλλοις ἀπὸ σπέρματος, ἐν Κρήτῃ δὲ καὶ ἀπὸ στελέχους, οἷον καὶ ἀπὸ τῆς κουρᾶς ἐν Τάρρᾳ· παρὰ τούτοις γάρ ἐστιν ἡ κουριζομένη κυπάριττος. Mihi quidem hoc certius est, quam illa quæ apud Sagram. Sed quia difficulter hoc nonnullis atque ægre persuaderi video, agedum ex Solino πειθανάγκην admoveamus Θετταλικήν, ut contra si quis sentiat, nihil sentiat. Ejus verba sunt cap. 17 : *Mira soli Cretici indulgentia : arborarii proventus abundantes : nam in hujus tantum insulæ parte repullulant cæsæ cupressi.* Profecto aut Tarra in Plinio suo legit Solinus, aut Ænariam arbitratus est partem esse Cretæ. Quamne antea cap. 7 in insulis Italicis numeravit ? Oris esse ferrei oportet qui hoc dixerit. Quis autem credat cupressos in Ænaria sponte nasci ? Ecquisnam isthuc memoriæ prodidit ? non magis mehercule quam Batti Silphion aut auriferas malos Hesperidum. Verum ut ulterius progrediamur, etiam Solinum non ab omni parte sanum esse existimo. Valde enim suspicor ita scriptum esse antiquitus : *Nam in Tarra hujus insulæ parte repullulant :* vel, *in hujus tantum insulæ Tarra repullulant.* Nec enim a vulgata lectione longe nimis abscedo : nec probabilem causam reperire possum, cur abstineret eam *partem insulæ* suo vocabulo nominare. Dicerem etiam, si animus esset hariolari conjectura, similitudinem verborum Catoni imposuisse, cum cupressum Tarentinam appellaret. Siquidem urbs Cretæ Τάρρα, Tarentum autem Τάρας vocatur. Lanam quidem, et purpuram, mel, salem [30], oleam, ceram, porrum, pectunculos, ostreas, nucem, castaneas, ficus Tarentinas animadverti fuisse in pretio : cupressum Tarentinam cedo mihi unum, qui supra cæteras laudaverit, præter Catonem. Verum hoc obiter, et magis joco dictum existima, quam quod in ea sim sententia. Jam quod Euripides istam arborem dicit

NOTÆ.

(d) Vel *catus*, *doctus*.

Digitized by Google

firmissimas trabes templis præbuisse; firmat id adeo emendationem nostram : cum cupressum omnes uno ore testentur χρονιωτάτην esse atque ἀσαπεστάτην· et quod caput est, egregie præter cæteras in deorum ædibus locum et honorem invenisse. Hermippus apud Athenæum :

. . . . . ἐκ δ' Αἰγύπτου τὰ κρεμαστὰ
Ἱστία καὶ βύβλους, ἀπὸ δ' αὖ Συρίας λιβάνωτον.
Ἡ δὲ καλὴ Κρήτη κυπάρισσον τοῖσι θεοῖσι.

Theophrastus, *Hist.* v, 5 : Τούτων δὲ χρονιώτατα δοκεῖ τὰ κυπαρίττινα εἶναι. Τὸ γοῦν ἐν Ἐφέσῳ, ἐξ ὧν αἱ θύραι τοῦ νεὼ τεθησαυρισμέναι, τέσσαρας ἔκειτο γενεάς. Μόνα δὲ καὶ στιλβηδόνα δέχεται· Fallor, an oratio hæc σολοικίζει? Quo enim illud τὸ referri possit? lego : τὰ γοῦν ἐν Ἐφέσῳ, ἐξ ὧν αἱ θύραι τοῦ νεὼ, τεθησαυρισμένα τέσσαρας ἔκειτο γενεάς. Dicit materiem istam cupressinam per 4 sæcula sive cccc annos, ex quo primum cæsa est, reconditam fuisse priusquam ad valvas Ephesini templi adhiberetur : et tamen incorruptam duravisse. Ea Theophrasti sententia est. Profecto nihil hac emendatione certius et evidentius. Ausim equidem dejerare non aliter legisse Plinium, siquidem ad hæc Theophrastea respexit, cum Ephesiæ dicat Dianæ templum *tota Asia exstruente quadringentis annis peractum esse*, et, *valvas esse e cupresso, et jam quadringentis prope annis durare materiem omnem novæ similem*. Scilicet tunc fere materia cædi solet, cum ædificii fundamenta jaciuntur : valvæ autem tum demum fieri, cum cætera omnia perfecta sunt atque absoluta. Hac quidem argumentatione Plinius videtur usus : rectene an perperam, nulla mihi quæstio est in præsentia. Illud adeo admiror, eruditis viris, qui tantopere locum hunc exagitaverunt, nihil hujus omnino suboluisse. Sed εἷς ἀνὴρ οὐ πάνθ' ὁρᾷ. Porro [31] etiam nostra ætate, ut referunt, qui ea loca viserunt, tanta cupressorum vis est in Creta, ut domorum omnium trabes contignationesque atque adeo navigia ex ea materia construantur.

Pag. 109. Περὶ ἧς Φαίδρας ὁ σοφώτατος Εὐριπίδης μετὰ ταῦτα συνεγράψατο δρᾶμα ποιητικῶς. Sine controversia respexit Malalas ad Euripidis Hippolytum : prioremne an posteriorem nec possumus resciscere, nec sane multum refert. Scimus utrumque salvum exstitisse per diversa tempora Erotiani, Pollucis et Stobæi. Quæ Stobæus ex Hippolyto citat, eorum ne dimidiam quidem partem hodie invenias. Frustra itidem quæras quæ Erotianus affert et Pollux. Aristophanes Ranis :

Τίς οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν,
Τὸ πνεῖν δὲ δειπνεῖν καὶ τὸ καθεύδειν κώδιον;

Ταῦτα, ait scholiastes, ἐξ Ἱππολύτου δράματος. Age quærat hoc, qui velit in investigando operam perdere. Verum aut librarii peccatum est, aut auctoris ἁμάρτημα μνημονικόν. Aliunde enim cognoscimus tralata esse ἐκ Πολυΐδου δράματος.

Τίς δ' οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν,
Τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν.

A Hippolytus secundus qui hodie superest, Στεφανίας sive Στεφανηφόρος inscribitur : prior Καλυπτόμενος. Pollux, IX, c. 5 : Εὐριπίδης ἐν Ἱππολύτῳ καλυπτομένῳ· . . . . πρὸς ἵππων εὐθὺς ὁρμήσας στάσιν. Nec tamen omnino diversæ erant fabulæ, sicut Iphigenia in Aulide et in Tauris, Œdipus Tyrannus et in Colono, Prometheus Δεσμώτης et Λυόμενος. Vix, imo ne vix quidem hoc fieri potest, cum drama posterius rem omnem, uti gesta est, complectatur; ab eo tempore quo primum θεήλατον privigni amorem Phædra conceperat, usque ad Hippolyti mortem : quædam etiam ex priore citentur, quæ et in altero reperias. Quin mihi persuasissimum est eam ob causam Καλυπτόμενον esse inscriptum, quod in extrema fabula sic B loquatur Hippolytus moribundus :

Κεκαρτέρηται τἄμ'· ὄλωλα γὰρ, πάτερ,
Κρύψον δέ μου πρόσωπον, ὡς τάχος, πέπλοις.

Proinde [32] in utraque fabula comperiebantur hi versiculi. Similiter et alteri Στεφανηφόρου nomen est inditum, propter hæc verba Hippolyti non longe a principio :

Σοὶ τόνδε πλεκτὸν στέφανον ἐξ ἀκηράτου
Λειμῶνος, ὦ δέσποινα, κοσμήσας φέρω.

Non igitur δρᾶμα novum erat Hippolytus Στεφανίας, sed correctum duntaxat, atque interpolatum, διασκευὴ τοῦ προτέρου. Vetus grammaticus argumento Hippolyti : Ἔστι δὲ οὗτος ὁ Ἱππόλυτος δεύτερος καὶ Στεφανίας προσαγορευόμενος. Ἐμφαίνεται δὲ ὕστερος γεγραμμένος· τὸ γὰρ ἁπρεπὲς καὶ κατηγορίας C ἄξιον ἐν τούτῳ διώρθωται τῷ δράματι. Qui nescit quid sit διασκευὴ et διεσκευασμένον δρᾶμα, consulere poterit Casaubonum ad Athenæum. Ejus ego scrinia non compilo; sed Hesychii locum emendatum curabo, quem nec ille nec alius quisquam intellexisse videtur. Αυδίζων, χορεύων διὰ τοὺς Αυδούς, οἳ σώζονται μὲν, διεσκευασμένοι δ' εἰσίν. Ita lege locum, cujus hæc est sententia : Magnes veteris comœdiæ scriptor drama docuit Αυδούς, qui tunc superfuerunt, quo tempore grammaticus qui primus hæc dixit, in vivis fuit; sed sub incudem revocati, novaque lima perpoliti. Photius patriarcha : Αυδιάζων, Αυδοὶ Μάγνητος τοῦ κωμικοῦ διεσκευάσθησαν, lege ut apud Hesychium, Αυδίζων. D Castigandus etiam Suidas, qui Αυδιάζων habet absque interpretatione. Idem Hesychius : Ψηνίζων, τοὺς ψῆνας λέγει τοὺς τοῦ Μάγνητος, scribe τοὺς Ψῆνας τοῦ Μάγνητος. Siquidem ille etiam fabulam Ψῆνας publicavit. Aristophanes Equitibus :

Ταῦτα μὲν εἰδὼς ἃ πάθε Μάγνης ἅμα ταῖς πολιαῖς [κατιούσαις,
Ὃς πλεῖστα χορῶν τῶν ἀντιπάλων νίκης ἔστησε [τρόπαια,
Πάσας δ' ὑμῖν φωνὰς ἴσας, καὶ ψάλλων καὶ πτε- [ρυγίζων,
Καὶ Αυδίζων καὶ Ψηνίζων καὶ βαπτόμενος βατρα- [χείοις.

His verbis Magnetis fabulæ Βαρβιτίδες sive Βαρβιτισταὶ, Ὄρνιθες, Αυδοὶ, Ψῆνες, et Βάτραχοι indicantur. Cogita autem, qui pax inter Hesychium

Digitized by Google

Photiumque et anonymum περὶ κωμῳδίας conciliari possit : hic enim omnia Magnetis scripta deperiisse dicit, οὐδὲν σώζεσθαι. Μάγνης Ἀθηναῖος ἀγωνισάμενος Ἀθήνῃσι νίκας ἔσχεν τα', τῶν δὲ δραμάτων αὐτοῦ οὐδὲν σώζεται· τὰ δὲ ἐπιφερόμενά ἐστιν ἐννέα.

Non nostrum inter eos tantas componere lites.

Pag. 148. [33] Ὁ γὰρ σοφὸς Εὐριπίδης δρᾶμα ἐξέθετο περὶ τοῦ Κύκλώπος, ὅτι τρεῖς εἶχεν ὀφθαλμοὺς, σημαίνων τοὺς τρεῖς ἀδελφούς, et quæ deinceps sequuntur. Os hominis! Hoccine ut Euripides vel in somniis dixerit? Bene factum, quod etiam nunc Cyclops supersit. Quod si ita rem, prout narrat Joannes, se habere comperias : non recuso quin, quod gravissimæ pœnæ loco fore putes, per omne vitæ tempus noctes diesque versandi mihi sint et ediscendi adeo Annales hi Volusiani, Malalani volui dicere.

Pag : 210. Ὡς ὁ σοφὸς Εὐριπίδης δρᾶμα περὶ τοῦ αὐτοῦ Μελεάγρου ἐξέθετο. Meleagri fabulæ mentionem faciunt Macrobius, Stobæus, scholiastes Pindari cum aliis. Latine convertit Attius. Hesychius : Καθωσίωσε, κατέλυσε, κατεύθυσεν. Εὐριπίδης Μελεάγρῳ. Lego, καθωσίωσε, κατέθυσε. Vox altera non aliter quam litura sananda est. Nempe primo mendose scriptum est κατέλυσε· postea librarius aliquis paulo doctior vel lector quispiam studiosus, in libri margine vel medio fortassis inter versiculos spatio veram emendationem dederat κατέθυσε. Tandem evenit, ut utrumque vocabulum conjuncte in versu contexteque scriberetur. Hac sane ratione cum in aliis scriptoribus, tum in Lexicographis præcipue non raro peccatum est. Quæ quidem peccata cum haud cujusvis sit odorari; profecto opus est, ut exemplis aliquot confirmemus sententiam nostram, ne temere quidquam et inconsulte locomovisse videamur. Ἔζελεν, ἔβαλεν, ἔλαβεν. Ejiciendum est verbum posterius : ζέλλειν enim eidem Hesychio est βάλλειν. Εὐηρότατον, εὔδιον, καλὴ γῆ, εὐήροτον, εὔγειον. Postrema ista ab emendatore quodam profecta sunt; qui prima vitiosa non inepte quidem correxerat. Totus itaque locus sic constituendus est : Εὐήροτον, εὔγειον, καλὴ γῆ. † Φυρτοῖσιν, εἰκαίοις, συμπεφυραμένοις· οἱ δὲ ἄλφιτα οἴνῳ δεδευμένα συμπεφυρμένοις. Tam scio verbum ultimum a correctore quodam esse, quam me vivere. Nulla dubitatio est, quin ita scripserit Hesychius : Φυρτοῖσιν, εἰκαίοις, συμπεφυρμένοις· οἱ δὲ ἄλφιτα οἴνῳ δεδευμένα. † Ἀντιδι. ἄν τινι ἐνέγμεθα, ἐναντιώμεθα. [34] Cum vocabulum hoc veniat pone Ἀντιμίσθωτος, scire licet ex litterarum serie sic auctorem scripsisse. Ἀντινενέγμεθα, ἐναντιώμεθα. Postea quidam, qui deprehendit erratum, emendavit, ἀντιδι - supra ἀντινενέγμεθα imposito. Scimus omnes ita fieri solere. Tandem autem ineptus quispiam librarius eam utriusque vocis continuationem fecit, quam hodie videmus. Ἐκλύτρισιν, ἐκλύρισον, κάλυψον. Illud ἐκλύρισον ex eadem est officina correctorum. Scripsit Hesychius Ἐκλύτριστον, κάλυψον, ut ipse litterarum ordo testimonio est. Media enim incedunt inter Ἔκλυτος et Ἐκλωπίζει. Hoc non intelligens pusillus quidam criticus (qui enim id intellexerit, quod ne fando quidem unquam auditum est?), emendare conatus est ἐκλύρισον, a verbo λυρίζω. Ὄνος mehercule πρὸς λύραν. Tantum enim τὸ ἐκλυρίζειν et τὸ καλύπτειν significatione differunt,

Quantum Hypanis Veneto distat ab Eridano.

Alte profecto latet ulcus tetrum et κακοηθέστατον· quod nisi lancinata prius Hesychii existimatione, negat ad sanitatem perduci posse. Siquidem erubescendo prorsus errore posuit Ἐκλύτρισον pro Ἐλύτρωσον· quod rectissime quidem interpreteris κάλυψον. Ipse Hesychius : Ἐλύτροις *καλύμμασι*, σκεπάσμασιν. Ἔλυτρα κυρίως τὰ ἐνειλήματα ἢ *καλύμματα*. Ἔλυτρον, δέρμα, θήκη, λέπυρον, ἐνείλημα, *κάλυμμα*, σκέπασμα. Inde ἐλυτρῶσθαι apud Hippocratem, et προσελυτροῦν apud Athenæum, involucro tegere : similiter ἐξελυτρῶσαι, nudare, ex integumentis solvere. Hesych. Ἐξελύτρωσας, ἐγύμνωσας. Satin' hoc certum et exploratum est, ὦ φίλη κεφαλὴ Milli jucundissime? At enimvero exclamet hic aliquis : O juvenem confidentem et temerarium! tune illum Hesychium, doctissimum grammaticorum Hesychium tantæ inscitiæ affinem esse suspicari ausis, ut Ἐκλύτρισον scriberet; nisi verbum illud alicubi legisset, apud auctores forte quos longa dies et nimia vetustas subtraxerunt notitiæ nostræ? I jam et frontem nega de rebus periisse. Placide tamen amabo, o quisquis es : et reprime te tantisper, dum alia nonnulla profero, quæ te quoque ipsum velis nolis in sententiam nostram cogent transire. Dum enim ex antiquis scholiastis, grammaticis, lexicis, quæ non contexebantur κατὰ στοιχεῖον [35], omni ex parte vocabula corradit, quibus hanc suam συναγωγὴν locupletet et referciat : sæpe usu venit ut ab imperitis librariis, qui parum accurate scripserant, vel a sui similibus ὀνοματοθήραις in errorem inductus sit : quæque nusquam gentium vel lecta vel audita sunt, lectoribus suis obtrudat. Illud sis vide. † Δελεδώνη, ὁ μυλαῖος ἰχθύς. Suo loco hoc leges in littera Δ. Ego vero nugas has esse meras tibi denuntio : scriptum enim oportuit Ἐλεδώνη, ὁσμύλος ἰχθύς. Piscis est de polypodum genere; quem memorant Aristoteles, Athenæus, alii. Idem Hesychius : Ὀσμύλια τῶν πολυπόδων αἱ ὄζαιναι λεγόμεναι, καὶ ἰχθύδια ποιὰ ἅττα εὐτελῆ. Ὀσμύλαι βολβιτῖναι θαλάσσιοι. Sic emendandi sunt hi loci. Videor autem mihi videre, quid errationis ansam Hesychio dederit. Nimirum in auctore suo scriptum erat ἡ δ' ἐλεδώνη vel μιαρὰ δ' ἐλεδώνη vel simile quippiam : ille miser, cum sua ætate libri carerent signis accentus, δελεδώνην piscem effinxit, qualem neque Nereus, neque Neptunus, nec ipse pater Oceanus agnoverit. Ecce aliud huic genuinum et germanum. † Θολκάζει χαλιναγωγεῖ. Nemo, ut opinor, inficias iverit, quin ita scriptum fuerit, absque

Digitized by Google

tamen notis accentus : Ἵππους θ' ὀλκάζει, vel Νῆάς θ' ὀλκάζει. Ipse Hesychius : Ὀλκάζει, ἕλκει, χαλιναγωγεῖ. Illud autem θολκάζει cedo quemquam mortalium qui legerit. † Ἐνδεκάτευσα, τήνδε κώπην ἐπαρξάμην. Recta serie hoc scriptum offendes, ut et alia quæ deinceps a me proferentur : quod certo indicio est non a librario, sed ab Hesychio ipso peccatum esse. Atqui ad hunc modum edidisse debuit : Ἐδεκάτευσα, τὴν δεκάτην ἐπραξάμην. † Διατεύονται, μερίζονται, et Διατεύοντο, ἐμερίζοντο. Ea similitudo est δ et δι in libris calamo notatis, ut haud facile sit dignoscere. Inde est quod mendosa ea posuerit pro Δατέονται et Δατέοντο. quæ legas apud Homerum. † Σικυλλιᾷν, τὸ τοὺς κροσσοὺς ἀποσείεσθαι. Verbum hoc reperies inter Σίβολε et Σιβύνη. Ipse litterarum ordo satis argumento est ab Hesychio positum esse Σιβυλλιᾷν, idque errore manifesto pro Σιλλυβιᾷν. Hesychius Σίλλυβα, κροσσοί· οἱ δὲ τὰ ἀνθέμια καὶ κοροκόσμια. Pollux VII, cap. 16 : Τοὺς δὲ θυσάνους καὶ σίλλυβα οἱ παλαιοὶ καλοῦσι ποιηταί [36]. Sic locus iste legendus est ex codice ms. qui fuit Is. Vossii. Θύσανοι autem cum Polluci tum Hesychio sunt κροσσοί. † Ἐρεθέντα, ἐν ὕδατι ἀποπνιγέντα. Ἐραθέντι, ληφθέντι. Portentosi errores. Primo, oportuit scriptum Ἐρχθέντα. Ipse enim alibi : Ἐρχθέντα, ἐν ὕδατι πνιγέντα. Ita Photius patriarcha in Lexico ms. Ita Suidas. Locus est in Φ Iliadis :

Νῦν δέ με λευγαλέῳ πότμῳ εἵμαρτο ἁλῶναι
Ἐρχθέντ' ἐν μεγάλῳ ποταμῷ, ὡς παῖδα συφορβὸν,
Ὅν ῥά τ' ἔναυλος ἀποέρσει χειμῶνι περῶντα.

Iterum, illud Ἐραθέντι librarii peccatum est pro Ἐρεθέντι. Constat hoc ex elementorum ordine. Qui quidem est error auctoris, pro Αἰρεθέντι. At et E apud Græcos non differunt pronuntiatione ; de qua re postea plura dicemus. Ecce alia monstra : † Ἐπαλογῆς, σπουδῆς, ἀνταποδόσεως. Quam turpiter autem hic se dedit ! adeo quidem ut hominis me pudeat pigeatque. Siquidem Ἀνταποδόσεως est ἐπαλλαγῆς, et Σπουδῆς est ἐπειγωλῆς· putidum autem suum ἐπαλογῆς *ipse habeat secum servetque sepulcro*. † Ἀχινάων, τῶν ἀχιδάων. Hercules, tuam fidem ! enimvero non ab omnibus portentis Græciam liberasti. Erat hominis eruditi sic edidisse : Ἐχινάων, τῶν Ἐχινάδων. Verbi sedes in Homeri Bœotia est :

Οἱ δ' ἐκ Δουλιχίοιο Ἐχινάων θ' ἱεράων.

† Ἠθέσει, ἀνθεῖ, ἀγνοεῖ, παροῤῥᾷ. Adeste huc, conjectores et interpretes portentorum. Negant usquam quidquam monstrosius vidisse. Scilicet hæc vera scriptura est, Ἀηθέσσει, ἀηθεῖ Etymologicon magnum. Ἀηθέσσειν, ἀγνοεῖν, ἀπείρως ἔχειν. Ἀηθεῖν, λανθάνειν, ἀνεπιστημονεῖν. Hesychius ipse : Ἀήθειν, μὴ ἠθεῖσθαι, μὴ νοεῖν· lege, ἀηθεῖν, μὴ εἰθίσθαι. Ἀήθεσκον (lege ἀήθεσσον), ἀσυνήθεις ἦσαν. † Ἐλεντὴν, ἔλαιον. Mira vero grammatici eruditio ! Poteras haud paulo melius, Ἐλεντὺν, ἔλεον· si quidem Homerici illius meminisses :

Οὐκ ἔπιδα φρονέοντες ἐπὶ φρεσὶν οὐδ' ἐλεητύν.

† Ἀτρεμῆ, ὑγεία. Pace quod tua dicatur, Hesychi, in his verbis οὐδὲν ὑγιές. Imposuit tibi depravatus aliquis codex : oportuit enim Ἀρτεμῆ, ὑγιᾷ. Te ipsum arbitrum capio, qui hæc alibi : Ἀρτεμῆ, σῶον, ὑγιᾶ, σώφρονα. Ἀρτεμέα, ὑγεία (lege ὑγιᾶ), ὑγιῆ. Ἀρτελὲς (corrige Ἀρτεμὲς), ὑγιές. [37] Necdum peccandi finis : ecce enim de integro : † Ἀρτηνεστέραν, ὑγιεστέραν, ἐντιμοτέραν. Duplex erratum est, hoc librarii, illud auctoris. Apparet enim cum ex ordine, tum ex interpretatione, non aliter scripsisse Hesychium quam Ἀρτιμεστέραν· nempe vel scripturæ mendum, vel minutæ fugientesve litteræ, vel nimia festinatio in causa fuit cur illud exhiberet pro Ἀρτεμεστέραν. Cum autem ἀρτιμεστέραν non multum absimile sit τῷ Τιμητεστέραν, ille secundam interpretationem liberalissime donavit de suo ; prout error errorem generare solet. † Ἀτισιλινοῖς, περὶ τὰ λινὰ ἐξαμμάτων δέσεσιν. Dic sodes, annon ænigma tibi videntur hæc ? Equidem non sum Œdipus : ausim tamen pro certo polliceri, rectam scripturam esse Ἀψῖσι λίνου. Hesychius alibi : Ἀψῖσι λίνου, ἄμμασιν ἀπὸ τῆς συναφῆς. Homerus quinto Iliadis :

Μήπως ὡς ἀψῖσι λίνου ἁλόντε παράγρου
Ἀνδράσι δυσμενέεσσιν ἕλωρ καὶ κύρμα γένησθε.

Quid ego de istis dicam, quæ pagella proxima mihi in oculos incurrunt ? † Ἀριστῆραι, δοῦλαι. Deceptus est similitudine litterarum A et Δ. Siquidem oportuit Δριστῆραι. Ipse alio loco : Δρηστῆναι, διάκονοι, θεράπαιναι, lege Δρηστῆραι. Verbo monendum est ι, ει et η in Lexicis, præsertim apud hunc Nostrum, promiscue usurpari : vera enim analogia requirit ut δρήστειραι scribamus. Locus est Odyss. T.

Τάων αἵ τοι δῶμα κάτα δρήστειραι ἔασιν.

Vide tamen, ut magnifice de se loquatur ad familiarem suum Eulogium. Οὐ γὰρ, ait, ὀκνήσω μετὰ παῤῥησίας εἰπεῖν, ὅτι τῶν Ἀριστάρχου καὶ Ἀπίωνος καὶ Ἡλιοδώρου λέξεων εὑπορήσας, καὶ τὰ βιβλία προσθεὶς Διογενιανοῦ, ὃ πρῶτον καὶ μέγιστον ὑπάρχει πλεονέκτημα, ταῦτα δ' αὐτὸς ἰδίᾳ χειρὶ γράφων ἐγὼ μετὰ πάσης ὀρθότητος καὶ ἀκριβεστάτης γραφῆς κατὰ τὸν γραμματικὸν Ἡρωδιανόν. Ego vero, qui Theodosii ms. ἐπιτομὴν τῆς Καθόλου Herodiani lectitavi, testificor parum huic promisso vel nullo modo satisfactum esse. † Ἀρήσθορεν, ἐπήδησεν. Vitiosius hoc quidem, quam illud alterum Ἀρέσθορεν, ἐπήδησεν. Sed ex utraque parte ostendit, non lautissimam doctrinæ supellectilem sibi domi fuisse. Quæ enim hæc conglutinatio [38] verborum, quæ dissolvi denuo divellique desiderant ? Hom. Iliadis M.

. . . . ὁ δ' ἄρ' ἔσθορε φαίδιμος Ἕκτωρ
Νυκτὶ θοῇ ἀτάλαντος ὑπώπια.

Ἀρενοβοσκὸς, προβατοβοσκός. Mirifice quidem, ut nihil supra. Atqui ἀρὴν ἀρῆνος, puto, dicitur, non ἀρένος· unde πολύῤῥηνες, et δῖς ὑπόῤῥηνος. Imo, quin iambei principium fuerit apud Sophoclem Ἀρηνοβάκχου. . . . . ne dubitandum est quidem.

Digitized by Google

Melius ipse alibi : Ἀρηνοβοσκὸς, προβατοβοσκὸς, Σοφοκλῆς Τυροῖ. Καὶ γράφεται δὲ ἐῤῥηνοβοσκὸς διά τε τοῦ ᾰ ἕω καὶ τῶν βόρων. Verum hic quidem locus a librario pessime acceptus est : ipse auctor procul abest a noxa. Lege Σοφοκλῆς Τυροῖ β', γράφεται δὲ καὶ ἐῤῥηνοβοσκὸς διά τε τοῦ ε καὶ τῶν β' ῥῶν. Scribitur, ait, ἐῤῥηνοβοσκὸς per litteram ε, et duplicem ρ. Etymologicum magnum : Ἐῤῥηνοβοσκὸς, ὁ προβατοβοσκὸς ἐν Τυροῖ β' Σοφοκλῆς. † Ἐμπήρους et Ἔμπηροι vitium exemplaris est pro Ἐμμήρους et Ἔμμηροι. Ipse alibi emendate : Ἐμμήρους, ἐν ὁμηρείᾳ ὄντας, παρὰ τοὺς ὁμήρους τοὺς ἐπὶ συμβάσει διδομένους. Totus autem locus ad hunc modum constituendus est :

Ἐμμήρους, Δημήτριος ἐν Σικελίᾳ.
Λακεδαιμόνιοι θ' ἡμῶν τὰ τείχη κατέβαλον,
Καὶ τὰς τριήρεις ἔλαβον Ἐμμήρους, ὅπως
Μηκέτι θαλαττοκρατοῖντο Πελοποννήσιοι.

Demetrius iste comicus fuit; et illa fabula inscripta est *Sicilia*. Quare perperam hactenus judicarunt viri docti; qui scriptorem eum historicum, orationem autem prosaicam esse censuerunt. Athenæus, lib. III : Δημήτριος ὁ κωμῳδοποιὸς ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ δράματι Σικελίᾳ. Etymologici auctor Σικελοὺς inscribit, non Σικελίαν : cum vide in Ἐμμήρους. † Χωρονομεῖν, ὀργίζεσθαι. Oportet ut conniventibus oculis hæc legerit Hesychius. Ego quidem meis vix fidem habeo, cum ista lego. Procul dubio sic scriptum est a prima manu : χειρονομεῖν, ὀρχεῖσθαι. Ipse alibi : χειρονόμος, ὀρχηστής. Manuum iste motum cum certa lege et numero bonam partem saltationis olim constituebat. Plena sunt exemplorum omnia. Lucretius :

[39] *Quod superest, non est mirum simulacra moveri*
Brachiaque in numerum jactare et cætera membra.

Et postea :

Quid porro, in numerum procedere cum simulacra
Cernimus in somnis, et mollia membra movere,
Mollia mobiliter cum alternis brachia mittunt.

† Κάλυψιν, κάλυκα ἀντιστρόφως. Medium hoc verbum est inter Καλυδώνιον et Κάλυκας. Agnosco manum et ingenium correctoris : qui videlicet, cum in Hesychio suo legerat Κάλυψιν κάλυκα, idque animadverterat extra seriem et præpostere poni, ascripserat in margine e regione loci, Ἀντιστρόφως, nempe *vice versa* legi oportere Κάλυκα, κάλυψιν. Postea illud ἀντιστρόφως per insciliam librariorum insinuavit se in versum. Quis hujus rei ante nos suspicionem habuit? Quin et alibi post vocem Προσβάλλοιντο, quæ et ipsa vitiosa est, hæc leges : Προσελθών, προσβαλὼν ἐξ ἀντιστρόφως. Dele hoc novissimum, quod nimirum ab emendatore est, qui annotaverat legendum esse *e converso* Προσβαλὼν προσελθών. Quo nihil verius dici potuisse censeo : sed in altero, quicunque fuit, longissime a vero abfuit. Profecto plus toto cœlo distant Κάλυξ et Κάλυψις. Ego vero pro explorato prorsus habeo sic scriptum esse ab Hesychio; Κάλυξιν, κάλυκα· nempe depravate loco Κάλυξιν· ζ pro ξ· quem errorem millies erravisse eum, si hic locus esset, nunc possem ostendere. Quam recte autem Κάλυξιν interpretetur κάλυκα, melius est ut ipsum ad testimonium vocemus : Καλύξεις, ῥόδων καλύκια. Κάλυξις, κόσμος τις ἐκ ῥόδων. Habeo alia sexcenta, quæ hac vice condonabitur. Verum hercle si unquam usus fuerit, ut nova Hesychii editio procuretur; qui, ut in pudendos errores crebro inciderit, utilissimus nihilominus et pene necessarius est omnibus, qui ad veram eruditionem viam affectant :

Id tibi de plano possum promittere, Milli,

quinque plus minus millia mendorum me correcturum esse, si libuerit; quæ aliorum εὐστοχίαν et laboriosam diligentiam hactenus eluserunt. Ut, illuc unde abii, redeam : multos ubique Lexicorum locos contaminaverunt correctiones illæ in [40] librorum marginibus : quod ex illo tempore quo verbum mendosum cum altero junctim continuaretur in versu, non uti factum oportuit, litura tolleretur. Luculentum hujus rei exemplum exstat apud Julium Pollucem lib. VII, cap. 33, ubi inter varia nomina jactuum in ludo talario nominantur ἄρτια et ἀρματίαι, ἀντίτευχος et ἀντίτυπος, ἐπιφένων et ἐπιφέρων. Sed ex hisce binis nonnisi singula quæque a Polluce profecta sunt, cætera qua dixi via insinuarunt se in orationem. Cui quidem sententiæ non invitus accedet, qui jam primum a me didicerit iambicos esse trimetros ex Eubuli fabula Aleatoribus. Locus hoc exemplo constituendus est. Ὁ μέντοι Μίδας καὶ τῶν μέσων βόλων ἦν. Καὶ ἄλλοι δὲ πολλοί εἰσιν, οὓς ὀνομάζει Εὔβουλος ἐν τοῖς Κυβευταῖς·

Κεντρωτὸς, ἱερὸς, ἅρμ' ὑπερβάλλον πόδας,
Κήρυκος, εὐδαίμων, κυνῶτος, ἄρτιε,
Λάκωνες, ἀντίτευχος, ἀργεῖος, δίκρων,
Τιμόκριτος, ἐλλείπων, πυαλίτης, ἐπίθετος,
Σφάλλων, ἀγύρτης, οἶστρος, ἀνακάμπτων, δο-
[μεὺς,
Λάμπων, κύκλωπες, ἐπιφέρων, σόλων, σίμων.

Horum autem versuum ignoratione tota via erravit Joannes Meursius, qui eos omnes inter jactus medios recenset. Nempe non Eubuli esse verba, sed Pollucis : et quia Midas esset τῶν μέσων βόλων, itidem et sequentes esse arbitratus est. Sed parum est dubitationis, quin boni fuerint Εὐδαίμων et ἅρμ' ὑπερβάλλον πόδας, qui nimirum aliis jactibus tanto anteiret, quanto qui pedibus iter faceret, a curru vinceretur; πεζὸς, ut aiunt, ὀδεύων παρὰ Λύδιον ἅρμα. Δάκνων autem et σφάλλων et ἐκλείπων merito opinor suo pro infelicibus haberi possunt. Sed ad Antiochensem redeo : nam sero sensi longe longeque declinasse me a proposito,

Singula dum capti circumvectamur amore.

Pag. 172 Καθὼς ὁ σοφώτατος Εὐριπίδης ἐξέθετο δρᾶμα ποιητικῶς, ὧν μέρος ὀλίγον ἐστὶ ταῦτα. Multa quidem transcripsit Malalas ex *Iphigenia in Tauris*; quæ ex usu fuerit ad Euripidea exigere, quo de ejus doctrina et fide cognoscamus : si quis [41] illa tam dura habeat, ut eam mel-

Digitized by Google

stiam devorare possit. Mihi enim, qui jam lentus et fastidiosus esse cœpi, dabis veniam; si plura rejiciens et aspernans, unumquidquid quod erit bellissimum carpsero. Velut illud p. 172, in oraculo : Εἰ μὴ περάσας Πόντου κύματα Σκυθίης τε γαῖαν καταλάβοις, Αὐλίδος τε χώραν; et 173. κατέφθασεν ἐπὶ τὴν Αὐλίδα χώραν τῆς Σκυθίας. Male vero sit vobis quantum est geographorum. Rogo vos, an Scythicam illam Aulidem silentio prætermissam oportuit? quid? an ultra Cimmeriorum fines latitabit ἀέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένη, adeo ut nemo vestrum usque eo potuerit oculis contendere? Euge vero, ὦ Ἰωαννίδιον· profecto aptus natus es ad omnia abdita et retrusa contemplanda : tam acri es acie et mentis et oculorum.

Sed tamen amoto quæramus seria ludo.

Geminam Iphigeniam etiam pueri sciunt Euripidem docuisse, τὴν ἐν Ταύροις et τὴν ἐν Αὐλίδι. Joannes, cum Tauros esse Scythas ab aliquo didicisset, etiam Aulidem, quæ Bœotiæ oppidum est, regionem iis finitimam esse arbitratus est. P. 173 : Τούτους δὲ ἑωρακότες βουκόλοι ἔδραμον πρὸς τὴν Ἰφιγένειαν λέγοντες αὐτῇ· Ἀγαμέμνονος καὶ Κλυταιμνήστρας Κόρη, ἦκασι δύο νεανίσκοι παρὰ τὴν κυανέαν· quæ ex his Euripideis expressa sunt.

Βουκ. Ἀγαμέμνονος παῖ, καὶ Κλυταιμνήστρας [κόρη,
Ἄκουε καιρῶν ἐξ ἐμοῦ κηρυγμάτων.
Ἰφ. Τί δ' ἔστι τοῦ παρόντος ἐκπλῆσσον λόγου;
Βουκ. Ἤκουσιν εἰς γῆν Κυανέαν συμπληγάδων [δων
Πλάτῃ φυγόντες δίπτυχοι νεαρίαι.

Vides Antiochensem hunc ita ἐπαριστέρως accepisse sententiam Euripidis; tanquam si εἰς γῆν Κυανέαν conjunctim dixisset. Vos iterum appello de terra hac Cyanea; vos qui geographiæ magistros vos pollicemini. Quid autem mussitatis? nam Joannem ea loca convisisse Cedrenus affirmat, prorsus οἰκοθεν ὁ μάρτυς. Damno itaque stultitiam meam, qui Κυανέαν cum συμπληγάδων componebam hactenus. Atque hercle vero serio, ne quid dissimulem, non placet iste locus : neque enim video cur ii bubulci [42] sermone Dorico uterentur. Quid, malum, an Siculos se esse somniabant, non Tauro-Scythas?

Δωρίσδεν δ' ἔξεστι, δοκῶ, τοῖς Δωριέσσιν.

Atqui quantumvis essent Dorienses, si πλατειάσδοισαν suam dialecton extra chorum adhibuissent, rus continuo vel in ultimas terras mandati essent non sine infortunio. Sciunt id qui harum litterarum gustum aliquem habent. Adde orationem solœcam esse; ut quidem nunc habetur : sed certe, si pro sano locutus est, sic scripsit Euripides :

Ἤκουσιν εἰς γῆν, κυανέας συμπληγάδας
Πλάτῃ φυγόντες δίπτυχοι νεαρίαι.

aut, si illuc Κυανέαν antiquitatis causa servare velis, quandoquidem qua vixit Malalas tempestate jam in libris inveteraverat; in hunc modum :

A Ἤκουσιν εἰς γῆν, κυανέαν συμπληγάδων
Πέτραν φυγόντες δίπτυχοι νεαρίαι.

velut postea loquitur, Κἀγώ σε σώσω κυανέας ἔξω πέτρας. Eleganter autem κυανέαν πέτραν συμπληγάδων, ut nihil supra. Sic Virgilius :

Quales Threicia cum flumina Thermodontis.

et Lucretius :

Pulverulenta Ceres, et Etesia flabra Aquilonum.

et iterum :

Ut Babylonica Chaldæum doctrina refutans

et tertium :

Impellant ut eam Magnesia flumina saxi.

Sic legendi sunt duo loci novissimi; in libris vulgatis minus emendati feruntur. P. 176, Τοῦ Πελοπείου γένους σήμαντρον ἔχει, ἐλαίαν ἐν τῷ ὤμῳ.

B Jam hoc pro explorato habeo, ἐλαίαν ab hac pecude positam esse pro ἐλέφαντα. Cui enim fando auditum est, oleaginum humerum fuisse Pelopi?

Cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos
Hippodameque humeroque Pelops insignis eburno?

Ἐπεί τιν καθαρεῦ λέβητος ἔξελε
Κλωθὼ ἐλέφαντι φαίδιμον
Ὦμον κεκαδμένον.

Alia multa [43] sunt apud Malalam ex eadem fabula tralata, quæ missa facio. Cur enim me mancipium faciam παραφρονοῦντος δεσπότου? Majoris fuerit et voluptatis et fructus cognoscere, quæ *summus poeta Ennius* de priore Iphigenia convertit. Julius Rufinianus de figuris sententiarum et elocutionis : *Aganactesis, indignatio, quæ fit maxime pronuntiatione. Ennius in Iphigenia : Menelaus* C *me objurgat, id meis rebus regimen restat.* Dormitavit hic vir summus Ger. Vossius. Nam, si unam syllabam addideris, trochaicus erit catalecticus. *Menelaus me objurgat : id meis rebus regimen re-* [stitat;

quod genus versus commodissime inservit τῇ ἀγανακτήσει· ut diu est quod ipse in tragicis Græcis observavi; priusquam id de scholiaste Hermogenis didicissem. Idem Rufinianus postea : *Syncrisis sive antithesis comparatio rerum atque personarum inter se contrariarum : ut, ego plector, quod tu peccas : tu delinquis, ego arguor pro malefactis : Helena redeat, virgo pereat innocens : tua reconcilietur uxor, mea necetur filia.* Hunc etiam locum ad Ennii Iphige- D niam refert Italorum doctissimus Hieronymus Columna : invito tamen et repugnante Vossio, partim quia auctor non laudatur, partim quia non vincta sed pedestris oratio est; ad quod mirum, ait, non attendisse Columnam. Peccet Columna, et peccat quidem, in versibus; ego vero, cum certis signis hunc Ennii fetum cognoscam, non committam ut alium, quam quo natus est, parentem sibi inveniat. Versus enim sunt Trochaici, ex eadem puto scena petiti, qua superior est :

Ut ego plectar, quod tu peccas; tu delinquis, ego [arguar
Pro malefactis? Helena redeat, virgo pereat inno- [cens?
Tua reconcilietur uxor, mea necetur filia?

Digitized by Google

Non amplius, quod sciam, Euripides a Malala citatur præterquam, p. 55 : Ὁ Ταῦρος ἐκ τῆς Εὐρώπης ἔσχεν υἱὸν τὸν Μίνω, καθὼς καὶ Εὐριπίδης ὁ σοφώτατος ποιητικῶς συνεγράψατο· ὧς φησι, Ζεὺς μεταβληθεὶς εἰς ταῦρον τὴν Εὐρώπην ἥρπασεν. Hæc quidem unde accersita sint, non certo scio : nam credibile est eum [44] in non una tragœdia hæc obiter attigisse ; ut in Cretensibus fortassis, ubi Chorus ad Minoem : Φοινικογενοῦς, παῖ, τῆς Τυρίας τέκνον Εὐρώπης καὶ τοῦ μεγάλου Ζηνός. Veri tamen simile est ex Euripidis *Phrixo* tralata esse. Eratosthenes in Καταστερισμοῖς. Ταῦρος λέγεται ἐν τοῖς ἄστροις τεθῆναι διὰ τὸ Εὐρώπην ἀγαγεῖν ἐκ Φοινίκης εἰς Κρήτην διὰ τοῦ πελάγους, ὡς Εὐριπίδης ἐν τῷ Φρίξῳ. Profecto qui *Europam* Tragœdiam esse volunt, narrant nobis insomnium ex eburnea porta. β

Pag. 181. Ἐν τοῖς χρόνοις τοῖς μετὰ τὴν ἅλωσιν Τροίας παρ' Ἕλλησιν ἐθαυμάζετο πρῶτος Θέμις ὀνόματι. Ἐξεῦρε γὰρ οὗτος τραγικὰς μελῳδίας, καὶ ἐξέθετο πρῶτος δράματα, καὶ μετὰ τοῦτο Μίνως, καὶ μετὰ Μίνωα Αὐλέας τραγικοὺς χοροὺς δραμάτων συνεγράψατο. Utinam vero Malalæ cum præcursore suo melius conveniret ! nam Jubal, si ei credimus, diu ante Trojæ excidium tragœdias factitavit. Verba, ne te ludere videar, sunt, p. 3: Ὁ δὲ Ἰουβὰλ κιθαρῳδίας καὶ τραγῳδίας τοῖς δαιμονικοῖς ἐπιτηδεύμασι προσεπενόησεν. Quid quod ad soccum haud minus idoneus erat, si interpretem audis, quam ad cothurnum. Nam κιθαρῳδία Chilmeado est *comœdia* ; qui, cum ad alios ingenii cultus etiam musicæ studium adjunxerit ; cur adeo ab artificio suo recederet, miror : clementer tamen, propter alia merita, suaque quasi lyra est increpandus. Vix equidem crediderim in bibliotheca vestra Oxonii, quantacunque est, Jubaliana Dramata reperiri. Scilicet ea omnia periernnt olim ;

Quando ex diluvio magno exivere rapaces
Per terras amnes, atque oppida cooperuere.

Quarum fabularum una cum ipsis etiam memoria occidisset ; absque illo Hamartolo fuisset, qui omnia omnino meminit, Quæ fuerunt, et quæ nullo sunt tempore nata. Habeo tamen, quo desiderium meum et dolorem consoler ; nam in mentem opportune venit fieri posse, ut locus iste vitiosus sit, et in hunc modum emendandus : Ὁ δὲ Ἰουβὰλ κιθαρῳδίας καὶ λυρῳδίας τοῖς ἁρμονικοῖς ἐπιτηδεύμασι προσεπενόησεν. Et profecto quam magis magisque cogito, nimirum acu rem tetigi ; sin autem, nolim mihi quemquam posthac ne jurato quidem credere. Tandem igitur aliquando lite hac composita, quantulum est tamen quod profecimus, si Joannes ipse pugnantia loquatur ? Non enim jam ab illo capto primus mortalium Themis Dramata fecit : [45] siquidem ante istam memoriam Ægypti rex Pharao, ubi a negotiis et turbis requiescere volebat, solitus est comœdias scriptitare. Verba sunt Joannis, p. 76 : Τῶν δὲ Αἰγυπτίων ἐβασίλευσε Πετισσώνιος, ὁ κωμῳδὸς Φαραώ. Quid rides ? Quasi vero novum nunc proferatur, regem ad fabulas scribendas animum appulisse. Etiam Dionysius Tyrannus poeta fuit tragicus, et Augusti Ajax in spongiam incubuit. Quanquam, si emendate loqui velimus, κωμῳδὸς non *comicus* est, sed comœdiæ actor. Histrioniam igitur fecit Pharao ; Thrasonis, opinor, vel Pyrgopolinicis partes egens ; ut Nero postea Œdipodis vel Creontis. Verum hæc ipsius Malalæ stultitiam superant ; ut ea qui dixerit, non pro homine sano loqui, sed ad agnatos et gentiles deducendus esse videatur. Sine dubio vitium est exemplaris ; quo tamen modo tollendum sit, minus id possum conjectura assequi. Quid si legamus, Πετισσώνιος, ὁ τῷ Μωσεῖ Φαραώ· *Petissonius, qui a Mose Pharao vocatur ?* Si caput scaberem, fortasse aliud melius possem exsculpere : sed indignus est Joannes, cujus causa commentari velim quidquam, nisi si quid ex facili nascatur. Itaque ut ad Themin istum propius accedamus. Eadem cum Antiochensi narrat, et in eodem doctus est ludo *scholiastes vetus* nescio quis apud Stanleium in Vita Æschyli : Ἐν τοῖς χρόνοις Ὀρέστου ἐθαυμάζετο παρ' Ἕλλησι Θεόμις, ὃς πρῶτος ἐξεῦρε τραγῳδικὰς μελῳδίας, καὶ ἐξέθετο πρῶτος δράματα. Καὶ μετ' αὐτὸν Μίνως, καὶ μετὰ Μίνωα Αὐλέας χοροὺς τραγικοὺς συνεστήσατο. Hæc habet doctissimus noster Stanleius ex Bullengeri Theatro. Et tamen neuter de Themide, de Minoe vel Aulea, quod quam diligentissime factum oportuit, certiores nos facit. Concurrant jam omnes, quantum est Βιβλιοτάφων, et capita inter se conferant : nunquam se expedient, neque quidquam de tergeminis hisce tragicis resciscent. Narrat Clemens Στρωματέων primo τὸ ἡρῶον τὸ ἑξάμετρον Θέμιν μίαν τῶν Τιτανίδων εὑρηκέναι, Minoem autem τοὺς νόμους· sed quod ad præsens negotium attinet, vacuum a se lectorem et hiantem dimittit. Quid enim νόμοι Minois ad nomos musicos ? Τί πρὸς τὸν Διόνυσον ; neque heroes in tragœdiis heroos [46] hexametros dicebant. Itaque quantum video, perpetua jam criticis sollicitudo et quasi crux constituta est : nisi Callimachi Πίνακας et Aristophanis Grammatici Commentarium longa nocte sepultos protrahere possunt in lucem. Verum heu, vos ! ecquid erit pretii, si nodum hunc solvero ? quod quidem ea lege et conditione faciam ; ut dehinc mihi cum vestra natione nullum omnino commercium intercedat. Enimvero ab Antiochensi et ficulno illo, quicunque est, scholiaste gravissime peccatum est, cum in nominibus, tum in rebus ipsis. Prorsus quot verba, tot errata. Neque enim agnosco commentitios istos Theomin, Minoem Auleam ; quorum ego loco non dubia conjectura repono Thespin, Ionem, Æschylum : neque Thespis ea, qua rentur, tempestate vixit ; nam Solonis æqualis a Troicis temporibus longissime abfuit : neque Ion Æschylo prior fuit : neque primus Æschylus choros tragicos instituit ; quod contra

Digitized by Google

chorum, qui perpetua ante orationem totam fabulam decantabat, primus diverbiis et personis distinxit. Sed operæ pretium fuerit accuratius hæc omnia tractare. Ac de Thespide quidem minor est dubitatio, quia in discipulorum cathedris quotidie ista jactantur :

Ignotum tragicæ genus invenisse Camœnæ
Dicitur, et plaustris vexisse poemata Thespis.

Suidas : Θέσπις ἐδίδαξεν ἐπὶ τῆς πρώτης καὶ ξ' ὀλυμπιάδος. Μνημονεύεται δὲ τῶν δραμάτων αὐτοῦ, Ἄθλα Πελίου ἢ Φορβάς, Ἱερεῖς, Ἠθεοι. Πενθεύς. *Penthens* fabula a Polluce laudatur lib. VIII, c. 12 : Τὸ ὄνομα ἐπενδύτης ληπτέον ἐκ τῶν Σοφοκλέους Ἰλυντριῶν, Πέπλους τενίσαι λινοπλυνεῖς τ' ἐπενδύτας· καὶ Θέσπις δέ πού φησιν ἐν τῷ Πενθεῖ·

Ἔργῳ νόμιζε τευρίδας ἔχειν ἐπενδύτην.

De quo versu cum nihil in præsentia succurrat, quod mihi satisfaciat, ejus emendationem in aliud tempus differam : Sophocleum illum sine mora expediam. Neque enim cum Casaubono, Meursio et Gatakero κτενίσαι substituerim; cujus media syllaba est brevis : versumque redderet una syllaba breviorem. Non enim diiambus est λινοπλυνεῖς, sed pæon quartus. Neque Gatakeri νεοπλύντους [47] ἐπενδύτας; probaverim; nam sedes quarta spondæum non admittit; poterat paulo rectius νεοπλύτους. Sed aliud quiddam prætulerim, de quo ausim tibi firmissime asseverare :

Πέπλους τε νῆσαι λινοπλυνεῖς τ' ἐπενδύτας.

Diversa ab illis, quas Suidas recenset, fabula habetur in veteri marmore Arundeliano; quod nunc est Oxonii : ΑΦ ΟΥ ΘΕΣΠΙΣ Ο ΠΟΙΗΤΗΣ ... ΑΧΙ ... ΟΣ ΕΔΙΔΑΞΕΝ ΑΛ ... ΣΤΙΝ Supple ΑΛΚΗΣΤΙΝ, ἄλκηστιν· non ἀλκέστιν, ut minus recte editores. Locus est illustris apud Clementem in Στρωματέων quinto, quem nefas quidem fuerit silentio prætermittere. Θέσπις μέντοι ὁ τραγικὸς διὰ τούτων ἄλλο τι σημαίνεσθαί φησιν ὧδέ πως γράφων·

Ἴδε σοι σπένδω κναξζῳ τὸ λευκὸν
Ἀπὸ θηλαμόνων ὀλίψας κνακῶν·
Ἴδε σοι χθύπτην τυρὸν μίξας
Ἐρυθρῷ μέλιτι, κατὰ τῶν σῶν, Πὰν
Δικέρως, τίθεμαι βωμῶν ἀγίων.
Ἴδε σοι Βρομίου αἴθοπα φλεγμὸν
Λείβω.

Hæc narrat Clemens ex Thespide : ex aliis alia, quæ ad eamdem rem spectant. Persuasum est hactenus viris eruditis, magnam symbolicæ et ænigmaticæ veterum theologiæ vim in barbaris illis vocabulis contineri. Rem igitur haud ingratam facturum me spero, si refregero hæc claustra, quæ a multis sæculis omnem ad hæc sacra aditum præcluserunt. Quod autem Herculem ferunt dixisse, cum in delubro quodam conspexisset simulacrum Adonidis, Οὐδὲν ἱερὸν ὑπάρχειν· idem mihi jam usu venit, hoc adyto recluso. Videlicet erat olim ridicula et puerilis ratio; ut ex quatuor et viginti litteris, semel duntaxat positis singulis, barbara quædam et infacta verba conficerent, prout cuique libitum fuerit. Clemens hanc appellat στοιχειωτικὴν τῶν παίδων διδασκαλίαν. Postea certandum erat ingenio, ut sententiam istorum verborum aliquam omnibus vestigiis indagarent; non eam quidem omnino alienam et absonam, sed a propinquo, si fieri potuit, et verisimili petitam. Tria [48] profert Clemens exempla eorum ὑπογραμμῶν παιδικῶν, quorum unum hoc est :

Μύρτε, σφῖγξ, κλὼψ, ζοὐχθηδόν.

Ita scribi oportere res ipsa clamat; non ut in editis, μάρπτες et ζυνχθηδόν. Calculum jam pone, et omnes omnino litteras Cadmi, Palamedis, Simonidis, in quatuor istis vocabulis invenies. Ecce tibi secundum :

Βέδυ, ζἀμψ, χθὼ, πλῆκτρον, σφῖγξ.

Ita legendum, non ut in vulgatis, ζἀψ et χθών· nam eo pacto et μ littera deesset, et ν bis poneretur. Tamen ut Λάμβδα λάβδα, sic illud Ζἀμψ auctores Græci ζἀψ scripsisse et pronuntiasse videntur. Sic κάψα dicunt et κάμψα· sic λῆψεται in antiquissimis mss. λήμψεται, et multa similia. Tertium denique est illud Thespidis :

Κναξζῖ, χθύπτης, φλεγμὼ, δρύψ.

Male apud Clementem est editum, φλεγμὸς, δρώψ· ut liquido constabit, si digitis computans litterarum numerum velis inire. Quam mirifice autem Clemens hæc omnia, quantumvis inepta et ludicra, interpretetur; malim ex ipso quam ex me audias. Aliter paulo hæc ultima ab Hesychio proferuntur; nam pro κναξζῖ χθύπτης, κνὰξ habet et ζβῖχ et θύπτης. Κνὰξ autem interpretatur γαλὰ λευκὸν, Ζβῖχ (ita lege, non ζαβῖχ) λευκὸν, et θύπτης ὁ τυρός. Atque hujus auctoritate inductus Salmasius verba Thespidis ad hunc modum immutare voluit :

Ἴδε σοι σπένδω κνὰξ ζβῖχ λευκόν,

et :

Ἴδε σοι θύπτην τυρὸν μίξας.

Sed profecto non ea est Hesychii auctoritas; neque plus habet momenti, quam Clementis et Porphyrii hominum multis partibus illo doctiorum. Non enim librarii culpa est apud Clementem : neque ulla similitudo veri est χ litteram a verbo κναξζῖ fortuito disjunctam fuisse, et tertio post versu repositam. Porphyrii autem hoc ἀποσπασμάτιον est ex libro mss. Oxonii.

[49] ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ.

Περὶ τοῦ Κναξζῖ, χθύπτης, φλεγμὼ, δρὼψ ἑρμηνεία.

Ἐν Δελφοῖς εἰς τὸν ναὸν ἐπιγέγραπται τράγος ἰχθῦσι ἐπὶ δελφῖνος ἐπικείμενος. Κνὰξ μὲν γάρ ἐστιν ὁ τράγος κατὰ ἀποκοπὴν τῶν στοιχείων τοῦ κως (lege κων) καὶ πάλιν ἀφαίρεσιν (imo πρόσθεσιν) τοῦ ξ· κνάκον γὰρ καλεῖται, ὡς καὶ Θεόκριτος ἐν βουκόλοις λέγει· οἷον τράγος καὶ ἰχθῦς, ὁ μὲν φλεγόμενος, ὁ δὲ ὀρὼψ ὄψον. Λέγει δὲ ὅτι ὁ τράγος φλεγόμενος ἔστι πάντοτε ὑπὸ λαγνίας, ὅτι ἐάν τις τὰς ῥῖνας αὐτοῦ ἀποσφαλίσει (leg. ἀπασφαλίσῃ), διὰ τῶν κεράτων ἀναπνεῖ. Ἔχει δὲ καὶ ἑτέραν ἑρμηνείαν οὕτως. Τὸ κναξζῖ γάλα ἐστίν, τὸ δὲ χθύπτης τυρὸς, ὀρὼψ

Digitized by Google

δὲ ἄνθρωπος· δρῶπες γὰρ οἱ ἄνθρωποι λέγονται. Καὶ ἕτερα δὲ πλεῖστα τοιαῦτα διὰ τῶν κδ' στοιχείων ἀπαρτίζοντα ἴδιον σκοπὸν εὕρομεν, οἷον· Βέδυ, ζὰψ, χθὼ, πλῆκτρον, σφὶγξ, ὃ ἐστὶν οὗτως· Βέδυ ἐστὶν ἡ ὑγρὰ οὐσία, ζὰψ ἡ πυρώδης οὐσία, χθὼ ἡ γῆ, πλῆκτρον δὲ ὁ ἀὴρ, σφὶγξ ἡ τούτων φιλία διὰ τὸ συνεσφίγχθαι. Κλώδιος δὲ ὁ Νεαπολίτης οὕτως ἡρμήνευσε τὸ προκείμενον· ἀὴρ, θάλασσα, γῆ, ἥλιος. Καὶ ἕτεροί τινες φιλόσοφοί τε καὶ ποιηταὶ τοῦτον τὸν σκοπὸν ἡρμήνευσαν.

Non longe a principio sic scribe : Κνάκων γὰρ καλεῖται, ὡς ὁ Θεόκριτος ἐν Βουκολικοῖς λέγει. Locus est Idyllio tertio :

. . . . . καὶ τὸν ἐνόρχαν
Τὸν Λιβυκὸν κνάκωνα φυλάσσεο, μὴ τὺ κορύψῃ.

Illud autem nimis festivum est, quod aliquanto post sequitur : Capras scilicet, si quis iis nares obturet, cornibus spirare. Sed pro κεράτων certissime emendandum est οὐάτων vel ὤτων. Varro, De re rustica : *De quibus admirandum illud, quod etiam Archelaus scribit; capras non, ut reliqua animalia, naribus, sed auribus spiritum ducere solere.* Idem narrant Plinius et Ælianus. Clodius iste Neapolitanus librum composuit adversus eos qui carne abstinerent; ut testis est ipse Porphyrius Περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων; neque alius quisquam illius meminit, quod sciam. Fidem id facit, minime ψευδεπίγραφα hæc esse, sed ex Porphyrio bona fide excerpta.

P. 181. Καὶ μετὰ τοῦτο Μίνως, καὶ μετὰ Μίνωα Αὐλέας. Dixi meam sententiam : nimirum aut vitio codicis aut memoriæ falsum esse Joannem; et ad hunc modum a prima manu scriptum videri, Καὶ μετὰ τοῦτον Ἴων, καὶ μετὰ Ἴωνα Αἰσχύλος. Porro iste [50] Ion poeta fuit tragicus, natione Chius : de quo ideo plura dicemus, quia Thespide et Æschylo aliquanto est ignotior; tum autem ut quasi specimen demus istius operis, cujus antea fecimus mentionem, quo *Reliquias omnis Græcæ poeseos*, philosophicæ, epicæ, elegiacæ, dramaticæ, lyricæque colligere voluimus. Sed hæc fuerunt. Principio autem non injuria Chius noster una cum Æschylo memoratur, cui olim amicitia et familiaritate conjunctus fuit; ut ex Plutarcho constat in libro qui inscribitur Πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτοῦ προκόπτοντος; ἐπ' ἀρετῇ. Αἰσχύλος, ait, Ἰσθμοῖ θεώμενος ἀγῶνα πυκτῶν, ἐπεὶ πληγέντος ἑτέρου τὸ θέατρον ἐξέκραγε, νύξας Ἴωνα τὸν Χῖον, Ὁρᾷς, ἔφη, οἷον ἡ ἄσκησίς ἐστιν· ὁ πεπληγὼς σιωπᾷ, οἱ δὲ θεώμενι βοῶσι. Juvenis tamen cum sene versatus est; et in eo quidem non leviter peccatum est a Joanne, quod Ionem Æschylo vetustiorem faciat. Utinam vero superesset hodie Batonis Sinopensis liber! Plura de Ionis ætate et evidentiora dici possent, nunc soli in obscuro lubricoque tramite magis reptamus, quam pedetentim ingredimur. Platonis est Dialogus, quo Socrates sermonem instituit cum Ione quodam Ephesio; quem a Chio non esse diversum opinio est Lilii Gyraldi, Julii Scaligeri, Delrii et Menagii : quæ si vera est sententia, non opus est ut multa dicamus. Statim enim constabit Ionem Æschylo fuisse natu minorem. Quippe Socrates natus Olymp. LXXVII anno IV, tantummodo XIII ætatis annum agebat, cum Æschylus ex vita excessit, videlicet Olymp. LXXXI an. I, Callia Athenis archonte. Sed de Ephesio isto pugnant adversus Gyraldum et Scaligerum eruditissimi quidem homines Leo Allatius et Joannes Jonsius : ille contumeliis fretus, et eo quod nullo auctore primus id dixerit Gyraldus, quodque Ephesius rhapsodus fuerit, non tragicus; hic autem acerrimo telo armatus, quia ratio temporum reclamat : scilicet Ionem Chium Olymp. LXXII tragœdias docuisse non minus annos viginti priusquam Socrates nasceretur, Olymp. demum LXXVII, IV. Mihi quidem idem est animus, non unum et eumdem fuisse Chium et Ephesium; Chius enim et genere et opibus fuit clarus : qui cum Athenis [51] quondam tragœdia simul et dithyrambo vicisset, Chii vini cadum viritim cuique civium dedit; ut memorant Athenæus et Comici enarrator ad Pacem. Luculentæ vero divitiæ, quæ tam eximiæ liberalitati sufficere potuerunt. Ephesius homo mendicus et circumforaneus cantitando et gesticulando victum inopem quæritans, ut mos erat rhapsodis; quos Homerus suus misella stipe et esuritione pascebat. Ipse de se loquitur apud Platonem : Δεῖ γάρ με καὶ σφόδρ' αὐτοῖς (τοῖς θεαταῖς) τὸν νοῦν προσέχειν, ὡς ἐὰν μὲν κλαίοντας αὐτοὺς καθίζω, αὐτὸς γελάσομαι ἀργύριον λαμβάνων· ἐὰν δὲ γελῶντας, αὐτὸς κλαύσομαι ἀργύριον ἀπολλύς. Chius in omni litterarum genere magnum nomen est consecutus : Ephesius præter Homerum nihil doctus cantare : sicut de se fatetur; cum a Socrate interrogatus utrum Homerum solum calleret, an etiam Hesiodum et Archilochum; respondit, minime quidem istos, sed Homerum solum : atque hoc satis esse. Et aliquanto post : Ὅταν μέν τις, ait, περὶ τοῦ ἄλλου ποιητοῦ διαλέγηται, οὐδὲ προσέχω νοῦν, ἀδυνατῶ τε καὶ ὁτιοῦν συμβαλέσθαι λόγου ἄξιον, ἀλλ' ἀτεχνῶς νυστάζω, et alia pluria in hanc sententiam. Sic igitur persuasum habeo, Chio illi et Ephesio patriam, genus, fortunas, ingenium, studia, mores, omnia denique præter nomen et ætatem disparia fuisse. Et ætatem quidem cum dico, cave cum Jonsio et Gerardo Vossio et Menagio ad Olymp. LXXII Ionem Chium rejicias, qui in erubescendum errorem inciderunt inscii,

Et graviter magni magno cecidere ibi casu :

ab hominum futilissimo Æmilio Porto decepti, qui Suidæ verba, Ἤρξατο τὰς τραγῳδίας διδάσκειν ἐπὶ τῆς πβ' Ὀλυμπιάδος, ita Latina fecit, tanquam si Ion Olymp. LXXII scribere cœpisset. Atqui, o bone, πβ' sunt LXXXII : et scholiastes comici non numerorum notas, verum integra verba exhibet, ἐπὶ ὀγδοηκοστῆς καὶ δευτέρας Ὀλυμπιάδος. Facile igitur per ætatem licitum est, usum et consuetudinem Ioni Chio cum Socrate fuisse. Quin ipse in suis scriptis Socratis mentionem fecit. Diogenes Laert.

Digitized by Google

Ἴων δὲ ὁ Χῖος καὶ νέον ὄντα τὸν Σωκράτην εἰς Σάμον σὺν Ἀρχελάῳ ἐπιδημῆσαί φησι. Quid Allatius, malevolentia et livor, non homo? quam falsus est animi, cum Gyraldum credidit primum in ea [52] opinione fuisse? Ecce tibi e transverso Suidas : jampridem is in Διθυραμβοδιδάσκαλοι idem cum Gyraldo senserat. Καὶ Σωκράτους τοῦ φιλοσόφου ἐστὶ λόγος εἰς αὐτόν. Portus haud præter solitum perverse ; ut nihil magis : *Exstat Socratis philosophi oratio in ipsum scripta.* Sed de dialogo Platonis intellexit Lilius ; et recte quidem : eo solum nomine culpandus, quod errantem ducem secutus est. Jam vero, cum illud exploratum sit de Olympiade LXXXII, quis dubitet quin Ionem Æschylus anteierit ætate? siquidem obiit fere septuagenarius, triennio prius ad minimum quam Ion ad studium tragicum se B applicaret. Præterea, narrat Ion (apud Athenæum) convenisse se in insula Chio Sophoclem poetam, cum prætor factus navigaret in Lesbum : et (apud Plutarchum) memorat solitum esse Periclem jactare se magnificentissime, quod Samios vicisset. Ea vero gesta sunt Olymp. LXXXIV, IV, a morte Æschyli annis quindecim. Didascaliæ veteres in Argumento Hippolyti : Ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Θήβαις (imo Troizēni) ἐπὶ Ἀμείνονος ἄρχοντος Ὀλυμπιάδι πζ' ἔτει δ'. Πρῶτος Εὐριπίδης, δεύτερος Ἰοφῶν, τρίτος Ἴων. Itaque Olymp. LXXXVII, IV, Ion fabula certavit annis septem et viginti posteaquam Æschylus mortuus est. Denique hæc, sodes, vide ex Aristophanis Pace :

Θε. *Οὐκ ἴσθ' ὅτ' οὐδ' ἃ λέγουσι περὶ τὸν ἀέρα,*
Ὦ, ἀστέρες γινόμεθ', ὅταν τις ἀποθάνῃ;
Τρ. *Μάλιστα.*
Θε. *Καὶ τίς ἐστιν ἀστὴρ νῦν ἐκεῖ;*
Τρ. *Ἴων ὁ Χῖος.*

Scholiastes notat Ionem jam mortem obiisse : Ὅτι ὁ μὲν Ἴων ἤδη τέθνηκε δῆλον. Addo, etiam eodem anno quo acta est ea fabula, XIII videlicet belli Peloponnesiaci, Olymp. XC, II, uti constat ex ipsa comœdia, ubi Trygæus sic Pacem alloquitur :

Μὰ Δί', ἀλλ' ἀπόφηνον ὅλην σαυτὴν
Γενναιοπρεπῶς τοῖσιν ἕρασταῖς
Ἡμῖν, οἵ σου τρυχόμεθ' ἤδη
Τρία καὶ δέκ' ἔτη.

Jam nusquam habet Malalas, quo abdat illud putidum et inhonestum caput. Tantum [53] abest ut Ion Æschylo natu fuerit grandior, ut superstes ei fuerit annos solidos XXXVII. Nunc tempus est ut de Ionis scriptis fidem liberemus. Et profecto non immerito propter multiplicem doctrinam a Callimacho laudatus est Ion. Καὶ Καλλίμαχος, ait Suidas, ἐν χωλιάμβοις μέμνηται αὐτοῦ, ὅτι πολλὰ ἔγραψεν. Nam ut poemata prius recenseamus ; deinde quæ oratione prosa composuit : *Melica* Ionis laudantur et *Dithyrambica*. Schol. Aristophanis, et Suidas : Ἴων διθυράμβων καὶ μελῶν ποιητής. Harpocration : Ἔγραψε δὲ μέλη πολλά. Et dithyrambo quidem vicit, cum Atheniensibus viritim Chii cadum distribuit : ex Melicis carminibus exstat Odæ principium, Ἀοῖον ἀμεροφοίταν. Ἀστέρα μείναμεν, ἁλίου Λευκοπτέρυγα πρόδρομον. Sic lege apud A scholiastem et Suidam : male in utroque ἀεροφοίταν, et in altero λευκῇ πτέρυγι. *Pæanes. Hymni, Scolia* sive carmina convivalia. Schol. Aristoph. *Elegiaca.* Idem et Suidas. Ex Elegis non paucos versus adducit Athenæus : ut lib. XI, c. 3 : Καὶ Ἴων δ' ὁ Χίος φησι,

Χαιρέτω ἡμέτερος βασιλεὺς σωτήρ τε πατήρ τε,
Ἡμῖν δὲ κρητῆρ οἰνοχόει θέραπες
Κιρνάντων προχύταισιν ἐν ἀργυρέοις· ὁ δὲ χρυσὸς
Οἶνον ἔχων χειρῶν ῥιζέτω εἰς ἔδαφος·

et quæ sequuntur : ubi Casaubonum nequidquam æstuantem videas, ut eliciat ex istis sententiam commodam ; nam prius correctionis indigent, quam a quoquam intelligi possint. Non longe aberrabimus a scopo, si sic legerimus :

. . . . . ὁ δ' ἕκαστος
Οἶνον ἔχων χειροῖν ἰζέτω εἰς ἔδαφος.

Comœdiæ ut comici schol. *Comœdia* ut Suidas. *Epigrammata.* Idem schol. et Anthologia Epigram. lib. III, c. 26 :

Ἴωνος εἰς Εὐριπίδην.
Χαῖρε μελαμπέπλοις, Εὐριπίδη, ἐν γυάλοισι
Πιερίας τὸν ἀεὶ νυκτὸς ἔχων θάλαμον.
Ἴσθι δ' ὑπὸ χθονὸς ὤν, ὅτι σοι κλέος ἤρθιτον ἕξει,
Ἴσον Ὁμηρείαις ἀενάοις χάρισιν.

Sed omnino [54] falsa est et ementita inscriptio : quam ratio temporum refutat et rejicit. Mirificum vero poetam Ionem, qui Euripidem mortuum epigrammate celebraverit, ipse jam annos tredecim exstinctus ! Decessit Ion. Olymp. XC, 2, anno belli C Peloponnesiaci XIII. Euripides autem et Sophocles ejus belli XXVI anno, Olymp. XCIII, 3, uti constat ex Aristophanis Ranis, quæ actæ sunt eo anno Dionysiis τοῖς κατ' ἀγρούς· ut alia argumenta mittam ab eruditis viris occupata. Itaque loco Ἴωνος scribendum est fortassis Ἰωάννου, vel Βίωνος vel Δίωνος, ut cuique libitum fuerit. *Tragœdiæ* numero XII, ut alii volunt XXX, ut alii XL schol. et Suidas. Tituli quidem undecim a veteribus grammaticis adhuc servantur. *Ἀγαμέμνων*, idem schol. et Athenæus. Hesychius : Πεδανῷ ὕπνῳ, ἢ πεδανῷ κούφῳ, Ἴων, Ἀγαμέμνονι, τινὲς δὲ οὐ βεβαίῳ. leg. ἠπεδανῷ, κούφῳ. *Ἀλκμήνη.* Hesych. Pollux X, 23. Ἐν δὲ τῇ Ἴωνος Ἀλκμήνῃ, ὁ εἰς τὴν τῆς τροφῆς παρασκευὴν ἦν, θυλακίσκη ὠνόμασται. Repone ex cod. Vossiano. ὁ εἰς τὴν τῆς τροφῆς παρασκευὴν θυλακίσκος ὠνόμασται. *Ἀργεῖοι* Hesych. *Μέγα ῥῆμα.* Pollux X, 45. Hesych. in Ὀνοταζομένη, et Μελάγχετον, μεγάλῳ δράματι ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων, οἷον ἀκμάζουσαν. Lego : Μελαγχαίταν, Ἴων Μεγάλῳ δράματι. Homines ἀκμάζοντες ætate florentes capillitio fere nigro sunt, provecti canescunt. Sed verbum id inversum est ab Ione, et ad alia tralatum, quæ sunt annis et viribus integris : quasi diceretur exempli gratia ἵππος μελαγχαίτας *equus florenti ætate juvencus. Φρουροί.* Schol. Aristoph. Hesych. Athenæus : *Φοίνιξ.* Julius Pollux : Ἴων δὲ ἐν Φοίνικι σαφέστερον· Ἀλλ' ὦ θυρέτρων τῶνδε κωμῆται θεοί. Enarrator Comici ad Ranas : Τοῦτο τοῦ Ἴωνός ἐστιν ἐκ Φοινίκης ἢ καὶ Οἰνέως· Εἰ δ' ἐγὼ ὀρθῶς

Digitized by Google

ἰδεῖν βίον ἀνέρος, πολιῆται. Repone ex certissima conjectura ἐκ Φοίνικος ἢ Καινέως· et versus iste Heroicus est, non alienus a tragœdia.

Εἰ δ' ἐγὼ ὀρθὸς ἰδεῖν βίον ἀνέρος, ὦ πολιῆται.

sic Athenæus lib. III et IV : Ἴων ἐν Φοίνικι, ἢ Καινεῖ. Itaque est *Φοίνιξ ἢ Καινεύς* et *Φοίνιξ δεύτερος*. Vide Hesychium in Τιμαλφής. Athenæus fine lib. IV : Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ Φοίνικι ὁ Ἴων φησίν. Ἔκτυπον ἄγων βαρὺν αὐλὸν τρέχοντι ῥυθμῷ, [55] οὕτω λέγων τῷ Φρυγίῳ. Non de nihilo est quod codd. mss. constanter exhibent τρέχοντα· ad quorum indicium sic legerim :

. . . . ἐκτύπουν, ἄγων βαρὺν
Αὐλὸν, τρέχοντα ῥυθμιόν . . . .

ut in Euripidis Rheso.

Πολλοῖσι σὺν κώδωσιν ἐκτύπει φόβον.

Τεύκρος. Hesychius : Ἀΐδροι, ἀΐδριες, Ἴων Τεύκρῳ ἢ Ἀϊδροφῶντι, ἀϊδρίων ἀναιρετικῷ, scribe Ἴων, et illud alterum Hesychii peccatum est scutica dignum. Quicunque fuerit *interfector* iste *stultorum*, homo sane metuendus, sine dubio trucidasset Hesychium si occasionem hanc nactus fuisset. Vera scriptura est Ἀνδρειφόντῃ, ἀνδρῶν ἀναιρετικῷ, ex Homerico isto :

Μηριόνης ἀτάλαντος Ἐνυαλίῳ ἀνδρειφόντῃ.

Ἀμφιβώτης, περιβόητος· Ἴων Τεύκρῳ. Lego περιβοήτου. Βώσας, βεβωμένος Herodot. inde ἀμφίβωτος. Idem alibi, Ἀμφιρῶτις, περιβόητος. Iterum tibi, mi Hesychi, a stulticida illo cavendum est; nam cur non ego par pari referam, et barbariam tuam ulciscar nunc demum nato vocabulo? Ὀμφάλη. Schol. Aristoph. Harpocration. Hesychius : Ἐῤῥωπίζομεν, Ἴων Ὀμφάλῃ· τινὲς ῥωπίζειν ἀπέδοσαν τὸ ἀτεχνεύεσθαι, καὶ ἀμαθεύεσθαι (pro ἀμαθαίνειν) κακῶς. Ἔστι γὰρ ῥῶπος ὁ λεπτὸς καὶ ποικίλος φόρτος, καὶ βέβαιος, καὶ τὰ ἔσω τῶν ῥωπῶν πλέγματα κανᾶ καὶ σεῖστρα κυρίως. Lego : ἀτεχνιτεύεσθαι· Et : Ἔστι γὰρ ῥῶπος ὁ λεπτὸς καὶ ποικίλος φόρτος, καὶ γέλγαι, καὶ τὰ ἐκ τῶν ῥωπῶν πλέγματα κανᾶ καὶ σῆστρα κυρίως. Quanto hæc meliora quam illa Palmerii! Hesychius alibi. Ἐρωπιζόμην, ἢ τεχνητευόμην, ἢ σύμμικτα σχήματα εἶχον. Iterum a librariis deceptus est. Sana lectio est : Ἐῤῥωπίζομεν, ἠτεχνιτεύομεν, ἢ σύμμικτα χρώματα εἴχομεν. Etymolog. magnum : Ἐῤῥωπίζομεν, εὔμικτα καὶ συμπεφορημένα ἐποιοῦμεν· quod ferri quidem potest; sed emendatius fortasse profertur ab Eustathio : Φέρεται δὲ καὶ ῥῆμα τὸ ῥωπίζειν, ὅ δηλοῖ τὸ σύμμικτα καὶ συμπεφυρμένα ποιεῖν. Quod ad βέβαιος attinet, terminatio ος in libris mss. minuto apice signatur : illa vero non oppido dissimilia γέλγαι vel γέλγια et βέβαι. Aliis est potius γέλγη numero singulari. Eustathius : Ῥῶπος, λεπτὸς καὶ ἀτελὴς (leg. εὐτελὴς) φόρτος, ὡς δὲ Αἴλιος Διονύσιος λέγει, καὶ ποίκιλος· γέλγην δὲ, φησὶν, αὐτὴν ἔλεγον οἱ παλαιοί. Hesych. Γέλγη, ὁ ῥῶπος, καὶ βάμματα, καὶ ἄτρακτοι καὶ κτένες. Photius patriarcha [56] : Ῥῶπος, μηδενὸς ἄξιον, Ῥῶπος καὶ γέλγη, ὁ ποικίλος. λεπτὸς φόρτος. Jam σῆστρα cer-

tissima emendatio; ea sunt canistra, virgultis aut juncis contexta. Hesychius : Σῆστρα κόσκινα ἢ κύμβαλα, duo verba confundit σῆστρα et σεῖστρα, quorum hoc ἀπὸ τοῦ σείειν formatur, illud ἀπὸ τοῦ σήθειν. Achæus vetustus tragicus docuit Omphalen satyricam : quo de genere persuasum prorsus habeo etiam hanc Iouis fuisse. Hercules servivit Omphalæ, Genio et Veneri assidue litavit : jussus et inter ancillarum greges pensa carpere, sicubi duro et indocto pollice fila rumpebat, e vestigio hominis caput sandalium commitigabat. Nihil hic triste neque tragicum : ludus jocusque omnia. Favent huic sententiæ fragmenta, quotquot supersunt, quæ nihil nisi convivia, comessationes et symphonias pollicentur. Hesych. Μεσόμφαλοι, φιάλαι. Etym. Πῶι Πακτωλοῦ ῥοάς. Pollux : Καὶ τὴν μέλαιναν στίμμιν ὀμματογράφον. Athenæus :

. . . . . Οἶνος οὐκ ἔνι
Ἐν τῷ σκύφει . . . . .
Ἐνιαυσίαν γὰρ δεῖ με τὴν ἑορτὴν ἄγειν.
Αὐδύς τε μαγάδις αὐλὸς ἡγείσθω βοῆς.

Et lib. X :

Ἀλλ' εἶα Λύδαι ψάλτριαι, παλαιθέτων
Ὕμνων ἀοιδοί, τὸν ξένον κοσμήσατε.

Ita lege, non Ἀλλ' αἱ Λυδαὶ, quod versus recusat. Et eodem libro : Ἴων δ' ἐν Ὀμφάλῃ ἐμφανίσας τὴν Ἡρακλέους ἀδδηφαγίαν ἐπιφέρει·

Ὑπὸ δὲ τῆς Εὐφημίας
Κατέπινε καὶ τὰ κᾶλα καὶ τοὺς ἀνθρακας.

Casaubonus corrigere conatus est, τῆς εὐφαγίας. Nollem factum. Neque enim quisquam ita locutus est; neque, si fuerit locutus, eo magis conveniret huic loco; quia syllaba secunda foret brevis. Nihil aptius excogitari potest τῆς βουλιμίας· adeo quadrant omnia, similitudo, mensura, sententia. Libet illud afferre cum probationis tum boni hominis causa,

Ἔξω τὰν βούλιμον, ἔσω τὰν πλουθυγίειαν.

Atque hæc quidem de Omphale scripseram; cum Strabo mihi ad manum non esset. Postea quam copia facta est eum adeundi, delectatus sum ejus suffragio confirmari sententiam meam. Verba sunt [57] lib. I De insulis, quæ continenti quondam adhærentes, postea interfuso mari avulsæ sunt. Ἴων δὲ περὶ τῆς Εὐβοίας φησὶν ἐν Ὀμφάλῃ Σατυρείς.

Εὐβοῖδα μὲν γῆν λεπτὸς Εὐρίπου κλύδων
Βοιωτίας ἐχώρισ' ἀκτῆς, ἐκτεμὼν
Πρὸς Κρῆτα πορθμόν.

Locum hunc, ait Casaubonus, *depravatum esse monere possum : emendare non possum sine ope codicum.* Ego vero nullis adjutus codicibus, nisi tamen in integrum restituero; nihil deprecor, ne dentatis criticorum chartis et canina eloquentia conscindar. Lego autem sic :

Εὐβοῖδα μὲν γῆν λεπτὸς Εὐρίπου κλύδων
Βοιωτίας ἐχώρισ', ἀκτὴν ἐκτεμὼν
Προβλῆτα πορθμῷ·

Homerus Od. ε.

Ἀλλ' ἀκταὶ προβλῆτες ἔσαν, σπιλάδες τε, καὶ αἰγιαλοί τε.

et hymno in Bacchum :

Digitized by Google

. . . . Ὡς ἐφάνη παρὰ θῖν' ἁλὸς ἀτρυγέτοιο
Ἀκτῇ ἐπὶ προβλῆτι.

Nec minus recte illud πορθμῷ Pomp. Mela : Sicilia aliquando continens, et agro Brutio annexa, post *freto* maris Siculi *abscissa* est. Idem Casaubonus legit Ὀμφάλῃ Σατυρικῇ, vel Σατυρικῷ videlicet δράματι· nam Ionis Omphalam, ut Achæi, satyricam fuisse putat. Postea tamen oblitus est hujus loci, cum aureolum illum libellum De satyrica composuit. Sic enim narrat p. 186 : *Scripserat et Ion Chius poeta tragicus Omphalam : sed id drama fuisse satyricum nusquam lego.* Tu revoca in memoriam quæ scripsimus supra paulo in hac Epistola, et sine cunctatione lege ἐν Ὀμφάλῃ Σατύροις. Illud etiam notandum, cum numero singulari conjungi Σατύρους· cujus rei exemplum tunc non habuimus. Sic Lycophronis Μενέδημον Σατύρους laudant Athenæus et Laertius. Jamque etiam in memoriam redeo luculenti loci apud Galenum Comm. I ad VI Ἐπιδημιῶν, ubi Sophocles citatur in Σαλαμῖνι Σατύροις. Is ita se habet. Νυνὶ δὲ ἀρκέσει τοῖς γραμματικοῖς ἀκολουθήσαντα, κατὰ τὴν ἐκείνων διάταξιν εἰπεῖν τι περὶ τῶν κατὰ τὴν πέμφιγα σημαινομένων. Δοκεῖ μὲν γὰρ αὐτὴν ἐπὶ τῆς πνοῆς Σοφοκλῆς ἐν Κολχοῖς λέγειν. Ἀπῆξε πέμφιξιν οὐ πέλας φόρου (lege Ἀπῆξε *πέμφιξ Ἰονίου πέλας πόρου*.

Sic Æschylus [58] Prometheo :

Χρόνον δὲ τὸν μέλλοντα πόντιος μυχὸς,
Σαῴῳς ἐπίστασ', Ἰόνιος κληθήσεται,
Τῆς σῆς πορείας μνῆμα τοῖς πᾶσι βροτοῖς.

Apollonius Rhodius lib. IV, loquens de Colchis :

Τῷ καὶ ὑπέρθη τούς γε βαλὼν ὑπὲρ αὐχένα γαίης
Κόλπον ἔσω πόντοιο παρέσχατον Ἰονίοιο.

Vel ad hunc modum, si id minus placet, æque commoda mutatione ;

Ἀπῆξε *πέμφιξ ἐξ ἕω σελασφόρου*.)

Καὶ αὐτὸς ἐν Σαλαμῖνι Σατύροις· καὶ τάχ' ἂν κεραύνια πέμφιξι βροντῆς καὶ δυσοσμίας λάβοι. (Lege — καὶ τάχ' ἂν Κεραύνια Πέμφιξι βροντῆς καὶ δυσοσμίας βάλοι.) Αἰσχύλος δὲ ἐν Προμηθεῖ Δεσμώτῃ (imo vero Λυομένῳ.)

Εὐθεῖαν ἕρπε τήνδε· καὶ πρώτιστα μὲν
Βορεάδας ἥξεις πρὸς πνοάς, ἵν' εὐλαβοῦ
Βρόμον καταιγίζοντα, μή σ' ἁρπάσῃ
Δυσχειμέρῳ πέμφιγι ξυστρέψας ἄφνω.

Ἐπὶ δὲ τῶν ἀκτίνων αὐτῶν δοκεῖ χρῆσθαι τῷ τῆς πέμφιγος ὀνόματι Σοφοκλῆς ἐν Κολχοῖς κατὰ τάδε τὰ ἔπη· κἂν ἐθαύμασα τῇδε σκοπῶν πέμφιγα χρυσέαν ἰδών. (Lege — Κἀπεθαύμασα Τηλέσκοπον πέμφιγα χρυσείαν ἰδών.) Οὕτω καὶ Αἰσχύλος. Ἐξαντιαίας οὔτε πέμφιξ ἡλίου προσδέρκεται, οὔτ' ἄστερον στόμα λητῴας κόρης. (Lege Αἰσχύλος ἐν Ξαντρίαις.)

Ὡς οὔτε πέμφιξ ἡλίου προσδέρκεται,
Οὔτ' ἀστερωπὸν δμμα Λητῴας κόρης.

Ea fabula citatur in Catalogo dramatum et Scholiis Eumenidum. Pollux, x, c. 26 : Τὰς μέντοι λαμπάδας καὶ Κάμακας εἴρηκεν ἐξαντρίας Αἰσχύλος. Ms. codex Is. Vossii habet ἐν ξαντρίαις, ut et antea viri docti ex conjectura emendarunt. Porro Æschylus in his versibus se ipse imitatus est : nam hæc habet in Prometheo vincto de Græis sive Phorcidibus :

Μονόδοντες, ἃς οὔθ' ἥλιος προσδέρκεται
Ἀκτῖσιν, οὔθ' ἡ νύκτερος μήνη ποτέ.)

Ἐπὶ δὲ τῆς ῥαγίτιδος [59] (lege ῥανίδος) ὁ αὐτός φησιν ἐν Προμηθεῖ·

Ἐξευλαβοῦ δέ, μή σε προσβάλῃ στόμα
Πέμφιξ· πικρὰ γὰρ κοὐ διὰ ζωῆς ἀτμοί.

Καὶ ἐν Πενθεῖ· Μηδ' αἵματος πέμφιγα πρὸς πέδῳ βάλῃς. Ἐπὶ δὲ τοῦ νέφους δοκεῖ τετάχθαι κατὰ τόδε τὸ ἔπος ἐν Σαλαμῖνι Σατύροις παρὰ Σοφοκλεῖ· Πέμφιγι πᾶσαν ὀψιαγέλων πυρός. (Scrib. Πέμφιγι πᾶσαν ὄψιν ἀγγέλῳ πυρός.) Καὶ παρ' Ἰβύκῳ· Πυκιναὶς πέμφιγας πιόμενοι. Λέλεκται δὲ οὗτος ὁ λόγος αὐτῷ κατά τινα παραβολὴν ἐπιχειμαζομένων (lege ἐπὶ χειμ.) εἰρημένην, διὸ καὶ τῶν προγνωστικῶν οἱ πλεῖστοι ἐπὶ τῶν κατὰ τοὺς ὄμβρους σταγόνων εἰρῆσθαί φασι τὰς πέμφιγας. Ὁ δὲ Καλλίμαχος ᾧδε· Μὴ διὰ πεμφίγων· ἐνάγουσιν ἔα. Ὁ δὲ Εὐφορίων οὕτως· εἶπε δ' ἄνθη πέμφιγες ἐπιτρύζουσι θανόντα. Versus est hexametrus, Εἰ πεδαναὶ, vel Ἠπεδαναὶ πέμφιγες ἐπιτρύζουσι θανόντα. I. e. *murmure suo quasi lamentari videntur.* Possis etiam legere, ἐπικλύζουσι. Quod ad Σαλαμῖνα Σατύρους attinet, cujus gratia cætera emendavimus, nemo me adduxerit, ut verbum mendo esse vacuum existimem. Æschylus quidem fecit Σαλαμῖνα, sive Σαλαμινίας· Sophocleæ fabulæ, quæ eo titulo inscripta sit, nemo alius meminit. Ausim pro certo dicere lectionem rectam esse Σαλμωνεῖ Σατύροις. Hesychius bis : Σοφοκλῆς Σαλμωνεῖ.

Quatuor hic invectus equis, et lampada quassans,
Per Graium populos, mediaque per Elidis urbem
Ibat ovans, divumque sibi poscebat honorem,
Demens! qui nimbos et non imitabile fulmen
Ære, et cornipedum pulsu simularet equorum.

Hactenus quidem argumentum est satyris aptum, et conveniens ad hilarem et festum diem. Huc quoque fragmenta illa videntur pertinere; quæ verba sunt cujuspiam qui facete et urbane irridet jocularem illam simiam Tonantis :

Καὶ τάχ' ἂν Κεραύνια
Πέμφιξι βροντῆς καὶ δυσοσμίας βάλοι.
Forsan et petet Ceraunia
Odore tetro et vi corusca fulminis.

Et [60] illud alterum :

Πέμφιγι πᾶσαν ὄψιν ἀγγέλῳ πυρός.
Nimbo ora velans *nuntio tonitrui.*

Atque hucusque Sophocles in eo dramate processit : nam quæ sequuntur, plane tragica sunt, et lamentabili carmine deploranda.

At pater omnipotens densa inter nubila telum
Contorsit (non ille faces, nec fumea tædis
Lumina), præcipitemque immani turbine adegit.

Et hæc quidem conjectura probabili nituntur : sed extra controversiam rem statuit Athenæus lib. XI : Καλεῖται δὲ μάνης καὶ τὸ ἐπὶ κοττάβου ἐφεστηκὸς, ἀφ' οὗ (leg. ἐφ' οὗ) τὰς λάταγας ἐν παιδιᾷ ἔπεμπον, ὅπερ ὁ Σοφοκλῆς ἐν Σαλμωνεῖ χάλκειον ἔφη κάρα, λέγων οὕτως·

Τὰ δ' ἔστι κνισμὸς καὶ ψιλημάτων ψόφος,

Digitized by Google

Τῷ καλλικοτταβοῦντι νικητήρια
Τίθημι, καὶ βαλόντι χάλκειον κάρα.

Jam si potes, dubita, an drama satyricum fuerit necne. Profecto qui potest animum inducere, ut versus proximos autumet in tragœdia posse dici: auctor ego sum, ut prius quid sit tragœdia, quid satyra discat, quam de rebus aliquantum a vulgari notitia remotis sententiam ferat.

Undecima Ionis fabula *Εὐρυτίδαι*. Athenæus, lib. xi Hesych. Ἰήϊος θρῆνον σημαίνει, ὡς Σοφοκλῆς Τρωΐλῳ καὶ Ἴων Ἐρυτίδαις. Lege Εὐρυτίδαις. Ἀθίκτορας, ἀνεπάφους παρθένους, οἷον Εὐρύτιδες. Pulchre fecisse sibi visus est, qui emendavit, οἷον Εὐριπίδης. Tu vero meo periculo repone, Ἀθίκτους κόρας, ἀνεπάφους παρθένους, Ἴων Εὐρυτίδαις. Eurytidæ autem, ne quis forte nesciat, sunt Euryti B Œchaliensis filii, quos Hercules occidit. Habes tragœdiæ argumentum. Non prætermittendus est insignis locus apud schol. Soph. ad Trachinias, Διαφωνεῖται ὁ τῶν Εὐρυτιδῶν ἀριθμός. Ἡσίοδος μὲν γὰρ (in Ἠοίαις, ut puto, vel Ἡρωικῇ γενεαλογίᾳ) τέσσαράς φησιν ἐξ Εὐρύτου καὶ Ἀντιόχης παῖδας οὕτως.

Ἡ δ' ὑποκυσσαμένη καλλίζωνος Στρατονίκη
[61] *Εὔρυτον ἐν μεγάροισιν ἐγείνατο φίλτατον* [*υἱόν.*
Τοῦ δ' υἱεῖς ἐγένοντο Δηΐων τε, Κλύτιός τε,
Τοξεύς τ' ἀντίβιος, ἠδ' Ἶφιτος δξος Ἄρηος.
Τοὺς δὲ μέθ' ὁπλοτάτην τέκετο ξανθὴν Ἰόλειαν
Ἀντιόχη κρείουσα, παλαιὸν γένος Αὐβολίδαο.

Κρεόφιλος δὲ δύο· Ἀριστοκράτης δὲ τρεῖς, Τοξέα, Κλύτιον, Δηΐονα. Satis jam pernosti, qui sint Ionis C Eurytidæ. Sed haud plene satisfactum esset promisso nostro; si versus eos dimitteremus ex manibus, et mendum teterrimum silentio dissimularemus. Principio legendum Ἀντιόπη. Schol. Apollonii: Κλύτιος καὶ Ἶφιτος οἱ τῆς Ἀντιόπης παῖδες. Hyginus: *Clytius et Iphitus Euryti et Antiopæ Pylonis filiæ filius.* Quæ quasi manu nos ducunt ad cætera corrigenda. Jam enim Hygini auctoritate scribo Πύλωνος pro παλαιὸν γένος· atque adeo, ut pompam et proœmia missa faciam, versum hunc integrum præstabo, sicut ab Hesiodo profectus est,

Ἀντιόπη κρείουσα Πύλωνος Ναυβολίδαο.

Nam credo mihi unum, qui Auboli vel Aubolidæ meminit. Naubolus vero nemini ignotus esse possit, D qui labris primoribus gustavit litteras humaniores. Apollonius Rhodius:

Τῷ δ' ἐπὶ δὴ θείοιο κίεν Δαναοῖο γενέθλη
Ναύπλιος, ἦ γὰρ ἦεν Κλυτονήου Ναυβολίδαο,
Ναύβολος αὖ Λέρνου.

Conveniunt ætas, locus: ut, quanquam de hac re nullum verbum faciant alii scriptores, nihil tamen impediat, quo minus Pylon Nauboli filius esse potuerit. Denique pro Κρεόφιλος lege Κρεώφυλος· qui poema composuit Οἰχαλίας ἅλωσιν· ad quod respexit scholiastes. De Creophylo consulantur Apuleius, Porphyrius, Strabo, Sextus Empiricus, Suidas, Scriptor certaminis Hesiodi et Homeri, Plato Πολιτειῶν x. Photius in Lexico ms.

A Κρεώφυλος Πολιτείας ι'. Ὁ γὰρ Κρεώφυλος, ὦ Σώκρατες, ἴσως ὁ Ὁμήρου ἑταῖρος· τοῦτόν τινες καὶ διδάσκαλον Ὁμήρου λέγουσι γεγονέναι, καὶ ἔστιν αὐτοῦ ποίημα Οἰχαλίας ἅλωσις. Ἀρχαῖος μὲν οὖν ἐστι, νεώτερος δὲ ἱκανῶς Ὁμήρου. Pausanias Messenicis: Θεσσαλοὶ δὲ καὶ Εὐβοεῖς λέγουσιν, οἱ μὲν ὡς τὸ Εὐρύτιον πόλις τὸ ἀρχαῖον ἦν, καὶ ἐκαλεῖτο Οἰχαλία· τῷ δὲ Εὐβοέων λόγῳ Κρεώφυλος ἐν Ἡρακλείᾳ πεποίηκεν ὁμολογοῦντα. *Heracleam* hanc diversam [62] esse totam ab Οἰχαλίας ἁλώσει sententia est Ger. Vossii. Ægidius vero Menagius as severanter affirmat pro ἐν Ἡρακλείᾳ scribendum esse ἐν Οἰχαλίᾳ. Demiror equidem viros excellentes ingenio et doctrina morbo minime desperato medicinam non reperisse: quæ, nisi me omnia fallunt, B hæc est: Τῷ δὲ Εὐβοέων λόγῳ Κρεώφυλος Ἡρακλέα πεποίηκεν ὁμολογοῦντα. *Eubœensium autem sententiæ Creophylus Herculem induxit convenienter loquentem.* Enimvero pars magna illius poematis fuit Hercules; ut propemodum jam illud audire mihi videar:

Τὸν δ' αὖτε προσέειπε βίη Ἡρακληείη.

Similis locutio est in istis, quæ occasione alia supra adduximus: Ἐν τοῖς Κρησὶν Εὐριπίδης Ἴκαρον μονῳδοῦντα ἐποίησεν, et· Ἐν ταῖς Κρήσσαις Ἀερόπην εἰσήγαγε πορνεύουσαν· neque opus est, ut plures testes excitemus. Sunt qui Οἰχαλίας ἅλωσιν ad Homerum referunt; sicut auctor est Callimachus apud Strabonem et Sextum:

C *Τοῦ Σαμίου πόνος εἰμί, δόμῳ ποτὲ θεῖον Ὁμηρον*
Δεξαμένου· κλαίω δ' Εὔρυτον ὅσσ' ἔπαθε
Καὶ ξανθὴν Ἰόλειαν· Ὁμήρειον δὲ καλεῦμαι
Γράμμα· Κρεωφύλῳ, Ζεῦ φίλε, τοῦτο μέτα.

Suidas in Ὅμηρος. Ἀναφέρεται δὲ εἰς αὐτὸν καὶ ἄλλα τινὰ ποιήματα, Ἀμαζόνια, Ἰλιὰς μικρά, Νόστοι, Ἐπικιχλίδες, Ἠθιέπακτος ἤτοι Ἴαμβοι, Σικελίας ἅλωσις. Sed pro Σικελίας sine ulla dubitatione legendum est Οἰχαλίας. Addam illud quoque, quod, si bene Millium meum novi, prætermissum esse graviter tulisses: nimirum Ἠθιέπακτος esse verbum nihili, et aliquanto inferius sic scribi, Ἑπταπάκτιος. Καὶ Ἑπταπάκτιον, ait, καὶ Ἐπικιχλίδας ἐποίησεν. Et prima quidem specie ea conjectura vera videbitur, ἑπτὰ scilicet Ἐπίγονοι. Memineram enim et septem esse Epigonos, et ad Homericorum poematum numerum ascribi. Herodotus iv: Ἀλλ' Ἡσιόδῳ μέν ἐστι περὶ Ὑπερβορέων εἰρημένα, ἐστὶ δὲ καὶ Ὁμήρῳ ἐν Ἐπιγόνοισιν, εἰ δὴ τῷ ὄντι γε Ὅμηρος ταῦτα τὰ ἔπεα ἐποίησε. Sed repudiavi continuo illam sententiam, ubi animadverti Epigonos esse ἔπη καὶ οὐκ Ἰάμβους, non senarios, sed hexametros. Scriptor certaminis Homeri et Hesiodi: Ὁ δὲ Ὅμηρος ἀποτυχὼν τῆς νίκης, περιερχόμενος ἔλεγε τὰ ποιήματα· πρῶτον μὲν τὴν Θηβαΐδα ἔπη ζ', ἧς ἡ ἀρχὴ,

[63] *Ἄργος ἄειδε, θεὰ, πολυδίψιον· ἔνθα ἄνακτες.*

Εἶτα ἐπιγομένου (lege non dubitanter Ἐπιγόνους) ἔπη ζ' ὧν ἡ ἀρχὴ,

Νῦν αὖθ' ἑπλοτέρων ἀνδρῶν ἀρχώμεθα, Μοῦσαι.

Digitized by Google

Alii et Thebaidem et Epigonos attribuunt Antimacho Colophonio. De illa quidem res est vulgaris : de his testem habeo Scholiastem Aristoph. ad Pacem : Πατ. Νῦν αὖθ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν ἀρχώμεθα — σχολ. ἀρχὴ τῶν Ἐπιγόνων Ἀντιμάχου. Verum extra omnem controversiam rem posuit Joannes Tzetzes, qui utriusque scripti simul mentionem facit, in *Iliade interpretata allegorice*, quæ nondum edita est :

Τρία καὶ δέκα γέγραφε μνημόσυνον βιβλία,
Μαργίτην τε, καὶ Αἰγά τε, καὶ τῶν Μυῶν τὴν μάχην
Τὴν Ἐπιγόνων μάχην τε γράφει, καὶ Θηβαΐδα.
Τὴν Οἰχαλίαν, Κέρκωπας εἰς τοὺς Θεούς τε Ὕμνους.
Καὶ τοὺς Ἑπτὰ ἐπάκτιον καὶ τὰς Ἐπικιχλίδας,
Καὶ Ἐπιγράμματα πολλὰ σὺν Νυμφικοῖς τοῖς Ὕμνοις,
Καὶ τὴν Ὀδύσσειαν αὐτὴν μετὰ τῆς Ἰλιάδος.

In his etiam *Œchaliam* habes : sed aliud exemplar non τοὺς habet, verum τὴν ἑπτὰ ἐπάκτιον. Aut ego plane desipio, aut legendum est,

Καὶ τὴν Ἑπταεπάκτιον καὶ τὰς Ἐπικιχλίδας·

postremam enim vocem non Suidas tantum, sed et Herodotus ita exhibet, et Athenæus lib. II et XIV. Quin etiam apud Suidam illud ἑπταπάκτιον ad hoc exemplum corrigendum est : et pro ἡθιέπακτος scribendum videtur ἡ ζεπάκτιος, i. e. ἡ ἑπταεπάκτιος. Nam ζ' notat ἑπτά. Sic apud Hesychium : Ἐννεωρὸς θέτης· lege θ' ἔτης, i. e. ἐνναέτης, quia θ' significat ἐννέα· et verbo uno interjecto, Ἐννηής, σώφρων, ἀληθής, ἀγαθός, πατρῷος. Librarii, ut compendium operæ faciant, πηρ scribunt pro πατήρ, et pro πατρῷος, πρῷος quod in hoc loco depravatum est ex πρᾶος. vide Hes. in Ἐνηής. Cæterum de notione τῆς Ἑπταεπακτίου, ut et illud attingam, facillimum est multa comminisci : proxime tamen, opinor [64], ad verum accedent, qui Homerum putaverint in opusculo illo lusisse de hominibus quibusdam numero septem, qui ἐπ' ἀκτῆς, *in littore*, cibo vel somno curabant corpora, vel aliud quid jocosi et ridiculi faciebant. Homerus ipse in *Certamine cum Hesiodo* : Ἀνδράσι λῃστῆρσιν ἐπ' ἀκτῆς δόρπον ἑλέσθαι· et *Odyss.* Υ·

Τὸν δ' ἄρ' ἐπ' ἀκτῆς εὗρε καθήμενον.

Et Herodotus in vita Homeri : Καὶ οὕτως ἀναλαβόντες αὐτὸν ἀνήχθησαν, καὶ ἴσχουσιν ἐπ' ἀκτῆς· οἱ μὲν δὴ ἁλιεῖς πρὸς ἔργον ἐτράπησαν, ὁ δὲ Ὅμηρος τὴν νύκτα ἐπὶ τοῦ αἰγιαλοῦ κατέμεινεν. Et aliquanto inferius : Καὶ ἀναχθεὶς μετά τινων ἐγχωρίων ἀπηνέχθη εἰς τὴν Ἴον· καὶ ὡρμίσθησαν οὐ κατὰ πόλιν, ἀλλ' ἐπ' ἀκτῆς. Atque hanc vel illam rem verisimile est argumentum et occasionem poematı dedisse. Venio ad ea quæ *oratione prosa* Ion composuit. Nam in eo genere libros edidisse testis est Plutarchus, *De fortuna Romanorum* : Ἴων μὲν οὖν ὁ ποιητὴς ἐν τοῖς δίχα μέτρου καὶ καταλογάδην αὐτῷ γεγραμμένοις φησίν, ἀνομοιότατον πρᾶγμα τῇ σοφίᾳ τὴν τύχην οὖσαν ὁμοιοτάτων πραγμάτων γίνεσθαι δημιουργόν. Et Suidas in Διθυρ. Ἔγραψε δὲ κωμῳδίαν καὶ ἐπιγράμματα καταλογάδην καὶ πρεσβευτικὸν λεγόμενον. Portus vertit barbare, *Et Epigrammata oratione soluta.* Libenter vero videre vellem nobilia illa epigrammata pedestri sermone facta. Vah! adeone exaruerat penitus benigna illa vena ingenii? et exstincta erat prorsus ea mentis inflammatio, sine qua nemo fit bonus poeta? Quid? unane et generosum Arionium in cellis evanuerat, quo memorant Ionem bene libenter plerumque esse usum? enimvero verissimum esse comperit, quod olim dixerat Epicharmus ;

Οὐκ ἔντι διθύραμβος, ὄκχ' ὕδωρ πίῃς.

Sed bene est, quod commoda mutatione propulsare possumus hoc dedecus a summo poeta. Sic enim Suidam emendo : Ἔγραψε δέ κ. καὶ ἐπιγράμματα, καὶ καταλογάδην πρεσβευτικὸν λεγόμενον. Schol. Aristophanis : Ἔγραψε σκόλια, καὶ ἐλεγεῖα, καὶ καταλογάδην τὸν πρεσβευτικὸν λεγόμενον, ὃν νόθον ἀξιοῦσί τινες εἶναι, οὐχὶ αὐτοῦ. Idem Scholiastes : Φαίνεται δὲ αὐτοῦ καὶ Κτίσις, καὶ Κοσμολογικὸς, καὶ *ὑπομνήματα*, καὶ ἄλλα τινά. Depravatum hunc locum sic corrige : Φαίνεται δὲ αὐτοῦ *Χίου κτίσις*. Etymologicon magnum : Λόγχας μερίδας Ἴωνες λέγουσιν, Ἴων ἐν Χίου κτήσει· Ἐκ τῆς Τέω λόγχης λόγχας ποιεῖν. Certissime [65] legendum est Ἴων ἐν Χίου Κτίσει, *Ion in Originibus Chii.* Videlicet ipse fuit Chius natione, et insula Teos Chio propinqua est, non Cio. Athenæus lib. X : Περὶ δὲ ταύτης τῆς Κράσεως Ἴων ὁ ποιητὴς ἐν τῷ περὶ Χίου φησὶν, ὅτι εὑρὼν ὁ μάντις Παλαμήδης ἐμαντεύσατο πλοῦν ἔσεσθαι τοῖς Ἕλλησι πίνουσι τρεῖς πρὸς ἕνα κυάθους. Unum idemque est scriptum ; sed rideo eos qui hæc perinde ediderunt quasi essent versus iambici, non oratio soluta : de mendo autem, quo contaminatus est locus, nihil suspicati sunt. Quorsum enim pertinet illud εὑρών? Quid *reperit?* quod pueri clamitant se in faba reperisse? Ego vero ausim asseverare sic a doctissimo grammaticorum fuisse scriptum : Ὅτι ὁ οἰωνόμαντις Παλαμήδης, etc. Pausanias in Achaicis Ionis quædam citat, ex hoc *Originum* libro, ut quidem conjicio : non tamen usquequaque servavit verba auctoris. Ion enim, ut hominem Chium facere par erat, in prosaicis scriptis Ionica dialecto est usus. Constat hoc ex superiore loco Etymologici, et Harpocrationis alio, et fragmento alius operis, quod Ἐπιδημίαι inscribitur. Athenæus XIII : Ἴων οὖν ὁ ποιητὴς ἐν ταῖς ἐπιγραφομέναις Ἐπιδημίαις γράφει οὕτως· Σοφοκλεῖ τῷ ποιητῇ ἐν Χίῳ συνήντησα, ὅτε ἔπλει εἰς Λέσβον στρατηγὸς et quæ sequuntur. Quanquam enim magnam partem perturbata ibi sunt verba, et in communem sermonem immutata : non obscura tamen restant vestigia Ionismi : ut κάρτα δοκέον, ἀφαιρέοντα, ἀσσοτέρω, ἔπρησσε, ῥεκτήριος, ἐνωπήθη τῇ ἐπιβαπίσει. Is. Casaubonus ad locum ; Ἐνωπεῖσθαι, ait, *si ita scripsit auctor, nove usurpavit pro* δυσωπεῖσθαι. Nempe, quod mireris, existimavit verba Athenæi esse, non Ionis. Atqui ἐνωπεῖσθαι vox

Digitized by Google

nihili est : ἐνωπήθη vero Ionica, et a νωπεῖσθαι formata. Hesychius : Ἐνώπηται, τεταπείνωται. Antiquum obtinuit, cum depravatum illud protulit ex aliorum fide, nihil ipse suspicans vel sollicitus. Lege vero integre νενώνηται, loco mutili istius. Idem alibi Νενώνηται, τεταπείνωται, καταπέπληκται. Lege hic quoque νενώπηται. Patriarcha Photius in Lexico ms. Νενώπηται, καταπέπληκται καὶ κατεστύγνακεν. Rectissime quidem Photius, ut ex hoc Ionis loco perspicuum est. Quid ego de Athenæi interprete dicam, qui Ἐπιδημίας *Peregrinationes* interpretatur : perinde ac si Ἀποδημίαι inscriberentur [66]? Verum alibi quoque ἐπιδημιῶν meminit Athenæus, ut l. III : Τῶν δὲ χημῶν μνημονεύει Ἴων ὁ Χῖος ἐν Ἐπιδημίαις. Intellige *De adventibus clarorum virorum in Chium*, sive *De iis qui in Chio insula commorati sunt*. Similiter ac Polemo librum edidit *De Eratosthenis adventu ad Athenas*. Enarrator Comici ad Aves : Πολέμων ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ τῆς Ἀθήνησιν Ἐρατοσθένους ἐπιδημίας. Ex Epidemiis petita videntur vel Ὑπομνήμασι, quæ laudat Plutarchus in Vita Periclis; et Cimonis etiam non longe a principio : Ἦν δὲ καὶ τὴν ἰδέαν οὐ μεμπτὸς, ὥς φησιν Ἴων ὁ ποιητὴς, ἀλλὰ μέγας οὐλῇ καὶ πολλῇ τριχὶ κομῶν τὴν κεφαλήν. Quæ sine dubio est oratio pedestris, et magis Plutarchi verba, ut suspicor, quam Ionis. Magnus tamen Grotius ad iambos tragicos redigere conatus est :

Τὴν γὰρ ἰδέαν οὐ μεμπτὸς, ἀλλ' ἦν μέγας,
Οὐλῇ τε πολλῇ τε τριχὶ τὴν κεφαλὴν κομῶν.

Hæccine autem oratio, tam leves numeri tragicum quid spirant, et cothurno dignum? Haud vidi magis. Quid illud ibidem, bene multis interjectis? Ὁ δὲ Ἴων ἀπομνημονεύει καὶ τὸν λόγον, ᾧ μάλιστα τοὺς Ἀθηναίους ἐκίνησε (Κίμων) παρακαλῶν μήτε τὴν Ἑλλάδα χωλὴν, μήτε τὴν πόλιν ἑτερόζυγα περιΐδεῖν γεγενημένην. Grotius perinde hæc accepit, tanquam si ex tragœdiæ choro desumpta fuissent :

Μήτε τὴν Ἑλλάδα χωλὴν,
Μήτε τὴν πόλιν ἑτερόζυγα
Περιΐδεῖν γεγενημένην.

Nos pusilli homunculi vix possumus carere venia; cum etiam maximi heroes labuntur identidem et hallucinantur turpissime. Scripsit Ion et *Philosophica*, ut *Κοσμολογικόν* · Schol. Aristoph. et, si Suidæ credimus, De meteoris, et *compositas* sive ornatas orationes : Οὗτος, ait, ἔγραψε περὶ Μετεώρων καὶ Συνθέτους λόγους. Quo nihil ineptius vel falsius dici potuit. Imo neque magis contumeliose, si quis ἐπαριστέρως et perverse interpretari velit de sermonibus ad fraudem et fallaciam compositis, secundum illud Æschyli in Prometheo.

. . . Μηδέ μ' οἰκτίσας
Σύνθαλπε μύθοις ψευδέσι, νόσημα γὰρ
Αἴσχιστον εἶναί φημι συνθέτους λόγους.

Error [67] autem ortus est ex perperam intellecto loco Scholiastæ Aristoph. ad Pacem. Poetæ scilicet dithyrambici verborum amant tralationes ἐκ τῶν μετεώρων, ex astris, nubibus, aliisque quæ in sublimi fiunt; libenter etiam vocabulis sesquipedalibus et coagmentatis utuntur. Demetrius Περὶ Ἑρμηνείας. Ληπτέον δὲ καὶ σύνθετα ὀνόματα οὐ τὰ διθυραμβικῶς συγκείμενα, οἷον Θεοπεράτους πλάνας, οὐδὲ Ἄστρων δορύπυρον στρατὸν, ἀλλ' ἐοικότα τοῖς ὑπὸ τῆς ἀληθείας συγκειμένοις. Et Horatii illud :

Seu per audaces nova dithyrambos
Verba devolvit.

Ipse Suidas alibi : Διθυραμβοδιδάσκαλοι περὶ τῶν μετεώρων καὶ τῶν νεφελῶν λέγουσι πολλὰ, καὶ συνθέτους δὲ λέξεις ἐποίουν καὶ ἔλεγον ἐνδιαειρανεριγχέτους· οἷος ἦν Ἴων ὁ Χῖος ποιητής. Omnino vide Aristophanem in Pace, ejusque enarratorem. Itaque jam manifesto compertum et deprehensum est Suidæ mendacium. *Τριαγμόν*. Locus est illustris apud Harpocrationem; quem ex usu fuerit integrum describere. Ἴων. Ἰσοκράτης ἐν τῷ περὶ τῆς Ἀντιδόσεως. Ἴωνος τοῦ τῆς τραγῳδίας ποιητοῦ μνημονεύοι ἂν νῦν ὁ ῥήτωρ (atqui nec in ea oratione nec in reliquis quæ nunc exstant, est ulla mentio Ionis, quod sciam) ὃς ἦν Χῖος μὲν γένος, υἱὸς δὲ Ὀρθομένους, ἐπίκλησιν δὲ Ξούθου. Ἔγραψε δὲ καὶ μέλη πολλὰ καὶ τραγῳδίας, καὶ φιλόσοφόν τε σύγγραμμα τὸν Τριαγμὸν ἐπιγραφόμενον, ὅπερ Καλλίμαχος ἀντιλέγεσθαί φησιν, ὡς Ἐπιγένους. Ἐν ἐνίοις δὲ καὶ πληθυντικῶς ἐπιγράφεται Τριαγμοί, καθὰ Δημήτριος ὁ Σκήψιος καὶ Ἀπολλωνίδης ὁ Νικαεύς. Ἀναγράφουσι δὲ ἐν αὐτῷ τάδε· Ἀρχὴ δέ μοι τοῦ λόγου πάντα τρία, καὶ πλέον τοῦδε, πλέον ἐλάσσων τούτων τριῶν ἑνὸς, ἑκάστου ἀρετὴ τριάς, σύνεσις, καὶ κράτος, καὶ τύχη. Male ista percepit interpres; qui ita vertit : *Velut ex eo Dem. Sc. et Ap. N. ista commemorant*. Ego vero sic interpungendum esse censeo : καθὰ Δ. ὁ Σ. καὶ Α. ὁ Νικαεύς. Ἀναγράφουσι δὲ, nimirum aut Eratosthenes in *Descriptionibus temporum*, aut potius Callimachus in *Tabulis omnis generis librorum*. Nam ἀναγράφειν est in tabulas recensere et mittere, in catalogum referre. Ipse Harpocration alibi : Εὔηνος. Δύο ἀναγράφουσιν Εὐήνους ἐλεγείων ποιητὰς, ὁμωνύμους ἀλλήλοις· καθάπερ Ἐρατοσθένης ἐν τῷ περὶ Χρονογραφιῶν. Athenæus XV : Καὶ τὸν λόγον τοῦτον ἀνέγραψε Καλλίμαχος ἐν τῇ τῶν Ῥητορικῶν ἀναγραφῇ, *in Catalogo librorum Rhetoricorum*. Hunc autem morem in Tabulis istis tenebat Callimachus, ut cujusque libri prima verba describeret; sicut hic fit apud Harpocrationem. Unum tantummodo exemplum afferam, [68] quia pridem hæc ab eruditis sunt occupata. Athen. lib. VI : Τοῦ Χαιρεφῶντος καὶ σύγγραμμα ἀναγράφει Καλλίμαχος ἐν τῷ τῶν παντοδαπῶν συγγραμμάτων πίνακι, γράφων οὕτως· Δεῖπνα ὅσοι ἔγραψαν. Χαιρεφῶν Κυρηβίωνι. Εἶθ' ἑξῆς τὴν ἀρχὴν ὑπέθηκεν· Ἐπειδή μοι πολλάκις ἐπέστειλας. Στίχων τοε' · Καὶ ὁ Κυρηβίων δὲ ὅτι παράσιτος, προείρηται. Ita locus iste corrigendus est. Chærephon parasitus ad ὁμότεχνον suum Cyrebionem epistolam misit, in qua describit cœnam quondam sine dubio opipare apparatam Χαιρεφῶν Κυρηβίωνι· Ἐπειδή μοι πολλάκις ἐπέστειλας, etc. Quod si vulgatam lectionem servare

Digitized by Google

velis, Χαιρεφῶν, Κυρηβίων, jam non Chærephontis verba forent, quæ Athenæi sententia est; sed Cyrebionis. Illud autem exordium Τριαγμοῦ nondum a viris doctis emendatum esse demiror; qui, etsi dissimulant et mussant, juxta id intelligunt, ac si in Ovidii Getica incidissent. Me auctore sic lege : Ἀρχὴ δέ μοι τοῦ λόγου Πάντα τρία, καὶ οὔτε πλέον οὔτε ἔλασσον τούτων τριῶν Ἑνὸς ἑκάστου ἀρετή, τριάς· σύνεσις, κράτος, καὶ τύχη. Ubi singula quidem verba sunt communia : qui tamen ex ipso charactere et forma dicendi non sentit Ionismum, nihil sentit. De *Epigene* vero, quo me vertam nescio, ita res et hinc et inde magnam habet difficultatem. Nam ecce tibi Suidas : qui non Epigenem, sed Orpheum auctorem faciat Τριαγμῶν. Ὀρφεὺς, inquit, ἔγραψε Τριαγμοὺς, λέγεται δὲ εἶναι Ἴωνος τοῦ Τραγικοῦ. Cumque Epigenem video enarrationem Orphei fecisse, Clementi memoratam Στρωμ. ι. Ἐπιγένης ἐν τοῖς περὶ τῆς εἰς Ὀρφέα ποιήσεως Κέρκωπος εἶναι λέγει τοῦ Πυθαγορείου τὴν εἰς Ἅδου Κατάβασιν καὶ τὸν Ἱερὸν λόγον. (Proclus tamen in *Timæum* lib. v, ipsum Pythagoram hujus auctorem laudat. Ἃ γὰρ, ait, Ὀρφεὺς δι' ἀπορρήτων λόγων μυστικῶς παραδέδωκε, ταῦτα Πυθαγόρας ἐξέμαθεν, ὀργιασθεὶς ἐν Λειβήθροις τοῖς Θρᾳκίοις Ἀγλαοφάμῳ τελεστὰ μεταδιδόντος, ἣν περὶ Θεῶν Ὀρφεὺς σοφίαν παρὰ Καλλιόπης τῆς μητέρος ἐπινύσθη· Ταῦτα γάρ φησιν ὁ Πυθαγόρας ἐν τῷ λόγῳ. Unde constat Ἱερὸν, ut alia scripta Pythagorica, dialecto Dorica fuisse compositum) et v. Ἐπιγένης ἐν τῷ περὶ τῆς Ὀρφέως ποιήσεως τὰ ἰδιάζοντα παρ' Ὀρφεῖ ἐκτιθέμενός φησι, Κερκίσι καμπυλόχρωσι, τοῖς ἀρότροις μηνύεσθαι, etc. Cum hæc, inquam, lego, propemodum adducor in eam opinionem, ut Harpocration hoc exemplo scripserit : ὅπερ Καλλίμαχος ἀντιλέγεσθαί φησιν, ὡς καὶ Ἐπιγένης. [69] E diverso ubi illud venit in mentem, Orphei ipsius et Pythagoræ quoque mentionem factam esse in illis Τριαγμοῖς, continuo sententiam eam abjicio, et manifesti erroris Suidam arguo. Clemens Στρ. ι. Ἴων δὲ ὁ Χῖος ἐν τοῖς Τριαγμοῖς καὶ Πυθαγόραν εἰς Ὀρφέα ἀνενεγκεῖν τινα ἱστορεῖ. et Diogenes Laert. Ἴων δὲ ὁ Χῖος ἐν τοῖς Τριαγμοῖς φησιν αὐτὸν (τὸν Πυθαγόραν) ἕνια ποιήσαντα ἀνενεγκεῖν εἰς Ὀρφέα. Itaque constat Suidam alterutrius verba perperam cepisse : et præstabilius est receptam Harpocrationis lectionem sartam et tectam tueri. Nempe ut suspicor libri Epigenis cum Ionis scriptis conjuncti ferebantur : is enim commentarium fecerat in Ionis Tragœdias; quod scias in Athenæo lib. xi, cap. 5, ut nihil miri sit, si librariorum, qui omnia perturbant et miscent, alii tanquam Ionis Τριαγμοὺς inscripserint, alii ut Epigenis.

Pag. 181. Καὶ μετὰ Μίνωα Αὐλέας τραγικοὺς χοροὺς δραμάτων συνεγράψατο. Permirum fortasse videatur, Mihi doctissime, tenebrionem illum Auleam pro Æschylo a Joanne dici. Quid autem admirationis habet, cum in memoria quis teneat tot alias hallucinationes hominis? Etiam p. 73, citatur Αὐλέας ὁ σοφώτατος de Endymione, quem in monte Cariæ luna consopivit, ut eum dormientem oscularetur. Suspicor et hic quoque significari Æschylum, qui in fabula *Caribus* sive *Europa* non potuit non eam historiam attingere. Illud autem quam longe abest a vero, quod Æschylum narrat primum instituisse choros tragicos? E diverso partes chori, antea quam Æschylus tragœdias faceret, erant altero tanto longiores, quam post. Sed ea res nisi pluribus verbis explicari non potest: tota fere scenæ ratio et historia est illustranda : complures auctorum loci qua corrigendi, qua novo modo interpretandi : multi errores amovendi, jam ipsa vetustate cani et venerabiles. Nemo enim unus ex cohorte eruditorum, qui in eo argumento tantopere laborarunt, scire adhuc potuit, quid Thespis, quid Æschylus et Sophocles inventis addiderunt. Itaque tam odiosa disceptatione patienter carere possis in præsentia : imo vereor ut citra fastidium epistolam perlegas, [70] etiam absque ista concertatione nimium loquacem. Me quidem et mioræ pertæsum est et ineptiarum.

Pag. 214. Στησίχορος καὶ Βακχυλίδης, οἳ ἦσαν ὀρχήσεως εὑρεταὶ καὶ ποιηταί. Quid narras? nimirum nostra nos opinio fefellit, qui credidimus te Antiochiæ esse natum. Siquidem auctor est Lucianus Antiochenses de saltatoribus optime omnium judicare potuisse : te autem cum aliarum omnium, tum hujus artis imperitissimum videmus. Rogo te, homo hominum ignavissime, nunquamne sacras Scripturas lectitasti? nonne ibi frequens saltationis mentio diu diuque, antequam Stesichorus nasceretur? quid? ne Homerum quidem per transennam aspexisti? jam ergo eum audias licet :

Ὀρχηστὺς, μολπή τε, τάπερ τ' ἀναθήματα δαι-
[τός.
Ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμήϊα ἔργα,
Ἄλλῳ δ' ὀρχηστὺν, ἑτέρῳ κίθαριν καὶ ἀοιδήν.

Scio tamen quid in fraudem te impulit, nempe nomen Stesichori, tanquam si primus ἐστήσατο χορούς· et poemata quædam Bacchylidis, quæ Ὑπορχήματα inscripta sunt, et a Stobæo citantur, et Athenæo lib. xiv. Ἡ δὲ ὑπορχηματική ἐστιν, ἐν ᾗ ᾄδων ὁ χορὸς ὀρχεῖται· φησὶ γοῦν ὁ Βακχυλίδης· Οὐχ ἕδρος ἔργον οὐδ' ἀμβολᾶς. Locus aliquanto integrior est apud Dionysium Halicarnassensem : Οὐχ ἕδρας ἔργον, οὐδ' ἀμβολᾶς, ἀλλὰ χρυσαίγιδος Ἰωνίας χρὴ παρ' εὐδαίδαλον ναὸν ἐλθόντας ἄβρόν τι δεῖξαι. Omnes Cretici præter unum pedem qui in pæonem solutus est; adeo ut, cum hunc locum lego, coram oculis videre videar ὑπορχουμένους et subsultantes. Nec tamen princeps et inventor hyporchematum Bacchylides; sed, ut quibusdam videtur, Pindarus; ut alii volunt, Xenodamus. Vide Clementem, Athenæum, et Plutarchum περὶ Μουσικῆς.

Pag. 153. Γλαῦκος, ἰσχυρὸς, φρόνιμος, εὐσεβής. Atqui, o Malala, tantum abest, ut *sapiens* fuerit iste Glaucus, ut ejus nomen in proverbii consuetudinem venerit, de homine qualis tu es,

Digitized by Google

qui nescit quid sit in rem suam: qui permutat *Χρυσέα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων.*

Sed est [71] potius ut librarii hoc esse facinus existimem (præsertim si non idem istud ἰσχυρὸς iterasses), et orationem esse continuandam ad hoc exemplum: Αἰνείας εὐπώγων, γλαυκὸς (cæsius) φρόνιμος, εὐσεβής. Agnosco *pium Æneam*; et ita plane Isaacius Porphyrogenetus.

Illud p. 329, Καὶ κατηνέχθη ὁ Σίμων ἐπὶ τὴν πλατείαν καὶ ἐψόφησε, satis quidem congruenter ad Hellenismum vertit interpres, sed non apposite ad sententiam. Quid si interpretemur τὸ ἐψόφησε, ut, quod in N. T. de Juda Iscariota dictum est, ἐλάκησε μέσος, *crepuit medius?* Hesychius: Ἔλακεν, ἐψόφησεν· et Λακεῖν, ψοφῆσαι. Pagina autem 16 sane dormitavit interpres, ut in opere longo et ingrato facile queat somnus obrepere. Ἀχαΐα, Πελληνὴ, ἡ καλουμένη Πελοπόννησος· *Achæa, Pelena, quæ et Peloponnesus dicta est.* Obsecro quis istud vel fando audivit? Scribe Ἀχαΐα, Πελλήνη et verte *Achæa, Pellene, et quæ Peloponnesus vocatur.* Πελλήνη est Achææ urbs. Vide geographos. Apollonius Argon. 1:

Ἀστέριος δὲ καὶ Ἀμφίων Ὑπερασίου υἷες,
Πελλήνης ἀφίκανον Ἀχαιΐδος.

Vereor ne putidum sit adnotare, Βούττιος, Βόττιος et Βώττιος vitiose dici apud Malalam pro Βρούττιος, sive Βρέττιος. Hoc quidem exploratum est; cum eamdem plane narrationem ex Brutio afferant Georgius et Hieronymus. Ita p. 200, Θάλης καὶ Κάστωρ καὶ Πολύβιος depravate pro Θάλλος. Similiter enim Castorem, Thallum et Polybium de rebus Assyriacis una citat Syncellus. Et adhuc p. 121 Callimachus ἐν Ἐτησίοις, pro Αἰτίοις. Neque enim Αἰτίαι inscribuntur, ne quis erret, sed Αἴτια ut in Epigrammate lib. 1 *Anthol.*, cap. 67:

Καλλίμαχος τὸ κάθαρμα, τὸ παλιγκότον, ὁ ξύλινος νοῦς,
Αἴτιος ὁ γράψας Αἴτια Καλλιμάχου.

Appello ad elegantiorum hominum judicia, annon melior aliquanto sit lectio ex conjectura nostra:

Αἴτιος, ὁ γράψας Αἴτια, Καλλίμαχος.

Cæterum [72] homo Malalæ germanissimus Fulgentius Planciades, *Jentaculum*, inquit, *gustatio dicitur. Callimachus Intesia: Jentaculum proferre Jovi.* Diceres hunc a Joanne Ἐτήσια illa mutua petiisse. Illud vero incredibile videatur, Cyrenæum illum Latine loqui et quidem versu: nam sic lego. *Jentaclum proferre Jovi.....* Sed minuit admirationem, quod Fulgentius et Musæus Εὐρωπιακὰ et Demosthenis Philippica viderit Latino sermone conscripta. Sicut Ovidianæ Ibidis vetus enarrator putidissimos versus eosque Latinos Eupolidi et (jocularem hominis confidentiam!) Democrito adfingit.

Illud præterea pag. 52, Καθὼς Δήμαρχος ὁ σοφώτατος συνεγράψατο περὶ τοῦ αὐτοῦ Διονύσου, corrupte exhibetur loco Δείναρχος. Nam Georgius eamdem historiam memorans, Δείναρχος, ait, ὁ ποιητὴς, οὐχ ὁ ῥήτωρ et Hieronymus: *Dinarchus poeta, non rhetor.* De quo in diversas sententias ierunt viri docti. Verba Demetrii Magnetis in opere Περὶ τῶν Ὁμωνύμων apud Dionysium Halic.: Δεινάρχους δὲ ἐνετύχομεν τέτταρσιν, ὧν ἐστιν ὁ μὲν ἐκ τῶν ῥητόρων τῶν Ἀττικῶν· ὁ δὲ τὰς περὶ Κρήτην συναγήοχε μυθολογίας· ὁ δὲ πρεσβύτερος μὲν ἀμφοῖν τούτοιν, Δήλιος δὲ τὸ γένος, πεπραγματευμένος τοῦτο μὲν ἔπος, τοῦτο δὲ πρᾶγμα· τέταρτος δὲ ὁ περὶ Ὁμήρου λόγον συντεθεικώς. Et Gerardus quidem Vossius in præclaro opere De Historicis: *Dinarchus*, ait, *Delius Cretenses fabulas collegit, ut cognoscimus ex Dionysio Hal. Videtur idem signari ab Eusebio, ubi de Bacchi gestis loquens, ait,* Ὡς φησι Δείναρχος ὁ ποιητὴς, οὐχ ὁ ῥήτωρ. Condonamus quidem ei ἁμάρτημα μνημονικόν· neque enim Delius fuit Cretensium fabularum collector, sed secundus iste nescio quis; quem vix est ut existimem eas versibus edidisse, saltem hoc non exploratum est. Scaliger in Græca Eusebii p. 31. *Viderint*, ait, *eruditi, an tertius Dinarchorum* Δήλιος τὸ γένος, πεπραγματευμένος τοῦτο μὲν ἔπος, τοῦτο δὲ πρᾶγμα, *sit iste poeta, quem innuit Eusebius. Nam sane mihi ignotus est.* Hactenus quidem accedo, ut aut iste sit poeta, de quo Eusebius, aut nullus ex quatuor. Sed amabo, quid sibi vult illud πρᾶγμα? nam, quantum ego video, nulla ei subest sententia neque scientia. Latine sic vertas: *Dinarchus genere Delius, qui aliquid dixit, et aliquid fecit* [73]; sive, *qui aliquid versu dixit, aliquid re ipsa.* Profecto non multum in Demetrio perdidimus, si omnia sic dixit. Sed opinor neminem inficias iturum, quin mutatione commoda et illi suus honos, et orationi sua sententia restitui possit, si legamus: πεπραγματευμένος τοῦτο μὲν ἔπος, τοῦτο δὲ γράμμα, id est, *qui quædam heroico carmine conscripsit, alia oratione prosa:* vel (quia τὸ γράμμα quodvis scripti genus nonnunquam significat), τοῦτο δὲ δρᾶμα, *qui et poemata heroica et dramata edidit.*

Dominus iste χρονογράφος non aliunde quam a Malala cognosci potest, a quo sæpissime ad partes vocatur. Antiochensem fuisse certissimis signis deprehendes, ubi per otium licebit locos istos consulere: probabiliter etiam dixeris, deduxisse eum historiam ab exordio mundi usque ad Justiniani tempora. Itaque inclinat animus, ut hunc fuisse Dominum illum existimem, qui ea tempestate fuit Ecclesiæ Antiochensis episcopus. Nam sane sicut hic a Joanne p. 265 Domnus vocatur: ita istum patriarcham hi Domnum, illi Domninum, appellant. Accedit huc, quod plerique omnes, qui aggressi sunt tempora describere, fuerunt episcopi; Victor, Prosper, Theophilus, Eusebius, et Georgius episcopus designatus.

Equidem nescio, utra res majorem admirationem attulerit, tot nomina hominum propria a Joanne corrupta esse, an ea menda a doctissimo interprete dissimulata fuisse et silentio prætermissa: verbi gratia p. 101 et 171 Τυλδάριος pro

Digitized by Google

Τυνδάρεως. Ἀνδρόγηος 107 pro Ἀνδρόγεως. Πλησιώνης 121 pro Πληϊόνης; atque ea quidem non mater erat Atlantis, verum uxor. Ἰωβάτης 103 pro Ἰοβάτης. Μηδίαν τὴν τοῦ Ἀετοῦ 97 pro Μήδειαν τὴν τοῦ Αἰήτου. Πέλωψ et Πέλωπος 99 et 104 pro Πέλοψ et Πέλοπος. Ἀμφίωνα 53 pro Ἀμφίονα. Alysiádes pro Alvetádat. Ἰωκάστη 50 pro Ἰοκάστη. Ἐτεωκλέους 63 pro Ἐτεοκλέους. Ἀμφίαρος 65 pro Ἀμφιάραος. Δευκαλίων ὁ υἱὸς Ἕλενος τοῦ Πήκου, 84 pro Ἕλληνος. Nec tamen Deucalionis pater erat Hellen, sed filius. Ἀντιφάντην 145 pro Ἀντιφάτην. Τηλέφου regis Latinorum 205 pro Τηλεμάχου, quorum hic Ulyssis et Penelopes filius, ille Herculis et Auges. Duorum verborum similitudine tota historiæ ratio est perturbata. Sed propemodum omni fide majora sunt [74] errata p. 155, ubi Græcorum duces recenset, qui contra Trojanos arma ceperunt. Nam ut de numero navium, etsi ea ratio longe vitiosissima est, nihil dicam; ecce tibi Μενέλαος καὶ Αἰήτιος, pro Πηνέλαος καὶ Αἰήτος. Homerus :

Βοιωτῶν μὲν Πηνέλεως, καὶ Λήϊτος ἦρχον,
Ἀρκεσίλαός τε, Προθοήνωρ τε Κλονίός τε.

Μέγης ἐκ Δολίχης τῆς Ἑλλάδος, *ex Dolicha Helladica*, pro ἐκ Δουλιχίου ἐξεναντίας τῆς Ἠλιδος.

Οἱ δ' ἐκ Δουλιχίοιο, Ἐχινάων θ' ἱεράων
Νήσων, αἳ ναίουσι πέρην ἁλὸς Ἠλίδος ἄντα,
Τῶν αὖθ' ἡγεμόνευε Μέγης ἀτάλαντος Ἄρηϊ.

Ἀγήνωρ καὶ Τευθίδης. Euge vero, Malala, qui de oppidi nomine heroem confinxisti. Siquidem in Homero legimus Ἀγαπήνωρ ἐκ Τεγέης.

Οἵ τ' ἔχον Ἀρκαδίην καὶ Κυλλήνης ὄρος αἰπύ,
Καὶ Τεγέην εἶχον καὶ Μαντινέην ἐρατεινὴν,
Τῶν ἦρχ' Ἀγκαίοιο παῖς κρείων Ἀγαπήνωρ.

Ex Tegea eum profectum esse Epitaphium satis indicat :

Ἀρχὸς δδ' ἐκ Τεγέης Ἀγαπήνωρ Ἀγκαίου υἱὸς
Κεῖθ' ὑπ' ἐμοῦ, Ταφίων πελτοφόρων βασιλεύς.

Πρόθωος καὶ Μαγνίτωρ. Enimvero apud Malalam facilius heroes nascuntur quam fungi post pluviam. O fortunatam Antiochiam tanto alumno! Ineptus adeo Homerus, qui pro isto Magnitore gregarios quosdam milites vilissima capita e Magnesia duxit :

Μαγνήτων δ' ἦρχε Πρόθοος Τενθρηδόνος υἱός.

Εὔμενος σὺν νηυσὶν τα', pro Εὔμηλος.

Τῶν ἦρχ' Ἀδμήτοιο φίλος πάϊς ἔνδεκα νηῶν
Εὔμηλος.

Νηρεὺς ἐκ Μυκήνης, pro Νιρεὺς ἐκ Σύμης.

Νιρεὺς δ' αὖ Σύμηθεν ἄγε τρεῖς νῆας ἐΐσας

Χαλίας ἐκ Τρίκκης σὺν νηυσὶν μ'. Ecce tibi jam tertius heros Chalias, qui a corrupto vocabulo Οἰχαλίας prodiit, non aliter ac vermes in putrescenti cadavere nascuntur.

[75] *Οἵ δ' εἶχον Τρίκκην καὶ Ἰθώμην κλωμακόεσσαν,*
Οἵ τ' ἔχον Οἰχαλίην πόλιν Εὐρύτου Οἰχαλιῆος,

eos ducebant Podalirius et Machaon. Ἀσντεὺς καὶ Πολυπήτης, scribe Πολυποίτης. Ἀμφιγενείας ἐξ Ἰλίου σὺν νηυσὶν μ ν'. Profecto si Troicis temporibus Malalas vixisset, non decem annos totos Græci consumpsissent in unius urbis obsidione : tot iis terræ filios misisset auxilio. Ἀμφιγενείας et Πτελέου oppidorum meminit Homerus :

Οἵ τε Πύλον τ' ἐνέμοντο καὶ Ἀρήνην ἐρατεινὴν,
Καὶ Κυπαρισσήεντα καὶ Ἀμφιγένειαν ἔναιον,
Καὶ Πτέλεον καὶ Ἕλος καὶ Δώριον.

Ἀχιλλεὺς ἐκ τοῦ Ἄργους τῆς Ἑλλάδος, *ex Argi Helladis*. Et Argos et Hellas Thessaliæ sunt urbes, ut pueri sciunt : sed hic locus fatalis est ad Malalæ hallucinationes.

Νῦν δ' αὐτοὺς (leg. αὖ τοὺς) *ὅσσοι τὸ Πελασγικὸν*
Ἄργος ἔναιον,
Οἵ τ' εἶχον Φθίην ἠδ' Ἑλλάδα καλλιγύναικα,
Τῶν αὖ πεντήκοντα νεῶν ἦν ἀρχὸς Ἀχιλλεύς.

Φιλοκτήτης ἐκ Μοθάνης, vitiose pro Μηθώνης, et Σώρθης, Φίλιππος, Ἀντιφος σὺν νηυσὶν οη'. Quis autem porro mirabitur e cerebello Jovis Minervam esse natam; cum Antiochensis hic ex insulso suo capite progeneret absque ope Vulcani

Ductores Danaum delectos, prima virorum?

Sorthem heroem nominat pro insula *Carpatho*, ut et Philippum pro Phidippo.

Οἵ δ' ἄρα Νίσυρόν τ' εἶχον Κράπαθόν τε Κάσον τε
Τῶν δ' αὖ Φείδιππός τε καὶ Ἄντιφος ἡγησάσθην.

Notum est jam a multis sæculis morem invaluisse apud Græcos, ut eodem sono efferrentur αι et ε, οι et υ. Tam captiosa pronuntiatio mendis infinitis libros opplevit : ut Mal. p. 47 et 49. Τῷ υἱῷ τοῦ Ἀχίονος τῷ Πενθεῖ, pro Ἐχίονος, et e diverso 49 et 55. Ὄρος Κιθερώνιον pro Κιθαιρώνειον et 106. Ἀντέωνι pro Ἀνταίῳ, et alia non pauca exstant ex eo genere, sic 214 et 171. Τοῦ Ἴακος υἱοῦ τοῦ Ναυπλίου, pro Οἴακος, et Σχυνέως 169, pro Σχοινέως. In codicibus manu notatis promiscuus fere est vocalium horum [76] usus. Hoc diligenter animadverso, deploratissimos locos emendabit nullo negotio, qui ingenium et judicium in numerato habuerit. Plutarchus de Iside et Osiride : Ἐμπεδοκλῆς δὲ τὴν μὲν ἀγαθουργὸν ἀρχὴν φιλότητα καὶ φιλίαν, πολλάκις δὲ ἁρμονίαν καλεῖσθαι μέροπι · τὴν δὲ χείρονα, νεῖκος οὐλόμενον καὶ ὄτριν αἱματόεσσαν. Frustra hic Plutarchus per annos ducentos criticorum auxilium imploravit. Tu verte αι in ε, et lege Ἁρμονίαν καλεῖ θεμερῶπιν. Possum excitare ipsum Empedoclem testem hujus correctionis, apud Plutarchum Περὶ εὐθυμίας.

Ἔνθ' ἦσαν Χθονίη τε, καὶ Ἠλιόπη ταναῶπις,
Δῆρίς θ' αἱματόεσσα, καὶ Ἁρμονίη ἱμερῶπις,
Καλλιστώ τ', Αἰσχρή τε, Θόωσά τε Δειναίη τε,
Νημερτής τ' ἐρόεσσα, μελάγκαρπός τ' Ἀσάφεια.

Ubi libenter legerim Δηναίη τε, ut contraria inter se comparentur. Scio nunc quid in animo tute tecum volutes : sed illud tibi confirmare possum syllabam primam verbi ἱμερῶπις esse productam atque longam. Primus id reposuit Henricus S'

Digitized by Google

phanus ex conjectura, quantum ego ex re ipsa conjecturam facio. Veteres editiones repræsentant καὶ ἁρμονίη γε μερῶπις. Itaque hic quoque legendum est ἁρμονίη θεμερῶπις. Hesych. Θεμερῶπις, ἐρασμία, ἀγχόνη. Lege ἐρασμία ἁρμονίη, auctoritate Empedoclis : nisi si mavis ἐρασμία αἰσχύνη ex Æschyli Prometheo : Ἐκ δ' ἔπληξέ μου τὴν θεμερῶπιν αἰδῶ. Αἰδὼς est αἰσχύνη. Perperam huic lectioni scholiastes, et Etymologici auctor Θερμερῶπιν vocem nihili anteponunt, tanquam θερμαίνουσαν τὴν ὄπα. Atqui eo pacto θερμῶπις esset dicendum : neque enim vel fando auditum est θέρμερος. Pollux tamen lib. VI, c. 40 : Τὸ δὲ θερμερύνεσθαι καὶ κιχλιδιᾷν κωμικά· ms. χλιδιᾷν vel κυχλοιδιᾷν, lege θεμερύνεσθαι καὶ χλιδᾷν, vel χλοιδᾷν, vel κυλοιδιᾷν. Hesychius : Θέμερον, σεμνόν, ἀφ' οὗ καὶ τὸ σεμνύνεσθαι, θεμερύνεσθαι. Θεμέρη, βεβαία, σεμνή, εὐσταθής. Θεμερόφρονας, συνετοὺς, σώφρονας. Sed ut planissime constet, opus est ut strophen et antistrophen inter se conferamus : in quibus hi versus respondent ex adverso

Ἐκ δ' ἔπληξέ μου τὰν θεμερῶπιν αἰδῶ.
Νεοχμοῖς δὲ νόμοις Ζεὺς ἀθέσμως κρατύνει

Ubi pro [77] ἀθέσμως ex necessitate metri conjeci legendum esse ἀθετῶς. Quam conjecturam firmavit Hesychius. Ἀθετῶς, ἀθέσμως, ἢ συγκατατεθειμένως. Αἰσχύλος. Προμηθεῖ δεσμώτῃ· lege, οὐ συγκ. *sine consensu et approbatione reliquorum deorum.* Respexit ad hunc locum : neque enim alibi in ea fabula occurrit. Plane jam imperitus sit oportet, aut ab invidentia laboret, qui de θεμερῶπιν contra veniat. Experiamur, quid in alteram partem possit hæc observatio. Hesychius : Ἔναστρος, ὡστεμένας, Ἀχαιὸς Ἀλφεσίβοιαι ἀντὶ τοῦ ὑαστὰς γὰρ βάκχας ὑάδας ἔλεγον. Prodigiosa plane oratio. Nunc vicissim ε muta in αι, et lege : Ἔναστρος ὥστε Μαινάς· Ἀχαιὸς Ἀλφεσιβοίᾳ. Ἀντὶ τοῦ Ὑάς. Τὰς γὰρ Βάκχας Ὑάδας ἔλεγον. Agnoscis, opinor, principium senarii ex Achæi fabula Alphesibœa. Similiter οι passim loco υ. Hesych. Κοίημα, γένημα, pro Κύημα, et vice versa Στυχιοῦσι, διατυποῦσι, pro Στοιχειοῦσι. Idem : Στοιχείωσις, διατύπωσις, ἡ πρώτη μάθησις. Itaque Suidas in Lexico diphthongos αι et οι alieno loco proxime ante ε et υ collocavit. Exstat in Bibliotheca publica Oxonii liber antiqua manu notatus, continens mille regulas de recta scribendi ratione : quarum XL docent quando αι scribere oporteat, et quando ε : totidemque ubi οι, et ubi υ. Eum codicem, cum ante inter ἀδεσπότους ferretur, deprehendi ex procœmio versibus senariis scripto litteris præ vetustate pene effugientibus obtutum oculorum, Theognoti esse grammatici quem laudat aliquoties *Etymologici* scriptor. Et quidem omnia ibi reperi, quæ iste Theognoto accepta retulit. De ætate hominis resciscis ex præfatione, cujus initium est,

Τῷ δεσπότῃ μου, καὶ σοφῷ στεφηφόρῳ
Λέοντι, τῷ κρατοῦντι πάντων ἐν λόγοις,
Θεόγνωτος εὐγνωτός τις ὢν ὢν οἰκέτης.

Constitueram hic Epistolæ finem imponere : sed intervenit amicus meus, aurium convicio rationem efflagitans, cur Joannes *Malelas* mihi dicatur, qui a Vossiorum utroque, Usserio, aliisque omnibus qui in hunc usque diem ejus mentionem fecerunt, *Malela* nominatur. Ego vero, inquam, ne in virorum quidem maximorum [78] verba juraverim : sed in aliam sententiam, ubi commodum est, quanquam invitus, meo jure discedo. Roget igitur quispiam, cur *Malela* potius sit vocitandus? hoc scilicet ab iis responsum ferret ; apud Constantinum sic appellari, Ἰωάννου τοῦ ἐπίκλην Μαλέλα, et apud Damascenum, Ἰωάννου τοῦ καὶ Μαλάλα· nusquam alibi commemorari, præterquam apud Tzetzem Ἰωάννης τις Μελέλης. Atqui, si ita res se habet, vulgo et passim reperias τοῦ Σουΐδα, τοῦ Θωμᾶ, τοῦ Ἀριστέα, τοῦ Φιλητᾶ, τοῦ Τριόπα, τοῦ Σκόπα, τοῦ Κρατεύα· nec tamen propterea vel *Suida* grammaticus dicitur, vel *Thoma* apostolus, vel *Aristea de* LXXII *interpretibus*. Ratio videlicet linguæ Græcæ vix aut nullo modo patiatur, ut in A litteram virilia nomina casu recto terminentur. Atque ea causa est, cur peregrina virorum nomina, quæ in A exeunt, a Græcis inflectantur in ας, Γάλβας, Σύλλας, Νουμᾶς, Σενέκας, Ἀγρίππας. Quod si adeo jam exploratum est, nominativum Græcum esse Μαλέλας· nolim ego Latine vertens postremam litteram abjicere præter morem et consuetudinem eorum temporum, quibus maxime viguit honos et gratia Latini sermonis. Vetustiores quidem, ut auctor est Quintilianus lib. I, c. 5, *non in a et s litteras exire temere masculina Græca nomina recto casu patiebantur. Ideoque et apud Cœlium legimus*, Pelia Cincinnatus ; *et apud Messallam*, Benefecit Euthia ; *et apud Ciceronem*, Hermagora : *ne miremur, quod ab antiquorum plerisque Æneа et* Anchisa *sit dictus.* Priscianus lib. V : *Apud Græcos in ας desinentia, apud nos in a terminantur ; ut* Μαρσύας, Σωσίας, Βυρρίας Χαιρέας, Τουρίας, Βαγράδας ; *Marsya, Sosia, Byrrhia, Chærea, Turia, Bagrada.* Libri autem VI, p. 681 et 701, *plerumque* ait et *frequenter* hoc fieri solere. Et his fortassis auctoribus tueri se posse arbitrentur, qui e contraria parte dicunt. Mihi vero longe videtur secus : sed oportet haud jejune de hac causa, et tanquam in transitu, sed plene copioseque disputare. Principio nulla controversia est, quin indigena Latinorum sermo nullum habuerit nominativum in *as* cum genitivo ισοσυλλάβῳ. Quapropter antiquitus, sive Græcus quispiam in Latina civitate viveret, sive Græca scripta in Latinum converterentur, ejusce modi nomina per *a* plerumque scribere et pronuntiare placuit [79]. Atque hoc quidem ex ingenio et consuetudine linguæ vernaculæ ab iis est factitatum. Comici igitur in Græcis interpretandis eam rationem tenuerunt ; *Chærea, Sosia, Byrrhia, Plania, Clinia, Demea, Phædria*, proferentes. Nimirum auribus vulgi ista dabantur. Nec tamen deerant etiam antiqua illa memoria (pace Quin-

Digitized by Google

tiani dixerim), qui ad Græcorum exemplum instituerent loqui : quantum ex eorum reliquiis conjectura consequi possum. Apud Gellium lib. III, c. 7, verba sunt Catonis Censoris, qui, ea tempestate in Rep. floruit, qua Plautus in scena : *Leonidas Lacedæmonius laudatur;* Plauto tamen in Asinaria servus dicitur *Leonida*. Claudius Quadrigarius apud Gellium l. III, c. 8 : *Ad nos venit Nicias familiaris tuus.* Lucilius apud Donatum :

Ante fores autem et triclini limina quidam
Perditu' Tiresia tussi grandævu' gemebat.

Ubi legendum est *Tiresias :* nisi si syllabam natura brevem propter cæsuram produci existimas. Priscianus lib. VI : *Hic Calchas, Calchantis; quamvis hic Calchas, hujus Calchæ, antiquissimi declinabant.* Sed in his locis fortasse fides exemplarium suspecta esse possit : in illo Plinii lib. XXXV, c. 10, nullus datur suspicioni locus : *Decet non sileri et Ardeatis templi pictorem, præsertim civitate donatum ibi et carmine, quod est in ipsa pictura his versibus :*

Dignis digna loca picturis condecoravit
Reginæ Junoni' Supremi conjugi' templum
Marcus Ludius Elotas Ætolia oriundus,
Quem nunc et post semper ob artem hanc Ardea laudat.

Ea sunt scripta antiquis litteris Latinis. Elotas est Εἰλώτας, εἰλώτης. Gruterus Epigramma hoc profert, tanquam a Boissardo visum in hortis Julii III, Pontif. Romani :

Digne doctiloquois pictureis, et quæ sequuntur. Sine dubio falsarius aliquis in lapide inscribendum curaverat, a Plinio id mutuatus. Profecto male operam lusit in versu primo corrigendo. Editio Veneta anni MCCCCLXXXIII habet *Dignis digna loco.* Lego igitur :

[80] *Dignis dignu' loco picturis condecoravit.*

Lucilius :

Samnis spurcus homo vita illa dignu' lo-
[coque.

Dignus loco est Τῶν μέσων· et in bonam vel malam partem capi potest. Nihil verius hac emendatione. In eadem est editione *Ætolia oriundus*, longe quidem melius, quam quod in indice Scaligeri est, *Ætiola oriundus.* Lucretius lib. II :

Denique cœlesti sumus omnes semine oriundi.

Sive mavis cum vulgatis libris, *oriundi :* certe trisyllabon sit necesse est. Sic igitur vetustis illis mos erat, ut interdum quidem in *AS*, frequentius in *A* Græca nomina vellent exire. Postea vero, ut ait Quintilianus, *recentiores instituerunt Græcis nominibus Græcas declinationes potius dare.* Proinde hoc institutum tenuerunt

Lucretius, *Id quod Anaxagoras sibi sumit :*

Varro De R. R. antiqui tamen ut qui maxime, amator sermonis : *Archytas, Ilegesias, Athenagoras, Knaseas*, et apud Nonium in Scaturex. *Ismenias, Thebogenes fuit Scaturex*, lege *Thebagenes*, Θηβαγενής. Et similiter Cicero, apud quem vulgo occurrunt *Archias, Gorgias, Phidias, Cincas, Prusias, Arcesilas, Charmadas, Critias, Diagoras, Hippias, Lysias*, et si qua similia. Nam de *Hermagora* Ciceronis, vereor ne vitioso codice usus sit Quintilianus. Profecto enim omnes omnino, qui nunc supersunt, mss. constanter habent *Hermagoras.* Sed melius est ex ipsis locis experimentum judicii capere, libro primo *De inventione : Hujus constitutionis Hermagoras inventor esse existimatur :* et ibidem : *Quod si magnam in his Hermagoras habuisset facultatem.* Repone hic paulisper, *Hermagora inventor*, et *Hermagora habuisset;* non sentis vocalium concursum vaste hiantem? Ego vero Ciceronem ita scripsisse ne ipsi quidem Ciceroni affirmanti crediderim. Quid dicam de scriptoribus ævi Augustæi? quid de insequentium ætatum? nempe eadem tum consuetudo invaluit, ut in ας caderent Græca nomina. Spero mihi fidem apud te esse; ne necesse habeam infinita hic exempla enumerare. Quod tamen cum exceptione dictum velim; ut, quanquam eruditi homines cum, quem dixi, morem servaverunt, nomina tamen servorum, aut quicunque, ut principio dixi, in Latina civitate vixere, [81] vulgaris usus, penes quem jus est loquendi, plerumque immutaverit ad Latinam consuetudinem. Inde est apud Ciceronem, *Phania* Appii libertus. Frustra enim græcissaret dominus, cum ab omnibus conservis et notis sine ς littera *Phania* is vocabatur. Sed a Plinio memoratur *Phanias physicus :* nempe is in Græcia vitam egerat, nullum habuerat Romæ dominum aut patronum. Inde illud Horatii, *Credat Judæus Apella*, id est, quivis Judæus : ut locum explanem parum hac memoria intellectum. Judæi habitabant trans Tiberim, et multo maximam partem erant libertini, ut fatetur Philo in Legatione ad Caium. Apella autem libertinorum est nomen, satis frequens in inscriptionibus vetustis. Cic. epist. 25, lib. VII : *Ne Apellæ quidem liberto tuo dixeris.* Itaque *Credat Judæus Apella*, quasi tu dicas, Credat superstitiosus aliquis Judæus Transtiberinus. Inde illud alterum, *Obeundus Marsya :* quo modo etiam loquuntur Ovidius, Silius, Lucanus. Marsya scilicet in foro collocatus et donatus quasi civitate Romana, non potuit non in ore vulgi quotidie versari; et præterea eo nomine fuerunt servi Phryges. In veteri marmore, M. HELVIUS M. L. MARSYA. Vulgi autem auctoritatem libenter hic secuti sunt poetæ; cum secundum Græcam pronuntiationem *Marsyas* in hexametro non staret. Sic *Cassius Chærea* tribunus plebis, notissimus ob Caii Cæsaris cædem : alter apud Plinium statuarius, qui nunquam, credo, Italiam viderat; et apud Varronem tertius Atheniensis, qui de re rustica scripsit, *Chæreas.* Ita Persius (priusquam Cornutus Stoicus versum immutaverat metu Neronis), *Auriculas asini Mida rex habet;* et ad id exemplum Justinus : nullam aliam ob causam, præterquam quod id nomen frequenter mancipiis est inditum, præsertim ex Phrygia emptis. Terentius Phormione : *Puer ad me occurrit Mida.* Vetus lapis apud Sponium p. 289, MIDA CUBICULARIUS. Nequeo tamen conjectura augurari, cur qui

Digitized by Google

Nepoti *Perdiccas*, Curtio et Justino et quibusdam aliis *Perdicca* nominetur. Siquidem apud utrumque cætera omnia Græco more proferuntur, *Amyntas*, *Bagoas*, *Philotas*, *Ophellas*, *Jollas*, *Gobryas*, *Alcetas* frater Perdiccæ. [82] Nullus memini Perdiccas inter Italorum servos aut libertos : neque quidquam aliud causæ invenire possum. Nam cognomenta Libertinorum (ea ipsis nomina fuerunt, priusquam manu mitterentur), si Græce in Ας caderent, Latinam terminationem plerumque ceperunt. Non tamen usquequaque increbuisse eam consuetudinem ex antiquis inscriptionibus animadverti. Nam ecce tibi hæc nomina ex Grutero, Reinesio, Sponio. Ἀχιλλᾶς. *M. Cornelius Achillas. L. Pontius Achilas.* Ἀλεξᾶς, ὑποκοριστικὸν ab Ἀλέξανδρος. *Q. Hortensius. Q. L. Alexa. Suavettius Alexa.* Ἀνδρέας. *C. Quinctius Andrea.* Ἀπελλᾶς (Ἀπολλᾶς apud Athenæum) ab Ἀπολλόδωρος. *T. Claudius Apella.* Ἀρποκρᾶς ab Ἀρποκράτης vel Ἀρποκρατίων. *M. Lollius Arphocras. C. Herennius Harpocra.* Ἀρτεμᾶς ab Ἀρτεμίδωρος. *C. Cæcilius Artemas. Cecilius Dexter et Artimas fratres. Æ. Fl. Artema. L. Laberius Artemas.* Ἀθηναγόρας. *Vireius Athenagoras.* Κλεόπας, in Nov. Test. vel fortasse Κλεοπᾶς a Κλεόπατρος, vel Κλεόφιλος. *Ti. Cleuphas.* Κλειτίας vel Κλιτίας. *Juli. Clinias. Q. Pomp. Clinias.* Κτησίας. *M. Aur. Ctesias.* Sic *Dama* apud Persium, si Græcum est a Δαμᾶς vel Δημᾶς quod est diminutivum a Δημήτριος. *Mettius Damas.* Ἐπαφρᾶς ab Ἐπαφρόδιτος. *G. Avillius Epaphra. M. Cornelius Epaphra. C. Curtius Epaphra. C. Julius Epaphra. P. Nonius Epaphra. C. Pricilius Epaphra. S. Propertius Epaphra. C. Veiacus. C. L. Epaphra.* Et e diverso, *Epaphras postremum præstitit officium.* Γλαυκίας. *Glaucias Lib.* Γοργίας. *Gorgias Lib. L. Abuccius Gorgia.* Spon. 288. Ἡρᾶς ab Ἡρόδωρος. *L. Abuccius Hera. M. Petronius Heras. P. Sulpicius Hera. P. Valerius Hera.* Ἡρακλᾶς ab Ἡρακλεόδωρος Clem. *Stromat.* v. *L. Æmilius Heracla. C. Annius Heracla. C. Camelius Heracla. L. Clodius Heracla. L. Cornificius Heracla. Q. Cornelius Heracla. L. Creperius Heracla. L. Licinius Heracla. F. Longinus Heracla. C. Stiminius Heracla. Q. Petinius. Q. L. Heraclas.* Ἑρμᾶς ab Ἑρμόδωρος. *Herma accommodator. L. Æmilius Hermas. P. Annius Herma. C. Cassius Herma. Cornelius Hernia* (vitiose pro *Herma*). *M. Junius Hernia* (lege *Herma*). *Q. Lollius Herma. M. Mag. Herma. Octavius Herma. C. Quinctius Herma. P. Statius Herma. P. Turannius Herma. Q. Vibius Herma. M. Ulpius Aug. Lib. Herma.* [83] Ἑρμαγόρας *L. Mœcius. L. F. Hermagoras.* Ἑρμείας. *Aurelius Hermias Aug. Lib. T. Didius Hermias. M. Helvius Hermias. C. Julius Hermia. Sex. Pompeius. Sex. Hermia.* Spon. 221, leg. *Sex. L. Her.* Λεοντᾶς fortasse ὑποκοριστικὸν a Λεόντιος. *L. Arcius Leontas. C. Julius Leontas. M. Herennius. M. L. Leonta.* Λεωνᾶς. Artemidorus p. 249. Λεωνᾶς ὁ Σύρος παλαιστής. *Fabius Leonas. C. Oppius. C. L. Leonas.* Μηνᾶς a Μηνόδωρος. *D. Lallius Mena.* Μητρᾶς a Μητρόδωρος. *C. Fyrmius Metras.* Νικίας. *M. Annius Nicia. Cluvius A. L. Nicia. A. Plautius Nicia.* Νικήτας. *Aur. Niceta.* Ὀνησᾶς ab Ὀνησίφορος. *Q. Virius Onesas.* Παπίας. *C. Marcius C. F. Papia. Munatius Papa* (an depravatam loco *Papia*, an a Πάπας). *M. Plutius M. L. Papia. C. Purellius Papia. L. Valerius Papia.* Φιλώτας. *A. Annius Philotas.* Φιλᾶς a Φιλόδημος. *M. Hirrius, Phila.* Φιλέας. *L. Magius Phileas.* Φανίας. *Phania* apud Terentium et Ciceronem : *Fl. Phaneas. M. Tillius M. L. Phanias.* Θευδᾶς vel Θεοδᾶς a Θεόδωρος. *A. Fœsonius Thuda. Q. Veionius Teuda.* Θεωνᾶς. Alexandriæ episcopus, *Theonas* apud S. Hieron. *Livius Theona Aug. L.* et *Livius Theona ab Epistulis Græc.* Ζάβδας. Hierosol. episcopus, *Zabdas* S. Hieron. et *Zabdæ* in monumento L. Valerii : *Saufeius Subda.* Ζηνᾶς a Ζηνόδωρος. *L. Calpurnius Zena.* Enimvero jam percontari eos velim, qui sine S. littera *Malela* pronuntiant, quo auctore didicerint Joannem hunc Antiochensem captivum in Italiam abductum servitutem ibi serviisse ; tandem autem, postea quam libertatem receperat, ad historiam scribendam se contulisse? Sin autem ; cur obsecro, cum Evandri matre et cascis illis allium obolentibus, aut cum fæce Romuli loqui malunt ; quam cum Cicerone, et bonis auctoribus Latinitatis ? Mihi quidem non longa deliberatio est, utros imitari velim. Sed hæc nimium fortasse studiose atque anxie : nisi quod omnino respondendum fuit iis, a quibus sum provocatus. Siquidem Gerardus Vossius, qui nescio an ab interprete Damasceni in errorem ipse inductus sit, certe aliis exemplo suo et auctoritate viam ad errationem munivit, non certo judicio, sed inconsiderate præterque morem videtur egisse. Quippe qui nunquam alias [84] abjecerit S ; ne tum quidem cum auctores haberet, quos etsi perverse, saltem aliquatenus imitaretur. Apud quem *Chœreas* vocatur Historicus et *Clinias*, *Marsyas* Macedonicarum rerum scriptor et Delphicarum *Apellas* : nec tamen *Chœrea* et *Clinia* in Comœdia, neque Horatii *Marsya* et *Apella* tenacissimam ejus memoriam fugere potuerunt.

Tantum quod hæc scripseram, Milli jucundissime : cum ecce mihi nova res atque improvisa nuntiatur, quæ de sententiæ me meæ statu propemodum dejecit. *Enimvero, quod in superiore causa probanda tantopere desudarem, nihil fuisse ; meque in ea disceptatione prorsus ἄσκοπα τετοξευκέναι. Nam apud Constantinum et Damascenum* τοῦ Μαλέλα *posse nomen indeclinabile esse : neque abhorrere ab usu Græcorum, ut nomina barbara sine variatione casuum proferantur,* τοῦ Ἀμμοῦν, τὸν Ἀνοὺβ, τῷ Ἀσκοὺμ, τοῦ Βλὰχ, τοῦ Ἄψκαλ, etc., *sexcenta dari masculina in A, ut* ὁ Σισάρα, ὁ Σάλα, ὁ Φουὰ, ὁ Σιβὰ *in Vet. Test.* ὁ Ζαρὰ, ὁ Ἀβία *in Novo : Syrorum nationem* (*Syrum autem esse hunc Malalam*) *amare nomina in A litteram exeuntia, Maruta, Barsoma, et pleraque omnia : sic et Arabas quoque*

Digitized by Google

Abdalia, Mashalla, Taphala, et si qua sunt alia : occurrere denique apud Cantacuzenum Ἰωάννης Περάλτα, *et apud Theophanem* Ἰωάννης ὁ ἐπίκλην Ἡμοῦλα, *Joannem cognomento Hemula, secundum Victorem Tununensem.* Ego vero, quanquam fortasse præstabilius esset, ut ex amicorum consilio supersederem labore respondendi, libera esse judicia sinerem : constitui tamen devorare eam molestiam ; et eo quidem animo, nullum ut certamen instituam, neque enim temperate calamo res agetur; sed ut semel defungar, nec tacendo committam', ut odiosæ mihi de lana caprina lites succrescant in posterum. Dico itaque neque esse illud, de quo viri docti asseverant, neque posse. Nam ecce tibi Joannes Tzetzes qui cum Ἰωνικωτέρως πως protulerit Μελέλης, certe secundum me judicasse videatur. Crebro enim eæ syllabæ permutantur inter se, Λεωνίδας Λεωνίδης, Ἑρμᾶς Ἑρμῆς, Ἀπελλᾶς Ἀπελλῆς, Μαλέλας Μαλέλης. Eodem accedit, quod in syllaba secunda statuitur accentus, τοῦ Μαλέλα tanquam ab ὁ Μαλέλας non Μάλελα neque Μαλελά, ut plerumque assolet in vocabulis peregrinis [85]. Verum illud in primis est admiratione dignum, quod ut de Græco nomine cognitio habeatur, ἐπ' ἀλλοθρόους ἀνθρώπους et ad Barbaras nationes provocant. Siquidem ex Hunnorum gente sunt Ἀσκοὺμ et Βλάχ, de quibus vide ipsum Malalam p. 159 et 170. Verum age quandoquidem sic agi placet, cedo quos volent arbitros. Stabimus etiam Hunnorum judicio : neque homines plebeii, sed reges et regibus proximi pronuntiabunt. Verba sunt Malalæ p. 59 : Καὶ ἤνεγκεν ἅμα αὐτοῦ κατὰ Ἀττιλᾶ. Maxime regum, bona tua venia libenter rogaverim, qui Græce vocaris casu recto. Cur autem occupato molesti sumus? Respondebit pro eo Malalas ibidem : Ὡσαύτως δὲ καὶ Ἀττιλᾶς ἐτελεύτησε. Sic omnes uno ore. Apud Priscum Thracem in Collectaneis Constantini Porphyrogeniti ; corrigendus obiter Suidas, qui Πρίσκος ait Πανίτης ἔγραψεν ἱστορίαν Βυζαντικὴν καὶ κατὰ Ἄτταλον, lege haud cunctanter, Βυζαντιακὴν καὶ κατὰ Ἀττήλαν vel Ἀττήλα· apud Priscum, inquam, aliquoties legas Ἀττήλας καὶ Βλήδας. Is Attilæ frater erat, a Jornande Bleta dictus, a Prospero depravate Bleba, a Theophane Βδέλας· Ἀττιλᾶς, inquit, Ὀμνουδίου παῖς ἀποβαλὼν Βδέλαν τὸν πρεσβύτερον ἀδελφόν. Verbum illud dividuum facito, et scribe ὁ Μνουδίου παῖς vel fortasse Μουνδζίου. Jornandes enim Mundzuccum nominat, et Sigebertus Mundzuch, perperam vero Nicephorus Callistus Νουμίδιον. Quid Attilæ patruus, Ῥούα ne declinabile an Ῥούας? De hoc statuet idem ille Priscus ; cujus verba sunt, Ῥούα βασιλεύοντος τῶν Οὔννων et παρὰ τὸν Ῥούαν ἀφικνεῖσθαι. Ita Βάλας dux Hunnorum apud Procopium, Vandalorum Ἀμμάτας, Gotthorum Γρίππας et Βέσσας, et Μόρρας et Μαρκίας, et Ἀλβίλας et Οὐσδρίλας. Eant nunc et ab Hunnis malum sibi mendicent. Apud Malalam reperio p. 210 : Τζίττα στρατηλάτου Ῥωμαίων· et 202, κατὰ Σουνίκα καὶ Σίμμα· et 111, μετὰ τοῦ ἡνιόχου Καλλιόπα· et 165, μετὰ τοῦ φυλάρχου Ἀρέθα· plane ut apud Constantinum est τοῦ ἐπίκλην Μαλέλα. Placetne jam, ut Joannem ipsum nobis arbitrum capiamus? æqua, opinor, et honesta postulatio est. Sententiam vero is suam ostendit p. 204 : Ὅστις; Τζίτας· 203, Σουνίκας δὲ καὶ Σίμμας· 110, Καλλιόπας τις ἡνίοχος· 166, Ἀρέθας τις ὁ φύλαρχος καὶ Γνούφας. Et adhuc dubitent, si possunt, utrumne qui hæc [86] scripserit, ullo modo est ut ὁ Μαλέλα vocatus fuerit. Jam Στσάρα et Φουὰ quam inviti et recusantes in argumentum ducuntur! Recte quidem factum a LXXII viris; quod cum vetusta illa et Ogygia nomina litteris Græcis mandarent, ad syllabam de sermone barbaro expresserunt. Nam qui annis ante permultis excesserant e vita, nulla, credo, iis futura erat consuetudo cum Græcis. Quod si alii juniores, quibus eadem quæ veteribus illis nomina, usum et commercium cum Græcis habuerunt, sine dubio eorum nomina declinata sunt ad normam Græci sermonis. Sic I Paralip. cap. VIII, est quidam Ἀνανία, et cap. XII Βερχία, vel, ut in ms. Regio est, Βαραχία. Eadem occurrunt nomina in Test. Novo (Syrus enim interpres et hic et illic *Hhananio, Brachio*) : cum Græca tamen terminatione, Ἀνανίας, Βαραχίας. Similiter antiqui illi Ἰακὼβ, Ἰωσὴφ, Σαοὺλ perpetuo nominantur : juniores vero, qui cum Græcis rem habuerunt, Ἰάκωβος, Ἰώσηπος, Σαῦλος. Quo exemplo etiam Στσάρας et Σάλας et Φούας essent dicti; si Antiochiæ vixissent vel in alia quavis civitate Græca, et memoriam rerum gestarum litteris consignassent. Neque vero inficior Syrorum, atque Arabum nomina frequenter in A littera terminari : servatam esse a Græcis eam terminationem pernego. *Abdalla, Masalla, Taphala.* Ita quidem Arabes. Quomodo autem Græci? Theophanes, p. 294 : Μουαμὲδ ὁ τοῦ Ἀβδελᾶ. Perii equidem, in hoc exit, et contra me facit. Sed nolo eos in lætitiam frustra conjicere. Illud enim perincommode intervenit ibidem ὁ Ἀβδελᾶς υἱός, et apud Zonaram Μασάλμας ὁ τῶν Ἀράβων ἀρχηγός, apud Malalam Ταφαρᾶς ὁ φύλαρχος. Eadem mihi de Syriacis nominibus sententia est. Porphyrius apud Eusebium Scaligeri : Πτολεμαῖος δὲ ἀγανακτήσας, ὅτι τῷ Πηλουσίῳ προσέβαλεν ὁ Δημήτριος, ἅτε τῶν κατ' Αἴγυπτον πραγμάτων ἐχόμενος, πέμπει βασιλέα τῆς Ἀσίας Ἀλέξανδρον, ὡς υἱὸν Ἀλεξάνδρου, ὃς διὰ τὸ ὡς ἀγοραστὸς εἶναι τοῦ Πτολεμαίου Σαβινᾶς ἐπεκλήθη πρὸς τῶν Σύρων, et Josephus : Ἀλέξανδρον τὸν Ζεβινᾶν ἐπιλεγόμενον. Et eodem nomine Antiochensis episcopus Ζεβῖνος Nicephoro, Ζέβεννος *Zebennus* Eusebio et Hieronymo vocatur. Atqui ἀγοραστός, *emptus*, Syriace est *Zbino* vel *Zbina*. Ita Græce dixeris [87], Ἰωάννης ὁ Ἀντιοχεὺς, ὃς διὰ τὸ φιλολόγος εἶναι Μαλέλας ἐπεκλήθη πρὸς τῶν Σύρων, vel, ut propius Syrorum pronuntiationem subsequitur Damascenus ipse Syrus, Μαλάλας.

Digitized by Google

Nam *Malolo* vel *Malala* est orator, eloquens, loquax. Non difficile est conjectura assequi, utram ob causam cognomento illo auctus fuerit Joannes, Λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν. Ipse Porphyrius a popularibus suis Syris *Malcho* sive *Malcha* vocabatur : Græce vero non Μάλχα, sed Μάλχος. Ita *Cipha* saxum Κηφᾶς, *Thoma* gemellus Θωμᾶς, et si qua sunt alia. Mal. p. 41. Ἀντίοχον τὸν ἐπίκλην Χούζωνα. Mirum ni ex illorum sententia cognomentum Antiochi fuit *Chuzona* casu recto, ut *Malala :* cum ambo sint Antiochenses. Quid ergo sibi volunt ista p. 63. Ἀντίοχον τὸν Χούζωνα τὸν ἔγγονον Ἀντιόχου τοῦ Χούζωνος? Quod si usquequaque Syriaca nomina imitari et exprimere debemus, cur, obsecro, Ἰωάννης dicitur, non Ἰωανὰν Μαλάλα? nam Syris est *Juhhanon*, ut LXXII viris Ἰωανάν. Sed ecce tibi Cantacuzenus, qui p. 874. Λατίνων τις, ait, Ἰωάννης Περάλτα προσαγορευόμενος. Scias autem in quantas angustias adducti sunt, cum homines χθὲς καὶ πρώην γεγονότας sæculo demum XIV, post Christum natum inveterata jam barbaria, causæ suæ patronos adoptant. Rem sane lepidam et jocosam. Joannes hic Antiochensis bene Græce Μαλέλα dici potest, quia Italo cuidam nomen erat *Giovanni Peralta*. Sic enim Cantacuzenus p. 174. Μάλιστα δὲ Ντζιουὰν Περάλτα ὁ τούτων ἡγεμών. Græcus iste est sermo hodiernus : ita giostra τζοῦστρα, gingiva τζιντζίβα, jecur ντζηγάριον. Vah! quam velim progrediantur longius, atque una opera probent Ντζιουὰν Μαλέλα dicendum esse : facinus pol magnum et memorabile fecerint. Illud vero durum, quod apud Theophanem est Ἰωάννης ὁ ἐπίκλην Ἡμοῦλα. Nec a Victore solum vocatur *Hemula*, sed Anastasio etiam, qui Theophanem in Latinum convertit : a Liberato Diacono Joannes Mela ; nisi fortasse depravati sunt codices. Ex Græcis vero scriptoribus solus Theophanes et semel duntaxat cognominis ejus mentionem facit : cæteris simpliciter Joannes vocatur, Nicephoro [88] Patriarchæ, Nicephoro Callisto; sicut et Leontio Byzantio, Chronicoque Orientali. Quo magis adducor, ut vitiosum esse illud verbum existimem; et istum apicem, qui in libris mss. terminationem ας signare solet, ab indiligenti librario mutatum esse vel prætermissum. Præsertim cum cuncta id genus nomina præter hoc unum ab ipso Theophane per ας scribi videam; Ἀρέθας, Ἀττίλας, Μασάλμας, Ἀβουλάβας, Κουτζίνας, alia quamplurima. Itaque hoc in loco, ut mea fert opinio, facta est Theophani injuria. Nec, quod Anastasius et Victor *Hemula* Latine nuncupant, non *Hemulas ;* magis id quemquam movere debet, quam quod Attila a Latinis dicitur, qui Græcis est Ἀττίλας. Nam peregrina ejusmodi nomina Græci Latinique neutri ab alteris, sed ab ipsis Barbaris utrique acceperunt. Toto igitur cœlo erravit Prisclanus, cum *Turia* et *Bagrada* (Africæ sunt ista flumina) declinari putat a Τουρίας et Βαγράδας. A Græcis quidem Ἰόβας, Μιψας et Βάρκας sunt dicti, qui a Latinis Juba, Micipsa, Barca. Nec tamen hæc quæ proxime nominavi, de Græcia petita sunt; sed ex Africa recto itinere deportata sunt in Italiam. Quid enim, cum illi Ἀμίλκας, Ἀννίβας proferunt, hi Hamilcar et Hannibal; non signi hoc satis est, unde utraque sunt accersita? Nempe hi masculina nomina Africana in A libenter retinebant; Græcorum aures tanquam absona et inconcinna repudiabant. Sed ut concedam illud Ἡμοῦλα a Theophane profectum esse : non ego monachum aliquem adversus omnium autoritatem magistrum dicendi capere velim; sed illum ipsum ad nationis suæ exemplum, addo etiam suum, componere. Vir multiplici doctrinæ copia præditus Eustathius Thessalonicensis episc. accurate disputans de Homericis illis ἱππήλατα Πηλεὺς et Ἑρμείας ἀκάκητα, etc., non Σισάρα et Σάλα, non Ἡμοῦλα ad partes vocat; nam *Giovanni Peralta* qui potuit, priusquam is nasceretur? quod contra ex omni memoria duo duntaxat memorat masculina Græca in A, eaque minime a se lecta, sed Eudæmonis fide Pelusiotæ; ejus opinor, cujus librum de Orthographia Stephanus Byzantius, et Suidas et Etymologici scriptor citant. Horum unum Illyricum esse nomen, ex epigrammate quodam, Πατὴρ δ' ἔμ' [89] ἔφυσε κόπαινα, ἤτοι Κοπαίνης· Syracusanum alterum ex Sophrone, ὁ Μύριλλα. Democopum videlicet architectum, cum theatrum exædificasset Syracusis, populo viritim unguentum distribuisse, et ex ea re cognomento vocatum esse Myrillam : nempe ἀπὸ τοῦ μύρου Μύριλλαν. Ego vero Eudæmonem illum jubeo κρόμμυ' ἐσθίειν, ut hominem infortunio mactem : siquidem religio erat Pelusiotis cepas gustare. Nam profecto de Syracusiorum dialecto cras credo, hodie nihil. Theocritus Syracusanus, qui idiomate vernaculo perpetuo est usus (Μοῦσαν δ' ὀθνείην οὔποτ' ἐφειλκυσάμην) annon Σ litteram ubique servat, Δαμοίτας, Μενάλκας, Ἀμύντας, Διοκλείδας? Non Apollo Δσφίτας Syracusis colebatur? Non *Hicetas* Syracusius philosophus a Cicerone laudatur in *Academicis?* non eorum sermone γαφάγας *lumbricus* apud *Etymologicon?* non dissimulo apud Hesychium scriptum esse Γαφάτα, σκώληξ· sed vero duplici errore. Nam excidit Σ littera, ut usu venire solet, cum proxime subsequatur altera : T autem facillime mutatur in Γ, ut alibi Στένυτρον, εὐρυπωδέστερον, συριγγῶδες, pro Στενυγρὸν, εὐριπῶδες, στενὸν, συριγγῶδες. Ne ipse quidem Sophron aliter locutus est. Athenæus lib. VII : Καὶ παρὰ Σώφρονι ὁ θυννοθήρας, et καρχαρίας aliquanto inferius, p. 306, Σώφρων, θυννοθηραία δὲ γαστὴρ καρχαρίας ὁ κάτινος δῆσθε. Priora verba quæ Casaubono molestiam creabant, sic lege : Σώφρων Θυννοθήραι. Ἁ δὲ γαστὴρ, id est, θυννοθήρα. Nimirum iste liber Θυννοθήρας inscriptus est. *Etymol.* in Ἥτα. Ὡς φησι Σώφρων ἐν Θυννοθήρᾳ. Male alibi ἐν Θυννοθήραις. Quod si verum est illud de Democopo, vulgi joco cognomen suum

Digitized by Google

adeptus esse videatur, quia fortassis ea tempestate Syracusis scorto cuipiam non ignobili nomen fuerit Myrilla. Nam mulieris id quidem nomen esse proprium certiores nos facit poeta nescio quis inter Lyricos II. Stephani. Στρατόκλεις φίλος Κυθήρης, Στρατόκλεις φίλος Μυρίλλης. Ἴδε τὴν φίλην γυναῖκα, Κομάει, τέθηλε, λάμπει. Ῥόδον ἀνθέων ἀνάσσει, Ῥόδον ἐν κόραις Μυρίλλα. Quod ad Κόπαινα attinet, etsi non facile fidem habeam, viderit de eo verbo epigrammatis auctor; qui fortasse, cum barbarum Illyrium βαρβαρίζοντα induxerit, bene moratum carmen fecisse videatur. Quod si quis [90] Illyriorum exemplo Ἰωάννης ὁ Μαλέλα proferre velit: id quidem perinde est, A tanquam si ὁ Κάτο dicens et ὁ Κίκερο, se egregie loqui Græce contendat; quia apud Aristophanem Caris Cantilena est, Θρεττανελὸ τὸν Κύκλωπα· et Scythæ istius Attica elegantia:

Ὡς ἐλαπρὸς ὥσπερ ψύλλο κατὰ τὸ κώδιο.
Ὦ γράδι' ὡς καρίεττό σοι τὸ τυγάτριο,
Κοὐ δύσκολ' ἀλλὰ πρᾶο· ποῦ τὸ γράδιο.

Sed nimium diu, mi Milli, in litigiosa hac disputatione te demoratus sum. Dabis autem veniam necessitati; nam postea, per me licet, alii ut volent loquentur, non equidem invideo, neque intercedo. Imo enimvero invitissimus hæc scripsi,

Ὡς οὐχ ὑπάρχων, ἀλλὰ τιμωρούμενος.

ADDENDA.

Ecce iterum Crispinus. Cum enim adhuc supersit B chartæ aliquantulum, ut narrat typographus; nimirum ei parcere stulta, ut ait ille, foret clementia. Percurram igitur Epistolam totam, adnotaturus identidem, si qua vel retractari diligentius vel corrigi debeant.

Principio, bene quidem factum quod (pag. 4) de etymologia τοῦ Ἡρικεπαίου supersedi inquirere. Quamvis enim Ἡρι in Græcorum verborum compositione non infrequens sit, Ἡριπόλη, ἠριγένεια, ἠριγέρων, ἠριθαλές· nihilo tamen minus peregrinam esse vocem mihi videor certo comperisse. Siquidem κεπ syllaba, quod jure mireris, plane aliena est atque absona a consuetudine cum Græci tum Latini sermonis. Σκεπ. quidem in σκέπω, περισκεπὴς, σκέπαρνον, etc., κεπ. autem nusquam C occurrit, quod sciam, præterquam in Κέπφος. Eam ego vocem, cum solitaria sit atque unica, vix dubito, quin olim pronuntiaverint *Keffos* non *Kepfos:* prout hodie Σαπφὼ *Saffo* dicimus, non *Sapfo*. Apud Latinos autem κεπ syllabam brevem frustra quæsiveris. *Conceptio, perceptio* et similia, κηπ habent productam a *percepi, concepi.* — *Anceps, auceps, princeps* κεψ in scriptura exhibent, non κεπ: neque vero casibus obliquis faciunt *aucepis* aut *princepis*.

Ep. p. 12. [91] Ut egomet vineta mea cædam, falso credidi tres istas Sophoclis fabulas ex una tetralogia fuisse, continuatione serieque historiæ in eam opinionem adductus. Ἀλλ' οὐ πεσών C γε ἐκείμην. Culpa enim postridie deprehensa etiam amoveri facile potuit, si per typothetam licuisset. Ἀλλὰ τὸ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν ἀχνύμενοί περ. Certum est eas tragœdias longo interjecto intervallo fuisse editas. Antigonen ita placuisse ferunt, ut ea gratia prætura Sophocli decerneretur in bello adversus Samios. Ergo acta esse videtur anno III, Olymp. LXXXIV, ætatis Soph. LVI, secundum Mar- B mor Arundel. Œdipus vero tyrannus secundas tantum obtinuit, et victus est a Philocle: quin et Œdipum Coloneum, quem extrema senectute fecit omnium novissimam, editionis tempore antecessit. Argumentum Œd. Tyr. Εἰσὶ δὲ καὶ οἱ Πρότερον αὐτὸν, οὐ Τύραννον ἐπιγράφοντες, διὰ τοὺς χρόνους τῶν διδασκαλιῶν καὶ διὰ τὰ πράγματα. Ita scribendus est iste locus, quem minus intellexit magnus Camerarius. Sunt qui hanc fabulam Œdipum Priorem inscribunt, non Œd. Tyrannum: quia prior erat cum tempore actionis, tum serie rerum gestarum. Ea hujus loci sententia est.

Ep. p. 14, vers. 3. Auget vehementer suspicionem nostram ipse Clemens in Protreptico, qui postea quam versus eos tanquam Sophocleos protulit, Οὐτοσὶ μὲν, ait, ἤδη καὶ παρακεκινδυνευμένος ἐπὶ τῆς σκηνῆς τὴν ἀλήθειαν τοῖς θεαταῖς παρεισήγαγεν. Ergo et Clementis judicio in capitis venisset discrimen, quicunque eos olim in scenam detulisset. Ii alibi citantur hoc exemplo:

Θνητοὶ δὲ πουλυκερδείᾳ πλανώμενοι
Ἰδρυσάμεσθα πημάτων παραψυχὴν,
Θεῶν ἀγάλματ' ἐκ λίθων τε καὶ ξύλων
Ἢ χρυσοτεύκτων ἢ Ἀλεφαντίνων τύπους.

Quamobrem, quia nullus jam locus est censuræ nostræ in πολλὸν et χαλκέων, alia afferam argumenta oportet, cur subditicii sint. Multis sane nominibus non placet illud πουλυκερδείᾳ. Nam quid, obsecro, facit πουλὺ in tragœdiæ diverbio? est enim ex dialecto Ionica. Neque vero δεια spondæus in sede [92] quarta ferri potest contra morem consuetudinemque Tragicorum. Theocritus: Καὶ φιλοκερδέϊ βεβλαμμένον ἄνδρα παρελθεῖν. Neque porro πουλυκερδεία de *avaritia* possis accipere cum interprete Clementis: verum ea sententia nimium quidem inepta atque inficeta, quasi si *prudentia* sive *astutia* homines in errorem inciderint. Πολυκέρδεια enim est πολυΐδρεια· ut Ulysses Homericus:

Digitized by Google

Οὐκ ἔυ εἰπέμεναι, πολυϊδρείῃσι νόοιο,
Ἀλλ' ὁ μὲν ἦν ἄλοχον πολυκερδείῃσιν ἄρωγε.

Sed et alia fertur scriptura nihilo melior : Θνητοὶ δὲ πολλοὶ καρδίᾳ πλανώμενοι. Mihi quidem, salvo aliorum judicio, *nos multi mortales*, parum ornate dici videtur pro elegantia Ἀττικῆς μελίττης. Sed utcunque de ea re visum fuerit eruditis : rogatos eos velim, qui luculenter Græce sciunt, utrum καρδίᾳ πλανώμενοι domesticus sit sincerusque sermo Græcus, an potius peregrinus, et πονηροῦ κύμματος? Nimirum suo se indicio prodidit Judæus iste sorex. Neque enim Hellenismus est, verum Hebraismus purus putus ex sacra Scriptura tralatus atque expressus. Psal. xciv, (et *Epist. ad Hebræos*) Ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ· καὶ αὐτοὶ οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδούς μου. Isaias xxi : Ἡ καρδία μου πλανᾶται. Imo enimvero negamus ista,

Ἢ χρυσοτεύκτων ἢ ἐλεφαντίνων τύπους

ab homine Græco nedum a Sophocle proficisci posse. Τύπος hoc in loco est ipsa statua, αὐτὸ τὸ ἄγαλμα, οὐκ εἶδος τοῦ ἀγάλματος, ut apud Isocratem in fine Evagoræ : τοὺς μὲν τύπους ἀναγκαῖον παρὰ τούτοις εἶναι παρ' οἷς ἂν σταθῶσι. Dicerent vero Græci Ἢ χρυσοτεύκτους ἢ ἐλεφαντίνους τύπους θεῶν, non χρυσοτεύκτων. Velut εἰκόνας dicunt χαλκᾶς Ὀλυμπιονικῶν, non χαλκῶν. Artemidorus : χάλκεαι γὰρ εἰκόνες τῶν ἐλευθέρων ἀνατίθενται. Ita passim et vulgo, ut quidem testimoniis uti putidissimum foret. Neque vero aliter Latini. Lucretius : *Si non aurea sunt juvenum simulacra per ædes*, non *aureorum*. Plinius xxxiv, 7 : *Lignea potius aut fictilia deorum simulacra*. Juvenalis : *Effigies sacri nitet aurea cercopitheci*. Horatius : *Quid referam, quo pacto in imagine cerea largior arserit ignis*. Itaque τύπους ἐλεφαντίνων θεῶν nihil minus est quam Græca oratio : ea tamen utitur Sibylla lib. III : ξυλίνων θεῶν εἴδωλα dicens pro ξύλινα.

Οἵτινες οὐκ ἀπάτῃσι κεραΐς, οὐδ' ἔργ' ἀνθρώπων,
Χρύσεα καὶ χάλκεια, καὶ ἀργύρου ἠδ' ἐλέφαντος,
Καὶ ξυλίνων λιθίνων τε θεῶν εἴδωλα καμόντων,
Πήλινα, μιλτόχριστα, ζωγραφίας τυποειδεῖς,
Τιμῶσιν, ὅσα κέν τε βροτοὶ κενεόφρονι βουλῇ.

Eadem habet Protrepticus Clementis. Quis porro inficiabitur in eodem doctos esse ludo subjectorem hunc Oraculorum, et commentitium illum Hecatæum? Quod si vicero de versibus falso Sophocli attributis, etiam illud evidentissime constabit, quod olim Philo Herennius et patrum memoria Jos. Scaliger suspicati sunt : nempe librum illum *De Judæis*, qui sub Hecatæi nomine ferebatur, a Judæo quodam Hellenista fuisse confictum : velut Aristeam illum pari facinore, quem supposititium esse convincunt post eumdem Scaligerum alii bene multi, in quibus omnium doctissime et copiosissime Humfredus Hodius, cui multum olim debebit Historia ecclesiastica.

Ep. p. 33. Εὐηρότατον. Suidas in Lexico : Εὐηρότατον τὸ καλὴν ἔχον γῆν, τὸ κάλλιστον τῆς γῆς. Εὔηροτον τὸ καλῶς ἠροτριωμένον. Vides eum utrumque vocabulum agnoscere, εὐηρότατον quidem comparativum, absolutum vero εὔηροτον. Quid igitur fiet? An supplex ad Hesychium adeam, pacem ejus oratum et peccati veniam? Imo enim satis ostendunt ea verba et mendi vetustatem, et emendationis meæ præstantiam. Quippe nisi ego plane desipio, sic in comparatione dicendum esset, Εὔηροτον, εὐηροτώτερον, ἐυηροτώτατον. Quod si reponere velis εὐηροτώτατον apud Suidam : jam ea vox inverso ordine post Εὔηροτον collocanda esset. Ergo quocunque te vertas, hallucinatio Suidæ est, qui sine dubio sua male confinxit ex Hesychianis, vel ex illis unde sua transtulit Hesychius.

Ibidem. Ἀντινι, ἀντιδιενέγμεθα. Liquido possis dejerare, Hesychium scripsisse ἀντινι, id enim series litterarum efflagitat ; et illud ἀντιδι ex corrotore natum esse, qui κακῷ κακὸν ἰάσατο. Scriptura a prima manu fuit in hunc modum : Ἀντιηνέγμεθα, ἠναντιώμεθα. Hesychius autem, qui, ut videtur, non leviter tum lippiebat, sic legit et scripsit : Ἀντινινέγμεθα, ut et η paulum oppido inter se differunt, et [94] facillima sane erratio est. Nihil hac conjectura probabilius dici potest. Ἀντιηνέγμεθα ab ἀντιφέρομαι, ἠναντιώμεθα. Ipse Hesych. Ἀντιφέρεται, ἐναντιοῦται, et Ἀντιφέρεσθαι ἐναντιοῦσθαι, et Suidas : Ἀντιφέρονται, ἐναντιοῦνται. Sed Ἀντιδιαφέρομαι nusquam lego.

Ep. p. 47, v. 4. Πέπλους τε νῆσαι λινοπλυνεῖς τ' ἐπενδύτας. Vox ea bifariam accipi potest. Aut νῆσαι erit ὑφᾶναι· quemadmodum πέπλοι ἐΰνητοι ab Homero vocantur, Ἔνθ' ἐνὶ πέπλοι Λεπτοὶ ἐΰνητοι βεβλήατο, ἔργα γυναικῶν. Qui a Sophocle εὐῦφεῖς vocantur in Trachiniis : Ὅπως φέρεις μοι τόνδε γ' εὐῦφῆ πέπλον. Aut erit νῆσαι, σωρεῦσαι, accumulare vestem, in arcis reponere, ut mos erat antiquorum. Homerus :

Ὡς φάτ'· ὁ δ' ὑψόροφον θάλαμον κατεβήσατο πατρὸς
Εὐρὺν, ὅθι νητὸς χρυσὸς καὶ χαλκὸς ἔκειτο
Ἐσθής τ' ἐν χηλοῖσιν, ἄλις τ' εὐῶδες ἔλαιον.

Et alibi :

. . . . . Ἑλένη δὲ παρίστατο φώριαμοῖσιν,
Ἔνθ' ἔσαν οἱ πέπλοι παμποίκιλοι· οὓς κάμεν αὐτή.

Possis etiam, et magis quidem apposite ad nomen Tragœdiæ Πλυντρίας, νίψαι reponere, *Lavato*, etc. *Πέπλους τε νίψαι λινοπλυνεῖς τ' ἐπενδύτας.*

Epist. p. 60, v. 29, adde : Idem Hesychius : Κυδρὸς, ἔνδοξος, καὶ τὰ ὅμοια, γαυριῶν, πεποιθῶν· εὐριτίδις συγκοπὸν δὲ τοῦ κύδρος Καλλίστρατος πεποιθώς. Nunquam quidquam vidi inquinatius. Lege γαυριῶν, πεποιθὼς, Ἰων Εὐριτίδαις· συγκοπῇ δὲ τοῦ ρ κῦδος. Καλλίστρατος. verbum enim novissimum πεποιθὼς est emendatio τοῦ πεποιθῶν. Vide Epist. pag. 33, 34, 39. Et Callistratus quidem κῦδος a κυδρὸς deducit συγκοπῇ τοῦ ρ, alii vicissim κυδρὸς a κῦδος derivant ἐπενθέσει τοῦ ρ. Etym. magn. Κῦδος, κυδότερος, κυδότατος, πλεονασμῷ δὲ τοῦ ρ γίνεται κυδρός.

Ep. p. 78, v. 30, adde : Martianus Capella lib. III, cap. de Analogia : *Æneas, Pythagoras*

Digitized by Google

Lycas faciunt *Æneæ*, *Pythagoræ*, *Lycæ*. Quando nostra ratione nomina, quæ genitivo in *E* exeunt, nominativo *A* finiuntur; ut *Catilinæ Catilina*. Sed hæc Græca sunt, ideo in nominativo *S* litteram retinent. Quædam tamen perdunt *S* litteram in nominativo, ut *Nicæa*, *Medæa*. Ergo in his nominativis consuetudo servanda est. Ubi legendum est, *Nicia* et *Demea*. Vide Epist. pag. 83.

Ep. p. 75, v. 35. Sed nusquam alibi tam frequens earum vocalium [95] inter se permutatio est, quam in 2 codd. mss. longe antiquissimis, Alexandrino uno in bibliotheca Regia, qui integra exhibet Biblia et Epistolas S. Clementis ad Corinthios : Cantabrigiensi autem altero, mutilo quidem et decurtato; quippe qui Acta duntaxat habeat et evangelistas; verum idem e regione ostentat interpretationem veterem Latinam ad verbum de Græco expressam, dignissimam sane quæ ex oblivione atque tenebris tandem aliquando in lucem edatur. Servantur etiam Oxonii Acta apostolorum, vetustate quidem pari, sed versione multum diversa; et in Gallia denique Epistolæ sancti Pauli, qui codex et antiquitate et Latina versione atque adeo Scripturæ et voluminis forma Cantabrigiensi nostro simillimus est et germanissimus. Atque hæc quidem talia exemplaria, cum aliis omnibus ubivis gentium, quod sciamus, longe longeque et dignitate et tempore antecedant, neque quidquam hodie supersit simile aut secundum, cum tineis (prohdolor !) atque muribus luctantur, et utut iis incendia pepercerint, ipso senio intra annos paucos non dubie peritura sunt. Tu vero, Milli doctissime, qui omnium mortalium maxime in eo studio versatus es, non patieris hanc laudem tibi præripi, sed maturabis veneranda illa pignora et monumenta vetustatis a situ et interitu vindicare. Scimus enim te horum omnium editionem instituere,! quæ una pagina et in uno conspectu codicem Alex. qui familiam ducet, et Cantabrigiensem cum versione sua, atque ubi hic deficit, Oxoniensem deinceps atque Gallicum repræsentet : quæ singulas litteras atque apices exemplarium, etiam ubi a librariis peccatum est, accurate et religiose subsequatur. Nihil illi purpuræ assuetur discolor aut diversum; nullæ interpunctiones, nullæ notæ accentuum, quorum omnis hodie ratio præpostera est atque perversa : adeo ut qui tuam editionem sibi comparaverit, ipsa illa propemodum archetypa versare manibus atque oculis usurpare videatur. Ea res olim, ut certum est augurium, et Britanniæ nostræ splendori erit, et Ecclesiæ præsidio : tuos vero utique labores amplissimis præmiis [96] atque immortali gloria compensabit. Macte ista pietate et diligentia esto. In te omnes ora atque oculos convertimus, te unum in hoc curriculum vocamus : ipsi codices celerem tuam opem implorant et flagitant : quid cessas per medias laudes et faventium plausus secundo rumore ingredi? Tu vero, ut polliceri de te possum, facies id sedulo; simul atque exibit Novum tuum Testamentum, jam fere ad umbilicum usque perductum : quo in opere, nisi vererer coram in os te laudare, dicerem quam longo intervallo aliorum omnium in eo genere labores post te relinqueris. Ea typorum elegantia est et magnificentia; ea in adnotationibus eruditio elucet, in variis lectionibus industria : quippe etenim ad eam copiam comparandam omnia S. Patrum scripta, omnes antiquas versiones, et infinitam vim codd. mss. curiose excussisti. Enimvero mihi stomachum subinde movent imperiti quidam homines et nullo usu bonarum litterarum præditi, qui omnem operam, quæ in variis lectionibus colligendis impenditur, aut inutilem esse existimant aut Ecclesiæ periculosam. Eorum ego sermones, quanquam indigni sunt quorum ulla ratio habeatur, uno in præsentia exemplo retundam : quo perspicuum erit minuta quædam et prima utique specie levissima posse magnas difficultates expedire. Locus est cap. IV in Epist. ad Galatas, qui ab ineunte fere Christianismo usque ad hanc memoriam doctissimos viros exercuit : 22. Γέγραπται γὰρ ὅτι Ἀβραὰμ δύο υἱοὺς ἔσχεν· ἕνα ἐκ τῆς παιδίσκης, καὶ ἕνα ἐκ τῆς ἐλευθέρας. 23. Ἀλλ' ὁ μὲν ἐκ τῆς παιδίσκης, κατὰ σάρκα γεγέννηται· ὁ δὲ ἐκ τῆς ἐλευθέρας, διὰ τῆς ἐπαγγελίας. 24. Ἅτινά ἐστιν ἀλληγορούμενα· αὗται γάρ εἰσιν αἱ δύο διαθῆκαι· μία μὲν ἀπὸ ὄρους Σινᾶ, εἰς δουλείαν γεννῶσα, ἥτις ἐστὶν Ἄγαρ. 25. Τὸ γὰρ Ἄγαρ Σινᾶ ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, συστοιχεῖ δὲ τῇ νῦν Ἱερουσαλήμ, δουλεύει δὲ μετὰ τῶν τέκνων αὐτῆς. 26. Ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ πάντων ἡμῶν. Memini equidem, Milli, me non ita pridem a te rogatum, ut de perdifficili hoc loco judicium meum interponerem, vehementer approbasse sententiam tuam, quam in illa tua editione posuisti. Neque enim eumdem montem et Agarem vocatum esse et Sinam, neque vero ullum usquam gentium eo nomine notatum esse, neque porro Agarem servam (si de serva malit [97] quispiam, quam de monte accipere) in eadem allegoria et monti respondere posse, et legi quæ ex monte promulgata est : atque his de causis in diversa consilia itum esse ab antiquis, quorum alii Σινᾶ, sed plures Τὸ γὰρ Ἄγαρ e libris sustulerunt : quæ autem nostra et Patrum memoria viri magni commentati sunt, tantum abesse ut locum faciant explicatiorem, ut novis etiam obscuritatibus involvant. Qua quidem occasione, ne omnino ἀσύμβολος essem, conjecturam, ut scis, extemporalem in medium attuli, quæ etiam tum visa est ad veritatem proxime accedere. Scilicet e regione verbi Σινᾶ adnotasse olim quempiam enarrationis causa, Σινᾶ ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, *Sina iste, quem memorat Apostolus, mons Arabiæ est;* ea autem verba non multo post, ut sæpe usu venit, de libri margine in orationem ipsam irrepsisse : nam Apostoli quidem ea non esse, sed παρεμβεβλημένα; ex ipso statim vultu et colore totiusque adeo corporis filo cognosci posse : et proinde me paratum esse ὀθ-

Digitized by Google

λίζειν hunc locum, nisi quid tibi secus videretur. Cum autem tibi valde placere conjecturam meam præ te ferres : atqui, inquam, ut vera ista sit sive opinio sive adeo suspicio nostra, necesse est illud δὲ quod vocem συστοιχεῖ proxime subsequitur, pro supervacaneo auferatur. Dictum ac factum editionem tuam inspicimus, ibique quatuor ad minimum mss. libros comperimus conjunctionem istam non agnoscere : quod sane non de nihilo est, neque ulla commode ratio reddi potest cur abfuerit ; si verba, de quibus hæc quæstio est, nunquam non in codicibus exstitissent. Tanta rem tam pertenui indicio patefacta satis refellit voculas imperitorum aut malevolorum hominum, qui diligentiam istam minutas Scripturæ varietates sectantem, tanquam obscuram et sollicitam et nimiam in vituperationem adducunt. Quis enim dubitet quin melior multo et apertior fiat sententia, si auctoritate manuscriptorum expungatur δέ· tum autem Σινᾶ ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ de medio discedant ; et totus deinde locus sic legatur. Ἅτινά ἐστιν ἀλληγορούμενα· αὗται γάρ εἰσιν αἱ δύο διαθῆκαι· μία μὲν ἀπὸ ὄρους Σινᾶ, εἰς δουλείαν γεννῶσα, ἥτις ἐστὶν Ἄγαρ. Τὸ δὲ Ἄγαρ συστοιχεῖ τῇ νῦν Ἰερουσαλήμ· δουλεύει γὰρ μετὰ τῶν τέκνων αὐτῆς. Hoc est, *Agar autem respondet Hierosolymis, serviunt enim cum progenie sua.* Γὰρ et δὲ locum inter se permutare jussi fide ms. Alexandrini, et aliorum : quinetiam dedita opera *Hierosolyma* dixi non *Jerusalem ;* ut ex ipsa dictione foret perspicuum, quorsum illud δουλεύει pertineret. Ipsa enim flagitat sententia ut δουλεύει referatur ad Ἰερουσαλήμ. Quod cum ita sit ; cur, amabo, Apostolus tali usus est constructione verborum, qua δουλεύει cum Ἄγαρ necessario convenire videatur ? aut quamobrem τὸ Ἄγαρ genere neutro posuit ; quasi vero Ἄγαρ materialiter ac pro voce, non pro ancilla hic usurpetur ? Hactenus opinor prospere mihi conjectura processit, ut mons iste Arabiæ omnibus machinis loco movendus esse videatur : sed male vero me habent hi scrupuli, neque aliud habeo quod dicam aut conjectem ; præterquam ex quo tempore verba ista de margine in orationis textum ascita sunt, sicuti mox conjunctionem δὲ quosdam homines intrusisse, ita alia nonnulla mutavisse leviter et ad commentitiam eam sententiam accommodasse. Nam profecto facile animum induco, ut credam hoc modo scripsisse sanctum Paulum : Τῇ δὲ Ἄγαρ συστοιχεῖ ἡ νῦν Ἰερουσαλήμ· δουλεύει γὰρ μετὰ τέκνων αὐτῆς. Ἡ δὲ ἄνω, etc. *Agari autem respondet Jerusalem, servit enim cum liberis suis. Quæ vero supra est Jerusalem libera est, quæ mater est omnium nostrum :* postea vero adulterina ista sese insinuasse hoc exemplo, Τῇ δὲ Ἄγαρ Σινᾶ ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ συστοιχεῖ ἡ νῦν Ἰερουσαλήμ. Cum autem hæc oratio, ut cernis, in manifestum solœcismum cadat, simile sane vero est, ne dicam necessarium, verba ista τῇ et ἡ sic brevi a scribis immutatum iri, quemadmodum hodie vulgo feruntur. Quis enim non incuset *imperitiam notariorum librariorumque incuriam*, ut sancti Hieronymi verbis utar, *qui scribunt, non quod inveniunt, sed quod intelligunt, et dum alienos errores emendare nituntur, ostendunt suos ?* Vale.

ANNO DOMINI DCLXXV.

S. ANDREAS HIEROSOLYMITANUS

CRETENSIS ARCHIEPISCOPUS.

NOTITIA.

(GALLAND. *Vet. Patrum Biblioth.*, t. XIII, p. VI, 93.)

Natus est Andreas Damasci, quantum quidem erudimur a Synaxariis, magno Canone ac Triodiis Græcorum. Monachum, non episcopum, Hierosolymis egit. Quare in Catenis et alibi aliquando etiam Hierosolymitani nomine censetur (1). Deinde Constantinopolim accitus, diaconus factus est, orphanotrophii curam gessit. Subinde archiepiscopus Cretensis designatus fuit. Videnda quæ de eo scripsit Combefisius (2). De ejus ætate inter eruditos non convenit. Caveus ait, circa annum Christi 653 ac diu postea floruisse : propterea quod in Synaxario Triodiove suppar dicatur Sophronio patriarchæ, qui diem obiit supremam anno 639. Hoc tamen nec Papebrochio (3), nec Casimiro Oudino placuit, qui contendit eum vitam produxisse

(1) Magnus Can. pag. 301.
(2) *Bibl. conc.* t. I.
(3) April. t. I, p. 69.

Digitized by Google

ad dimidium usque anni 724. Ut ut se res habeat, illud certum videtur, sanctum Andream scripsisse longe ante auctorem Dialogi Christiani cum Saraceno, quem vulgo Joanni Damasceno ferunt acceptum. In hanc sententiam inducor ex eo quod, ut suo loco adnotavimus, illius hic videatur verba usurpare, et quidem tanquam palam et publice jamdudum auctoritatem obtinentia. Cum porro sanctus Joannes Damascenus obierit circa annum 750, omnium minimam probabilitatem Oudini sententiam præ se ferre arbitramur.

Deinde cum probe constet ex Synaxariis Andream a Theodoro Hierosol. ad VI synodum missum fuisse Constantinopoli, ubi et diaconus et orphanotrophus creatus est ; illaque synodus habita fuerit anno 630 ipseque Andreas in Iambis ad Agathonem de codicibus Actuum illius concilii agat, tanquam de Collectaneis *recentibus* atque utilibus ; nisi vitam ei tribuamus supra hominum fidem longissimam, ad annum usque 724 superfuisse cum Casimiro dicere nullo modo possumus.

Variæ ejus exstant homiliæ et alii fetus. Nos selectissimas tantum exhibendas censuimus. Quam vero primus edidit *De publicano et Pharisæo* Fabricius (4), nos hic cum nostra versione repræsentandam censuimus, ne quem forte hominis τοῦ ἔξω interpretatio offenderet. Quanta porro ejus sit γνησιότης et sinceritas (ut et ejus quam damus ab Angelo Maria Riccio publici juris factam), nos hanc litem dirimere non avemus. Certe recentior videatur divisio Bibliorum in capita, qualem citat : præter quam quod sextum appellat caput Proverbiorum XI. Quod si Caveus suspecta habet nonnulla Opuscula, quæ jampridem sub Andreæ Cretensis nomine circumferuntur ; dissidium facile componi poterit, si dicamus vel plures fuisse variis temporibus Cretenses Andreas, vel ab aliis contextas orationes ex verbis illius, illius quoque nomine fuisse inscriptas. Postremæ hujus conjecturæ infinita suppetunt exempla etiam in aliis sanctis Patribus ; priori vero probabilitatem conciliare valeat, quod fortasse, ut Andreas noster ab aliis distingueretur, factum fuerit, quod a Græcis veteribus vel Hierosolymitani appellatione, vel κατ' ἐξοχήν archiepiscopi Cretensis vocabulo indicatus sæpe fuerit.

NOTÆ.

(4) *Bibl. Gr.* tom. X, pag. 141.

NOTITIA ALTERA.

(FABRICIUS, *Bibliotheca Græca*, tom. XI, p. 62, *edit. Harless.*)

Andreas, natus Damasci (1), aliquandiu antequam CPolim proficisceretur, Hierosolymis monachi (2) vitam vixit, unde *Hierosolymitanus* (3) in quibusdam codicibus dicitur ; sed a Marco Hoppero (4), Surio, Laur. Cumdio et Sixto Senensi (5) perperam venditatur pro episcopo Hierosolymitano. Utrum Sophronio patriarchæ. Hierosol. a. C. 639 defuncto fuerit σύγχρονος, quod in Synaxario traditur, viderint alii (6) : certe a Theodoro (7) patriarcha Hierosol. ad sextam synodum a 680 celebratam CPolim subsidio adversus Monotheletas missum esse, Græci ipsi in Synaxario affirmant, constitutumque in illa urbe diaconum et orphanotrophum (8-9), ubi describenda acta synodi illius adversus hæreticos istos habitæ cum ipso communicavit Agatho archidiaconus et chartophylax, cui pro hoc beneficio gratias egit in iambis, quos Græce et Latine exhibet Franciscus Combefisius *Auctarii novi* tom. II, in historia Monothele-

NOTÆ.

(1) Synaxarium Triodio adjunctum et magno canoni p. 283 edit. Combefisianæ, atque ex eodem Triodio Græcorum *Aub. Miræus* Auctario *de script. eccles.* cap. 182.

(2) Combefisius notis ad Andream Cretensem p. 339 et in *Bibl. concionatoria*, tom. I.

(3) Τοῦ μακαρίου Ἀνδρέου τοῦ Ἱεροσολυμίτου, Ἀρχιεπισκόπου Κρήτης. Etiam in Catenis et alibi, ὁ Ἱεροσολύμων, Andreas hic innuitur. Vide Combefisii notas ad Manuelis Calecæ *De essentia et operatione*, tom. II Auctarii novissimi p. 131, ubi apud Calecam, p. 26, pro κατὰ τὸν θεῖον Ἀναστάσιον Ἱεροσολύμων legit Ἀνδρέαν Ἱεροσολύμων. In magno canone, p. 301 : Ποίημα τοῦ ἁγίου Πατρὸς Κυρίου Κρήτης, τοῦ Ἱεροσολυμίτου.

(4) Marcus Hopperus in editione Homiliæ Andreæ *in* B. Mariæ salutationem. Surius, ad 15 August. Laur. Cumdius, tom. IV *Homiliar. Patrum*, p. 631.

(5) Sixtus Senensis in *Bibl. sancta*, lib. IV, pag. 243.

(6) Affirmatur in Synaxario, p. 286. Negat Papebrochius in *Actis S.* tom. I, April. p. 69.

(7) In Actis synodi sextæ, tom. III, edit. Harduin. p. 1441. Hic Theodorus tantum dicitur ὁσιώτατος πρεσβύτερος καὶ τοποτηρητὴς τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου Ἱεροσολύμων, edit. Labbei p. 1057, *Hierosolymorum vicarius.*

(8-9) Cave *Hist. litterar.* ad a. 635. A Possevino, Canisio et aliis male refertur ad a. 550. Apud Eliesium du Pin autem tom. VI *Bibl. eccles.* pag. 99, videtur esse error typographi, ubi traditur Andream venisse Hierosolymas a. 730. Legendum enim 630 vel 650, quia subjungitur deinde, eum adfuisse concilio sexto (a. 680). FABR. *Cave* igitur, lib. cit. I, p. 582; ex iambis a Fabricio quoque memoratis colligit, Andream ultra a. 680 vitam protraxisse. Atque a Saxio in *Onomast.* part. II, p. 81,

Digitized by Google

tarum, pag. 235-240. Ab eo tempore archiepi copum Cretensem factum ex multis constat. Non æque est exploratum, quod a Casimiro Oudino (10) adjungitur, ad cathedram Cæsareæ Cappadociæ tum dem translatum fuisse, vitamque produxisse ad a. 724, 14 Junii. Græcorum quidem menologia (11) memoriam hujus Andreæ 4 Julii celebrant : Andream vero Cæsariensem ab hoc Cretensi communis eruditorum sententia distinguit. [Vita Andreæ, ex conjectura Hœschelii, Cretensis, in cod. August. Vindel. *V.* Reiseri Notit. bibl. August. p. 30. HARL].

Andreæ Cretensis scripta edita.

In primis recensere juvat ea, quæ junctim cum SS. Amphilochii et Methodii lucubrationibus Græce et Latine, notis etiam ad calcem voluminis subjunctis et *Onomastico* peculiarium Andreæ vocum, vulgavit Franciscus Combefisius Paris. 1644, fol. (12) [Selectiores Andreæ Orationes undecim leguntur in Galland. *Bibl. PP.* tom. XIII, pag. 93 seqq. BECK] Sunt autem hæc :

1. Ἐγκώμιον εἰς τὸ Γενέθλιον τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. *In B. Mariæ natalem.* Incipit : Ἀρχὴ μὲν ἡμῖν ἑορτῶν p. 1, e ms. regis Galliæ n. 2755. Emendatiorem deinde hanc homiliam dedit Combefisius ex codice Mazariniano in *Auctario novo Bibl. Patrum* tom. I, p. 1289, Paris. 1648. fol. FABR. *V.* supra in vol. X, pag. 277, de hac homilia, quæ incip. ἀρχὴ μέν, et de alia ; a Riccio edita, cujus initium : Ἄλλοι μὲν ἄλλας ἑορτῶν ὑποθέσεις. Hæc est quoque in cod. Coislin. mox laudando. Prior autem Gr. recusa est in *Patusæ Encyclopædia philologica*, Venet. 1710, 8, vol. II, pag. 341 seqq. Tres diversæ in cod. Gali 32, 1, n. 5866 Caa. — Ms. Florent. in cod. Laurent. 15, n. 1, plut. II ; et in cod. 4, n. 1, plut. 4. *V.* Bandini Cat. codd Gr. Laur. I, pag. 510 et 519. — Paris. in bibl. publ. codicibus septemdecim, in cod. Coislin. 2274 Andreæ Cret. quatuor diversæ homiliæ in Mariæ nativitatem. *V.* Monfauc. *Bibl. Coisl.* p 388. — Ibid. pag. 422, in cod. 306, n. 3, ad d. 3 Sept. homilia ; incipit : Εἰ μετρεῖται γῇ, etc. *Oudin.* l. c. p. 181, Andreæ Cret. posse orat. de Mariæ Virg. Nativitate et Assumptione attribui negat, quia festi illi Mariæ dies tempore ejus nondum exstitissent. HARL. Apud Galland. p. 93 seqq.

NOTÆ.

quoque refertur ejus ætas ad a. 680 quo synodo CPolitanæ Monotheletarum causa interfuisse dicitur. Oudin. in Comment. de SS. eccl. tom. II, col. 174-188, ad a. 850, multus de hoc Andrea, in Prologo de Magno canone, cujus ille auctor fuit, tum in duobus capitibus de vita et scriptis Andreæ copiose disserit, contra Caveum acerbe disputans, et ex ipsis Andreæ scriptis, illum a. 840, vel 850, non esse antiquiorem, ostendere studet his argumentis ductus, festivitates, in quas homilias scripsisse legitur, nempe in sanctæ Mariæ Natalem, circumcisionem et in Basilium, in crucis exaltationem, in Mariæ dormitionem, ejus canones præcipuos et triodia, seu canones IX, festivitates igitur illas omnes a Græcis demum institutas esse, postquam a. 842 decreto solemni post Theophili, imperatoris mortem a Michaele imp. ac Theodora ejus matre atque Methodio, patriarcha CPolit. cultus imaginum sancitus fuissent, (II.) illa opuscula tempore Nicænæ synodi, cujus Patres alioquin illas citare haud omisissent, nondum exstitisse ; (III) ex Orat. in circumcisionem et in sanctum Basilium fin. p. 38, quam putat Oudinus pronuntiatam fuisse a. 842, vel 843 ; et (IV.) ex homilia in apostolum Titum p. 175, patere Andream vixisse post ablatas ab insula Cretensi imagines, et sub imperat. Porphyrogenneto, magno imaginum cultore, qui a. 855 matrem occidisse dicitur, et Combefisium (qui in notis ad edit. opp. Andreæ, a. 1644 ætatem ejus alligarat a. 702 et 710, atque pag 357. Baronium ad a. 702, secutus, impp. Justinianum II ac Philippicum ejus filium intellexerat), multis refutat : (V.) ex Andreæ canonibus, canticis sacris et tropariis, quæ medio sæculo nono maxime invaluissent ; (VI.) denique opinatur Agathonem non eum fuisse, qui Acta concilii œcumenici a. 680, tanquam notarius scripsit ; sed alium ejusdem nominis et serioris ætatis esse intelligendum. Enimvero plura argumenta infirmis niti talis, non est, quod fusius demonstremus. Dein Oudin. quosdam codd. præcipue Vindobonenses ex Lambecii commentariis recenset, et quosdam VV. DD. qui de scriptis Andreæ Cretensis egerunt, nominat. — Schrœckh in *Historia eccl. Christiana*, Germanice scripta, tom. XX, p. 135, ubi Andreæ orat. 2 in diem Mariæ natalem, flosculis ineptis tumidisque repletas, excitat, iis accedit, qui vitam illius intra a. 635 et 680 collocant. Secundum Bandinium in indice ad Catal. codd. Gr. Laurent. 3, p. 448 (sed nullo adducto teste), obiit Andreas Cret. a 720. vel 723. — Vita ejus legitur in cod. Coislin. 38. *V.* Montfauc. *Bibl. Coislin.* pag. 113. (Add. supra in hoc vol. pag. 194 et 195 de eo aliisque SS. Andreis) ; atque Ant. Eparchus in Indice infra in h. vol. pag. 481 ed. vet. § 29. pauca de Andrea Cret. tradidit. Plura leges in Flamini Cornari Creta sacra, Venet. 1755, fol. ubi quoque Acta Andreæ Cretensis, Græce, primum edita sunt. HARL. In Prolegg. ad Galland. *B. PP.* XIII, p. VI, breviter de eo disseritur, monetur, vel plures fuisse Andreas Cretenses, vel ab aliis contextas ex verbis archiep. Cretensis orationes, illius nomine inscriptas esse. BECK.

(10) Oudinus Supplemento de scriptoribus eccles. p. 190.

(11) Menologium in Typico S. Sabæ, etc.

(12) Conf. supra, vol. VII, p. 264, not. 1. — Plures autem sermones, interdum nullo singulorum indice addito, conjuncti reperiuntur, n. 1, 7, 11, et Sermo in B. Virginem in Sabbato τῆς ἀκαθίστου · Σήμερον εὐφροσύνη, Oxon. in bibl. Bodlei. in cod. Barocc. 197 ; ibid. n. 2, 5, 6, 9, 10, 11, 12 et 21 ; ibid. in cod. 199 ; — ibid. n. 1, 2 et 21, in cod. 234 ; — ibid. n. 1, 7, 2, 6, 9, in cod. Oliv. Cromwell. 104 ; s. n. 283, Cat. codd. Guil. Laud. 81, sive n. 725 dicti. et in 84. s. n. 726 decem sermones. — Ibid. quatuor diversæ homiliæ in Nativit. B. Mariæ. Item n. 7 et 8, ac 2, in cod. 5 Bodlei., s. n. 2500 Catal. — Sermo in nativitatem Virginis Mariæ in cod. Selden. 55, s. n. 3383 dicti catal. — Ibid. homiliæ quædam Andreæ et aliorum de B. Virgine, Arabice, in cod. Rob. Huntington. 72, s. n. 5818 ejusd. Catal. — Venet. in codd. Marcian. 359, 360, 362, 363. — In codd. bibl. Escorial. Pluer. *Itiner. per Hispan.* p. 156 seq. HARL.

Digitized by Google

2. Εἰς τὸν Εὐαγγελισμὸν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου. *In Annuntiationem.* Incipit : Ἐπίστη σήμερον ἡ πάντων χαρά, p. 11. Sæpius prodierat Græce et Latine cum alia versione *Marci Hopperi*, ut in Micropresbytico Basil. 1550, fol. et in Orthodoxographis utriusque editionis 1555 et 1569, etc., nec non in tomo secundo *Auctarii Bibl. patrum* Ducæani, Paris. 1624, et in *Bibl. Patrum, Paris.* 1644, tomo XI. Ne dicam de editionibus Latinis in *Bibl. Patrum*, Paris. et Colon. Fabr. Conf. supra, vol. X, p. 280, et alia ejusdem argumenti homilia, ib. p. 281. — Ms. in cod. August. Vind. *V.* Reifer. notit. p. 8. — Coislin. 274. *V.* Montfauc. l. c. p. 389, in decem codd. bibl. publ. Paris. — Florent. in cod. Laurent. 31, n. 10, plut. 9. *V.* Bandin. Cat. codd. Gr. Laur. I. p. 442. Harl. Ap. Galland. p. 98.

3. Εἰς τὴν περιτομὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ, καὶ εἰς τὸν ἅγιον Βασίλειον. *In circumcisionem Christi, et S. Basilium.* Incipit : Πάντα τὰ ὑπὲρ ἡμῶν θεανδρικῶς, pag. 28. Ex mss duobus, Regio alteroque vetusto membranaceo codice. Fabr. *V.* supra, vol. X, p. 140. — Ms in cod. Coislin. 121, n. 24. *V.* Montfauc. *Bibl. Coisl.* pag. 195. In cod. Paris. bibl. publ. 1173, n. 24. Harl. Ap. Galland. l. l. p. 108.

4. Εἰς τὴν μεταμόρφωσιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Χριστοῦ. *In Domini nostri Transfigurationem.* Incipit : Ὅσοι τῇ κενώσει τοῦ Λόγου, pag. 37. Fabr. *V.* supra, vol. X, pag. 244; add. cod. Coislin. 107, n. 29. *V.* Montfauc. Bibl. cit. p. 185. — Paris. in novem codd. bibl. Publ. — Taurin. in codd. 70 et 80. *V.* Cat. codd. Gr. Taur. p. 166 et 175. — in cod. Laur. 33, n. 26, plut. 9. *V.* Bandin. Cat. cit. I, p. 455 Harl. Gall l. l. p. 114.

5. Εἰς τὸν τετραήμερον Λάζαρον. *In Lazarum quatriduanum.* Incipit : Λάζαρος τὸν παρόντα συγκεκρότηκε σύλλογόν, pag. 55. Fabr. Conf. supra volum. X, pag. 268. — Paris. in quatuordecim codd. bibl. publ. — Hæc et sequens et secunda homil. in codd. Coislin. 107, n. 1 et 29 ; et 285, 304. *V.* Montfauc. *Bibl. Coisl.* pag. 181, 182, 401, 402, 419. — Taurin. in codd. 70, 115 et 320. *V.* Cat. cit. pag. 165, 217 et 399. — Mosquæ in cod. synod. 5, hæc et seq. hom. *V.* Matthæi Cat. codd. Gr. Mosquens. p. 19, n. 9 et 13. — In cod. Ge. Wheler. 16, s. n. 9087, Cat. mss. Angl. II, 1. Hæc et sequens hom. in cod. Thom. Roe 28, s. n. 274, Cat. I, 1. Harl. Galland. p. 125.

6. Εἰς τὰ βαΐα. *In ramos Palmarum.* Incipit : Χθὲς ἡμᾶς μετὰ τοῦ Δεσπότου Λάζαρος. p. 75. Hujus sermonis in Triodio mentio. In hac oratione ad Pseudevangelium Jacobi auctor alludit p. 77 C. Fabr. Vide supra. vol. X, p. 302, et ad n. 1 ac 5. — In codd. Taurin. 115, 146, atque 320. *V.* Cat. codd. Gr. Taur. p. 217 seq. 253 et 399. Paris, in tredecim codd. bibl. publ. Harl. Galland. p. 135.

7, 8. Λόγος σχεδιασθεὶς εἰς τὴν παγκόσμιον ὕψωσιν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ. *In exaltationem S. Crucis.* Oratio prior. Incipit : Σταυροῦ πανήγυριν ἄγομεν, pag. 96. Oratio posterior. Incipit : Κινήσωμεν, ἀγαπητοί, σήμερον ὡς κινύραν τὰ χείλη, pag. 108. Utramque hanc orationem dedit Combefisius cum recognita paucis in locis versione Jacobi Gretseri S. I. qui eas Græce et Latine vulgaverat tomo II, de Cruce pag. 94 et 108, Ingolstad. 1600, 4. Opus Gretseri deinde recusum Ingolstad. 1616, fol. Hæ duæ orationes (sive potius una in duas male distincta. Vide Lambecium, VIII, p. 288) [pag. 612. s.]. Kollar.] : etiam ex Gretseri versione plus simplici vice recusæ sunt Latine in Bibliothecis Patrum, Paris. et Colon. Fabr. Conf. supra, vol. X, p. 247, ibique not. *d. d.* et pag. 248. — Florent. in cod. Laurent. 31, n. 2, plut, 10 d. 14 Sept. *V.* Bandin. Cat. codd. Gr. Laur. 1, pag. 495. — Paris. in duodecim codd. bibl. publ. — In cod. Coislin. 121, n. et 304; n. 2 et 306. ad d. 17 Sept. *V.* Montfauc. bibl. Coisl. p. 195, 418 et 422. — Venet. in cod. Naniano 63, n. 14. *V.* Cat. codd. Gr. Nan. pag. 105. — Mosquæ in cod. synod. 39, n. 1. *V.* Matthæi Notit. codd. Gr. Mosq. p. 50. — Taurin. in codd. 78 et 226. *Vid.* Cat. codd. Gr. Taur. p. 172 et 405. — In cod. August. Vindelic. *V.* Reiseri Notit. mss. August. p. 32. Harl.

9. Εἰς τὴν κοίμησιν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου. *In dormitionem B. Mariæ*, Homilia prima. Incipit : Ὅσοι τὸ σεπτὸν τοῦτο τῆς Θεοτόκου, p. 115. Hæc secunda est in codice ms. Cæsareo, de quo Lambecius VIII, p. 130, et in *Sacro itinere Cellensi* p. 152. Fabr. *V.* supra, in vol. X ; p. 283 bis et 284 bis, ubi init. prioris, Οἱ τὴν ἐν πνεύματι θεωρίαν, posterioris, Ὅσοι τὸ σεπτὸν τοῦτο. Sunt igitur quatuor Andreæ homiliæ in dormitionem Mariæ. — In cod. Coislin. 31, duæ homiliæ ; — in cod. 108, homil. quæ inc. μυστήριον ; in cod. 307, hom. cujus init. Ὅσοι, etc. *V.* Montfauc. *Bibl. Coisl.* p. 84, 185 et 425. — Paris. in septemdecim codd. bibl. publ. — Florentiæ in cod. Laurent. 31, n. 11, inc. Μυστήριον, etc., ac 12, sive quarta hom. quæ inc. Οἱ τὴν ἐν πνεύματι θεωρίαν τῷ ἀΰλῳ. — In cod. 33, n. 36, 37 et 38, tres homil. — In cod. 11 n. 1., plut. 60, inc. Ὅσοι τὸ σεπτὸν τοῦτο. *V.* Bandini Cat. codd. Gr. I, p. 442, 456 ; et II, p. 600. Harl. Ap. Galland. l. l. p. 147.

10. Secunda incipit : μυστήριον ἡ παροῦσα πανήγυρις pag. 131. Ex duobus Regiis codd. (Antea tantummodo legebatur Latine apud Surium 15 Augusti et Laur. Cumdium, tom. IV *Bibl. homiliarum Patrum*, p. 631). Hæc prima est in codice Cæsareo.

11. Tertia incipit : Καλεῖ πάλιν ἡμᾶς τὸ συνεχὲς, pag. 143. Hæc quoque, sed Latine tantum apud Surium loco citato et Cumdium, p. 633. Andreæ Cretensis De dormitione B. Virginis ex versione Ambrosii Camaldulensis lucem viderat Venet. 1530, 8.

12. Εἰς τὸν ἅγιον καὶ μακάριον καὶ πανεύφημον τοῦ Χριστοῦ ἀπόστολον Τίτον. *In sanctum apostolum*

Digitized by Google

Titum. Incipit : Ἀποστολικῶν ἐγκωμίων ἐφάπτεσθαι, pag. 155. Fabr. Conf. supra, vol. X, p. 341. — Florent. in cod. Laurent. 33, n. 41, plut. 9. *V.* Bandin. l. c. I. p. 457. — Paris, in quatuor codd. bibl. publ. Harl. Galland. p. 156.

13. Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον μεγαλομάρτυρα Γεώργιον. *In sanctum martyrem magnum Georgium*. Incipit : Ἀεὶ μὲν λαμπρὰ καὶ πανεύφημα, pag. 175. Legitur etiam in *Actis sanctorum* tom. III, Aprilis pag. xx, e mss. Vaticano. Sed extrema pars hujus homiliæ, tantum Latine exstat apud Lipomannum et Surium 23 April. *In plerisque*, inquit Combefisius p. 358, Regio codice usus, *corrigimus Lipomanni interpretem, seu potius novam versionem adornamus, ut est ille revera minus accuratus*, etc. Fabr. *V.* supra, vol. X, p. 230. — In cod. Nanian. 220 (qui continet canones, troparia, hymnos, lect. et narrationes, recitandas die festo S. Georgii), n. 6, Andreæ Encomium in Georgium; sed incipit : Ἥλιος μὲν ἑκάστης ἀνίσχων ἡμέρας. *V.* Cat. Codd. Gr. Nanian. p. 412. — Paris. in cod. 1197, n. 1, bibl. publ. Harl.

14. Ἐγκώμιον εἰς τὸν ὅσιον πατέρα ἡμῶν Νικόλαον, τὸν τῆς ἐν Λυκίᾳ Μύρης. *In S. Nicolaum, Myrensem in Lycia episcopum*. Incipit : Ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ καὶ θεράπων, p. 188. Fabr. *V.* supra, vol. X, pag. 298 seq. — Paris. in quinque codd. bibl. publ. — in cod. Coislin. 105, n. 11. *V.* Montfauc. *Bibl. Coisl.*, p. 179. — Taurini in cod. 320, fol. 44. *V.* Catal. codd. Gr. Taur. p. 399. Harl.

15, 16, 17. Εἰς τὸν μακάριον Πατάπιον καὶ μερικὴ τῶν θαυμάτων αὐτοῦ διήγησις. *In B. Patapium*, cujus memoriam recolunt Græci 8 Decembr. Incipit : Ὢ λαμπρὰν καὶ πνευματικὴν ὁρῶ τὴν πανήγυριν pag. 196. Ejusque miraculorum particularis narratio. Incipit : Τὴν τῶν ἐγκωμίων τοῦδε τοῦ Πατρὸς ἀποδώσαντες εὐφημίαν, pag. 206. Aliud encomium ejusdem Patapii, ἀπὸ φωνῆς Ἀνδρέου ἀρχιεπισκόπου Κρήτης, incipit : Πάντα πιστεύειν ἄξιον τὰ ὄντως θεῖα, pag. 216. Fabr. *V.* supra, in vol. X, pag. 304 seq. Paris. in cod. bibl. publ. 1458, n. 13 et 14. Harl.

18. Λόγος εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον, καὶ εἰς τοὺς κοιμηθέντας. *In vitam humanam et defunctos*. Incipit : Οὐδὲν ὡς ἀληθῶς τῶν ἐν ἀνθρώποις ἔχει τὸ στάσιμον, pag. 229. Hanc homiliam primus Græce vulgaverat J. Meursius in Variis divinis, Lugd. Batav. 1619, 4, p. 39. Legunt Græce Sabbato τῆς ἀπόκρεω, quod Quinquagesimam proxime antecedit. Fabr. Conf. supra, vol. X, pag. 218. Paris. in octo codd. bibl. publ. In bibl. Bodlei. in cod. Th. Roe, 23 sive n. 274, cat. codd. Angliæ, etc. — Venetiis, in cod. 362. *V.* cel. Morelli bibl. ms. Gr. et Lat. I, p. 255 seq. — Monac. in cod. Bavar. 66. *V.* cl. Hardt. in Aretini Beytragen, etc. a. 1804, part. III, p. 34. Harl.

19. Canones sive hymni sacri, Triodia ac Troparia Andreæ Cretensis ex variis Græcorum libris ecclesiasticis eruta.

IX Dec. *Canon in conceptionem sanctæ ac Dei aviæ* (θεοπρομήτορος) *Annæ*, pag. 252. Fabr. *V.* supra, vol. X, p. 196. Harl.

VIII Sept. *In Natalem sanctissimæ Deiparæ*, p. 258.

Magnus (13) *Canon*, 250, tropariis constans, qui feria quinta quintæ jejuniorum hebdomadæ a pœnitentibus recitatur, pag. 265. Inserto canone in Mariam Ægyptiacam, cujus ἀκροστιχὶς hæc est : Σὺ, ὦ ὁσία Μαρία, βοήθει, idque disertis verbis notavit Combefisius pag. 268, licet in *Actis SS.* tom. I, April. pag. 70, a Papebrochio notetur veluti qui hoc neglexisset. Observabis autem ab aliis Græcis junioribus post Andreæ ætatem passim esse addita, quibus Andreæ ipsius auxilium atque intercessio precibus expeditur. Ut pag. 268 : Ἱκεσίαις σου ἡμᾶς, Ἀνδρέα, ῥῦσαι παθῶν ἀτίμων, καὶ τῆς βασιλείας νῦν Χριστοῦ κοινωνοὺς τοὺς πίστει καὶ πόθῳ ἀνυμνοῦντάς σε, κλεινὲ, ἀνάδειξον δεόμεθα. Pag. 272 : Ἀνδρέου ταῖς λιταῖς, Σῶτερ, ἐλέησον ἡμᾶς. Pag. 275 : Ταῖς σαῖς λιταῖς δώρησαι κἀμοὶ τὴν λύσιν τῶν ὀφλημάτων, ὦ Ἀνδρέα Κρήτης πρόεδρε, μετανοίας σὺ μυσταγωγὸς γὰρ ἄριστος. Et pag. 280 : Ἀνδρέα, Πατρῶν κλέος, εὐχαῖς σου μὴ ἐπιλάθῃ καθικετεύων παρεστὼς Τριάδα τὴν ὑπέρθεον, ὅπως λυτρωθῶμεν τῆς κολάσεως οἱ πόθῳ προστάτην σε θεῖον, πάμμακαρ, ἐπικαλούντες, τὸ Κρήτης ἐγκαλλώπισμα. Pag. 282 : Ὡς ποιμένων ἄριστος, Ἀνδρέα σοφὲ, πρόκριτον ὄντα σε, πόθῳ δέομαι πολλῷ καὶ φόβῳ, σαῖς πρεσβείαις τῆς σωτηρίας τυχεῖν καὶ ζωῆς αἰωνίου. Pag. 284 : Τῆς Κρήτης σε ποιμένα καὶ πρόεδρον καὶ οἰκουμένης πρεσβευτὴν ἐγνωκὼς προστρέχω, Ἀνδρέα, καὶ βοῶ σοι· Ἐξελοῦ, Πάτερ, βυθοῦ τῆς ἁμαρτίας. Et pag. 292 : Τῆς πίστεως ἐν τῇ πέτρᾳ ταῖς πρεσβείαις σου στήριξον, Πάτερ, φόβῳ με τῷ ἐν Θεῷ τειχίζων, καὶ μετάνοιαν, Ἀνδρέα, παράσχου μοι, δυσωπῶ σε, καὶ ῥῦσαί με παγίδος ἐχθρῶν, τῶν ἐκζητούντων μου. Pag. 296 : Ὡς παῤῥησίαν ἔχων πρὸς Κύριον, Ἀνδρέα Κρήτης σεπτὸν κλέος, δυσωπῶ, πρέσβευε τοῦ δεσμοῦ με τῆς ἀνομίας λύσιν νῦν εὑρεῖν εὐχαῖς σου, ὡς τῆς μετανοίας διδάσκαλος, ὁσίων δόξα. Novam editionem hujus Canonis magni debemus Chevillierio, bibliothecario Sorbonico, Paris. 1699. 12. Fabr. Gallice scriptus est liber : *Le grand canon, ou hymne de l'Eglise grecque qui contient la prière de l'Office Grec, où l'âme sollicite le pardon de ses péchés et s'anime à la vertu, avec le canon du pécheur qui a recours à la S. Vierge; version paraphrasée sur le Grec, par* André Chevillier, Paris. 1699. 12. — Andreæ Cret. Orationes, selecti Canones et Triodia, in *Bibl. max. Patrum*. — Canon in agentes animam, Florent. in cod. Laurent. 17, n. 13, plut. 5. Inc. Δεῦτε, συνάχθητε. *V.* Bandin. Cat. codd. Laur. I, p. 40. — Ibid. in cod. 6, n. 8, plut. 86, inter S. S. et Patrum auctoritates de prædeterminatione et præscientia Dei est locus ex Andreæ Cretens. Triodio τῆς μεγάλης δευτέρας, s. in feriam secundam majoris hebdomadis. *V.* Bandin.

(13) Confer. *Acta SS.* tom. II, April. p. 69, 70; Cangium in *Glossario Græco*, p. 585.

Digitized by Google

libr. cit. vol. III, p. 295. — Mosquæ in cod. synod. II, magnus canon cum interpretatione satis ampla et copiosa : desinit in interpretatione troparii 255. Post hoc legitur aliud troparium. *V.* Matthæi Notit. mss. Mosq. p. 12 seq. ed. in 8.

Canon in Lazarum, ad vesperas Parasceves, ante ramos Palmarum, p. 301.

Triodium in Dominica in ramis Palmarum, p. 311.

Magna secunda feria, p. 315; *tertia*, p. 318; *quarta*, p. 322.

In diem festum mediæ Pentecostes, p. 316. [*V.* cod. Florent. Laur. cit.]

Idiomela in Christi nativitatem, p. 334; *In occursum Domini*, ibid. *In exaltationem S. crucis* 14 Sept. p. 353. *In Natalem Joannis Præcursoris*, ibid. Sticharium idiomelon *In apostolos Petrum et Paulum*, p. 336. *In S. Ignatium* 20 Dec. FABR.

In tonam B. Mariæ. V. supra, vol. X, p. 285. HARL.

Hæ omnes hactenus enumeratæ Andreæ homiliæ una cum hymnis Latine recusæ sunt ex Combefisii versione in tomo decimo *Bibliothecæ Patrum* edit. Lugd. a 1677. Pleraque etiam meliora edidit ipse Combefisius partim interpretationis suæ recensione, partim collatione mss. exemplarium, in *Bibliotheca concionatoria*, quam Parisiis 1662, fol. octo voluminibus Latine vulgavit.

Quæ præterea lucem viderunt Andreæ lucubrationes, hæ sunt :

20. Εἰς τὴν ἁγίαν Γέννησιν τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ Ἀειπαρθένου Μαρίας. *Sermo in nativitatem B. Mariæ.* Incipit : Εἰ μετρεῖται γῇ σπιθαμῇ. Hic sub Germani patriarchæ CPolitani nomine Græce et Latine exstat cum Andreæ Schotti S. I. versione in Auctario *Bibl. Patrum* Ducæano, Paris. 1624, fol. tom. II, pag. 450, et in *Bibl. Patrum* Paris. Morelliana a. 1644, tom. XII. Eumdem Allatius pag. 312, de Georgiis tribuit Georgio Nicomediensi. Et codex regis Galliæ ms. num. 275 refert ad Joannem Damascenum. His omnibus sententiis præfert *Combefisius* testimonium codicis Mazariniani, a quo Andreæ Cretensi vindicatur, itaque sub hujus nomine cum nova versione sua edidit, p. 130 *Auctarii novi Bibl. Patrum*, Paris. 1648, fol. Andreæ etiam tribuitur in codicibus Cæsareis, de quibus Lambecius, IV, p. 88 [p. 204, seq. Kollar.]; VIII, 379, 380 [p. 515 Kollar.], et in codice bibl. Coislinianæ, p. 388. FABR. Conf. supra in vol. X, p. 278; et infra, vol. X, vet. ed. p. 210, n. 7. de Germano. — Florent. in cod. Laurent. X, n. 92, plut. 5. — Cod. 31, n. 3, plut. 9; et cod. 41, n. 1, plut. 10. *V.* Bandin. Cat. codd. Græc. Laurent. I, pag. 30, 441 (ubi ex cod. finem homiliæ edidit), et 493. HARL.

21. Εἰς ἀποτομὴν Ἰωάννου τοῦ Προδρόμου. *In Joannis Præcursoris decollationem.* Incipit : Πηδᾷ καὶ γῆρας ὡς τὰ πολλά. Ediderat Latine Lipomannus interprete minus accurato ; itaque Combefisius cum nova versione sua Græce et Latine in lucem extulit in eodem *Auctario novo*, tom. I, p. 1327. Hunc, quemadmodum et alia Andreæ hujus pleraque, mss, servat etiam bibl. Cæsarea, vide Lambecium, VIII, p. 550. FABR. [s. p. 463, ed. Kollar. de cod. 14, n. 72, in quo cod. n. 12, 30, 31, 32, 65, sunt plures Andreæ Cret. orationes, et aliæ in aliis haud paucis codd. in eod. volumine. *V* Ind. p. 1108 seq. et indices ad reliqua volumina, quæ notitiam multorum Andreæ homiliarum in codd. Vindob. suppeditarunt. — Florentiæ in cod. Laurent. 33, n. 45. *V.* Bandin. l. c. I, p. 457.— In cod. Barocc. bibl. Bodlei. 174, 199, cum multis aliis Andreæ Cret. homiliis, et 234, fin. — In cod. Coislin. 107, n. 32, et 305 (in quo plures aliæ Andreæ sunt homiliæ), n. 46. *V.* Montfaucon. *Bibl. Coislin.* p. 183 et 419. — Paris. in cod. bibl. publ. 772, n. 59, in quo plures aliæ Andreæ Cret. exstant homiliæ. conf. supra, vol. X, p. 260. HARL.

22. *Idiomelon in annuntiationem B. Mariæ.* In eodem *Auctario novo*, tom. I, p. 1363.

23. *Carmen* iambicum *eucharisticum* 128 versuum ad Agathonem, archidiaconum et chartophylacem ecclesiasticum CPol. pro communicatis ad describendum Actis sextæ synodi, editum Græce et Lat. a Combefisio in *Auctarii novi Bibl. Patrum*, tom. II, sive *Historia Monotheletarum*, Paris. 1648 fol. p. 235-240. Idem carmen etiam in tomis conciliorum editionis Labbeanæ exstare scribit Oudinus, pag. 191 *De Script. eccles.* (14). Sed illud in tom. VI Labbei, ubi acta sextæ synodi habentur, perinde ut in tertio edit. Harduinianæ tomo incassum quæsivi. De codice mss. Cæsareo, in quo hi iambi continenter, videsis Lambecium, VIII, p. 500. FABR. sive p. 1042 seqq. ed. Kollar. de cod. 59, ibique Kollarii not. conferes. HARL. Leguntur hi iambi cum nova et planiore versione Lat. in Galland. *Bibl. PP.* XIII, 167 seqq.

24. *Computus* sive μέθοδος πῶς δεῖ εὑρεῖν τὸν κύκλον τοῦ ἡλίου, φιλοπονηθεῖσα ἀκριβῶς χάριν τῶν φιλομαθῶν. *Methodus investigandi cycli solaris* (et lunaris, nec non Paschatis) in studiosorum gratiam accurate elaborata. Græce et Lat. edita a Dionysio Petavio ex apographo Andreæ Schotti, qui ex codice bibl. Vaticanæ descripserat. Uranologium Petavii (15), in quo plura Græca scripta astronomica vete-

NOTÆ.

(14) In ed. Lips. 1712. fol. tom. II, p. 182, non legitur, hoc carmen exstare in tom. concilior. ed. Labbeanæ; sed alia tria opuscula Andreæ sive Cretensis s. Cæsar, inedita ex Labbei nova bibl. mss. librorum, etc. Paris. 1653, 4, part. II, p. 82, commemorantur. HARL.

(15) Alia scripta in Uranologio *Petarii* obvia recensui lib. III, cap. 5, p. 69 seq. [c. 18, vol. IV. p. 29 not. *ffff*, nov. edit.]

Digitized by Google

rum exstant, lucem vidit Paris. 1630, fol. et Antwerp. (sive Amstelodami potius), 1703, fol. in qua posteriore editione computus Andreæ Cretensis pag. 211 et 212 implet.

25. In Catena Græca Patrum ad Lucam, quam Niceta collectore ms. evolvit in codice Mazarinianc Combefisius, præclara nonnulla referuntur sub nomine τοῦ Ἱεροσολυμίτου, quæ ad Andream nostrum referre non dubitat, et earum pleraque Latine dedit in *Bibl. concionatoria.* Fabr. In Nicetæ Cat. Patr. in Evang. Lucæ in cod. Coislin. 201, ex Andrea Cretensi Excerpta reperiri, testatur Montfauc. in *Bibl. Coislin.* p. 231. — Præterea loca Andreæ Cret. citantur a Jo. Cantacuzeno contra Palamam, et in *Thesauro orthodox. fid.* in codd. Laurent. *V.* Bandini Cat. codd. Gr. Laur. 1, p. 547 et 432. Harl.

Cantabrig. in cod. Coll. S. Benedicti 144, sive n. 1421, Cat. mss. Angliæ, etc. I, 3. Est historica expositio Andreæ (hujusne Cretensis? an potius presbyteri, supra memorati?) super Pentateuchum, Libr. Regum, Paralipom. Parabolas, et Ecclesiasten. — Ibid. in cod. 173, sive n. 1450, Cat. Cit. Andreas super Libr. Regum, Machabæorum et Danielis. Harl.

In cod. Taurin. 320, tribuitur Andreæ Cretensi sermo *in B. Mariæ ingressum*, cujus initium : Καλὸς ἡμῖν ἀπαρχὰς ὑποθέσεως· qui Gr. ac Lat. sub nomine Georgii, metropolitæ Nicomediensis editus est a Combefisio in tomo I *Auctarii novi*, p. 1091. *V.* Cat. codd. Gr. Taurin. pag. 398 seq. Harl.

Encomium *SS. martyrum Cretensium.* Inc. : Ἐποθεῖτε τάχα τὴν ἡμετέραν ἐπάνοδον· in cod. Taurin. 70, *V.* Cat. cit. p. 174. Harl.

Insuper in codd. bibl. publ, Paris. secund. cat. mss. bibl. Regiæ, vol. II, sunt Andreæ Cretensis *Homiliæ.* — *In laudem Sergii martyris*, in cod. 771, n. 36, cum nonnullis aliis ejusdem homiliis. — *In S. Joannem Baptistam* in septem cod.

Carmen *in secundum Christi adventum*, in cod. 396, n. 26.

De imaginum sanctar. adoratione, in cod. 1630, n. 55.

De loco, in quem animæ post mortem abeunt, in cod. 2314, n. 17., inc.: Καθώς φησιν ὁ μακάριος. Add. Oudin. Commentarior. citt. tom. II, p. 182, qui etiam ex Caroli du Fresne *Glossario mediæ et inf. Græcitatis*, ad calcem in Indice auctor. ineditorum, col. 24, refert Eusebium Renaudotum habuisse Gr. ms.

Andreæ Cretensis Ἐγκώμιον εἰς τοὺς ἁγίους καὶ καλλινίκους δέκα μάρτυρας, ὅτε ὑπὸ τῆς τοῦ χειμῶνος βίας ἐξ ὑποστροφῆς τοῦ πλοὸς ἐπιστάς, τὸν παρόντα ἐσχεδίασε λόγον.

Ejusdem *Hom. in silentium Zachariæ et nativitatem Joannis*, in cod. Coislin. 304 (qui præterea sex alias Andreæ Cretens. homilias continet), n. 40 init. Ἐν γενητοῖς γυναικῶν οὐδένα Ἰωάνν. — *V.* Montfauc. Bibl. Coislin. p. 419.

Fabric. infra vol. XIII, p. 806, not. memoravit Andreæ Cretensis *Homiliam in nativitatem Christi*, quæ incipit : Χριστοῦ τόκος ἀποτέλεσμα τῆς ἀφάτου τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας.

De libro ms. *De musica ecclesiastica.* V. supra, vol. III, p. 654 fin. Harl.

Oratio εἰς τὸ γενέσιον τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, μετὰ ἀποδείξεως, ὅτι ἐκ σπέρματος κατάγεται τοῦ Δαβίδ· *In Natalem diem sanctissimæ Dominæ nostræ Deiparæ, quæ ostenditur, quod ex semine Davidis deducitur* (inc. Ἄλλοι μὲν ἄλλας ἑορτῶν ὑποθέσεις — ab Angelo Maria Riccio primum edita, cum ejus versione Lat., in notis subjectis passim emendata, in Galland. *Bibl. PP.* XIII, p. 175 seqq. est repetita. Beck.

Ubique Andreas plane floridus scriptor *magna loquitur* (16), *ac si quis adverteret, Dionysianis, Methodianis, Gregorianis, Amphilochianis, aliorumque veterum infercita, qua verbis, qua sententiis : excepta Scriptura, quam totus, vere Christianus orator, spirat. Nihil rhetoricis* (17) *flosculis suavique compositione delicatius, nihil sensis plenius, nihil theologia solidius, nihil mystico volatu sublimius.*

Cum vero inter hymnorum auctores, quibus Ecclesia Græca utitur, jam a longo tempore illustre in primis Andreæ hujus nomen exsistat, cujus καλλιέπειαν laudat Theophanes Cerameus, p. 207, placet hoc loco, Indicem melodorum paulo pleniorem subjungere, quam olim dedi ad calcem Allatii de libris ecclesiasticis Græcorum, atque publico simul nomine rogare rev. *Urbanum Gotfridum Siberum*, ecclesiastem et professorem Lipsiensem eruditissimum, ut historiam Melodorum Ecclesiæ Græcæ, eorumque theologiæ poeticæ, quam e Menæis librisque Græcorum liturgicis se expositurum recepit in Schediasmate edito Lips. 1714, 4, diutius nobis ne invideat. Num a promissis steterit Siberus, equidem ignoro.

Index homiliarum Andreæ Cretensis XXI editarum et ineditarum XIX.

(Majores numeri editas, de quibus supra, minores ineditarum, in Ms. ordinem denotant.)

Ἀεὶ μὲν λαμπρά. In S. Georgium, XIII.
Ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ. In S. Nicolaum. XIV.

NOTÆ.

(16) *Combefis.* Notis ad Andream, p. 340.

(17) Idem in Præf. et Ellies du Pin. tom. VI, p. 100. *Les sermons de cet auteur ne sont pas si fort à mépriser que la plupart de ceux des nouveaux Grecs : ils sont pleins d'esprit, de doctrine et de moral, et ne manquent pas d'éloquence et de noblesse. Son discours est plein de mots composés et hardis, ses narrations sont libres, ses réflexions justes, ses éloges éclatants, ses figures naturelles, et ses instructions solides.*

Digitized by Google

Ἀποστολικῶν ἐγκωμίων. In apostolum Titum, VII.
Ἀρχὴ μὲν ἡμῖν ἑορτῶν. In S. Mariæ natalem, I.
Ἔθος ἐστὶ τοῖς τῶν στρατευμάτων καθηγεμόσιν. De prædictione Passionis Dominicæ ms. 12.
Εἰ μετρεῖται γῇ σπιθαμῇ. In nativitatem Mariæ, XX.
Εἰ οἱ ἀγλαόφωτοι τοῦ αἰσθητοῦ. In Mariæ præsentationem in templo ms. 8.
Ἐπέστη σήμερον ἡ πάντων χαρά. In Mariæ Annuntiationem, II.
Ἡ διὰ τοῦ Τελώνου καὶ τοῦ Φαρισαίου ὕλη. In Publicanum et Pharisæum ms. 1. Hanc infra Græce et Latine integram exhibeo.
Θάλαττα ὄντως τρικυμιῶν. In paralyticum, ms. 9.
Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστὴς ἡμᾶς τήμερον συνήγαγεν. In Joannem evangelistam, ms. 14.
Καλεῖ πάλιν ἡμᾶς. In Mariæ Dormitionem, tertia, XI.
Κινήσωμεν, ἀγαπητοί. In crucis Exaltationem, secunda, VIII.
Κλίμαξ ἡ ψυχή. In Præsentationem Mariæ trimulæ in templo, ms. 6.
Κρίσις ἡμῶν τῇ προθέσει τήμερον προσβάλλει. In Dominica τῆς ἀποκρέου sive Carnis privii. ms. 3.
[P] Λάζαρος τὸν παρόντα συνεκρότησε. In Lazarum quatriduanum, V.
Λαμπρὸν ἔαρ ἡμῖν προτείνεται. In Mariam templo redditam, ms. 5.
Μυστήριον ἡ παροῦσα πανήγυρις. In Mariæ Dormitionem secunda, X.
Ναὸς ὄντως τῆς Τριάδος ἡ δυὰς τήμερον. In SS. Anargyros (Cosmam et Damianum), ms. 16.
Νηστείας ἡμῖν ἡ πρόθεσις. In Dominicam τῆς τυροφάγου (Quinquages.), qua caseo et ovis comedendis finis imponitur, ms. 4.
Ὄντως ἀρχιτέκτων τῶν δεινῶν ἁπάντων. De lunatico, ms. 11.
Ὄντως ἔργον ὑπάρχει Θεοῦ τὸ ἔλεος. In Dominicam de filio prodigo, ms. 2. Multa communia cum homilia Chrysostomi ριβ', p. 720, Gr. edit. Savil. tom.V.
Ὄντως εὐφημία θεολογίας καὶ οἰκονομίας. In Lucam evangelistam. ms. 15.
Ὄντως στενὴ ἐστι καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδός. In crucem a Christiano in se suscipiendam, ms. 10.
Ὅσοι τῇ κενώσει τοῦ λόγου. In Transfigurationem Christi IV.
Ὅσοι τὸ σεπτὸν τοῦτο. In Mariæ Dormitionem prima, VII.
Οὐδὲν ὡς ἀληθῶς. De vita humana et defunctis, XVIII.
Πάντα πιστεύειν ἄξιον. In S. Patapium, XVII.
Πάντα τὰ ὑπὲρ ἡμῶν. In circumcisionem et S. Basilium, III.
Πηδᾷ καὶ γῆρας ὡς τὰ πολλά. In Præcursoris decollationem, XXI.
Σήμερον τὸ ἱερὸν τοῦ Θεοῦ εἰς τὸ ἱερὸν εἰσέρχεται. In Mariæ ingressum in templum. ms. 17.
Σταυροῦ πανήγυριν ἄγομεν. In crucis Exaltationem prima, VI.
Τὴν σύλληψιν σήμερον. In conceptionem S. Annæ.
Τὴν τῶν ἐγκωμίων. In S. Patapium, XVI.
Τράπεζα βασιλική. In conceptionem S. Mariæ, ms. 7.
Χθὲς ἡμᾶς τοῦ Δεσπότου. In ramos Palmarum, VI.
Χορευέτω πᾶσα κτίσις. In Mariæ Nativitatem, ms. 18.
Χριστοῦ τόκος ἀποτέλεσμα. In Christi Nativitatem in tempore, ms. 19.
Ὡς λαμπρὰν καὶ πνευματικήν. In S. Patapium, XV.
Ὥσπερ οἱ τῆς τῶν ἀγώνων ἥττας. In Joannem theologum, ms. 13.

Magnus igitur patriarcha e terra, cui nomen Charran, a Deo exire jussus, ad promissiones assequendas ducebatur, quarum nondum signa ulla quantulacunque ante acceperat (16); signa enim futurorum ea sunt, quæ multo ante tempore B præmonstrantur (17). Neque tamen testamentorum spe decidit, sed terræ quæ sibi in sortem data est, nulla deceptione compos est factus. *Tibi enim, et semini tuo* (ad eum inquit universorum Deus) *dabo terram hanc; nam in semine tuo benedicentur omnes tribus terræ* [f]. Revera enim, ut divino etiam Paulo videtur: *Abrahæ promittens Deus, quoniam neminem habuit, per quem juraret, majorem, juravit per semetipsum dicens: Nisi benedicens benedicam tibi, et multiplicans multiplicabo te. Et sic*, inquit, *longanimiter ferens adeptus est repromissionem* [g]. Quomodo vero, et qua via quæ ipsi promissa sunt, reipsa evenerint, hinc cognosces, si rem ut vere sese habet consideres. Postquam enim ad eum dixit, qui olim responsa dabat Deus: *In Isaac* C *vocabitur tibi semen, certissime sciens quod quæ promisit, potens est adimplere, quanquam cognosceret corpus suum jam viribus esse effetis (centum siquidem annos natus erat), et pene emortuam vulvam Saræ* [h], de divina tamen promissione nequaquam ambegit, sed dans gloriam Deo fide roboratus est.

Οὕτως δὴ τοίνυν ὁ μέγας ἐν πατριάρχαις ἐκ γῆς Χαρρὰν ὑπὸ Θεοῦ μετανάστης καλούμενος, ἤγετο τευξόμενος τῶν ἐπαγγελιῶν, ὧν οὔπω μικρὸν ὅσον προειλήφθη τὰ σύμβολα· σύμβολα γὰρ τῶν μελλόντων τὰ πάλαι τελούμενα. Καὶ τῆς μὲν ἐλπίδος τῶν διαθηκῶν οὐ διεψεύσθη, τῆς κληροδοσίας δὲ τῆς γῆς μὴ διαμαρτήσας τετύχηκε. *Σοὶ γὰρ, καὶ τῷ σπέρματί σου δώσω*, φησὶ, *τὴν γῆν ταύτην πρὸς αὐτὸν ὁ τῶν ὅλων Θεός· ἐν γὰρ τῷ σπέρματί σου εὐλογηθήσονται πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς.* Τῷ ὄντι γὰρ, ὡς καὶ τῷ θεσπεσίῳ Παύλῳ δοκεῖ, *Τῷ Ἀβραὰμ ἐπαγγειλάμενος ὁ Θεὸς, ἐπεὶ κατ' οὐδενὸς μείζονος εἶχεν ὀμόσαι, ὤμοσε καθ' ἑαυτοῦ, λέγων· Ἢ μὴ εὐλογῶν εὐλογήσω σε, καὶ πληθύνων πληθυνῶ σε. Καὶ οὕτω*, φησὶ, *μακροθυμήσας ἐπέτυχε τῆς ἐπαγγελίας.* Πῶς δὲ, καὶ τίνα τρόπον αἱ πρὸς αὐτὸν ἐπαγγελίαι πρὸς πέρας διέβησαν, ἔνθεν ἂν μάθοις, μετὰ τῆς ἀληθείας σκοπούμενος. Ἐπειδὴ γὰρ ἔφη πρὸς αὐτὸν ὁ πάλαι χρηματίσας Θεὸς, ὅτι *Ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα· καὶ πληροφορηθεὶς ὅτι ὃ ἐπήγγελται δυνατός ἐστι πληρῶσαι· καὶ κατενόησε μὲν τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ἤδη νενεκρωμένον, ἑκατονταέτης που ὑπάρχων, καὶ τὴν νέκρωσιν τῆς μήτρας Σάρρας·* εἰς δὲ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Θεοῦ οὐ διεκρίθη, ἀλλ' ἐνεδυναμώθη τῇ πίστει δοὺς δόξαν τῷ Θεῷ.

Quapropter jure optimo promissionem est assecutus. Nam promissum possedit filium, qui quæ promissa fuerant, recepit; cumque sibi gemini nati essent filii, testamentorum hæredi, qui dolo promissionem suffuratus est suppositione matris, benedictionem impertivit, ex quo duodecim tribus e diversis ramis feraciter pullularunt; harumque duo sceptra honore addito bene admodum prætulit Deus, sceptrum, inquam, Levi, sceptrumque D Juda. Quorum uni longe antea sacerdotii poderem, et divinum ephod, et tiaram, et sanctam laminam, et manifestorum rationale (18) in manus dedit; quæ omnia majoris sacerdotii typus essent atque figura; alteri vero thronus regius, et decoris diadema, eaque dignitas cum chrismatis unctione delata est, ut cæteris tribubus præsideret, populi-

Εἰκότως ἄρα καὶ τῆς ἐπαγγελίας τετύχηκε, καὶ τὸν ἐπαγγελθέντα προσεκτήσατο παῖδα, τὸν τὰ ἐπηγγελμένα δεξάμενον· ὃς καίτοι διδύμων αὐτῷ τῶν παιδίων συσπαρέντων, τὸν κληρονόμον τῶν διαθηκῶν δόλῳ κεκλοφότα τὴν ἐπαγγελίαν ὑποθήκῃ τῆς τεκούσης ηὐλόγησεν, ἐξ οὗ τὸ δωδεκάφυλον ἐκ διαφόρων ὀρπήκων εὐφόρως ἐβλάστησε· καὶ τούτων εὖ μάλα τὰ δύο σκῆπτρα Θεὸς ὑπερτιμήσας προέκρινε· λέγω δὲ τοῦ Λευὶ καὶ τοῦ Ἰούδα. Ὧν τῷ μὲν, ὀψὲ πρότερον τὸν τῆς ἱερατείας ποδήρη, καὶ τὸ θεῖον ἐφοὺδ, τὴν μίτραν τε καὶ τῆς ἁγιστείας τὸ πέταλον, καὶ τὸ τῶν δήλων ἐγκεχειρίστο λογεῖον, πρὸς μείζονος ἱερατείας πρότυπωσιν· τῷ δὲ, τὸν βασίλειον θρόνον, καὶ τὸ τοῦ κάλλους διάδημα, καὶ τὸ πασῶν ὑπερκαθῆσθαι τῶν φυλῶν· πρὸς δὲ, καὶ τὸ δημαγωγὸς εἶναι σὺν τῷ χρίσματι δέδεικτο. Οὗ; ὁ τοῦ Θεοῦ παῖς ὁ προαιώνιος,

[f] Gen. 7; xxii, 18. [g] Hebr. vi, 13-15. [h] Rom, iv, 19.

(16) *Verte omnino*: paululum ante signa præoccupata fuerant. Gal.

(17) Erant, quæ pridem fiebant. Gal.

(18) Refer ad *doctrinam et veritatem*, sive *urim et thummim* (*Exod.* xxviii, 30). Gal.

Digitized by Google

καὶ τῶν αἰώνων ἁπάντων παραγωγεὺς, ἐπιφανεὶς τῷ κόσμῳ διὰ σαρκὸς, καινοπρεπῶς, *ἀλλ' οὐ κατὰ νόμον ἐντολῆς σαρκίνης*, ὡς φησιν ὁ Ἀπόστολος, πεπολίτευτο· ἀμφίδοξον μὲν τὴν ἀξίαν λαχὼν, οὐ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον δὲ, ὡς ἄν τις φαίη, λέγω δὲ κατὰ τὸ ὁρατὸν, ἱερεὺς καὶ βασιλεὺς νομιζόμενος· *ἀλλὰ κατὰ δύναμιν ζωῆς ἀκαταλύτου* τὴν ἑκατέρωθεν ὀξίαν ἔχειν ἐκ φύσεως μαρτυρούμενος, ἱερωσύνης φημὶ, καὶ βασιλείας. *Μένων γὰρ ἀρχιερεὺς εἰς τὸ διηνεκὲς, ὡς μὲν ἱερεὺς, ἀπαράβατον τὴν ἱερωσύνην ἔχει διὰ τὸ μένειν αὐτὸν εἰς τὸν αἰῶνα. Ὅθεν καὶ σώζειν εἰς τὸ παντελὲς δύναται τοὺς προσερχομένους δι' αὐτοῦ τῷ Θεῷ· πάντοτε ζῶν εἰς τὸ ἐντυγχάνειν ὑπὲρ αὐτῶν.* Ὡς δὲ βασιλεὺς, καὶ ἄρχων εἰρήνης, καὶ ἡγούμενος ἐν Ἰσραὴλ, οὐ κατὰ τὸ ὁρατὸν ἐπὶ τὸν θρόνον κεκαθικέναι Δαυὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ δείκνυται· κατὰ δὲ τὸ νοητὸν βασιλεύσας ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ πέρας οὔποτε τῆς βασιλείας δεξάμενος. Ὧν οὕτως ἐχόντων, τίς οὐκ ἂν ἐκπλαγείη, τοὺς ὁμοῦ μὲν ταῦτα περὶ αὐτοῦ γεγραφότας, ὁμοῦ δὲ τἀναντία τοῦτοις μεμαρτυρηκότας; Οὔτε γὰρ διάδοχον αὐτὸν τῆς τοῦ Δαυὶδ βασιλείας ἄγουσιν, οὔτε ἐπὶ τὸν θρόνον κεκαθικέναι Δαυὶδ ἱστοροῦσιν· ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἴσην Ἡρώδῃ, οὐδέ τε Ποντίῳ Πιλάτῳ τῆς ἀρχῆς ἐξουσίαν ἐπανῃρημένον· πλὴν εἰ μὴ κατὰ τὸν τῆς ἀναγωγῆς μυστικώτατον λόγον ταῦτ' ἐκλαμβάνειν πειρῷτό τις· ὡς τὸ, *Ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου.*

Καί μοι παρίτω νῦν Ἰακὼβ ὁ μέγας ἐν πατριάρχαις, ἐπὶ καιροῦ τὰ περὶ Χριστοῦ διεξιών. Ἐν οἷς τὰ μέλλοντα τοῖς υἱέσι προγράφων, τὸν Ἰούδαν εἰσάγει, καὶ προαναζωγραφεῖ πως ἐν αὐτῷ μυστικωτέρᾳ τινὶ χρωματουργίᾳ τοῦ Χριστοῦ τὴν εἰκόνα· ὡς ὁρᾶσθαι μὲν, οἷόν τι σῶμα τὸν Ἰούδαν κατὰ τὸ αἰσθητὸν λαμβανόμενον, τὸν δὲ Δαυὶδ, οἷόν τι χρῶμα κατὰ θεωρίαν νοούμενον. Προέστηκε γὰρ ἐντεῦθεν ἡμῖν εἰκὸς τοῦ σκοποῦ περιέπεσθαι, τῆς μὲν Ἰούδα φυλῆς τὸν Δαυὶδ ἀνευρίσκουσιν, ἐκ Δαυὶδ δὲ τὸν Χριστὸν καταγόμενον. Τούτου δὲ δεικνυμένου σαφῶς, καὶ τὴν Παρθένον εὑρήσομεν ἐκ γένους οὖσαν Δαυὶδ τοῦ ἐξ Ἰούδα βλαστήσαντος, εἴπερ γεννῷτο τὸ γέννημα ὁμογενὲς, καὶ ὁμόφυλον, δεῦρο δὴ τοίνυν διέξιθι, πατριαρχῶν ἄριστε καὶ πολυτεχνότατε, τίς ἡ ἐν εὐλογίαις κληροδοσία, ἣν ὑπελείψω τοῖς τέκνοις σου; τίς ἡ τούτων ἑκάστου μερίς; ἃ δὲ καὶ τελευτῶν αὐτοῖς ἀπεκλήρωσας τίνα, καὶ οἷα; Ναὶ, φησὶν ὁ πατριάρχης καταλλήλως τούτων ἑκάστῳ τὰ εἰκότα τὸ πνεῦμα διένειμε, καθὼς ἂν εἶχε φύσεώς τε καὶ τάξεως ἕκαστος, καὶ οὐκ ἀπὸ σκοποῦ τῆς πάντα διεξαγούσης προνοίας, οὐδὲν οὗ τί που πρὸς ἐμοῦ πεφιλοσόφηται· ἀλλ' ὡς ἂν αὐτῇ προδιώρισται, προβλεπτικῶς τὰ καθ' ἕκαστον προηγόρευσα. Καὶ γοῦν ἐξέστω τῷ βουλομένῳ

A que insuper esset dux. Quibus Dei Filius, qui est ante sæcula, quique omnia sæcula adduxit, mundo per carnem apparens decenti noritate, *sed non secundum legem mandati carnalis*, ut ait Apostolus, suo munere functus est; atque ancipitem (19) quidem dignitatem obtinuit, non tamen quemadmodum sunt res humanæ (ut ita dicam): videlicet non secundum id quod visu percipitur, *sed secundum virtutem vitæ indissolubilis* utramque sese habere dignitatem, sacerdotii, inquam, et regni, ex naturæ evincit testimonio. *Manens enim pontifex in perpetuum, ut sacerdos sempiternum sacerdotium habet, eo quod ipse maneat in æternum. Unde et salvare in perpetuum potest accedentes per ipsum ad Deum; semper vivens ad interpellandum pro nobis* [1]. Quatenus vero rex est, et princeps pacis, et dux in Israel, non super hujuscemodi Davidis thronum, qui sub aspectum caderet, sedisse quispiam poterit demonstrare, sed spiritale regnum in domum Jacobi usque in sæcula obtinuisse, suique regni nullum unquam accepisse finem. Quæ cum ita se habeant, quis non miretur eos qui simul hæc de ipso scripserunt, simul etiam adversantia hisce testatos esse? Neque enim ipsum regni Davidici successorem faciunt, neque super thronum sedisse Davidis commemorant; sed neque principatus potestate Herodis instar, aut Pontii Pilati potitum esse: nisi quis altiori, quadam recondita deductionis significatione ista perpendere aggrediatur, juxta illud: *Regnum meum non est de hoc mundo* [2].

Jam vero accedat modo Jacobus patriarcharum et ipse magnus, ut opportune quæ ad Christum referuntur nobis edisserat. Ubi quæ filiis suis eventura essent præscribens, Judam inducit, atque in ipso mysticis quibusdam coloribus Christi imaginem repræsentat atque depingit, ita ut inde appareat, Judam quidem veluti corpus juxta id quod sensu attingitur accipi; Davidem vero, veluti colorem quemdam juxta mentis speculationem intelligi. Hinc siquidem nobis licebit convenienti ratione scopum ipsum affectari; dum Davidem ex tribu Juda exsistere reperiemus, ex Davide vero Christum deduci. Cumque hoc perspicue demonstraverimus, Virginem quoque ex progenie Davidis, qui ex Juda germinavit, devenisse cognoscemus, siquidem ex eadem stirpe, eademque tribu generationem nacti sint. Age itaque, patriarcharum optime, multiplicique filiorum sobole prædives, quæ sortium distributio sit in benedictionibus edissere, quam filiis tuis reliqueris; quæ pars singulis obtigerit; quæ et qualia sint quæ morti proximus ipsis allegaveris. Næ, inquit patriarcha, unicuique eorum, modo uni, modo alteri, quæ singulos decebant Spiritus distribuit, prout cujusque natu-

[1] Hebr. VII, 24, 25. [2] Joan. XVIII, 36.

(19) *Intellige* duplicem. GAL.

Digitized by Google

ra et ordo sese haberet. Neque enim quidquam alienum a divinæ Providentiæ scopo universa moventis atque moderantis, ipsemet a meipso commentus sum, sed tantummodo quæ ab illa circa singulos præfinita sunt, prævidendo sum vaticinatus. Liceat sane cuicunque volenti Mosaicos libros manibus evolvere, atque ex ipsa singularum tribuum constitutione sortes cognoscere, quas singillatim filiis benedicendo afflante Deo designavi.

A πανὶ τὰς Μωσαϊκὰς ἀνὰ χεῖρας ἀναλαβόντι βίβλους, ἐξ αὐτῆς δή τοι τῆς κοσμογενείας τῶν φυλῶν ἑκάστης τοὺς κλήρους καταμαθεῖν, οὓς ἐν εὐλογίαις ἰδίᾳ τοῖς παισὶ λαλοῦντος ἐν ἐμοὶ τοῦ Θεοῦ διετύπωσα.

Jam vero nobis deinceps de una tantummodo tribu missis cæteris verba facere propositum erit, unde facili negotio ostendi possit, Christum secundum carnem e Virgine natum, e tribu Juda oriundum esse, atque temerarium quodvis os obstruatur, quod fateri nolit, Christum e semine Davidis profluxisse. Quid igitur inquit videns, quandoquidem divinæ Litteræ hoc nomine eos appellare consueverunt, quibus mente atque spiritu res futuras pervidere datum est ? *Juda, te laudabunt fratres tui; manus tuæ in cervicibus inimicorum tuorum; adorabunt te filii patris tui. Catulus leonis Juda; ex germine, fili mi, ascendisti : requiescens accubuisti ut leo, et quasi leæna; quis suscitabit eum? Non auferetur sceptrum de Juda, et dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est, et ipse erit exspectatio gentium. Ligans ad vineam pullum suum, et ad vitem, o fili mi, asinam suam. Lavabit in vino stolam suam, et in sanguine uvæ pallium suum. Pulchriores sunt oculi ejus vino, et dentes ejus lacte candidiores.* Enitendum itaque nobis est, ut videamus in qua persona, quove tempore, quæ vaticinio comprehenduntur, impleta fuerint. Nonne plane perspicimus in Christo ipso, qui omnium nostrum Servator est, per legem et prophetas ad exitum tunc fuisse perducta, cum scilicet extremis temporibus nobiscum, qui terrestres sumus, atque in hisce imis terris degimus, ipse qui altissimus Deus est, humana indutus carne conversaretur? Nam consilium illud quod sibi ante sæcula ex arcano Genitoris, Spiritusque congeniti beneplacito præfinitum fuerat, reipsa exsequi volens, ex Juda veluti flos germinavit, atque ex Virgine Davidicæ stirpis secundum carnem natus est. Tunc enim illum laudarunt omnes fratres sui; quotquot scilicet cum eo affinitate conjuncti, divinæ simul naturæ participes facti sunt. Immensa autem, omnemque numerum supergrediens, eorum multitudo est qui in Christum crediderunt. Quos etiam sublimis ille Joannes visus est innuere, ubi ait : *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, sed ex Deo nati sunt* [k]. Quapropter fratres suos vocare eos jure optimo non confunditur, cum æque atque ipsi sanguinem et carnem participaverit, quemadmodum Paulus exclamat, atque David. Hic siquidem spiritales pulsando fides : *Narrabo*, inquit, *nomen tuum*

Ἡμῖν δὲ δὴ τῆς μιᾶς ἄρτι μελήσει φυλῆς· δι' ἧς ἀποδεικνύναι ῥᾴδιον τὸν κατὰ σάρκα ἐκ Παρθένου φύντα Χριστὸν, τῆς Ἰούδα κατηνέχθαι φυλῆς, ὅπως εἰκαῖον ἅπαν ἐμφράγῃ στόμα μὴ ὁμολογοῦν ἐκ σπέρματος Δαυὶδ τὸν Χριστὸν ἐληλυθέναι. Τί οὖν φησιν ὁ βλέπων; οὕτω γὰρ ἡ Γραφὴ καλεῖν οἶδε τοὺς διορατικοὺς τὴν διάνοιαν. *Ἰούδα, σὲ αἰνέσουσιν οἱ ἀδελφοί σου· αἱ χεῖρές σου, ἐπὶ νώτου τῶν ἐχθρῶν σου· προσκυνήσουσί σε οἱ υἱοὶ τοῦ πατρός σου. Σκύμνος λέοντος Ἰούδα, ἐκ βλαστοῦ, υἱέ μου ἀνέβης· ἀναπεσὼν ἐκοιμήθης ὡς λέων καὶ ὡς σκύμνος· τίς ἐγερεῖ αὐτόν; Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ὃ ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν. Δεσμεύων πρὸς ἄμπελον τὸν πῶλον αὐτοῦ, καὶ τῇ ἕλικι τὸν πῶλον τῆς ὄρου αὐτοῦ· πλυνεῖ ἐν οἴνῳ τὴν στολὴν αὐτοῦ, καὶ ἐν αἵματι σταφυλῆς τὴν περιβολὴν αὐτοῦ. Χαροποιοὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἀπὸ οἴνου, καὶ λευκοὶ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ ἢ γάλα* (*). Σκοπητέον τοίνυν, ἐπὶ τίνα, καὶ πότε τὰ τῆς προφητείας ἐκπεπλήρωται ναύτης. Ἦ δῆλον ἐπ' αὐτὸν ὁρῶ τὸν τῶν ἁπάντων ἡμῶν Σωτῆρα Χριστὸν ἐκβεβηκότα, διά τε νόμου καὶ προφητῶν, ἡνίκα δὴ πρὸς τῷ πέρατι τῶν καιρῶν τοῖς χείροσιν ἡμῖν δι' σαρκὸς ἐπεχωρίαζεν ὁ ὑπέρθεος, τὴν προωρισμένην αὐτῷ πρὸ αἰώνων βουλὴν κατ' εὐδοκίαν ἄρρητον τοῦ Γεννήσαντος, καὶ τοῦ συγγενοῦς Πνεύματος, εἰς πέρας ἄγειν βουλόμενος, ἐξ Ἰούδα μὲν ἀνατέταλκεν, ἐκ Παρθένου δὲ τῆς ἐκ Δαυὶδ σαρκικῶς προελήλυθε. Τηνικαῦτα γὰρ αὐτὸν ᾔνεσαν οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ πάντες· δῆλον δὲ, ὅσοι τῇ πρὸς αὐτὸν οἰκειώσει τῆς αὐτοῦ μετειλήφασι κοινωνίας. Ἄπειρα δὲ καὶ ἀριθμοῦ δύναμιν ὑπερβαίνοντα, τὰ εἰς Χριστὸν πεπιστευκότα πλήθη· οὓς καὶ ὁ ὑψηλὸς Ἰωάννης αἰνιττόμενος, ἔφασκεν· *Ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι· οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν.* Ἐπεὶ καὶ ἀδελφοὺς αὐτοῦ καλεῖν εἰκότως οὐκ ἐπαισχύνεται, παραπλησίως αὐτοῖς μετεσχηκὼς αἵματος καὶ σαρκὸς, ὡς βοᾷ Παῦλος, καὶ Δαυὶδ, τοὺς πνευματικοὺς ἀνακρουόμενοι δόνακας. Ὁ μὲν, *Ἀπαγγελῶ*, ψάλλων, *τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς, ἐν μέσῳ ἐκκλησίας ὑμνήσω σε*· ὁ δὲ μέγα βοῶν· *Ὅθεν ὤφειλε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι, ἵνα ἐλεήμων γένηται, καὶ πιστὸς Ἀρχιερεὺς τὰ πρὸς τὸν Θεόν.*

[k] Joan. I, 12, 13.

(*) Gen. c. XLIX, 8-11. Sed Riccius maluit Vulgatam exhibere hic et alibi. GAL.

Digitized by Google

fratribus meis ; in medio Ecclesiæ laudabo te [l]. Ille vero magnis vocibus ait : *Unde debuit per omnia fratribus similari, ut misericors fieret, et fidelis pontifex ad Deum* [m].

Τίνος δὲ κατὰ νώτου ποτὲ τῶν ἐχθρῶν αἱ χεῖρες οὕτω κραταιῶς ἐξετάθησαν, ὡς μόνου Χριστοῦ ; Καθὼς ἐν Πνεύματι πάλιν ὁ μέγας ψάλλει Δαυΐδ· Ἐπάταξε, λέγων, *τοὺς ἐχθρούς αὐτοῦ εἰς τὰ ὀπίσω, τὸν νῶτον* διὰ τῶν *ὀπισθίων* δηλῶν. Ὅπερ ἀλλαχοῦ διεσάφησεν, Ἡ δεξιά σου, λέγων, *εὕροι πάντας τοὺς μισοῦντάς σε.* Ὅτι *θήσεις αὐτοὺς νῶτον.* Καὶ αὖθις προσωποποιούμενος ὡς παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐν οἷς μετὰ τὸ χάρισμα, καὶ τὴν κατὰ τὸ ἀνθρώπινον αὐτοῦ εἰς βασιλείαν ὕψωσιν καὶ ἀνάρρησιν· *Ἡ χείρ μου*, φησί, *συναντιλήψεται αὐτῷ, καὶ ὁ βραχίων μου κατισχύσει αὐτόν. Οὐκ ὠφελήσει ἐχθρὸς ἐν αὐτῷ, καὶ υἱὸς ἀνομίας οὐ προσθήσει τοῦ κακῶσαι αὐτόν.* Καὶ αὖθις· *Συγκόψω ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ, καὶ τοὺς μισοῦντας αὐτὸν τροπώσομαι.* Καὶ πάλιν· Ἐνώπιον *αὐτοῦ προπεσοῦνται Αἰθίοπες, καὶ οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ χοῦν λείξουσι.* Τὸ δὲ, *Καὶ τοῖς ἐχθροῖς μου ἔδωκάς μοι νῶτον, καὶ τοὺς μισοῦντάς με ἐξωλόθρευσας*, ἐπί τίνα τὴν ἀναφορὰν σχοίη ἂν εἰκότως, ἢ μόνον ἐπὶ Χριστόν; ὃς πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς φησι· *Καταδιώξω τοὺς ἐχθρούς μου, καὶ καταλήψομαι αὐτούς, καὶ οὐ μὴ δύνωνται στῆναι· πεσοῦνται ὑπὸ τοὺς πόδας μου*, καὶ τὰ ἑξῆς.

Τίνι δὲ *προσεκύνησαν οἱ υἱοὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ*, ἢ μόνῳ Χριστῷ ἐκ γυναικὸς προελθόντι; Τὸ γὰρ κατὰ τὸν Ἰωσὴφ, πέρας εἰλήφει λοιπὸν, ἐκβάντων αὐτῷ τῶν ὀνείρων, ὡς τὸ εἰκός. Τὸ δὲ κατὰ Χριστὸν ἔμελλε προτύπωσις ὂν τῆς ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας, ἐν ᾗ πάντες ὅσοι τῷ Θεῷ δι' αὐτῆς ἐτεκνώθημεν, εἰσαεὶ προσκυνοῦμεν αὐτῷ, πρὸς ὃν ἡμῖν ἡ συνάφεια διὰ τῆς μυστικῆς ἀναγεννήσεως γέγονεν. Ἀδελφοί τε αὐτοῦ κατὰ τὴν ἐν χάριτι θέωσιν, καὶ τὸν πλοῦτον τῆς περὶ ἡμᾶς αὐτοῦ φιλανθρωπίας κεχρηματίκαμεν, ὅσον δηλαδὴ λαβόντες αὐτοῦ ὅλον, ὡς ὅλον εἰσῳκισάμεθα· μήπου τε τῶν αὐτοῦ δικαιωτικῶν ἐντολῶν παραφθείραντες. Καθ' ὃν δὴ τρόπον καὶ αὐτὸς τῶν ἡμετέρων μεταλαβὼν, ὁμοφυῆς ἡμῖν ἀναπέφηνεν, ὅλην ὁμοίως ἡμῖν ὑποδὺς τὴν ἀνθρωπίνην ἐσχατιὰν, καὶ ὅσα τῆς φύσεως τῆς ἡμετέρας γνωρίσματα, καὶ τὸν μῶμον προδήλως τῆς ἁμαρτίας ἐκπέφευγε, καὶ τοῦ πρώτου πτώματος τὴν κατάκρισιν. Ὅτι δὲ προσεκύνησαν, καὶ νῦν προσκυνοῦσι Χριστῷ πάντα τὰ ἔθνη, τίς οὕτω θρασὺς ἀντειπεῖν, πᾶσαν ὁρῶν τὴν ὑφ' ἥλιον, καὶ πάντα τῆς οἰκουμένης τὰ πέρατα προσκυνοῦντα τοῦτον, καὶ σεβαζόμενα, καὶ τῇ τοῦ προσκυνουμένου προσηγορίᾳ χριστοπρεπῶς σεμνυνόμενα, τῷ Χριστιανοὶ εἶναι, καὶ ὀνομάζεσθαι; Τί δ' ἂν καὶ πρὸς τὰς προφητικὰς ἀντείποι φωνὰς διαῤῥήδην ἀναφωνούσας, πῇ μὲν, *Πάντα τὰ ἔθνη δουλεύσουσιν αὐτῷ*· καὶ, *Προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς*· πῇ δὲ, *Πᾶσα ἡ γῆ προσκυνησάτωσάν σοι, καὶ ψαλάτωσάν σοι*· καὶ, *Πάντα τὰ ἔθνη ὅσα*

Cujus autem manus in cervicibus inimicorum unquam adeo fortiter extensæ sunt, ut unius Christi ? Quemadmodum divino Spiritu percitus rursus cecinit magnus David : *Percussit*, inquit, *inimicos suos in posteriora* [n]. Cum enim *posteriora* dixit, *cervices* significare voluit. Quod etiam alibi planum fecit, ubi ait : *Dextera tua inveniet omnes qui te oderunt. Quoniam pones eos dorsum* [o]. Et rursus personam Patris confingens, Filii, ut homo est, charismata, et ad regnum evectionem et elationemque prælicantis : *Manus mea*, inquit, *auxiliabitur ei, et brachium meum confortabit eum. Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non apponet nocere ei. Et concidam a facie ipsius inimicos ejus, et odientes eum in fugam convertam* [p]. Atque iterum : *Coram illo procident Æthiopes, et inimici ejus terram lingent* [q]. Illud vero similiter : *Inimicis meis dedisti mihi dorsum, et odientes me disperdidisti* [r], ad quem potius referamus, quam ad unum tantummodo Christum ? qui ad Patrem in cœlo degentem ait : *Persequar inimicos meos, et comprehendam illos, et non convertar, donec deficiant. Confringam illos, nec poterunt stare, cadent subtus pedes meos* [s], et quæ deinde consequuntur.

Quemnam *adoraverunt filii patris sui*, nisi solum Christum, qui ex muliere in mundum prodiit? Quod vero enim ad Josephum pertinuit, finem deinceps accepit, ubi ipsi somnia, ut par erat, exitu comprobata sunt. Quod vero respicit Christum, Ecclesiæ figura esse debuit ex gentibus conflatæ; in qua omnes nos, quotquot Dei filii per eam facti sumus, in perpetuum ipsum adoramus, cum quo propter mysticam regenerationem affinitatem conjunximus. Fratres enim ipsius ob divinitatis ex gratia communionem, et divitias misericordiæ ejus in nos, nuncupati sumus. Omnia nimirum recipientes quæ illius sunt, in arctissimam cum eo societatem, cognationem, eamdemque domum recepti, toti sumus in toto, dummodo tamen nullum mandatorum ipsius, quæ justos nos faciunt, contempserimus. Quemadmodum et ipse eorum quæ nostra sunt particeps factus, eamdem nobiscum sese habere naturam ostendit : quandoquidem omnem prorsus æque ac nos humanam conditionem subiit, omnesque naturæ nostræ proprietates, nihilo tamen secius peccati reprehensionem certissime effugit, primique parentis ruinæ condemnationem. Quod autem adoraverint, et adhuc Christum adorent omnes gentes, quis adeo perfricta fronte sit ut inficietur, cum omnem, quæ sub cœlo est, regionem videat usque ad extremos terrarum orbis terminos, cultum ipsi atque obsequium deferentem, præclaraque ejus, quem colit, appellatione gloriantem, Chri-

[l] Psal. xxi, 23. [m] Hebr. ii, 17. [n] Psal. lxxvii, 66. [o] Psal. xx, 13. [p] Psal. lxxxviii, 22, 23, 24. [q] Psal. lxxi, 9. [r] Psal. xvii, 41. [s] ibid. 38, 39.

Digitized by Google

stiano nomine censeri? Ecquid propheticas voces infringere possit palam clamantes, tum illud : *Omnes gentes servient ei, et adorabunt eum omnes reges terræ* [t-u], tum illud : *Omnis terra adoret te, et psallat tibi* [v]. Et : *Omnes gentes quascunque fecisti venient, et adorabunt coram te, Domine* [x], et quæ sequuntur. Et rursus : *Gaudete, gentes, cum populo Dei* [y]. Et : *Adorent eum omnes filii Dei* [z]. Videsne igitur quomodo filii patris sui Christum adoraverint, ii videlicet qui adoptionis filiorum dono divites facti sunt?

A ἐποίησας, ἥξουσι, καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιόν σου, Κύριε, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ αὖθις, *Εὐφράνθητε ἔθνη μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ* · καὶ, *Προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες υἱοὶ Θεοῦ*. Ὁρᾷς πῶς οἱ υἱοὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ προσκεκυνήκασι Χριστῷ, οἱ τὸ τῆς υἱοθεσίας δῆλον καταπλουτήσαντες χάρισμα;

Sed ad reliquas vaticinii partes deveniamus. *Catulus leonis Juda, ex germine, fili mi, ascendisti; requiescens accubuisti ut leo, et quasi leæna : quis suscitabit eum* [a]? O præclaram sane præsagitionem! *Catulum* dixit *leonis*. Quem itaque leonis nomine nisi Christum luculenter innuit, qui ex regio semine, videlicet Davidico deducitur? Neque etiam absurdum est, si leonem Davidem intelligas, quandoquidem dignitatis regiæ typus est leo. Catulum leonis Christum accipe, ex ipso secundum carnem exortum; quemadmodum etiam consequentia vaticinii verba plane declarant. *Ex germine enim, inquit, fili mi, ascendisti.* Germen vero quem alium proprie esse ex eo quod consentaneum est, dilectissimi, reputabitis, nisi nimirum solam hanc sanctam Virginem, sanctisque omnibus longe sanctiorem, quæ tota pulchra, tota munda visa est ei qui totus in illa et corpore et spiritu habitavit? Mariam, inquam, magnum profecto, omnique veneratione dignissimum et nomen, et rem, Davidicum ramum, virgam Jesse, germen Juda, semper viride, semperque floridum, ex qua altissimus Dei Filius, qui ante mundum erat, æqualique cum eo qui ipsum genuit, æternitate fruebatur, secundum carnem germinavit.

Πρὸς δὲ τὰ ἑξῆς τῆς προφητείας χωρῶμεν. *Σκύμνος λέοντος*, φησὶν, Ἰούδα, *ἐκ βλαστοῦ, υἱέ μου ἀνέβης· ἀναπεσὼν ἐκοιμήθης ὡς λέων, καὶ ὡς σκύμνος· τίς ἐγερεῖ αὐτόν;* Εὖγε τῆς προφητείας. *Σκύμνον* φησὶ *λέοντος*. Τίνα τοῦτον, ἢ Χριστὸν προδήλως τὸν ἐκ βασιλικοῦ καταγόμενον σπέρματος; λέγω δὴ τοῦ Δαυΐδ; Καὶ ἀεικὲς οὐδὲν λέοντα μὲν νοῆσαι τὸν Δαυΐδ, ὡς χαρακτηριστικὸν τοῦ βασιλικοῦ ἀξιώματος, σκύμνον δὲ λέοντος, τὸν ἐξ αὐτοῦ φύντα κατὰ σάρκα Χριστὸν, ὡς δηλοῖ καὶ τὰ ἑξῆς τῆς προφητείας. *Ἐκ βλαστοῦ* γὰρ φησὶν, *υἱέ μου ἀνέβης*. Βλαστὸν δὲ, τίνα ἂν κυρίως ἐκ τοῦ ἀκολούθου νοήσῃς, ἀγαπητὲ, ἢ δῆλον μόνην αὐτὴν τὴν ἁγίαν, καὶ τῶν ἁγίων ἁπάντων ἁγιωτέραν, τὴν ὅλην ὅλῳ φανεῖσαν καθαρὰν τῷ σκηνώσαντι σώματί τε καὶ πνεύματι; Μαρίαν λέγω, τὸ μέγα καὶ σεβάσμιον ὄντως καὶ πρᾶγμα καὶ ὄνομα, τὴν Δαυϊδικὴν ὄρπηκα, τὴν ῥάβδον τοῦ Ἰεσσαὶ, τὸν ἀειθαλῆ τοῦ Ἰούδα βλαστὸν, ἐξ ἧς ὁ τοῦ Θεοῦ Παῖς, ὁ ὑπερκόσμιος, ὁ προκόσμιος, συναΐδιος τῷ γεννήσαντι, σαρκικῶς ἐξεβλάστησε.

Jure autem miretur quispiam prædictionis hujusce diligentiam singularem. Ubi enim generis propinquitatem leonis, et catuli appellationem perspicue demonstravit, illud addidit : *Ex germine, fili mi, ascendisti*, ut illud idem plane diceret, quod pulchre Isaias dixit : *Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet* [b], quod sane Christum atque Virginem manifeste respicit. Radix enim proprie David; virga procul dubio Maria est; flos vero Christus. Quemadmodum ipsemet in quadam Canticorum pagina suam ipsius nuncupationem quibusdam veluti adoramentis in quibus arcana significatio lateret, conspergens : *Ego*, inquit, *flos campi, et lilium convallium* [c]. Regem vero, regumque omnium potentissimum esse Christum, neque ipse Jacob, qui præsagium effatus est, ignoravit. Nam *requiescens*, ait, *accubuisti ut leo, et quasi leæna; quis suscitabit eum?* Quibus verbis regalem simul, terribilemque atque inaccessibilem divini imperii potestatem, contra quam vires suas nemini experiri licet, significare visus est. Quod ut ipse Christus confirmaret, in Evangelio clamabat : *Potestatem habeo*

Θαυμάσειε δ' ἄν τις τὸ ἀκριβὲς τῆς προῤῥήσεως. Ἐπειδὴ γὰρ τὴν ἀγχιστείαν τοῦ γένους τῇ τοῦ λέοντος καὶ τοῦ σκύμνου προσηγορίᾳ σαφῶς ἀπεφήνατο, προστέθεικε τὸ, *Ἐκ βλαστοῦ, υἱέ μου, ἀνέβης*, ἵνα εἴπῃ τὸ παρὰ τοῦ Ἡσαΐου καλῶς εἰρημένον· *Ἐξελεύσεται*, λέγοντος, *ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης αὐτοῦ ἀναβήσεται*· ὃ δὴ τραχὺ ὡς εἰς Χριστὸν καὶ τὴν Παρθένον ἀνάγεται. Βλαστὸς γὰρ κυρίως μὲν ὁ Δαυΐδ, ῥάβδος δὲ προδήλως αὕτη, ἄνθος δὲ Χριστὸς ἐκλαμβάνεται. Καθάπερ αὐτὸς ἐν τῇ τῶν Ἀσμάτων πυκτῇ τὴν ἑαυτοῦ συμβολικῶς ἀρωματίζων εὐώδη προσηγορίαν. *Ἐγὼ* γὰρ, φησὶν, *ἄνθος τοῦ πεδίου, καὶ κρίνον τῶν κοιλάδων*. Ὅτι δὲ βασιλεὺς, καὶ βασιλέων ἁπάντων ἐπικρατέστατος ὁ Χριστὸς, οὐδ' αὐτὸς ὁ προφητεύων ἠγνόησεν. *Ἀναπεσὼν* γὰρ, φησὶν, *ἐκοιμήθης ὡς λέων, καὶ ὡς σκύμνος, τίς ἐγερεῖ αὐτόν;* Τὸ βασιλικὸν ἅμα, καὶ φοβερὸν, καὶ ἀπρόσιτον ἐν τούτοις παραδηλῶν, καὶ τῆς θεϊκῆς ἐξουσίας τὸ ἀπειροδύναμον. Ὅ καὶ δεικνὺς αὐτὸς ἐν Εὐαγγελίοις βοᾷ· *Ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν*. Τῷ ὄντι γὰρ κατ' ἐξουσίαν ἅπαντα πέπρακται τῷ Σωτῆρι, ὅσα δηλαδὴ τῆς οἰκουμενικῆς [*] αὐτοῦ

[t-u] Psal. LXXI, 11. [v] Psal. LXV, 4. [x] Psal. LXXXV, 9. [y] Rom. XV, 10. Psal. XCVI, 7. [z] Gen. XLIX, 9. [a] Isa. XI, 1. [b] Cant. II, 1.

VARIÆ LECTIONES.

[*] Leg. οἰκονομικῆς.

Digitized by Google

γέγονεν ἀναστροφῆς, ἔκκριτα καὶ ἐξαίρετα. Διό φησιν αὐτὸς, *Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν.* Οὐ γὰρ ἂν αὐτοῦ μὴ βουλομένου, καὶ οἷον ἐπικελεύοντος Ἑβραίοις, τοῦτον λύειν ἠδύναντο· ναὸν λέγων τὸν τῆς ὑπεραμώμου σαρκὸς αὐτοῦ, ὃν ἐκ μήτρας αὐτὸς ἑαυτῷ τῆς ἀμιάντου ταύτης, καὶ καθαρᾶς ἀειπαρθένου ἀχειροτεύκτως περιῳκοδόμησεν. Ἐφ' ὃν καὶ τὴν ζωοποιὸν αὐτοῦ κοίμησιν ἀναφέρων, ὅτε τὸν ἑκούσιον ὑπὲρ ἡμῶν τοῦ θανάτου κατεδέξατο ὕπνον, διὰ τοῦ Δαυὶδ ὡς ἄνθρωπος διαλέγεται· *Ἐγὼ, λέγων, ἐκοιμήθην, καὶ ὕπνωσα· ἐξηγέρθην, ὅτι Κύριος ἀντιλήψεταί μου.* Τὸ δὲ, *Τίς ἐγερεῖ αὐτόν;* σαφῶς τὸν Πατέρα δηλοῖ, τὸν ναὸν τοῦ σώματος τῷ Υἱῷ συνεξανιστῶντα, καὶ συνεγείροντα, κατὰ τὸ ἐν Ψαλμοῖς εἰρημένον ἐκ προσώπου τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα· *Οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν.* Καὶ αὖθις, *Κύριε, ἀνήγαγες ἐξ ᾅδου τὴν ψυχήν μου, ἔσωσάς με ἀπὸ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον.* Ἔδει γὰρ τοῦ Υἱοῦ τὴν τοῦ οἰκείου σώματος αὐτουργοῦντος ἀνάστασιν, καὶ τὸν Πατέρα συνεργὸν ἐκφανῆναι, ὡς τῆς αὐτῆς αὐτῷ πεφηνότα καὶ φύσεως καὶ βουλήσεως, ἵνα τῇ ταυτοδυνάμῳ ταύτῃ κατ' ἐνέργειαν ὁμοπραξίᾳ τὸ συμφυὲς πάντοθεν διασώζηται.

ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam[d]. Revera enim pro arbitrio nutuque suo omnia peregit Servator, quæcunque videlicet, dum terras incoleret, et cum hominibus conversaretur, egregia atque præclara edidit facinora. Quamobrem, *Solvite*, ait, *templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud*[e]. Neque enim nisi volente ipso, et veluti Hebræis mandante, illud solvere potuissent; templum, inquam, integerrimi corporis ejus, quod ex alvo incorruptæ hujusce, mundissimæque nulloque non tempore virginis absque manuum labore ipsemet sibi ipsi ædificavit. Atque ad illud mortis quoque somnum referens, quem pro nobis sponte sua subiit, ut nobis inde vita profluaret, per os David, ut homo, disserit: *Ego*, inquiens, *dormivi, et soporatus sum, et exsurrexi, quia Dominus suscepit me*[f]. Illud vero, *Quis suscitabit eum?* Patrem aperte declarat, qui templum corporis cum ipso Filio afflictum erexit atque excitavit, juxta ea quæ in psalmis ex persona Filii Patrem alloquentis dicta sunt: *Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem*[g]. Et rursus: *Eduxisti ab inferno animam meam, salvasti me a descendentibus in lacum*[h]. Oportebat enim, dum Filius, ut corpus suum ad vitam reverteretur virtute sua efficiebat, Patrem quoque, qui eamdem cum ipso et naturam et voluntatem habet, operis esse socium: ut ejusdem potentiæ usu, omnimodaque in operibus præstandis communione, unius ejusdemque naturæ societas servaretur incolumis.

Πρὸς δὲ τὰ ἐξῆς ἰτέον· *Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ὃ ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν.* Βαβαὶ τῆς προγνώσεως! Οὐ διεψεύσθη τῶν πεφασμένων οὐδέν. Δέδεικται γὰρ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ὡς κυρίως τῆς Δαυϊδικῆς ὀσφύος ἡ Παρθένος ἐξέφυ. Ἧς βλαστὸς ὁ Χριστὸς, ἡγούμενός τε αὖ καὶ ἄρχων, καὶ *πνεύματα ἀρχόντων ἀφαιρούμενος.* Εἴη ἂν αὐτὸς ὡς βασιλεύων ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας πέρας οὐκ εἰσδεξάμενος. Προκαθῆρητο μὲν γὰρ ἡ τῶν Ἰουδαίων βασιλεία, καὶ πρὸ τῆς Χριστοῦ παρουσίας· ναὶ, προδήλως περιγραφεῖσα μέχρι τῶν Ἰεχονίου χρόνων, καὶ τῆς εἰς Βαβυλῶνα πικροτάτης ἀπαγωγῆς. Οὐ μὴν δὲ ἐνέλιπε τὸ γένος, ἕως Χριστοῦ τιμώμενόν τε καὶ περιδεχόμενον, καὶ τῆς βασιλικῆς εὐγενείας διασῶζον τὰ ἀπομόργματα. Λείπεται δ' οὖν νοεῖν τὸ, *Ἕως ἂν ἔλθῃ ὃ ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν*, τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ αὐτόθεον, καὶ αὐτοκύριον. Ὃν ἡμῖν παναγὶα αὕτη Παρθένος, τὸ Δαυϊδικὸν στέλεχος, παρθενικῶς παρθενικαῖς ὠδῖσιν ἀπέτεκεν. Ἀφ' οὗ γὰρ εἰς φροῦδον ἐχώρησεν ἡ τῶν Ἰουδαίων ἀρχὴ, οὐκέτι ἐπὶ τὸν ὁρώμενον τοῦ Δαυὶδ θρόνον, βασιλεὺς κατὰ σάρκα κεκάθικεν ἕτερος, εἰς ἔσχατον καταφορᾶς τῆς βασιλείας αὐτοῦ συγκλεισθείσης, κατὰ τὴν Ἱερεμίου προφητείαν οὕτως· *Ἠτιμώθη Ἰεχονίας ὡς σκεῦος, οὗ οὐκ ἔστιν αὐτοῦ χρεία. Τί ὅτι ἐξερρίφη αὐτοῦ καὶ ἐξεκλήθη εἰς γῆν, ἣν οὐκ ᾔδει; Γῆ, γῆ, ἄκουε*

Sed jam ad ea quæ supersunt, est procedendum. *Non auferetur sceptrum de Juda, et dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est; et ipse erit exspectatio gentium*[i]. Proh insigne atque immortale præsagium! Nullam non partem eorum quæ vates prædixit, comprobavit eventus. Demonstravimus enim hucusque dictis e Davidicis lumbis Virginem enatam esse. Cujus germen Christus est, dux simul et princeps, et *spiritum principum auferens*. Atque ipse sane in domo Jacobi in æternum regnare contigit, regnumque nancisci, quod omni fine careret. Jamdiu enim ante Christi adventum de medio sublatum fuerat Judæorum regnum; quod stare debuisse clare constat usque ad Jechoniæ tempora, acerbissimæque in Babyloniam captivitatem deductionis. Verumtamen usque ad Christum nequaquam genus defecit, cui honoris nonnihil atque observantiæ semper delatum est, regiæque nobilitatis sigillum, ut asservaretur, commendatum. Restat igitur ut illud interpretemur, *Donec veniat qui mittendus est, et ipse erit exspectatio gentium;* Christus nempe Dei Filius hic est, et ipse Dominus. Quem omnibus sanctitatis numeris absoluta Virgo hæc e Davidico emissa stipite virgineum in modum, virgineoque peperit puerperio. Ex quo siquidem Judæorum imperium evanuit, nemo alius super Davidicum thronum, qui sub oculos caderet rex secundum

[d] Joan. x, 18. [e] Joan. II, 19. [f] Psal. III, 6. [g] Psal. XV, 10. [h] Psal. XXIX, 4. [i] Gen. XLIX, 10.

Digitized by Google

carnem sedit, regno illo extrema clade penitus deleto; quemadmodum Jeremias propheta hisce verbis prædixerat : *Nunquid vas fictile atque contritum vir iste Jechonias? nunquid vas absque omni voluptate? Quare abjecti sunt ipse, et semen ejus, et projecti in terram, quam ignoraverunt? Terra, terra, audi sermonem Domini. Hæc dicit Dominus : Scribe virum istum sterilem virum qui in diebus suis non prosperabitur; nec enim erit de semine ejus vir qui sedeat super thronum David, et potestatem habeat ultra in Juda* (*). His autem a propheta enuntiatis, quem deinde alium gentium exspectationem fuisse dicamus, præter unum Christum, quem propheta, Deique receptor senex Simeon *non visurum se mortem responsum acceperat, nisi prius videret* humana indutum carne in has terras advenisse? Et sane oraculi responsio finem tulit, cum quæ sibi promissa fuerant, reipsa ad exitum sunt perducta. Vidit enim parvulum, senilibusque ulnis e maternis manibus illum ac cepit, qui ante sæcula exsistebat, et ante Genitricem ipsam erat genitus, statimque senili saltatione emicuit; nam exsilit etiam senectus, vires et nervos addente gaudio; lætisque vocibus divinum puerum collaudavit, Dominum appellavit, Servatorem confessus est, lucem gentium annuntiavit, gloriamque Israel deprædicavit : illum nimirum affirmavit esse, qui ad exspectationem revelationis gentium in mundum prodiit. Gentibus enim Pater Filium suum manifestum præluit, ut apud alium prophetam videre est disertissime dicentem : *Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus* i. Et rursus : *Ecce gentem quam nesciebas vocabis, et gentes quæ te non cognoverunt, ad te current* k. Alibi item dicit : *Dedi te in lucem gentium* l. Et alius : *Dabo tibi gentes hæreditatem tuam* m. Et : *Benedicentur in ipso omnes gentes* n.

Ligans ad vineam pullum suum, et ad vitem, fili mi, asinam suam. Quis hæc vitis tibi esse videatur? Ille profecto qui in Evangelio ait : *Ego sum vitis vera, et Pater meus agricola est* o. Pullus vero ejus sumus nos cum eo conjuncti, et veluti insolubili quodam vinculo colligati ex eo quod humanam conditionem assumpserit; quod cum faceret, ipse qui ditissimus est, quæ nostra sunt emendicans, nobis qui sumus pauperrimi, quæ sua sunt est elargitus. Qua plane ratione nos per ipsum dii facti sumus, ipse vero per nos appellatus est homo. Asinam autem ejus penitiore sensu Ecclesiam omni veneratione colendam interpretari poterimus; quo loquendi modo gentium vocatio, cujus nos participes sumus, con-

A *Λόγον Κυρίου. Τάδε λέγει Κύριος· Γράψον τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐκκήρυκτον ἄνθρωπον. Ὅτι οὐ μὴ αὐξηθῇ ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ ἀνὴρ καθήμενος ἐπὶ θρόνου Δαυὶδ, ἄρχων ἔσται ἐν τῷ Ἰούδᾳ.* Τούτων εἰρημένων ἐν τῷ προφήτῃ, τὸ λοιπὸν τίς ἂν τῶν ἐθνῶν προσδοκία νοοῖτο, πλὴν μόνου Χριστοῦ, ὃν ὁ προφήτης, καὶ πρεσβύτης ὁ θεοδόχος Συμεὼν κεχρημάτιστο, *μὴ πρότερον ὄψεσθαι θάνατον, πρὶν ἂν ἴδοι σαρκικῶς ἐλευσόμενον.* Καὶ πεπέραστο δὴ τὸ χρησμῴδημα, διὰ τῶν ἔργων ἐκβάντων αὐτῷ τῶν χρησμῶν. Εἶδε γὰρ ὡς βρέφος, καὶ πρεσβυτικαῖς ἀγκάλαις ἐκ μητρικῶν ὠλενῶν ἐδέξατο τὸν πρὸ αἰώνων, καὶ τῆς μητρὸς προγενέστερον, καὶ γηραλέοις εὐθὺς ἐξανέθορεν ἅλμασι (πηδᾷ γὰρ καὶ γῆρας ὑπὸ περιχαρείας νευρούμενον), καὶ φωναῖς εὐφήμοις B ἀνύμνει τὸν νηπιάσαντα Κύριον, δεσπότην τε ἀπεκάλει, καὶ Σωτῆρα διωμολόγει, καὶ φῶς ἐθνῶν ἀνηγόρευσε, καὶ δόξαν τοῦ Ἰσραὴλ ἀνεκήρυττεν αὐτόν, δηλαδὴ τὸν ἐπὶ προσδοκίᾳ τῆς τῶν ἐθνῶν ἀποκαλύψεως ἐπιδημήσαντα Κύριον. Τούτοις ὁ Πατὴρ τὸν Υἱὸν ἀπεκάλυψεν ὡς ἔστι καὶ παρ' ἄλλου μαθεῖν προφήτου, σαφέστατα λέγοντος· *Ἰδοὺ μαρτύριον ἔθνεσι δέδωκα αὐτὸν, ἄρχοντα καὶ προστάσσοντα ἐν ἔθνεσι.* Καὶ αὖθις, *Ἰδοὺ ἔθνη, ἃ οὐκ οἴδασί σε, ἐπικαλέσονταί σε· καὶ λαοὶ, οἳ οὐκ ἐπίστανταί σε, ἐπὶ σὲ καταφεύξονται.* Καὶ παρ' ἑτέρου πάλιν· *Τέθεικά σε,* λέγοντος, *εἰς φῶς ἐθνῶν.* Καὶ παρ' ἄλλου, *Δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου·* καὶ, *Πάντα τὰ ἔθνη μακαριοῦσιν αὐτόν·* καὶ *Ἐνευ-* C *λογήσονται ἐν αὐτῷ πάντα τὰ ἔθνη.*

Δεσμεύων, φησὶ, *πρὸς ἄμπελον* [a] *τὸν πῶλον τῆς ὄνου αὐτοῦ.* Τίς ἡ ἄμπελος; τυγαροῦν ἐστιν ὁ ἐν Εὐαγγελίοις βοῶν, *Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινὴ, ὁ Πατήρ γεωργός ἐστι.* Πῶλος δὲ αὐτοῦ εἴημεν ἂν ἡμεῖς, οἱ ἑνωθέντες αὐτῷ, καὶ οἷον ἀλύτῳ τινὶ δεσμῷ συναφθέντες διὰ τοῦ προσλήμματος· ἐν ᾧ τὸ καθ' ἡμᾶς πτωχεύσας ὁ πλούσιος, τὸ ἑαυτοῦ τοῖς πενεστάτοις ἡμῖν ἐχαρίσατο. Καθ' ὃν δὴ τρόπον θεοὶ μὲν ἡμεῖς δι' αὐτὸν γεγόναμεν, αὐτὸς δὲ δι' ἡμᾶς κεχρημάτικεν ἄνθρωπος. Πῶλος δὲ τῆς ὄνου αὐτοῦ νοηθείη ἂν μυστικώτερον ἡ πάνσεμνος Ἐκκλη- D σία· καθ' ἣν ἡ τῶν ἐθνῶν τυπικῶς ἐκλαμβάνεται κλῆσις, ἐφ' ἣν ἀναγόμεθα· ἡμεῖς γὰρ ἦμεν ἀληθῶς οἱ κτηνώδεις, καὶ ἀλογίᾳ κατεσχημένοι, μέχρις ἂν αὐτὸς ἐπιδημήσας ὁ Λόγος, καὶ ἡ σοφία, περιεῖλεν

i Isa. LV, 4. k ibid, 5. l Isa. XLIX, 6. m Psal. II, 8. n Psal. LXXI, 17. o Joan. XV, 1.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Deest aliquid, forte vitio typographico, ut alias infra in textibus Scripturæ.

(*) Jerem. XXII, 28, 29, 30, *ex Vulgato. Græca Andreæ sic sonant :* Dehonestatus est Jechonias tanquam vas quo nemo uti velit. Quid est quod projectus fuit ibi, et evocatus fuit in terram quam non noverat? *Terra, terra, audi sermonem Domini. Hæc dicit Dominus : Scribe virum istum. Rejectitium hominem. Quoniam non succrescet ex semine illius vir qui sedeat super throno David, principesque sit in Juda.* Gal.

Digitized by Google

ἡμῶν τῆς ἀλογίας τὸ κάλυμμα, καὶ περιστέλλας ἡμῶν χρησίμως τὴν γύμνωσιν, τῆς ἀμφ' αὐτοῦ θεοσοφίας τὴν λογικὴν ἡμῖν στολὴν περιέθηκε, τὴν *ἄνωθεν ὑφαντὴν δι' ὅλου*· καὶ ἄῤῥητον δεσμεύσας ἡμᾶς, ὡς ἂν περ πῶλον τῇ ἕλικι τοῦ σωτηρίου αὐτοῦ, καὶ συνάψας τοῖς οὐρανοῖς τὰ ἐπίγεια. Διὰ τοῦτο καὶ παῖδες ἀκακίᾳ συντεθραμμένοι, ὡς ἑώρων[t] αὐτὸν τὴν ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ πορείαν ποιούμενον, καὶ πρὸς τὸ ζωοποιὸν καὶ μακάριον ἐκεῖνο πάθος, καὶ παντὸς τοῦ κόσμου σωτήριον ἐθελοντὶ προϊέμενον, καὶ πῶλον ὡς θρόνον βασιλικῶς ἐποχούμενον, ὁμοφώνως ἀνέκραγον· *Ὡσαννὰ τῷ Δαυΐδ, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ.* Ὁ δὴ καὶ Ζαχαρίας πρότερον διηγόρασε· *Χαῖρε, λέγων, σφόδρα, θύγατερ Σιών. Ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι πρᾶὺς, καὶ σώζων, καθήμενος ἐπὶ πῶλον υἱὸν ὑποζυγίου.* Καὶ τί ἂν τῶν λεγομένων σαφέστερον εἰς ἀπόδειξιν τῆς ἀληθείας εὑρήσει τις δήπουθεν; Εἶτα ἐξῆς·

A venienti figura designatur; nos enim profecto eramus pecudibus similes, et veluti rationis carentia laborantes, usquedum ratio ipsa atque sapientia ad nos de cœlo delaberetur, nostræque cum pecudibus similitudini velamen ostenderet, nuditatemque nostram utiliter cooperiens, rationalem divinæ sapientiæ suæ stolam *desuper contextam per totum* nobis circumponeret, nosque ad vineam, tanquam asinæ pullum, salutaris vitis capreolis arcanum in modum ligaret, cœlo que terrestria conjungeret. Ideirco et pueri quos aluerat innocentia, dum in altum sublatus ad Jerusalem iter faceret, et ad mortem illam, quæ nobis vitam et felicitatem attulit, totique mundo salutem, voluntarie procederet, asinæque pullo B insidens, veluti regali throno gestaretur, consonis illis vocibus ei acclamabant: *Hosanna Filio David, benedictus qui venit Rex Israel* [p]. Quod etiam Zacharias ante promulgaverat: *Exsulta satis*, inquiens, *filia Sion; jubila, filia Jerusalem. Ecce Rex tuus veniet tibi justus et Salvator: ipse pauper, et ascendens super asinam, et super pullum filium asinæ* [q]. Ecquid unquam verbis istis ad veritatis ostensionem clarius quispiam deinceps inveniat? Deinde,

Πλυνεῖ ἐν οἴνῳ, φησὶν, τὴν στολὴν αὐτοῦ· χαροποὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὑπὲρ οἶνον. Καὶ λευκοὶ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ ἢ γάλα. Ποίῳ τοιγαροῦν οἴνῳ πλυνεῖ τὴν στολὴν αὐτοῦ ὁ τῆς ἁμαρτίας τὸν κόσμον καθαίρων, ὁ ἀληθινὸς καὶ πέπειρος τῆς Ἐκκλησίας βότρυς, ἢ ὅλον τῷ αἵματι τῆς παναμώμου σαρκὸς αὐτοῦ ἡμᾶς ἐκκαθαίρων, καὶ οἷόν τι κατερῤῥυπωμένον ἐκπλύνων ἱμάτιον; Ἡμῶν γὰρ ἀληθῶς ἠμπέσχετο, δι' οὓς καὶ ἐγένετο ἄνθρωπος, ὅλην ἡμῶν προσφυῶς τὴν φύσιν ἀμφιασάμενος. Ποίας C δὲ σταφυλῆς αἵματι τὴν περιβολὴν πλυνεῖ ὁ ἀμόλυντος; ἢ τῷ ζωηρῷ καὶ παναμώμῳ τῆς θεοπλεύρου πηγῆς αὐτοῦ ῥεύματι; Αὐτὸ γὰρ ἦν ὁ μυστικώτατος τῆς ἀληθινῆς ἀμπέλου βότρυς, ἐν τῇ ληνῷ τῆς καθαρᾶς ἐκθλιβεὶς Ἐκκλησίας, ὅτι τῷ ἱκρίῳ τοῦ σταυροῦ πεπαρῴνητο, ἵνα τὸν ῥύπον ἡμῶν ἐκκαθάρῃ. Περιβολὴν γὰρ ἀληθῶς θεοῦφαντον, τὴν καθ' ἡμᾶς ἐξ ἡμῶν ἐστολίσατο σάρκα, ἣν ἐξ ἀχράντων καὶ παρθενικῶν αἱμάτων βαφεῖσαν ἐν πνεύματι βασιλικῶς ἐκογχύλωσε, καὶ οἱονεὶ πορφύραν βασίλειον ὑποδὺς, περιέθετο τὸ ἡμέτερον φύραμα, καὶ τοῦτο χιτῶνος δίκην αἱματωθὲν ἐβάφη, ἐπιστάξαντος αὐτῷ τοῦ ῥείθρου τότε τοῦ αἵματος τῆς ζωοδότου πλευρᾶς αὐτοῦ. Καὶ μάρτυς Ἡσαΐας, τὰς περὶ D αὐτὸν συνεισάγων δυνάμεις πρὸς αὐτῷ τῷ πάθει διερωτώσας, καὶ τοιάδε λεγούσας· *Τίς οὗτος ὁ παραγενόμενος ἐξ Ἐδὼμ, ἐρύθημα ἱματίων αὐτοῦ ἐκ Βοσόρ;* καὶ αὖθις, *Διὰ τί σου ἐρυθρὰ τὰ ἐνδύματα, ὡς ἀπὸ πατητοῦ ληνοῦ;* Ὅπερ, οἶμαι, δηλῶν αὐτὸς ἐν τῷ ἅσματι, Ἐξεδυσάμην, φησὶ, *τὸν χιτῶνά μου, πῶς ἐνδύσομαι αὐτόν; ἐμίανα τοὺς πόδας μου, πῶς μολυνῶ αὐτούς; ἀπὸ μέρους*

Lavabit in vino, ait, *stolam suam, et in sanguine uvæ pallium suum. Pulchriores sunt oculi ejus vino, et dentes ejus lacte candidiores.* Quo nimirum vino lavabit stolam suam is qui mundi crimina expiavit, verusque est et maturrimus Ecclesiæ racemus? nonne sanguine integerrimæ carnis suæ purgare nos voluit, et veluti inquinatæ vestis sordes abluere? Nostram siquidem vestem verissime induit, totamque naturam nostram arctissime complexus est. Cujus autem uvæ sanguine pallium suum lavabit ille qui nullis maculis aspersus est? Nonne vitali, purissimoque e divino latere manante rivo? Ipse enim arcanissimus vitis veræ racemus erat, Ecclesiæ absque ulla macula torculari pressus, cum ligno crucis affixus ignominiam atque dolores pertulit, ut sordes nostras lavaret. Vestem enim divinitus contextam, nostram scilicet ex nobis vere proprieque induit carnem, quam incorrupto virgineoque sanguine, tanquam regali conchylio in spiritu tinxit, regiamque veluti purpuram subiens nostræ circumdedit massæ. Atque ea quidem sanguine imbuta amictus instar colorata est: eam siquidem sanguis tunc irroravit, qui e vitam largiente latere ejus profluxit. Cujus rei testis est luculentissimus Isaias, qui virtutes Christum circumstantes loquentes facit, atque hæc, dum pendens e cruce gravissimos cruciatus perferret, sciscitantes: *Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra* [r]? Et rursus: *Quare ergo rubrum est indumentum tuum, et vestimenta tua sicut calcantium in torculari* [s]? Quod puto ipsum-

[p] Matth. xxi, 9. [q] Zach. ix, 9. [r] Isa. lxiii, 1. [s] ibid. 2.

VARIÆ LECTIONES.

[t] Ἑώρων, *viderunt*: est ab ὁράω, imperf. Hinc verti debebat, *iter facientem . . . . procedentem*, etc.

Digitized by Google

met in Cantico declarasse, ubi, *Exspoliavi me,* inquit, *tunica mea, quomodo induar illa? lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos* [t]? ex parte scilicet totum significans. Cujus autem oculi pulchriores vino? nonne Christi? de quo rursus in Cantico anima quæ Deo nupsit, *Introduxit me,* inquit, *in cellam vinariam* [u], perinde ac si diceret, Introduxit me in cellam Ecclesiæ, in qua calix lætitiæ ad salutem in sanguine Agni mistus propositus est. Atque ubi intro recepta est : *Ostende mihi,* ait, *faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis; vox enim tua dulcis, et facies tua decora* [v]. Quem simul ac vidit : *Ecce,* inquit, *dilectus meus candidus et rubicundus, electus ex millibus. Caput ejus aurum optimum; comæ ejus sicut elatæ palmarum, nigræ quasi corvus* [x]. De illo similiter magnus cecinit David : *Excitatus est tanquam dormiens Dominus, tanquam potens crapulatus a vino* [y]. Ipse post suum ex mortuis ad vitam reditum, mulieribus quæ venerant emptis aromatibus ut ungerent eum, obviam factus, *Avete,* inquit, jucundo excipiens alloquio, tristitiæque nubem vultus earum obtegentem dissolvens. Similiter electis discipulis lætum verbum annuntiavit : *Confidite,* inquiens, *ego vici mundum.* Et rursus : *Pax vobis, ego sum, nolite timere.*

Cujus autem dentes lacte candidiores? Ejus certe qui ait : *Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terra.* Revera enim candidiora lacte, et quacunque nive splendidiora Christi sunt verba. Nisi quis fortasse velit Christi dentes accipere dispersas in divinis Litteris, in lege nimirum, prophetis, et psalmis de ipso voces, quibus Dei Ecclesia doctrinæ ab omni errore immunis sermonem, tanquam solidum cibum mandens, arcanarum intelligentiam speculationum comminuit, et per eam, quæ per partes fit, ruminationem concoquit. Quomodo enim pietatis sermo, qui sedula meditatione digeritur, alendæ suaviter animæ sufficiat, nisi cibum ejus ita servet, ut non facile evaporetur et diffluat; aut sermo ipse ita animam ingrediatur, ut nihil certæ relinquens utilitatis statim elabatur atque evanescat? Sane Canticorum liber, tanquam ex Ecclesiæ persona, quam gentes componunt, insuper et cum Deo conjunctæ animæ, perinde quasi quodpiam caneret nuptiale carmen, inquit ad sponsum : *Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lavacro; omnes gemellis fetibus* [z]. Et rursus : *Dilectus meus mihi, et ego illi. Genæ illius sicut areolæ aromatum* [a]; ubi per genas dentes, ut puto, innuit.

Et vaticinii quidem explanatio, quam paucis absolvimus, hujuscemodi est, atque ita sese habet. Vos igitur, dilectissimi, qui Dominum divina prædictione ex Juda atque Davide descensurum audistis, quem magnus ille patriarcha cunctis benedictionis suæ verbis tanquam in tabella adumbratum Filium Davidis ex Juda egressi deprædicavit, cæteris omnibus prophetis consentientibus,

τὸ ὅλον δηλῶν. Τίνος δὲ οἱ ὀφθαλμοὶ χαροποιοὶ ὑπὲρ οἶνον, πλὴν μόνου Χριστοῦ; Περὶ οὗ πάλιν ἐν τοῖς Ἁσμασιν ἡ Θεῷ νυμφευθεῖσα ψυχή, *Εἰσαγάγετέ με εἰς οἶκον τοῦ οἴνου,* ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν· Εἰσαγάγετέ με εἰς οἶκον τῆς Ἐκκλησίας, ἐν ᾗ τὸ ποτήριον τῆς εὐφροσύνης εἰς σωτηρίαν ἐν αἵματι τοῦ ἀμνοῦ κιρνώμενον πρόκειται. Ἡ Ἐπειδὰν εἶσω γέγονε, *Δεῖξόν μοι,* φησὶ, *τὴν ὄψιν σου·* καὶ, *ἀκούτισόν μοι τὴν φωνήν σου, ὅτι φωνή σου ἡδεῖα, καὶ ἡ ὄψις σου ὡραία.* Ὃν ὡς εἶδεν εὐθὺς, *Ἰδού,* φησὶν, *ὁ ἀδελφός μου λευκὸς, καὶ πυῤῥὸς, καίγε ὡραῖος. Κεφαλὴ αὐτοῦ χρυσίον κεφὰζ, βόστρυχοι αὐτοῦ ἐλάται ὡς κόραξ.* Περὶ οὗ καὶ ὁ μέγας ψάλλει Δαυὶδ· *Ἐξηγέρθη ὡς ὁ ὑπνῶν Κύριος, ὡς δυνατὸς κεκραιπαληκὼς ἐξ οἴνου.* Ὃς μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσιν ταῖς τότε μυροπωλουμέναις γυναιξὶ, *Χαίρετε,* προσεφθέγξατο, χαροποιὸν αὐταῖς προϊσχόμενος πρόσρημα, λύων τῆς πρώτης λύπης τὴν σκυθρωπότητα, καὶ δὴ καὶ τοῖς ἐξόχοις τῶν μαθητῶν, χαρᾶς ἐπίφθεγμα πρόεισι, *Θαρσεῖτε,* λέγων, *ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον.* Καὶ αὖθις· *Εἰρήνη ὑμῖν, ἐγώ εἰμι, μὴ φοβεῖσθε.*

Λευκοὶ δὲ τίνος οἱ ὀδόντες ἢ γάλα; Τοῦ αὐτοῦ εἰπόντος, *Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς.* Τῷ ὄντι γὰρ λευκότερα γάλακτος, καὶ χιόνος ἁπάσης λαμπρότερα τοῦ Χριστοῦ τὰ ῥήματα. Πλὴν εἰ μή πού τις ὀδόντας Χριστοῦ νοεῖν βούλοιτ' ἂν τὰς ἐν Γραφαῖς ἁγίαις, νόμῳ τε καὶ προφήταις, καὶ ψαλμοῖς περὶ αὐτοῦ κατεσπαρμένας φωνὰς, αἷς ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία τῆς ἀπλανοῦς διδασκαλίας τὸν λόγον, ὡς στερρὰν διαμασσωμένη τροφὴν, καταλεπτύνει τῶν μυστικωτέρων θεωρημάτων τὴν νόησιν, καὶ πρὸς πέψιν ἄγει διὰ τοῦ κατὰ μέρος ἀναγομένου μηρυκισμοῦ. Ἡ πῶς ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος δι' ἀκριβείας πεπτόμενος εὔφρων ὥσπερ καὶ διαρκὴς, πλὴν εἰ μὴ ἀδιάπνευστον τὴν τροφὴν διασώζοι, καὶ τίς εἴη διαλελυμένος ὁ λόγος, καὶ ἄνετος, καὶ σφαλερὰν ἐμποιῶν τὴν ἀνάδοσιν; Ἀμέλει καὶ τῶν Ἁσμάτων ἡ βίβλος ὡς ἐκ προσώπου τῆς ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας, πρὸς δὲ, καὶ τῆς Θεῷ συναφθείσης ψυχῆς, οἷόν τι μέλος ἐπιθαλάμιον ᾄδουσα, πρὸς τὸν νυμφίον φησί· *Τί ὡμοιώθησαν σιαγόνες σου; ὀδόντες σου, ὡς ἀγέλαι τῶν κεκαρμένων, αἳ ἀνέβησαν ἀπὸ τοῦ λουτροῦ, αἱ πᾶσαι διδυμεύουσαι.* Καὶ αὖθις, *Ἀδελφιδός μου ἐμοὶ, κἀγὼ αὐτῷ. Σιαγόνες αὐτοῦ ὡς φιάλαι ἀρώματος·* τοὺς ὀδόντας διὰ τῶν σιαγόνων, οἶμαι, δηλοῦσα.

Καὶ τῆς μὲν προφητείας ἡμῖν ἡ ἐξάπλωσις, ἐν ὀλίγῳ τοσαύτη καὶ οὕτως ἔχουσα. Σὺ δέ μοι, ἀγαπητὲ, τὸν ἐξ Ἰούδα καὶ Δαυὶδ ἀκούων προφητευθέντα σοι Κύριον· ὃν ὁ μέγας οὗτος ἐν πατριάρχαις δι' ὅλης αὐτοῦ τῆς εὐλογίας, ὡς ἐν πυξίδι σκιαγραφῶν τοῦ ἐξ Ἰούδα τεθηλότος Δαυὶδ Υἱὸν προσηγόρευσεν· ᾧ καὶ σύμφωνοι διόλου πεφήνασιν οἱ προφῆται· ὡς μηδὲν ἐνδοιάσεις, ἀλλ' ὀδοστάκτῳ τῇ γνώμῃ. λέγε τὸν Χρι-

[t] Cant. v, 3. [u] Cant. II, 4. [v] ibid. 14. [x] Cant. 10, 11. [y] Psal. LXXVII, 65. [z] Cant. IV, 2. [a] Cant. V, 13.

Digitized by Google

στὸν ἐκ γένους ὄντα Δαυΐδ. Προσέσται γὰρ σοι δῆλον ἐντεῦθεν, καὶ αὐτὴν ὑπολαμβάνειν ἐκ γένους οὖσαν Δαυΐδ τὴν ἀῤῥήτῳ κυοφορίᾳ γενομένην αὐτοῦ κατὰ σάρκα μητέρα. Εἴ τῳ μὴ παέργως νοεῖται τὸ, Ἐκ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον ἐπιγινώσκεται.

A nulloque intercedente dissidio in unam eamdemque mentem conspirantibus, Christum ex genere Davidis prodilisse fateamini. Hinc enim manifestissimo licebit argumento deducere, eam quoque ex genere Davidis effluxisse, quæ ineffabili gravidatione ipsius secundum carnem mater exstitit. Quis enim inficiari unquam possit, id certissime evinci cum arbor ex fructu optime dignoscatur?

Ἀλλ' ἐπὶ τὴν γενέθλιον αὖθις ἀναδράμωμεν ἑορτὴν, καὶ τῇ Ἄννῃ μικρὸν ὥσπερ ἐπιθαλάμιον ἀνακρουσώμεθα μέλος. Νῦν μὲν κυοφορούσῃ παῖδα θεόσδοτον, ἐπαγγελίας ἐνέχυρον, νῦν δὲ τικτούσῃ γόνιμον εὐχὴν μετὰ στείρωσιν τῆς ὑπὲρ νοῦν ἐκφανεστάτης Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους ἐπιδημίας. Ἄξιον γὰρ τοιοῦτον ἀποτεκνοῦσαν βλαστὸν ἀνευφημεῖσθαι, καὶ θείας ὄντως ἐπιφωνήσεως ἀξιοῦσθαι. Πρόκειται γοῦν οἷόν τις νυμφὼν ὁ τῆς Ἄννης κοιτὼν· παιδοποιίας καὶ παρθενίας ὑπογραφόμενος πρόσωπον, τὸ μὲν τῆς τεκούσης, τὸ δὲ τῆς τεχθείσης· ὧν ἡ μὲν ἄρτι τὴν λύσιν τῆς ἀπαιδίας ἐδέξατο, ἡ δὲ μικρὸν ὕστερον, τῆς καθ' ἡμᾶς Ἰησοῦ θεοπλαστίας τὸν τοκετὸν ὑπερφυῶς ὑποστήσεται. Εἰκότως οὖν ἡ θεόληπτος Ἄννα φαιδρὰ, καὶ γεγαννυμένη τῇ τῆς ψυχῆς καταστάσει διαπρυσίως βοᾷ· Συγχάρητέ μοι, λέγουσα, βλαστὸν ἐπαγγελίας ἐξ ἀκάρπου τεκούσῃ γαστρὸς, καὶ καρπὸν εὐλογίας κατ' εὐχὰς ἐκτρεφούσῃ μαζῷ. Ἐξεδυσάμην τὸ στειρώσεως, καὶ τῆς εὐτεκνίας τὸ φαιδρὸν ἡμφιασάμην προκάλυμμα. Συγχαιρέτω μοι σήμερον ἡ ἐξάκουστος Ἄννα, ἡ τῆς Φενέννας ἀντίθετος, καὶ τῷ κατ' αὐτὴν ὑποδείγματι τὸ περὶ ἐμὲ παράδοξον ἐπικροτείτω θαῦμα. Χορευέτω καὶ Σάῤῥα πρεσβυτικῶς ἀνασκιρτῶσα, καὶ τὴν ἐμὴν ὑπογράφουσα μετὰ στείρωσιν κύησιν. Ὑποφωνείτωσαν ἅμα στεῖραι καὶ ἄγονοι τὴν ἐπ' ἐμοὶ θαυμαστωθεῖσαν οὐρανόθεν ἐπίσκεψιν. Εἰπάτω δὴ καὶ πᾶσα μήτηρ, καὶ γόνιμος, εὐλογητὸς ὁ δοὺς εὐχὴν τοῖς εὐχομένοις, καὶ διανοίξας πόρους ἀγόνου μήτρας, καὶ βλαστὸν ἐξ ἀκάρπου γονῆς χαρισάμενος τὴν ὑπερθαύμαστον αὐτοῦ κατὰ σάρκα μητέρα. Ἧς ἡ νηδὺς οὐρανὸς, ἐν ᾧ ἐσκήνωσεν ὁ μηδαμοῦ χωρητός.

Jam vero ad natalitiam diei celebritatem revertamur; et Annam aliquantisper tanquam nuptiali carmine proludentes collaudemus. Nam et filiam a Deo datam, promissionis arrhabonem utero gestavit, eamque obtentam precibus post sterilitatem peperit, quæ Deum supra humanæ mentis captum manifestissimum hominibus factum, cumque illis conversantem gignere valuit. Par siquidem est eam, quæ tale edidit germen, summis B laudibus evehi divinisque excipi acclamationibus. Videtur igitur veluti thalamus esse Annæ cubiculum duarum insignium feminarum nominibus inscriptum, videlicet genitricis et genitæ, quarum altera sterilitatis dedecore modo liberata est, altera vero paulo post Jesum similem nobis divinitus factum inenarrabili ratione pariet. Jure itaque divino accepto munere Anna, lætitia gestiente animo, magnis vocibus, ut ab omnibus audiatur, exclamat, : Congratulamini mihi, inquiens, quæ promissionis germen ex alvo sterili procreavi, et benedictionis fructum, ut in votis erat, papillis meis enutrivi. Tristem exui sterilitatis vestem, lætumque accepi fecunditatis indumentum. Congratuletur mihi hodie celebris illa C Anna, Phenennæ æmula; et incredibile miraculum quod mihi quoque exemplo consimili obtigit, plausibus prosequatur. Choreas ducat et Sara seniliter exsiliens, meoque conceptui amota sterilitate subscribat. Adsint simul et reliquæ steriles quæ liberos non pepererunt, mecumque divinæ beneficentiæ munus exaltent; quo mirum in modum visitare me Dominus dignatus est. Dicat et mater omnis, quæ filios peperit; benedictus, qui petita dedit petentibus, sterilisque ventris aperuit januam, fructumque ex infecundo semine largitus est, suam scilicet ipsius secundum carnem præcellentissimam matrem, cujus profecto uterus cœlum factus est; quandoquidem qui nullo loco excipi potest, is in eo contubernium habuit.

Συνῳδὰ δὲ τούτοις καὶ ἡμεῖς αὐτῇ τῇ καλουμένῃ D στείρᾳ ποτὲ, νῦν δὲ μητρὶ γενομένῃ τοῦ παρθενικοῦ θαλάμου, τὴν εὐφημίαν προσάξωμεν. Εἴπωμεν μετὰ τῆς Γραφῆς πρὸς αὐτὴν, εἴπωμεν· Ὡς μακάριος ὁ οἶκος Δαυΐδ, ἐξ οὗ προελήλυθας! καὶ ἡ νηδὺς, ἐν ᾗ κιβωτὸν ἁγιάσματος Θεὸς ἐτεκτόνευσε! τὴν αὐτὸν ἀσπόρως κυήσασαν. Οὕτως σὺ μακαρία, καὶ τρισμακαρία, ἡ θεομακάριστον βρέφος ἐγκυμονήσασα, Μαρίαν τὸ πολυτίμητον ὄνομα, ἐξ ἧς ὁ Χριστὸς τὸ τῆς ζωῆς ἐχρημάτισεν ἄνθος, ἧς καὶ ἡ πρόοδος ἔνδοξος, καὶ ἡ ὠδὶν ὑπερκόσμιος. Συγχαίρομέν σοι καὶ ἡμεῖς, ὦ πανολβία· τὴν γὰρ πάντων ἡμῶν ἐλπίδα θεοδώρητον ἐπαγγελίας ἀπεκύησας γέννημα. Μακαρία εἰ ἀληθῶς, καὶ μακάριος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου.

Consonas itaque hisce laudes et nos persolvamus ei, quæ sterilis olim vocabatur, nunc autem virginei thalami mater effecta est. Dicamus ad eam una cum sacris paginis, dicamus: Quam felix domus Davidis, ex qua provenisti! Quam felix venter tuus, in quo sanctificationis arcam fabricatus est Deus! illam videlicet, quæ sine semine ipsum conciperet. Vere quidem beata es, ac ter beata, quæ divinis muneribus cumulatam puellam genuisti, Mariam, inquam, magnum illud nomen, omni laude omnique honore prosequendum; ex qua Christus vitæ flos erupit: cujus et incrementum gloriosum, et præclarissimum puerperium. Gratulamur tibi et nos, o beatissima,

Digitized by Google

nostram siquidem omnium spem divinitus datam, promissamque prolem edidisti. Beata profecto es, ventrisque tui beatus fructus. Per te mulieres, quæ nunquam genuerunt, prolem concipiunt, fecundæque post diuturnam sterilitatem fiunt. Fidelium lingua germen tuum extollit, omnisque sermo exsultantibus animis partum tuum collaudat. Nam dignum est, maximeque dignum faustis eam vocibus celebrare, quæ divinæ Providentiæ consilio digna habita est cœlestis oraculi responsione; quæ talem tantumque nobis protulit fructum, ex quo dulcis Jesus exortus est, omni dulcedine dulcior, totus desiderabilis, omniumque desiderabilium ultimum desiderabile. Sub ejus umbra nos fore victuros, ejusque sub alis mortem obituros statuamus. Ipse procul dubio est, quem lex et prophetæ prædicarunt, Christus Jesus, qui Deus est, Gratia est, Veritas est; quique peccatores salvos facere venit, omnesque ad pristinam generis nobilitatem revocare. Ipsi gloria, et honor, et principium non novit, ejusque Spiritu, qui vitam

Μακαρίζονται διὰ σοῦ καὶ γυναῖκες ἀποβαλοῦσαι τὸ ἄγονον, καὶ γενόμεναι μετὰ στείρωσιν γόνιμοι. Γλῶσσα δὲ πιστῶν μεγαλύνει σου τὸν βλαστόν, καὶ λόγος ἅπας εὐφρόσυνος αἰνεῖ σου τὸν τοκετόν. Ἄξιον γὰρ ὄντως, καὶ διαφερόντως ἐπάξιον εὐφημεῖσθαι τὴν ἐκ θείας ἐπιφροσύνης ἀξιωθεῖσαν χρησμοῦ, καὶ τοιοῦτον καὶ τοσοῦτον ἡμῖν ἀποτεκοῦσαν καρπόν, ἐξ οὗ ὁ γλυκὺς Ἰησοῦς προελήλυθεν, ὅλος ὢν γλυκασμός, καὶ ὅλος ἐπιθυμία, καὶ τῶν ὀρεκτῶν ἁπάντων ἔσχατον ὀρεκτόν. Οὗ εἶπωμεν, ὑπὸ τὴν σκιὰν αὐτοῦ ζησόμεθα, καὶ ὑπὸ ταῖς αὐτοῦ διαναπαυσόμεθα πτέρυξιν. Οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ διὰ νόμου, καὶ προφητῶν κηρυττόμενος, Χριστὸς Ἰησοῦς ὁ Θεός, ἡ Χάρις, καὶ ἡ Ἀλήθεια· ὃς ἦλθεν ἁμαρτωλοὺς σῶσαι, καὶ πάντας ἀνακαλέσασθαι πρὸς τὴν ἀρχαίαν εὐγένειαν. Αὐτῷ ἡ δόξα, καὶ ἡ τιμή, καὶ ἡ προσκύνησις παρὰ πάντων ἡμῶν ἀναφέρεται, σὺν τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ, καὶ τῷ ζωοποιῷ αὐτοῦ Πνεύματι, ἀπὸ τοῦ νῦν, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

cultus a nobis omnibus defertur, cum Patre, qui elargitur, nunc, et in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO III.

De immaculatæ Dominæ nostræ Dei Genitricis ac semper virginis Mariæ Nativitate. Ostenditur etiam, tum ex Veteri historia, tum ex variis testimoniis, eam ex Davidis semine descendere (19).

ΛΟΓΟΣ Γ'.

Εἰς τὴν Γενέθλιον ἡμέραν τῆς παναμώμου Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ ἀπόδειξις ἐκ Παλαιᾶς ἱστορίας, καὶ διαφόρων μαρτυριῶν, ὅτι ἐκ σπέρματος κατάγεται τοῦ Δαβίδ.

Rursum festum, et rursum celebritas, rursumque ego commodus convivator, salutis meæ festum agitans, atque omnes ad spirituales epulas invitans, quarum anspex Dei Genitrix convivas suos voluptatis torrente pascit [c]. In quo vos, o Christi apiculæ, divine circumvolantes, velut ex quibusdam alveoribus dulcedinem stillantes, tanquam favo quodam mellis domi collecto huc acceditis. Et quis tandem est, qui ab his deliciis abesse sustineat, ex his potissimum qui jam earum bonum degustarunt? Nam cum nonnulli sint, qui a mensa exquisitis cibis referta non prius abscedant, quam ultra etiam satietatem iis sese ingurgitarint, quid afferri potest, quin perquam ridiculum videatur, ante degustata hæc mysteria, e regia mensa excedere? Regium enim, ac reginæ ex regio semine descendentis est istud epulum. Agedum igitur, o charissimi, orationem nostram rursum excipite, quæ ad eumdem illum vos scopum reducit, quem superiore oratione quam maxime sternens, Christum ex Davidica radice ortum traxisse perspicue vobis ostendi. Hoc autem demonstrato, hanc quoque, ex qua ille juxta carnem in lucem editus est, ex eadem radice fluxisse, certo argumento constabit. Ac mihi sane supervacaneum esse videtur secundam solationem, ea, quam commemoravimus, apertiorem et efficaciorem afferre, ad veritatis, curiosius jam quodammodo fusiusque a nobis expositæ,

Πάλιν ἑορτὴ, καὶ πάλιν πανήγυρις, καὶ πάλιν ἐγὼ δεξιὸς ἑστιάτωρ, πανηγυρίζων τὴν ἐμαυτοῦ σωτηρίαν, καὶ συγκαλῶν ἅπαντας πρὸς τὴν πνευματικὴν ἑστίασιν, ἧς ἡ Θεοτόκος ἐξάρχουσα, τῆς τρυφῆς τὸν χειμάρρουν, τοὺς ἑαυτῆς ἑστιᾷ δαιτυμόνας. Ἐν ᾧ ὑμεῖς, ὁ Χριστοῦ μελισσὼν, ἐνθέως περιῒπτάμενος, καθάπερ ἔκ τινων σίμβλων, ἀποστάζων γλυκασμὸν, οἷα κηρία μέλιτος οἴκαδε συλλεξάμενοι χωρεῖτε. Καὶ τίς ἂν ἕλοιτο τοιαύτης ἀπολειφθῆναι τρυφῆς, τῶν μάλιστα γευσαμένων ἤδη τῶν ταύτης καλῶν; Εἰ γὰρ τραπέζης ὄψοις πολυτελῶς εὐθηνουμένης οὐ πρὶν ἀφεστᾶσί τινες, εἰ μὴ καὶ πέρα τοῦ κόρου τῆς τρυφῆς ἀπολαύσειεν, πῶς οὐ λίαν δοκεῖ καταγέλαστον, πρὶν γευσθῆναι τῶν τῇδε μυστηρίων βασιλικῆς ἀποπηδῆσαι τραπέζης; Βασίλειος γὰρ καὶ βασιλίδος ἐκ βασιλικοῦ καταγομένης σπέρματος ἡ ἑστίασις. Δεῦρο γοῦν αὖθις, ἀγαπητοὶ, τὸν ἡμέτερον ὑποδέξασθε λόγον, πρὸς ἐκεῖνον ὑμᾶς τὸν σκοπὸν ἐπανάγοντα, ὃν ἐν τοῖς φθάσασιν εὖ μάλα κατεστρωκὼς, τῆς Δαβιτικῆς ῥίζης σαφῶς ὑμῖν τὸν Χριστὸν ὑπηγόρευσα. Τούτου δὲ δεικνυμένου, καὶ ἡ κατὰ σάρκα τοῦτον τεκοῦσα, τῆς αὐτῆς οὖσα ῥίζης φυτὸν εἰκότως ἀναφανήσεται. Καί μοι λίαν παρέλκον εἶναι δοκεῖ, δευτέραν λύσιν ἐπαγαγεῖν, τῆς ῥηθείσης ἐμφαντικωτέρας, πρὸς ἔνδειξιν τῆς ἀληθείας, περιεργότερόν πως καὶ πλατύτερον πρὸς ἡμῶν ἐκτεθείσης. Ἀλλ' ὡς ἂν τὴν ἐριστικὴν τῶν ἐπιλυσσώντων Ἰουδαίων ἕνστασιν τῇ ἀληθείᾳ ταῖς τοῦ ψεύδους παρα-

[c] Psal. xxxv, 9.

(19) Joanni Damasceno ascribitur a Jacobo Billio in ejus editione J. Damasceni Operum, p. 572. EDIT.

Digitized by Google

πέμψωμεν αὔραις, φέρε δὴ καὶ αὐτὴν εἰς δύναμιν τὴν Παρθένον ἐξ αὐτῆς οὖσαν τῆς ῥίζης Δαβὶδ ἀποδείξωμεν, μάρτυσι τοῖς εὐαγγελισταῖς χρώμενοι, καὶ τῷ τῆς Γραφῆς ἰδιώματι. Χρῆναι δ' οὖν οἶμαι τὰς ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ γενεὰς διαψηλαφήσαντα, κατὰ τὴν τοῦ Λουκᾶ καὶ τοῦ Ματθαίου γενεαλογίαν, τὴν μὲν ἀναποδίζουσαν, τὸν δὲ, καθεξῆς ὁδεύουσαν, διὰ τῶν ἄκρων ἐπισυνάψαι τὸν νοῦν· εἶθ' οὕτως τὴν σύγχυσιν, καθ' ἣν ἡ περὶ τοὺς τεκόντας τὸν Ἰωσὴφ συνεχύθη συγγένεια, καθ' εἰρμὸν ἐκθέσθαι, καὶ τὸν τρόπον, καθ' ὃν καὶ ἡ Παρθένος ἐκ γένους κατάγεται τοῦ Δαβὶδ ἐναργῶς ἀποδεῖξαι· καὶ μηδὲν τῶν κατ' αὐτὴν ἀναπόδεικτον εἴη. Τοῦτον γὰρ οἶδα παντὸς ἐγκωμίου λαμπρότατον ἔπαινον, τὸ ταῖς θεομάχοις ἀνθοπλισθῆναι γλώσσαις, καὶ πᾶν ἀποφράξαι στόμα, κατὰ ταύτης φρυασσόμενον. Ἄρξομαι γοῦν ἐντεῦθεν.

A confirmationem. Verum ut pervicacem Judæorum veritati oblatrantium contentionem ad mendacii auras ablegemus, age ipsam hanc quoque Virginem pro virili nostra ex ipsa Davidis radice ortum duxisse demonstremus, evangelistas ipsos testes adhibentes, atque ipsam Scripturæ sacræ peculiarem loquendi rationem. Operæ pretium autem esse arbitror, consideratis ac velut contrectatis Davidis generationibus, juxta Lucæ ac Matthæi genealogiam, quarum altera inverso, altera recto ordine progreditur, per extrema mentem ac sensum copulare, atque ita deinde confusionem eam, per quam parentum Josephi cognatio permista est, serie quadam exponere, ac modum, quo ipsa quoque Virgo ex Davide fluxit, aperte declarare : quo B nihil eorum, quæ ad ipsam attinent, probatione sua careat. Hanc demum enim laudem omni encomii genere præclariorem luculentioremque esse mihi persuadeo, nempe adversum impias linguas arma induere, osque omne adversus eam fremens obturare.

Καί μοι συγγινωσκέτω τῶν τῇδε παρόντων, καὶ λόγοις ἐντεθραμμένων ἕκαστος, ἀπείρῳ τε ὄντι τῶν ἔξωθεν γυμνασμάτων, καὶ τοῦ δὴ χάριν ἀσχάλλοντι, ἅτε ὁδὸν ἐπίτομον μὴ εὑρίσκοντι τοῦ δέοντος πρόσφορον. Ὅμως τῷ διδάσκοντι Πνεύματι πάντα ἄνθρωπον γνῶσιν τεθαῤῥηκὼς, πρὸς τὸ προκείμενον ἀποδύομαι. Νόμος τοιγαροῦν ἐκράτει τὸ παλαιὸν, μὴ ἂν ἄλλοθεν τῶν φυλῶν ἑκάστην γυναῖκα πρὸς γάμον ἄγεσθαι δύνασθαι, μὴ τῆς αὐτῷ κοινωνοῦσαν φυλῆς. Ὅτι δὲ τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, αὐτῶν ἄκουε τῶν τοῦ νόμου ῥητῶν, ἐχόντων ἐπὶ λέξεως οὕτω· Καὶ ἐνετείλατο Μωϋσῆς τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ διὰ προστάγματος Κυρίου, λέγων· Οὐ περιστραφήσεται τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, ἀπὸ φυλῆς εἰς φυλὴν, ὅτι ἕκαστος ἐν τῇ κληρονομίᾳ τῆς φυλῆς τῆς πατρικῆς αὐτοῦ προσκολληθήσονται οἱ υἱοὶ, καὶ πᾶσα θυγάτηρ ἀγχιστεύουσα κληρονομίαν ἐκ τῶν φυλῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, ἑνὶ τῶν ἐκ τοῦ δήμου τῆς φυλῆς τοῦ πατρὸς αὐτῆς ἔσονται γυναῖκες, ἵνα ἀγχιστεύσιν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, ἕκαστος τὴν κληρονομίαν τὴν πατρικὴν αὐτοῦ, ὃν τρόπον συνέταξε Κύριος τῷ Μωϋσῇ. Καὶ μέντοι καὶ διεφυλάχθη τοῦτο μέχρι καιροῦ. Ἕως γὰρ ἦνθει τὰ Ἰουδαίων, καὶ τὰ Μωσαϊκὰ διατάγματα ἤκμαζον, οὐδὲν ἦν τῶν παρ' αὐτοῖς ἐθῶν, ὃ μὴ κατὰ θεσμὸν ἐκράτει. Ἀφ' οὗ δὲ πρὸς ἀφανισμὸν ἐχώρει, καὶ πρὸς τοὐναντίον ἅπαν ἀπηυτομόλει, κατὰ μέρος ἐλαττούμενα, οὐκέτι λόγος αὐτοῖς πατρῴας εὐδαιμονίας πεφρόντιστο, ἐθνικώτερόν πως διακειμένοις τὸν βίον, καὶ εἰς μηδὲν ὅτι μέγα τιθεμένοις τὸ χρῆμα, καίτοι τοῦ νόμου θεσπίζοντος, τῶν προφητῶν ἐμβοώντων, καὶ διὰ πάσης σχεδὸν τῆς Γραφῆς αὐτοῦ διαμαρτυρουμένου τοῦ Θεοῦ, μὴ διαχεῖσθαι, μὴ διαφθείρειν τὰ νόμιμα.

Mihi vero ignoscat velim quilibet eorum, qui hic adsunt, ac litterarum studia coluerunt, ut qui profanorum exercitamentorum imperitus sim, proptereaque angar et discrucier, utpote compendiariam viam atque instituto argumento accommodatam minime nanciscens. Nihilominus tamen, Spiritus sancti, qui docet omnem hominem scientiam, ope atque auxilio fretus, propositam materiam aggredior. Ergo hoc olim lege comparatum erat, ut nemo ex ulla tribu uxorem aliunde quam C ex sua accipere posset. Quod autem hoc verum sit, ipsa legis verba audi, quæ ad hunc prorsus modum habent : Et mandavit Moyses filiis Israel per præceptum Domini, dicens : Non convertemini de tribu in tribum : quoniam unusquisque in hæreditate tribus suæ paternæ adhærebunt [d] : et omnis filia propinqua hæreditatem habens ex tribubus filiorum Israel, uni eorum qui sunt ex domo tribus patris sui, erit uxor, et per sanguinis propinquitatem unusquisque ex filiis Israel paternam suam hæreditatem percipiet, quemadmodum constituit Dominus Moysi. Ac sane hoc aliquantisper quidem observatum est. Quandiu enim Judæorum res florebant, ac Mosaica præcepta vigebant, nullus apud eos ritus erat, qui non juxta legem vim D suam obtineret. At posteaquam in exitium tendere, atque in contrarium prorsus desciscere, sensimque minui cœperunt, non jam ipsis patria felicitas curæ fuit, ut qui gentilium quodammodo ritu vitam instituerent, neque admodum magni rem hujusmodi penderent, tametsi alioqui lege sanciente, prophetis inclamantibus, atque adeo ipsomet Deo per totam Scripturam testificante atque admonente, ne animis effunderentur, ac legitimas sanctiones corrumperent.

Ἐπεὶ οὖν παροινίας τῆς εἰς Θεὸν δίκην οὐ τὴν τυχοῦσαν ἔδοσαν οἱ Ἰουδαῖοι, ὧν τε πολλάκις παροίστρησαν, καὶ τῆς πατρῴας ἐξεστηκότες θεοσεβείας

Posteaquam igitur Judæi suæ in Deum contumeliæ non vulgarem pœnam pependerunt, ac pro eo quod sæpe tanquam œstro quodam perciti, atque

[d] Num. xxxvi, 7 seqq.

Digitized by Google

a paterna religione deficientes ad extremam superstitionem proruerant, variis modis a Deo (20) excruciati fuerunt (nam et urbs obsidione cincta est, et sacra profanum in modum direpta, et sancta impuris ac scelestis pedibus protrita, et gens ipsa populationibus oppressa, patriumque solum eversum, ipsique in exteram regionem extorres acti miserandum videntibus spectaculum, atque audientibus acroama præbuerunt, omnique ex parte cincti in gravissimis et immedicabilibus calamitatibus versati sunt), nec jam diligentia adhiberi poterat, qua genera internosci possent, utpote universa natione adversarum rerum, atque ingruentium quotidie malorum mole oppressa, tum vero singulæ tribus nobilitatis suæ præstantiam ac singulare decus amiserunt. Nec tamen prorsus deleta est celebris hæc generis dignitas. Etenim hujusce tribus auctoritas, velut reliquiæ quædam, per successionem adhuc opibus atque imperio pollens perstitit usque ad clarissimam hanc Virginem, hanc, inquam, solam inter mulieres Deo desponsam matrem ac virginem, quam nunc ex Davidica tribu ortam esse probare aggrediens, orationis (21) jactum ad Scripturæ scopum directum emitto, si modo Deus hoc mihi concedat, ut pro rei dignitate sermonem habere queam. At enim, o beate Matthæe, velim mihi explices, quidnam causæ sit, quod tu in iis, quorum genus recenses, a sancto Luca dissentias. Minime vero, inquit, mente ad divinas res conscribendas eximia præditus Matthæus, prius publicanus, nunc autem arcanorum mysteriorum interpres, minime, inquam, ulla est inter nos dissensio. Nam ille, velut sermonem retrorsum flectens, naturales patres prætermisit, legales duntaxat commemorans; ego autem naturalium patrum mentionem aperte feci: non temere id quidem, neque aliter quam Spiritu dignum esset. Uterque enim nostrum, tanquam uno eodemque Spiritu afflatus, alter alterius scripta sive ulla immutatione commendat et attollit. Accurate autem, o charissimi, generis seriem ab utroque expositam considerare, atque hinc quæstionis solutionem aucupari convenit.

εἰς ἄκρον δυσειδαιμονίας ἐπεληλάκεσαν, καί τοι πολυτρόπως αὐτοὺς κολάσαντος τοῦ Θεοῦ, πῆ μὲν, πολιορκουμένου τοῦ ἄστεος, καὶ τῶν ἱερῶν ἐκπορθουμένων, τῶν τε ἁγίων τοῖς ἐναγέσι καὶ βεβήλοις συμπατουμένων ποσί· πῆ δὲ, δηώσει καὶ λεηλασίᾳ τοῦ ἔθνους, καταστροφῇ τε τοῦ πατρῴου ἐδάφους, καθ' ἣν πρὸς ἀλλοδαπὴν ἐξελαυνόμενοι ἦσαν, ἐλεεινὸν τοῖς ὁρῶσι θέαμα, καὶ τοῖς ἀκούουσιν ἄκουσμα, κύκλῳ τε περιεστοιχισμένοι ἀνηκέστοις ἐγίνοντο, μηκέτι φιλοκρινεῖσθαι τοῦ γένους ἰσχύοντος, τῷ ἄχθει πεζομένου τῶν συμφορῶν, τῷ πλήθει τῶν ἐπιόντων ὁσημέραι δυστυχημάτων, τότε δὴ συγχυθεῖσαι τῶν φυλῶν ἑκάστη, τὸ τῆς εὐγενείας ἐξαίρετον ἀπεσυλήθησαν. Ἀλλ' οὐκ εἰς ἅπαν ἠφάνιστο τὸ περιώνυμον τοῦτο τοῦ γένους ἀξίωμα. Διέμεινε γὰρ ὥσπερ τι λεῖψανον ἐκ διαδοχῆς ἐπικρατοῦν ἔτι τῆς κληρουχίας ταύτης τὸ ἀξιόλογον, μέχρι τῆς ἀοιδίμου Παρθένου, ταύτης δὴ λέγω τῆς μόνης ἐν γυναιξὶ Θεονυμφεύτου μητρὸς καὶ ἀειπαιδος, ἣν ἄρτι τῆς Δαβιτικῆς οὖσαν ἀποδεικνύναι φυλῆς παρορμώμενος, τοῦ λόγου τὴν βουλὴν πρὸς τὸν τῆς Γραφῆς συντείνας σκοπὸν ἐπαφίημι, Θεοῦ μάλιστά μοι τὰ κατ' ἀξίαν λέγειν παρεχομένου. Ἀλλά μοι δεῦρο φράσον, ὦ μακάριε Ματθαῖε, τίς ὁ τῶν ὑπὸ σοῦ γενεαλογουμένων πρὸς τὸν ἱεροφάντην Λουκᾶν διαφωνούμενος λόγος. Οὐ, φησὶν ὁ θεογραφικώτατος νοῦς Ματθαῖος, ὁ πρὶν τελώνης, νῦν δὲ τῶν ἀπορρήτων ὑφηγητής, οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν, οὐκ ἔστιν οὐδεμία διαφωνίας ἔμφασις. Ὁ μὲν γὰρ ὥσπερ ἀναποδίζων τὸν λόγον, παρῆκε τοὺς κατὰ φύσιν πατέρας, τῶν κατὰ νόμον ἔσθ' ὅτε μόνων ἐπιμνησθείς· ἐγὼ δὲ τῶν κατὰ φύσιν πατέρων σαφῶς τὴν μνήμην πεποίημαι, οὐκ ἀλόγως, οὐδὲ ἀναξίως τοῦ Πνεύματος. Ἑκάτερος γὰρ ὑφ' ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ Πνεύματος ἐμπνεόμενος, τὰ θατέρου θάτερος εἰς μηδὲν διαλάττων ἀποσεμνύνει. Σκοπεῖν δὲ δεῖ δι' ἀκριβείας, ἀγαπητοὶ, τὰς ὑπ' ἀμφοῖν ἐκτεθείσας γενεαλογίας, κἀκεῖθεν θηράσαι τοῦ ζητουμένου τὴν εὕρεσιν.

Quandoquidem igitur, juxta evangelistæ vocem, ex utroque genere, hoc est ex naturali ac legali, generationis certitudo demonstratur, Matthæus proinde opus suum inchoans, *Liber generationis*, inquit, *Jesu Christi filii David, filii Abraham* [e]. Et quidem ad id, quod quærimus, percipiendum, principium ipsum, vel solum, sufficiebat. Verum hic non

Ἀμέλει τοίνυν κατὰ τὴν τοῦ ἱεροφάντου φωνὴν, ἐξ ἑκατέρων τῶν γενῶν, λέγω δὲ τῶν κατὰ φύσιν καὶ νόμον, τὸ ἀκριβὲς τῆς γενεαλογίας ἡμῖν δείκνυται. Ματθαῖος γοῦν τῆς κατ' αὐτὸν συγγραφῆς ἀπαρχόμενος, *Βίβλος γενέσεως*, φησὶν, *Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ Δαβὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ*. Καὶ ἥρκει πρὸς τὴν τοῦ ζητουμένου κατάληψιν αὐτὸ καθ' αὐτὸ τὸ προοίμιον.

[e] Matth. I, 1.

COMBEFISII NOTÆ.

(20) *A Deo excruciati fuerunt.* Si hic locus conjecturæ sit pro κολάσαντος, καλέσαντος; fortasse non incommode legi posse existimem. Hæc enim particula καίτοι hanc lectionem postulare videtur. Exaggerat enim Judæorum perfidiam Andreas, qui Deum per tot supplicia eos ab idolorum cultu revocantem audire neglexerint. Hoc autem loco Nazianzenum imitatur, qui 2 orat. de Pasch. eodem sermonis genere utitur, cum generis humani in sceleribus pertinaciam insectatur, quod permultis cruciatuum generibus eruditum, ad meliorem propterea mentem minime redierat, cum tamen id esset, quod Deus in hujusmodi suppliciis inferendis sibi proponeret. Videntur autem hæc verba, καίτοι πολυτρόπως, usque ad illa, μηκέτι φιλοκρινεῖσθαι, per parenthesin legenda.

(21) *Orationis jactum.* Pro βουλὴν hoc loco βολὴν lego, ut sagittam significet. Ita enim legendum esse aperte indicat verbum ἐπαφίημι.

Digitized by Google

Ἀλλ' οὐ μέχρι τούτου ἔστη. Προύβη γὰρ ὁ λόγος αὐτῷ, καὶ μέχρι τοῦ τῆς Παρθένου μνηστῆρος. Λουκᾶς δὲ μετὰ τὴν κατὰ τὸ βάπτισμα τοῦ Σωτῆρος ἀνάδειξιν, μικρὸν αὐτοῦ που τὸν λόγον μετοχετεύων, τοιάδε γράφει· *Ἐν οἷς*, φησὶ, *καὶ αὐτὸς ἦν Ἰησοῦς, ὡς ἐτῶν τριάκοντα, ἀρχόμενος ὤν, ὡς ἐνομίζετο, υἱὸς Ἰωσὴφ τοῦ Ἡλεὶ, τοῦ Ματθὰτ, τοῦ Λευΐ, τοῦ Μελχὶ*, καὶ ἑξῆς κατὰ ἀναφορὰν, ἕως τοῦ Σὴθ, *τοῦ Ἀδὰμ, τοῦ Θεοῦ*. Οὐκ ἀγνοεῖ δ' οὖν ὅγε φιλόπονος νοῦς τῶν ἐξητασμένων, ὡς τοὺς μὲν κατὰ νόμον πατέρας ἐκείνους τῇ Γραφῇ καλεῖν σύνηθες, τοὺς προθανόντας μὲν ἄπαιδας, πλὴν παιδοθετηθέντας, δι' ἀδελφοσπόρου γονῆς μετὰ κοίμησιν· τοὺς δέ τοι κατὰ φύσιν, ἐκείνους, οἳ μάλιστα μὲν ἑαυτοῖς πρὸς διαδοχὴν τοῦ γένους οἰκείῳ σπόρῳ ἐπαιδοποιήσαντο, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ εἰ τεθνάσιν αὐτοῖς ἄπαιδες ἀδελφοὶ, δι' ἀντιγόνου σπορᾶς, τὴν εὐκληρίαν τῷ ἀδελφῷ συνεισήγαγον. Τῶν γέ τοι εὐαγγελιστῶν, ὁ μὲν τῶν κατὰ φύσιν πατέρων μόνων ἐπιμνησθεὶς τοὺς κατὰ νόμον παρῆκεν· ὁ δὲ τοὔμπαλιν τοὺς κατὰ φύσιν παραδραμὼν, τῶν κατὰ νόμον ἰδικῶς ἐπεμνήσθη· οὐδ' ὁπότερος τοῦ εἰκότος ἀποσφαλείς. Καλὸν δ' οἶμαι καὶ παλαιᾶς πρὸς τοῦτο μαρτυρίας ἐπιμνησθῆναι, ἣν παρ' ἀνδρός τινος πολυΐστορος παρειλήφαμεν, ἔχουσαν ἐπὶ λέξεως οὕτως· Ἐπείπερ οἱ τῆς γενεαλογίας τῶν εὐαγγελιστῶν ἐμφερόμενοι, οἱ μὲν διεδέξαντο παῖδες πατέρας γνησίους, οἱ δὲ, ἑτέροις μὲν ἐγεννήθησαν, ἑτέρων δὲ γεγόνασι κλήσει, ἀμφοτέρων δὲ γέγονεν ἡ μνήμη, τῶν τε γεγεννηκότων, καὶ τῶν ὡς γεγεννηκότων, οὕτως οὐδέτερον τῶν Εὐαγγελίων ψεύδεται, καὶ φύσιν ἀριθμοῦν, καὶ νόμον· ἐπεπλάκη γὰρ ἀλλήλοις τὰ γένη τότε ἀπὸ τοῦ Σολομῶντος, καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ Νάθαν, ἀναστάσεσι τέκνων, καὶ δευτερογαμίαις. Ἵνα δὲ σαφὲς ᾖ τὸ λεγόμενον, τὴν ἐπιπλοκὴν τῶν γενῶν διηγήσομαι.

subsistit. Etenim ipsius sermo etiam usque ad Virginis sponsum progressus est. Lucas autem, post Salvatoris in baptismo declarationem, orationem suam nonnihil derivans, ad hunc modum scribit: *Inter quos*, inquit, *etiam Jesus erat, annorum quasi triginta incipiens esse, ut putabatur, filius Joseph, qui fuit Heli, qui fuit Mathan, qui fuit Levi, qui fuit Melchi*, et sic deinceps in altum ascendendo usque ad Seth, *qui fuit Adæ, qui fuit Dei* [f]. Illud porro minime ignorat, quisquis sedula et exquisita mente præditus est, ex usu Scripturæ esse, legales patres eos demum appellare, qui, quamvis sine liberis e vita decesserint, tamen per sobolem, ex fraterno semine post mortem suam ortam, filios habuerunt: naturales contra, eos qui præsertim quidem sibi ipsis ad generis propagationem ex suomet semine liberos procrearunt, interdum autem etiam (22), si ipsorum fratres nullis liberis relictis vitam cum morte commutassent, per vicarium semen hæreditatem ipsis collegerunt. Ergo alter evangelistarum, naturales duntaxat patres commemorans, legales silentio præterilit; alter rursum prætermissis naturalibus, legalium privatim mentionem fecit. In quo neuter ab eo quod par erat aberravit. Nec vero incommodum fuerit (quo planius istud ostendatur) veteris quoque testimonii meminisse, quod a viro quodam (23) multarum rerum cognitione instructo accepimus. Id autem sic ad verbum habet. Quandoquidem qui in Christi genealogia ab evangelistis referuntur, partim filii veris patribus successerunt, partim cum ab aliis geniti essent, aliorum tamen filii dicti sunt, atque utrorumque mentio facta est, hoc est et eorum qui genuerunt, et eorum qui velut genuerunt, idcirco neutrum Evangeliorum Nam tum familiæ Salomonis, et Nathan, per inter se connexæ erant. Ut autem perspicuum

mentitur, dum et naturam et legem numerat. liberorum suscitationem ac repetita matrimonia sit quod dico, generum permistionem exponam.

Ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ διὰ Σολομῶντος τὰς γενεὰς καταριθμουμένοις, τρίτος ἀπὸ τέλους εὑρίσκεται Ματθὰν, ὃς ἐγέννησε τὸν Ἰακὼβ, τοῦ Ἰωσὴφ τὸν πατέρα. Ἀπὸ δὲ Νάθαν τοῦ Δαβὶδ κατὰ Λουκᾶν, ὁμοίως τρίτος ἀπὸ τέλους Μελχί· Σκοποῦ τοίνυν ἡμῖν κειμένου τοῦ Ἰωσὴφ, ἀποδεικτέον, πῶς ἑκάτερος αὐτοῦ πατὴρ ἱστόρηται, ὅ τε Ἰακὼβ ἀπὸ Σολομῶντος, καὶ Ἡλεὶ ἀπὸ τοῦ Νάθαν, ἑκάτερον γένος κατάγοντας. Καὶ δὴ οὖνὅ τε Ματθὰν καὶ ὁ Μελχὶ, ἐν μέρει τὴν αὐτὴν ἀγόμενοι γυναῖκα, ὁμομητρίου; ἀδελφοὺς ἐπαιδοποιήσαντο, τοῦ νόμου μὴ κωλύοντος χηρεύουσαν, ἢ καὶ ἀπολελυμένην, ἄλλῳ γαμεῖσθαι. Παραδέδοται τοίνυν, ὅτι πρῶτος Ματθὰν ὁ ἀπὸ Σολομῶντος κατάγων τὸ γένος, τὸν Ἰακὼβ γεννᾷ· καὶ τελευτή-

A Davide per Salomonem generationes recensentibus, tertius a fine Mathan reperitur, qui Jacobum Josephi patrem genuit. A Nathan autem Davidis filio juxta Lucam, eodem modo tertius a fine Melchi. Quocirca cum Joseph nobis pro scopo proponatur, demonstrandum est quonam pacto uterque ipsius pater esse divinis Litteris prodatur, nimirum et Joseph qui a Salomone ortum traxit, et Heli qui a Nathan. Ergo et Mathan et Melchi eamdem uxorem vicissim ducentes, uterinos fratres procrearunt. Neque enim lex prohibebat, ne ea, quæ maritum morte amiserat, aut ab eo repudiata fuerat, alteri nuberet. Memoriæ itaque proditum est Mathan primum, qui a Salomone originem duce-

[f] Luc. III, 23 seqq.

COMBEFISII NOTÆ.

(22) *Si ipsorum fratres.* Legendum hic in Græco est εἰ τεθνᾶσιν, ut sensus aperte ostendit.

(23) *Quod a viro quodam.* Africanum innuere videtur, cujus de hac re verba in medium profert Eusebius lib. I *Eccles. hist.* cap. 7. Hanc porro ipsius rationem, quibus argumentis convellere nitatur Osiander, vide apud Melchiorem Canum, lib. I *De locis theolog.*, cap. 5, ubi etiam ipsis eruditissime respondet.

Digitized by Google

bat, Jacobum genuisse, ipsoque Mathan extremo vitæ die functo, Melchi, qui ad Nathan genus suum referebat, viduam, quod ex eadem tribu ipse, quanquam ex alia familia, ut jam dictum est, foret, in matrimonium accepisse, ex eaque filium Heli suscepisse. Ad hunc modum ex diversis duobus generibus Jacobum et Heli uterinos fratres reperiemus : quorum alter, hoc est Jacob, fratre Heli sine liberis e vita sublato, uxorem illius in matrimonium accipiens, tertium Joseph et ipsa sustulit, natura quidem ac juxta rationem, sui ipsius filium (unde etiam scriptum est, *Jacob genuit Joseph*); legis autem respectu, filium Heli; Jacob etenim, utpote frater, semen ipsi suscitavit. Ob eamque causam ipsius etiam genealogia obscuritate minime obruetur : quam Matthæus quidem evangelista recensens, *Jacob*, inquit, *genuit Joseph*, Lucas autem converso ordine : *Qui erat, ut putabatur* (nam hoc etiam adjunxit) *filius Joseph, qui fuit Heli, qui fuit Melchi*. Si quidem nulla ratione significantius atque illustrius legalis nativitas commemorari poterat. Atque hoc verbum, *genuit*, in hac liberorum procreatione ad extremum usque subticuit, per analysim sursum ascendens usque ad Adam, *qui fuit Dei*. — *Et paucis interjectis*. Uterini ergo fratres Heli et Jacob. Etenim mortuo Heli sine liberis, Jacob semen ipsi excitavit, progenito scilicet Josepho, qui, ut natura ipsius erat, ita, si legis rationem habeamus, patrem Heli habebat. Ita utriusque filius Joseph erat.

A

B

Atque hæc ille. Proinde cum Josephi genus ad hunc modum recenseatur, certe Virgo quoque ipsa ac Dei Genitrix Maria ejusdem cum eo tribus esse sinul demonstratur, siquidem Mosis lege non licebat ulli tribui cum altera tribu permisceri. Sanciebat enim ea, ut quæque tribus cum uno qui ex eadem tribu esset, matrimonio jungeretur : ne fortasse generis hæreditas ab una tribu ad aliam laberetur. Quod si quis ipsius quoque sanctissimæ Virginis genus proprie ac peculiariter recenseri postulet, non recte mihi quidem facere videtur : cum lex nusquam hoc permittat aut imperet. Quonam enim loco apud veteres mulieris genus commemoratum fuisse ostenditur, cum in recensendis generibus præstantior pars anteferatur? Præstantius siquidem est, ut generis nobilitas a patre quam a matre cognoscatur. Nos autem istud nihil omnino morabitur. Neque enim nostrum est antiquas regulas adulterare, aut novos ritus invehere. Neque enim fas est antiquos terminos immovere, quos patres nostri posuerunt [6].

C

D

Cæterum ab his quæ aliquanto ante exposita sunt, minime abscedamus. Nam si vera dicit Moses, ea sanciens, quæ litterarum monumentis consignata sunt (non est autem dubium quin vera dicat, utpote os ad os Deo, qui veritas est, remotis arbitris loquens) ejusdem proinde tribus esse

[6] Prov. xxii, 28.

ζαντος τοῦ Ματθὰν, Μελχὶ ὁ ἐπὶ τὸν Νάθαν κατὰ γένος ἀναφερόμενος, χηρεύουσαν, ἐκ μὲν τῆς αὐτῆς φυλῆς, ἐξ ἄλλου δὲ γένους ὤν, ὡς προεῖπον, ἀγόμενος αὐτὴν, ἔσχεν υἱὸν τὸν Ἡλεί. Οὕτως ἐκ διαφόρων δύο γενῶν εὑρήσομεν, τόν τε Ἰακὼβ καὶ τὸν Ἡλεὶ, ὁμομητρίους ἀδελφοὺς, ὧν θάτερος ὁ Ἰακὼβ, δηλονότι, ἀτέκνου τοῦ ἀδελφοῦ τελευτήσαντος Ἡλεὶ, τὴν γυναῖκα παραλαβὼν, ἐγέννησεν ἐξ αὐτῆς τρίτον τὸν Ἰωσὴφ κατὰ φύσιν μὲν ἑαυτῷ, καὶ κατὰ λόγον· διὸ γέγραπται, *Ἰακὼβ ἐγέννησε τὸν Ἰωσήφ*· κατὰ νόμον δὲ, τοῦ Ἡλεὶ υἱὸς ἦν. Ἐκείνῳ γὰρ Ἰακὼβ ἀδελφὸς ὢν, ἀνέστησε σπέρμα. Διόπερ οὐκ ἀμαυρωθήσεται καὶ ἡ κατ' αὐτὸν γενεαλογία, ἣν Ματθαῖος μὲν ὁ εὐαγγελιστὴς ἐξαριθμούμενος, *Ἰακὼβ* δὲ, φησὶν, *ἐγέννησε τὸν Ἰωσήφ*· ὁ δὲ Λουκᾶς ἀνάπαλιν, *Ὢν ἦν, ὡς ἐνομίζετο* (καὶ γὰρ τοῦτο προστίθησι) *τοῦ Ἰωσὴφ, τοῦ Ἡλεὶ, τοῦ Μελχί*. Τὴν γὰρ κατὰ νόμον γέννησιν, ἐπισημότερον οὐκ ἦν ἐξειπεῖν. Καὶ τὸ, *ἐγέννησεν*, ἐπὶ τῆς τοιᾶσδε παιδοποιίας ἄχρι τέλους ἀπεσιώπησε, τὴν ἀναφορὰν ποιησάμενος, ἕως τοῦ Ἀδὰμ, *τοῦ Θεοῦ*, κατὰ ἀνάλυσιν. — *Καὶ μετὰ βραχέα*. Ὁμομήτριοι ἄρα ὅ τε Ἡλεὶ καὶ Ἰακὼβ ἀδελφοί. Ἀτέκνου γὰρ τοῦ Ἡλεὶ τεθνηκότος, Ἰακὼβ ἀνέστησεν αὐτῷ σπέρμα, γεννήσας τὸν Ἰωσὴφ κατὰ φύσιν μὲν αὐτῷ, κατὰ νόμον δὲ, Ἡλεί. Οὕτως ἀμφοτέρων ἦν υἱὸς Ἰωσήφ.

Τοσαῦτα δὴ οὗτος. Καὶ δὴ τοῦ Ἰωσὴφ οὕτως γενεαλογουμένου, δυνάμει καὶ ἡ Παρθένος αὕτη καὶ Θεοτόκος Μαρία, τῆς αὐτῆς οὖσα φυλῆς συναποδείκνυται τούτῳ, εἴγε κατὰ τὸν Μωσέως νόμον, οὐκ ἐξῆν φυλῇ φυλὴν ἐπιμίγνυσθαι. Ἐνὶ γὰρ τῶν ἐκ τοῦ δήμου καὶ πατριᾶς τῆς αὐτῆς ὁρωμένων, πρὸς γάμου κοινωνίαν ἥκειν θεσπίζει, ἂν μὴ τυχὸν περιστρέφοιτο τοῦ γένους ὁ κλῆρος ἀπὸ φυλῆς εἰς φυλήν. Εἰ δέ τις κυρίως καὶ αὐτὴν ἀπαιτοίη γενεαλογεῖσθαι τὴν ὑπεραγίαν Παρθένον καὶ ἄνανδρον, οὐκ ὀρθά γέ μοι ποιῶν φαίνεται, τοῦ νόμου τοῦτο μηδαμοῦ συγχωροῦντος, ἢ ἐπιτεταμένως δήπουθεν. Ποῦ γὰρ ἐν τοῖς παλαιοῖς γυνή ποτε δείκνυται γενεαλογηθεῖσα, τοῦ τιμιωτέρου μέρους προκριθέντος εἰς γενεογραφίαν ἄγεσθαι; Πατρόθεν γὰρ, ἀλλ' οὐ μητρόθεν τοῦ γένους τὴν εὐκλήριαν γνωρίζεσθαι προτιμότερον. Ἡμῖν δὲ τούτου μελήσει μὲν παντελῶς οὐδὲν, ὅτε μὴ πρὸς ἡμῶν ἀρχαίους παραχαράττειν ὅρους, ἢ κενοὺς ἐπεισάγειν θεσμούς. Οὐ γὰρ ὅρια μεταίρειν θέμις αἰώνια, ἃ οἱ πατέρες ἡμῶν ἔθεντο.

Τῶν δέ γε μικρῶν πρόσθεν ἐκτεθειμένων, οὐκ ἀποσταίημεν. Εἰ γὰρ ἀληθεύει Μωϋσῆς ταῦτα θεσπίζων, ἃ καὶ γέγραπται (ἀληθεύσει δὲ πάντως, ὡς στόμα πρὸς στόμα Θεῷ τῇ ἀληθείᾳ μόνος ἐντυχών), τῆς αὐτῆς ἄρα φυλῆς δειχθήσεται, καὶ ἡ θεόκλητος αὕτη Μητρόθεος τοῦ κατ' οἰκονομίαν ῥήτου

Digitized by Google

μνηστευσαμένου ταύτῃ ἀνδρὸς, λέγω δὲ, τοῦ ἐκ Δαβὶδ πεφηνότος Ἰωσήφ· ὃν εἰ ἐκ σπέρματος τοῦ Δαβὶδ κατάγεσθαι δοίημεν, πρὸς ἀνάγκης ἔσται, καὶ τὴν αὐτῷ μνηστευθεῖσαν, τῆς αὐτῆς οὖσαν φάναι φυλῆς. *Ἰωσὴφ γὰρ, υἱὸς Δαβὶδ, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου*, ὁ ἐπιστὰς αὐτῷ δι' ὁράματος προσεφώνησεν ἄγγελος, ἐπὶ τῷ παραδόξῳ τῆς ἀφράστου κυοφορίας ἀσχάλλοντι. Οὐκοῦν οὐ διεψεύσθη Μωσῆς, οὐ διημάρτηται Δαβὶδ, ὁ μὲν, μὴ συγχεῖσθαι τὰ γένη πρὸς ἑαυτὰ θεσπίζων, ὁ δὲ, δι' ὁρκομοσίας ἐξ ὀσφύος αὐτοῦ τὸν Χριστὸν ἀναστήσεσθαι χρησμῳδούμενος. Οὕτω μὲν οὖν κατὰ ῥοῦν ἐπιδραμὼν ὁ λόγος, σαφῶς ἡμῖν ἐξ Ἰούδα καὶ Δαβὶδ τὸν Χριστὸν παρεστήσατο. Πειράσομαι δὲ καὶ ἄλλως τὸν περὶ τούτου καταθέσθαι λόγον ἡμῖν ἐκ παλαιῶν συγγραμμάτων, τοῖς ὅσοι δῆλον τὸ τῆς Ἐκκλησίας ἄδολον ἐκπεπώκατε γάλα. Περὶ γὰρ τῶν ἄλλων οὐδείς μοι λόγος τῆς προφητείας οὕτω καθαπτομένης αὐτῶν τῆς πωρώσεως· *Ψηλαφήσουσι γὰρ*, φησὶν, *ὡς τυφλοὶ τοῖχον, καὶ ὡς οὐχ ὑπαρχόντων ὀφθαλμῶν, ψηλαφήσουσιν.* Ἡμῖν δὲ ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἀρκέσει λέγων· *Σοφίαν δὲ λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις· σοφίαν δὲ οὐ τοῦ αἰῶνος τούτου, οὐδὲ τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου τῶν καταργουμένων, ἀλλὰ λαλοῦμεν Θεοῦ σοφίαν, ἐν μυστηρίῳ τὴν ἀποκεκρυμμένην, ἣν δὴ ψυχικὸς ἄνθρωπος οὐ δύναται γνῶναι. Μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστὶ, καὶ οὐ δύναται γνῶναι, ὅτι πνευματικὸς ἀνακρίνεται.*

A demonstrabitur hæc divinitus vocata Dei Mater, cujus vir ille, qui per dispensationem omni sermone præstantiorem eam despondit, hoc est Josephi, quem ex Davidica tribu ortum esse constat. Qui si a nobis ex Davidis semine descendere concedatur, necessarium profecto nobis erit confiteri, eam quoque, quæ ipsi desponsata est, ejusdem tribus esse. *Joseph* enim, *fili David* (ut eum allocutus est angelus ille, qui per visum ipsi apparuit, ob graviditatis, orationem omnem superantis, novitatem animi mœstitia laboranti), *ne timeas accipere Mariam uxorem tuam* [h]. Itaque nec falsus est Moses, nec a vero aberravit David, ille nimirum tribus inter se misceri vetans, hic interposito jurejurando de lumbis suis Christum excitatum iri vaticinans. Ad hunc igitur modum oratio nostra ex animi sententia decurrens, perspicue nobis Christum ex Juda et Davide ortum esse confirmavit. Conabor autem etiam aliunde rationem hujusce rei vobis, qui Ecclesiæ lac doli expers ebibistis [i], ex veteribus lucubrationibus afferre. Nam de aliis, nulla mihi cura est, quippe cum propheta eorum cæcitatem ac stupiditatem ad hunc modum insectetur, *Palpabunt*, inquit, *tanquam cæci parietem, et tanquam oculis capti contrectabunt* i. Nos autem hoc Apostoli dicto contenti erimus : *Sapientiam loquimur inter perfectos, sapientiam porro non hujus sæculi, nec principum hujus sæculi qui destruuntur, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio absconditam, quam quidem animalis homo percipere non potest. Stultitia enim est illi, et non potest intelligere; quia spiritualiter examinatur* [k].

Τῶν τοίνυν τῷ Χριστῷ πεπραγμένων, ἐστὶν ἃ καὶ τοὺς πολλοὺς διέφυγεν, ὅσα τε χρησίμως ἐσιωπᾶτο τοῖς τότε ὡς φέρε εἰπεῖν, τὰ πρὸ τοῦ βαπτίσματος αὐτῷ πεπραγμένα, καὶ ἡ καθ' ὃν ἐβίου τρόπον διαγωγὴ ἐντὸς ὅλων ἐτῶν τριάκοντα, μηδεμιᾶς που ταύτην Γραφῆς ἱστορούσης. Ἐν οὖν τῶν μάλιστα σεσιγημένων, καὶ τὸ κατὰ τὴν γέννησιν αὐτοῦ θαῦμα ἦν, ὀλίγου δεῖν πάντας λαθὸν, καθ' ὃν ἐνηνθρωπήκει χρόνον, ὀλίγον ἐκτὸς, ὥς φησί που ἅγιος ἀνὴρ, Ἰγνάτιος ὄνομα αὐτῷ· Καὶ ἔλαθε τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου ἡ παρθενεία Μαρίας, καὶ ὁ τόκος αὐτῆς, ὁμοίως καὶ ὁ θάνατος Χριστοῦ. Τρία μυστήρια κραυγῆς, ἄτινα ἐν ἡσυχίᾳ Θεοῦ ἐπράχθη. Εἰκότως οὖν ἄρα κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, ἡ μὲν ἐξ ἁγίου Πνεύματος τοῦ Χριστοῦ παρὰ τοῖς πολλοῖς ἐσιωπᾶτο γένεσις. Ὁ δὲ Ἰωσὴφ ἐν χώρᾳ πατρὸς παρελαμβάνετο. Κἀντεῦθεν οἷα εἰκὸς, ὡς πατὴρ τοῦ παιδὸς ἐγενεαλογεῖτο. Εἰ

C Igitur ex his quæ a Christo gesta sunt, nonnulla vulgi cognitionem fugerunt, hoc est omnia ea quæ iis, qui tum temporis erant, utiliter silentio premebantur, verbi gratia, quæ ante baptismum ab eo facta sunt, et ea vitæ ratio, quam ad tricesimum usque ætatis annum tenuit. Neque enim eam usquam Scriptura commemorat. Unum itaque ex iis, quæ quam maxime silebantur, ortus ipsius miraculum erat : quod quidem, quo tempore humanam naturam suscipiebat, paucis exceptis, omnibus incognitum erat, ut quodam loco, inquit, vir sanctus Ignatius : Et principem hujus sæculi latuit Mariæ virginitas, ipsiusque partus, itemque Christi mors. Nam (24) tria clamoris mysteria in quiete ac silentio acta sunt. Non absD re igitur Christi ex Spiritu sancto nativitas apud vulgus silebatur, ac Joseph loco patris assumeba-

[h] Matth. I, 20. [i] I Petr. II, 2. [i] Isa. LIX, 10, [k] I Cor. II, 6, 7, 14.

COMBEFISII NOTÆ.

(24) *Tria hæc clamoris mysteria.* Eo loco doctissimus interpres Vairlenius, annot. 29, clamorem illum ab Ignatio significari existimat, quem Christus jam spiritum in cruce emittens edidit. Cui tamen opinioni vix assentiri possum. Neque enim ad Christi clamorem D. Mariæ virginitas et partus ullo pacto referri posse videntur, quæ tamen inter κραυγῆς μυστήρια recenset Ignatius. Itaque simpliciter idem esse puto clamoris mysteria, ac si dixisset, alta voce prædicanda. Hoc enim velut per admirationem dicit vir sanctissimus, nempe tria mysteria, altissima prædicatione digna, ita peracta fuisse, ut diabolum prorsus laterent. Expungenda autem hoc loco est vox Θεοῦ ante ἐπράχθη. Hanc enim nec Græci Ignatii codices, nec vetus etiam interpres agnoscunt.

Digitized by Google

tur. Atque inde, ut vero consentaneum est, tanquam pueri pater recensebatur. Nam nisi hoc exstitisset, patre carere puer existimatus fuisset, quod a paterno latere genus ipsius minime referretur.

Quamobrem ab eximiis evangelistis necessario tunc factum est, ut Josephi genus recenserent: quod ille apud omnes pater filii prædicaretur. Nam si, hoc prætermisso, a materno latere generis ipsius seriem texuissent, præterquam quod istud indecorum fuisset, a divinarum quoque Scripturarum consuetudine abhorruisset: quod nimirum nunquam ante cujusquam genus a materno latere ductum fuisset. Commode igitur evangelistæ Josephi genus a Davide, ob eam quam attulimus causam ducentes, simul quoque Virginem Mariam ex Davide ortam esse confirmant, per sponsum scilicet uxoris genus una inferentes, juxta eam, quam aliquanto ante protulimus, Mosis legem, ita ad Israelitas inquientis: *Non convertimini de tribu in tribum, quia unusquisque in hæreditate tribus suæ paternæ adhærebit* [1], etc. Quæ cum ita se habeant, quod quidem justitia præditus Joseph esset, ac vitam legi consentaneam duceret, nemini obscurum est. Ex legis porro præscripto vivens, profecto non aliunde quam ex sua tribu ortam uxorem despondebat. Erat autem hæc ex Juda, populoque eodem ac familia, hoc est ex Davide. Ita enim legis edicto comparatum erat. Quocirca si Joseph ex tribu Juda, atque ex Davidis sorte ac familia erat, annon consentaneum est Mariam quoque ab iisdem proficisci, præsertim cum ex eadem tribu Juda et Davidis populo esset, ex quibus Joseph quoque ortum trahebat? Perspicue siquidem lex ea, quæ prius recitata est, matrimonii commercia cum aliis tribubus inire prohibebat, contraque plane sanciebat, ex sorte ac populo tribus suæ contubernia vitæque consuetudinem inire. *Non* enim *convertimini*, inquiebat filiis Israel, *de tribu in tribum: quoniam unusquisque filiorum Israel in paternæ tribus suæ hæreditate adhærebit.* Hac proinde ratione illustris etiam hæc Virgo ex Davidis semine erat. Ex quo factum est ut sponsi genus recenseretur. Nam cum, de Apostoli sententia, caput mulieris vir sit [m], ac juxta legis præscriptum duo in carne una futuri sint [n], atque mulier ea, quæ matrimonio copulata est, si a pudicæ conjugis officio aberraverit, adulterii pœna, quemadmodum lex jubet, multetur, ut quæ mariti sui corpus jam facta sit, eumque pro capite suo ascripserit, quid tandem afferri potest, quin, cum capitis genus recenseatur, corpus quoque una cum capite recenseri consequatur? Ac proinde hic quoque Virginem, utpote Josepho conjunctam, oportebat in generis commemoratione simul assumi, quoniam ejusdem cum eo tribus, atque adeo ex Davidis populo ac familia eam fuisse demonstratum est. Quandoquidem in eo etiam oraculo, quod ad

A γὰρ μὴ τοῦτο ἐγεγόνει, ἀπάτωρ ἂν ὁ παῖς ἐνομίσθη, μὴ ἐκ πατρὸς γενεαλογούμενος.

Οἱ τοίνυν θαυμάσιοι εὐαγγελισταὶ, ἀναγκαίως τότε τὸν Ἰωσὴφ ἐγενεαλόγουν, αὐτὸν ἐκεῖνον παρὰ πᾶσι τοῦ υἱοῦ βεβοημένον πατέρα. Εἰ γὰρ τοῦτον παρέντες μητρόθεν αὐτὸν ἐγενεαλόγουν, πρὸς τῷ καὶ ἀπρεπὲς εἶναι τοῦτο, καὶ τῆς τῶν θείων Γραφῶν συνηθείας ὑπῆρχεν ἀλλότριον, ὡς οὔτις πρότερον ἐκ γυναικὸς γενεαλογηθεὶς ἱστόρηται. Χρησίμως οὖν ἄραοἱ εὐαγγελισταὶ τὸν Ἰωσὴφ ἀπὸ Δαβὶδ, διὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν αἰτίαν γενεαλογοῦντες, ἐν ταὐτῷ καὶ τὴν παρθένον Μαρίαν ἀπὸ Δαβὶδ γεγονέναι συνιστῶσι, διὰ τοῦ μνηστῆρος γένος, τὸ τῆς γαμετῆς συνεισφέροντες, κατὰ B τὴν μικρῷ πρόσθεν ἡμῖν προαχθεῖσαν τοῦ Μωϋσέως νομοθεσίαν· *Οὐ περιστραφήσετε*, λέγοντες τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, *ἀπὸ φυλῆς εἰς φυλὴν, ὅτι ἕκαστος ἐν τῇ κληρονομίᾳ τῆς φυλῆς τῆς πατρικῆς αὐτοῦ προσκολληθήσονται οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ*, καὶ τὰ ἑξῆς. Οὕτως δὲ τούτων ἐχόντων, ὅτι μὲν δίκαιος ἦν Ἰωσὴφ, καὶ κατὰ νόμον ἔζη, πρόδηλον. Νομίμως δὲ βιοὺς, οὐκ ἄλλοθεν οὗσαν ἐμνᾶτο γυναῖκα, ἢ ἐξ ἧς ὡρμᾶτο φυλῆς. Ἡ δὲ ἦν τοῦ Ἰούδα, δήμου τε τοῦ αὐτοῦ καὶ πατριᾶς, ἥτις ἦν Δαβίδ. Τοιαῦτα γὰρ ἦν τὰ τοῦ νόμου παραγγέλματα. Εἰ τοίνυν Ἰωσὴφ Ἰούδα, κλήρου τε καὶ πατριᾶς Δαβὶδ, πῶς οὐχὶ καὶ τὴν Μαρίαν ἐκ τῶν αὐτῶν ὁρμᾶσθαι δίκαιον, τῆς αὐτῆς C οὖσαν μάλιστα τοῦ Ἰούδα φυλῆς, δήμου δὲ τοῦ Δαβὶδ, ἐξ ὧν καὶ Ἰωσὴφ ὡρμᾶτο, σαφῶς τοῦ παραναγνωσθέντος νόμου, τῆς μὲν πρὸς τὰς ἄλλας φυλὰς ἐπιμιξίας ἀνείργοντος, διοριζομένου δὲ ἄντικρυς, ἐκ τοῦ κλήρου καὶ τοῦ δήμου τῆς οἰκείας φυλῆς τὰς συμβιώσεις ποιεῖσθαι; *Οὐ γὰρ πέριστραφήσετε*, φησὶ τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, *ἀπὸ φυλῆς εἰς φυλὴν, ὅτι ἕκαστος ἐν τῇ κληρονομίᾳ τῆς φυλῆς τῆς πατρικῆς αὐτοῦ προσκολληθήσονται οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ*. Κατὰ ταῦτα δὲ οὖν καὶ ἡ περιώνυμος αὕτη Παρθένος, ἐκ σπέρματος ἦν τοῦ Δαβὶδ, ὅθεν καὶ ὁ μνηστὴρ ἐγενεαλογεῖτο. Εἰ γὰρ κεφαλὴ τῆς γυναικὸς ὁ ἀνὴρ κατὰ τὸν μέγαν Ἀπόστολον, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον, καὶ ἡ μεμνηστευμένη ἀνδρὶ διαμαρτοῦσα, μοιχείας ὑπD ἔχει τιμωρίαν κατὰ τὸν νόμον, ὡς τοῦ μνηστῆρος ἤδη σῶμα γεγενημένη, καὶ κεφαλὴν τὸν ἄνδρα ἐπιγραψαμένη, πῶς οὐχὶ τῆς κεφαλῆς γενεαλογουμένης ἕπεται καὶ τὸ σῶμα τῇ κεφαλῇ συναριθμεῖσθαι; Ὥστε κἀνταῦθα τὴν Παρθένον ἔδει συνημμένην τῷ Ἰωσὴφ εἰκότως τῇ γενεαλογίᾳ συναναλαμβάνειν· ὅτι δὴ τῆς αὐτῷ μάλιστα φυλῆς, ναὶ μὴν ἀλλὰ καὶ δήμου καὶ πατριᾶς Δαβὶδ ἀποδέδεικται γενομένη. Ἐπεὶ καὶ ἐν τῷ πρὸς αὐτὴν χρηματισμῷ θεσπίζων ὁ Γαβριὴλ, μετὰ τῶν ἄλλων ἔφησε· *Καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ*. Τί διδάσκων ἐντεῦθεν; Ὅτι τοῦ ἐξ αὐτῆς γενησομένου, προπάτωρ ἦν ὁ Δαβίδ. Καὶ πῶς γὰρ ἦν ἄλλως ταῦτα εἰκὸς τῇ Παρθένῳ φάναι τὸν ἄγγελον ἢ συνομολο-

[1] Num. xxxvi, 7. [m] 1 Cor. xi, 3. [n] Gen. ii, 24.

Digitized by Google

γοῦντα δῆλον αὐτὴν εἶναι ἐκ Δαβίδ; Οὐ γὰρ ἂν μὴ ἐκ Δαβὶδ τυγχανούσῃ, τὸ *Δώσει αὐτῷ ὁ Θεὸς, εἰρήκει, τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.* Ποίου γὰρ πατρὸς ἂν εἰκότως ἡ Παρθένος ἠρώτα, ὁμολογοῦσα μὲν ὅτι ἄνδρα οὐ γινώσκει, μαθοῦσα δὲ ὅτι ἐκ Πνεύματος ἁγίου συλλήψεται, εἰ μὴ σαφὴς ὁ λόγος ἦν πρὸς θυγατέρα Δαβὶδ λεγόμενος; Ἔνθεν φησὶν εἰκότως ὁ Λουκᾶς· *Ἀνέβη δὲ καὶ Ἰωσὴφ ἐκ τῆς Γαλιλαίας ἐκ τῆς πόλεως Ναζαρὲθ εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἀπογράψασθαι εἰς πόλιν Δαβὶδ, ἥτις καλεῖται Βηθλεέμ, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβὶδ, σὺν Μαριὰμ τῇ μεμνηστευμένῃ αὐτῷ οὔσῃ ἐγκύῳ.* Οὐκέτι γὰρ τὴν παροῦσαν ἀμφιβόλως ἀναγνωσόμεθα λέξιν, ὡς τῆς Μαρίας ἀπογράψασθαι μόνον συνελθούσης, ἀλλ' ὡς καὶ αὐτῆς σὺν τῷ Ἰωσὴφ ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβὶδ, τῆς τοιαύτης ἑρμηνείας τοὺς λόγους ἐκ τῶν ἀποδεδομένων ἔχοντες. Δεδεῖχθαι τοιγαροῦν σαφῶς ἡγοῦμαι, ὅτι μὴ μάτην Ἰωσὴφ γενεαλογεῖται παρὰ τοῖς θείοις εὐαγγελισταῖς, ᾧ πρὸς ἀνάγκης καὶ ἡ Παρθένος ἀπόγονος οὖσα Δαβὶδ, ἐφεπομένως γνωρίζεται, καὶ ὁ καθ' ὑπεροχὴν θαύματος ἐξ αὐτῆς γεγεννημένος Χριστὸς Ἰησοῦς, ὁ τοῦ Θεοῦ προαιώνιος Παῖς. Καὶ ὁ τούτοις ἀντιλέγειν πειρώμενος, καθ' ἑαυτοῦ πειρᾶται μᾶλλον τοῦ ἑαυτοῦ γλώττης παραθῆξαι τὸ ξίφος, καὶ ἱερῶν ἔξω τῆς ἡμετέρας αὐλῆς ἐρρίφθω θυρῶν. Ἡμῖν δὲ οἷς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ἐξαπεστάλη, ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια, μηδὲν ὅτι πλέον τῶν εἰρημένων ἐξέστω διερευνᾶσθαι, τῆς θείας ἡμῖν Γραφῆς ἀποφραττούσης τῶν βαθυτέρων τὴν ἔρευναν. Ἃ γὰρ, φησὶ, *προσετάγη σοι, ταῦτα διανοοῦ, καὶ ὑψηλότερά σου μὴ ζήτει.*

A eam editum est, vaticinans Gabriel, præter alia hoc quoque dixit: *Et dabit ei Dominus sedem David patris ejus* [o]. Quidnam hinc docens? Nempe quod David ejus, qui ex ea nasciturus erat, parens esset. Et qui tandem alioqui consentaneum erat angelum his ad Virginem verbis uti, nisi quia simul quoque eam ex Davide ortam esse confitebatur? Neque enim ad eam, nisi ex Davide promanasset, ipse dixisset: *Dabit ei Deus sedem David patris sui.* Cujusnam enim patris, merito interrogasset Virgo, quæ confitebatur quidem quod virum non cognosceret (intellexerat autem fore ut ex Spiritu sancto conciperet), nisi perspicue ipse ad Davidis filiam loqueretur? Unde non immerito a Luca dictum est: *Ascendit autem et Joseph a Galilæa ex civitate Nazareth in Judæam, ut profiteretur in civitate David, quæ vocatur Bethleem, eo quod ipse esset de domo et familia David, cum Maria desponsata sibi, prægnante* [p]. Non enim præsentem hunc locum ancipiti sensu legemus, tanquam Maria eo duntaxat nomine una cum eo profecta esset, ut nomen suum profiteretur, verum ut quæ etiam ipsa una cum Josepho de Davidis domo ac familia esset. Hujusce quippe interpretationis rationem, ex his quæ in superiori textu subsequuntur, habemus. Manifeste igitur ostensum esse arbitror, Josephi genus apud evangelistas non frustra recenseri, ex quo necessario Virgo quoque a Davide oriunda esse per consecutionem intelligitur, et qui præcellenti miraculo ex ipsa genitus est Christus, antesæcularis Dei Filius. Ac quisquis his adversari nititur, adversus seipsum potius linguæ mucronem acuere conatur. Atque a sacrosanctis nostræ caulæ portis foras projiciatur. Nobis autem, ad quos Dei Verbum missum est, gratiaque et veritas, nihil ultra ea, quæ a nobis dicta sunt, perscrutari liceat, Scriptura nimirum altiorum rerum indagationem nobis obstruente. *Quæ* enim *tibi præcepta sunt*, inquit, *ea cogita: et altiora te ne quæsieris* [q].

B

C

Σὺ οὖν, ὦ Ἰουδαῖε, σύνες τῶν εἰρημένων τὴν δύναμιν, καὶ μὴ ζυγομάχει πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Ἀπόθου τὴν ἀμφίβολον γνώμην, καὶ διχονοίας ἁπάσης χωρὶς, τῇ χάριτι στοιχεώθητι, δι' ἧς λυθήσῃ τῶν δεσμῶν τοῦ γραμματοκύφου ζυγοῦ. Περιελοῦ τὸ κάλυμμα· καθαρὸν δέξαι τῶν γεγραμμένων τὸ φῶς· παράδραμε τὰς σκιὰς, καὶ τοὺς τύπους κατάλιπε. Γυμνὴν δέχου τὴν χάριν. Ἀδιστάκτως τῇ ἀληθείᾳ πρόσιθι. Δόξασον, ὕμνησον τὸν οὕτω ταῦτα θεσπίσαντα. Εἶπε Μωσαϊκῶς· *Οὗτός μου Θεὸς, καὶ δοξάσω αὐτὸν, Θεὸς τοῦ πατρός μου, καὶ ὑψώσω αὐτόν.* Σοὶ μὲν οὖν ἀεὶ, καὶ παντὶ τῷ βουλομένῳ, ταῦτα ἐξέστω καὶ φρονεῖν, καὶ διδάσκειν ὁμοίως. Ἡμῖν δὲ, οἷς παγίως ἐνεσημάνθη τῆς ἀληθείας τὸ φῶς, οὐ σχολή γε τὰ πλείω διερευνᾶσθαι, καὶ πρὸς ἄπειρον διεξαγαγεῖν τὸν λόγον, εὐκρινῶς ἄγαν, καὶ ὡς εὐπετὲς ἦν τῆς ἀληθείας παραδειχθείσης. Ὅτι μὴ πανηγυρίζειν ἐθέλοντας, εἰς συζητήσεις κατατείνειν τοὺς λόγους εἰκὸς, ἀνακόλουθον γάρ. Ἀλλ' ἐπὶ τὴν νύσσαν ὁ λόγος ἴτω, καὶ τὰ τῆς ἡμέρας ἐξίτω μυστήρια, εἴσω μάλιστα θυρῶν ἑστώ-

Quamobrem, o Judæe, eorum quæ commemoravimus, vim intellige: nec adversus veritatem certa. Ancipitem mentem abjice, ac citra ullam dubitationem gratia ambula, per quam fiet, ut jugi illius, quo litteræ cortex te curvat, vinculis eximaris. Excute velamen: puram eorum quæ scripta sunt lucem excipe. Umbras præteri, ac figuras relinque. Nudam gratiam accipe. Sine ulla animi ambiguitate ad veritatem accede. Eum, qui hæc ita sanxit, D lauda et prædica. Dic Mosaicum in modum: *Hic Deus meus, et glorificabo eum, Deus patris mei, et exaltabo illum* [r]. Tibi igitur et cuivis alii hæc et sentire, et eodem modo docere liceat. Nobis autem, in quibus veritatis lumen firme consignatum est, plura perscrutari non vacat, sermonemque in infinitum producere, ac præsertim luculenter et quam facillime fieri poterat, demonstrata veritate. Neque enim convenit, ut qui concionari ac festa celebrare volunt, orationes suas in quæstiones compellant. Id enim minime consentaneum est. Verumenimvero ad curriculum sese referat ora-

[o] Luc. I, 32. [p] Luc. II, 4, 5. [q] Eccli. III, 22. [r] Exod. XV, 2.

Digitized by Google

tio, ac diei hujusce mysteria commemoret, præsertim intra fores stantis, atque læto quodam sermone ad nos in hunc modum utentis. Gaudete, et exsultate; adest enim quod exspectabatur. Pro foribus est in pristinum statum revocatio, pro foribus redemptio, in manibus salus. Quonam autem modo. Davidem dicentem audiamus: *Deus manifeste veniet* [a]. Unde tandem veniet, et quonam modo? E cœlo, et instar nostri. E cœlo quidem, incorporeo modo: instar autem nostri, hoc est in habitu et natura ac forma nostræ simili. Hoc autem qui tandem fieri queat, nisi incarnato Deo? Neque enim fieri poterat, ut Deus pura et nuda divinitate cerneretur, nisi nostræ massæ adnexus, per humanitatis unionem instar nostri fieret, duntaxat excepto peccato. Itaque figmenti Dominus, totius figmenti causa cum figmento copulatur, ut figmento salutem comparet. Ubinam hoc, et quo tempore? In virginea regione, et ad extremum temporum, tum scilicet cum eum venturum esse prædixit David. Atque hoc est, quod hodierno die lætis animis celebramus, nempe Virginis nativitas, festorum anteambulo, mysterii Christi præludium. Oportebat (25) enim prius palatium parari: atque ita regem adesse. Oportebat prius regiorum incunabulorum fascias contexi: atque ita demum regium infantem in lucem edi. Denique prius oportebat argillam misceri: ac tum figulum præsto esse. Merito proinde vir divinus Joachim, et Anna ipsius uxor, divina Providentia vocati, precationis fructum perceperunt, hanc, inquam, naturæ reginam, ac nostræ massæ primitias, cujus natalem diem agimus, atque incunabula honore complectimur, eamque, quæ hinc profecta est, collapsi nostri generis excitationem et in integrum restitutionem veneramur. Jam enim id quod nobis cognatum est, deificationis initium sumit. Jam pristinæ sterilitatis vincula solvuntur; et, quæ liberis carebat, mater efficitur, et pulchræ prolis parens ea, quæ filiorum expers erat, invenitur, gaudetque Anna virginem infantem lactans. Jam sterilitatis meatus obstruuntur, et fecunditatis venæ tument, et sterilis partus virginis miraculum antecedit. Nam si magnum est sterilem giguere, annon multo majus censendum est virginem parere? Et quidem illa, ut mater effecta est, non jam sterilis mansit; at ea, quæ sine virili opera peperit, virgo rursus mansit: quippe quæ nec ventre corrupta fuerit, et ea quæ in matres cadunt, effugerit. Verum alterum post, alterum ante contigit. Posterioris enim exemplum prius erat. Conveniebat enim ut is per quem omnia et in quo omnia [b], utpote naturæ Dominus, in avia sua novum miraculum designaret, eamque, quæ sterili-

σης καί τι πρὸς ἡμᾶς χαροποιὸν προσφωνούσης ἐπίφθεγμα. Χάρητε δὴ καὶ σκιρτήσατε· πάρεστι γὰρ τὸ προσδοκώμενον. Πρὸ πυλῶν ἡ ἀνάκλησις, πρὸς ταῖς θύραις ἡ λύτρωσις, ἐν χερσὶν ἡ σωτηρία. Πῶς, καὶ τίνα τρόπον, ἀκούσωμεν τοῦ Δαβὶδ λέγοντος· *Ὁ Θεὸς ἐμφανῶς ἥξει*. Πόθεν ἥξει, καὶ πῶς; Ἐξ οὐρανοῦ τε, καὶ καθ' ἡμᾶς. Ἐξ οὐρανοῦ μὲν, ἀσωμάτως, καθ' ἡμᾶς δὲ, σχήματι, καὶ φύσει, καὶ εἴδει τῷ καθ' ἡμᾶς. Τοῦτο δὲ πῶς ἂν γένοιτο, μὴ σεσαρκωμένου Θεοῦ; Οὐ γὰρ γυμνῇ τῇ θεότητι δυνατὸν ὁρᾶσθαι Θεὸν, εἰ μὴ τῷ ἡμετέρῳ φυράματι συμπλακεὶς ἑνώσει τῇ καθ' ἡμᾶς γενόμενος καθ' ἡμᾶς, τῆς ἁμαρτίας δίχα. Ἢ δῆλον ὑπὲρ ὅλου τοῦ πλάσματος, ὁ Δεσπότης τοῦ πλάσματος, ἑνοῦται τῷ πλάσματι, ἵνα σώσῃ τὸ πλάσμα. Ποῦ, καὶ πότε; Ἐν τῷ παρθενικῷ χωρίῳ, καὶ πρὸς τῷ τέλει τῶν καιρῶν, ὅτε ἤξειν αὐτὸν ὁ Δαβὶδ προηγόρευσε. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ πανηγυρίζομεν σήμερον, τὸ τῆς Παρθένου Γενέθλιον, τὸ τῶν ἑορτῶν προεισόδιον, καὶ τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου προοίμιον. Ἔδει γὰρ προετοιμασθῆναι τῷ βασιλεῖ τὸ παλάτιον, εἶθ' οὕτω παρεῖναι τὸν βασιλέα. Ἔδει προυφανθῆναι τὰ βασίλεια σπάργανα, εἶθ' οὕτω γεννηθῆναι τὸ βασίλειον βρέφος. Καὶ τέλος ἔδει προφυραθῆναι τὸν πηλὸν, καὶ τό τε παρεῖναι τὸν κεραμέα. Εἰκότως οὖν Ἰωακεὶμ ὁ θαυμάσιος, καὶ ἡ σύνοικος Ἄννα, θείαις ἐπιφροσύναις θεοκλυτούμενοι, καρπὸν εὐχῆς ἐπορίσαντο, ταύτην δὴ λέγω τὴν βασιλίδα τῆς φύσεως, τὴν ἀπαρχὴν τοῦ ἡμετέρου φυράματος, ἧς τὸ γενέσιον ἄγομεν, καὶ τιμῶμεν τὰ σπάργανα, καὶ τὴν ἐντεῦθεν προσκυνοῦμεν τοῦ γένους ἀνάκλησιν. Ἄρτι γὰρ τὸ καθ' ἡμᾶς συγγενὲς ἀρχὴν λαμβάνει θεώσεως. Ἄρτι δεσμὰ τῆς πρὶν ἀγόνου πηρώσεως λύονται, καὶ μήτηρ ἡ ἄτεκνος γίνεται, καὶ καλλίπαις ἡ ἄπαις εὑρίσκεται, καὶ χαίρει Παρθένον βρέφος Ἄννα θηλάζουσα. Ἄρτι πόροι στειρώσεως ἀποφράττονται, καὶ φλέβες τεκνογονίας ἀνασειράζουσι, καὶ προφθάνει τὸ τῆς ἀτέκνου κύημα, τῆς Παρθένου τὸ θαῦμα. Εἰ γὰρ μέγα τὸ στεῖραν γεννᾷν, πῶς οὐ μεῖζον τὸ παρθένον τεκεῖν; καί τοι ἡ μὲν ἀποδειχθεῖσα μήτηρ, οὐκέτι ἔμεινε στεῖρα· ἡ δὲ, ἀνάνδρως τεκοῦσα, παρθένος ἔμεινε πάλιν, μήτε φθαρεῖσα τὴν νηδὺν, καὶ τὰ μητέρων φυγοῦσα· ἀλλὰ τὸ μὲν ὕστερον, τὸ δὲ πρότερον. Ὑπόδειγμα γὰρ ἦν τοῦ δευτέρου τὸ πρότερον. Ἔπρεπε γὰρ τῷ δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἐν ᾧ τὰ πάντα, ὡς τῆς φύσεως Δεσπότῃ, ἐπὶ τῇ προμήτορι νεουργῆσαι τὸ θαῦμα, καὶ στεῖραν οὖσαν ἀποδεῖξαι μητέρα· εἶθ' οὕτως ἐπὶ μητρὶ τὰ τῆς φύσεως καινοτομῆσαι θεσμὰ, καὶ παρθένον ἀποδεῖξαι μητέρα, καὶ παρθενίας ἐπισφραγίσαι τὰ σήμαντρα. Τοιοῦτον τὸ τῆς Παρθένου γενέσιον, τοῦτο τῆς ἑορτῆς τὸ κεφάλαιον, ἡ τῶν διαθηκῶν τοῦ Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους ἀνάμνησις, ἡ τῶν προφητευθέντων ἀπά-

[a] Psal. XLIX, 3. [b] Rom. XI, 36.

COMBEFISII NOTÆ.

(25) *Oportebat enim palatium.* Eamdem causam affert Gregorius Theologus, cur hæc omnia inferiora ante hominem condita fuerint.

Digitized by Google

δοξις. ἡ τοῦ ἀποκεκρυμμένου μυστηρίου φανέρωσις καὶ τέλος, ἡ παντὸς τοῦ γένους ἐπίσκεψις, ἐν ᾗ ἐπεσκέφθημεν, καὶ δι' ἧς κατευγάσθημεν, οἱ πρὶν ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθήμενοι, τῷ ἀδύτῳ φωτὶ καταστραφθέντες, τοῦ ἐξ ὕψους ἡμῖν ἀνατείλαντος Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ πάντων ἡμῶν Δεσπότου, καὶ Σωτῆρος Θεοῦ. Αὐτῷ ἡ δόξα καὶ ἡ τιμὴ, καὶ τὸ κράτος, σὺν Πατρὶ τῷ ἀνάρχῳ καὶ τῷ ζωοποιῷ αὐτοῦ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A tate laborabat, matrem redderet, atque ita deinde in matre leges naturæ immutaret, ac virginem matrem efficeret, et virginitatis signacula obsignaret. Hujusmodi scilicet est Virginis Nativitas, hoc festi hujusce caput, nempe Dei fœderum cum hominibus initorum refricta memoria, earum rerum quæ prædictæ fuerant, demonstratio, absconditi mysterii patefactio ac finis, totius humani generis visitatio, in qua nos, qui prius in tenebris et mortis umbra sedebamus, visitati, per eamque collustrati sumus, inaccesso videlicet ejus lumine perfusi, qui ex alto nobis ortus est, hoc est Christi Jesu, omnium nostrum Domini ac Salvatoris Dei. Ipsi gloria, honor et imperium cum sempiterno Patre ac vivifico Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΛΟΓΟΣ Δ'.

Εἰς τὴν ἁγίαν γέννησιν τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας.

Εἰ μετρεῖται γῆ σπιθαμῇ, καὶ σπαρτίῳ περιγράφεται θάλασσα· εἰ πήχεσιν οὐρανὸς ἀπεικάζεται, καὶ ἀστέρων πλῆθος ἀπαριθμεῖται· εἰ σταγόνες ὑετοῦ, καὶ βώλακες γῆς, καὶ ἀνέμων ὄγκος, καὶ ψάμμου ποσότης καταλαμβάνεται, τάχα ἂν καὶ τῆς μετὰ χεῖρας ἡμῖν ὑποθέσεως ἔσται κατάληψις δήπουθεν. Θεοῦ δὲ Μητρὸς ἡ πανήγυρις, καὶ γενέσιος ἀξιαγάστου παιδὸς τὸ τελούμενον· παιδὸς ἀειπαρθένου· παιδὸς ἀπειρογάμου· βασιλίδος· προφήτιδος, ἧς τὰ βασίλεια σπάργανα Δαβὶδ ὁ μέγας ἐν προφήταις καὶ βασιλεῦσι, βασιλείῳ τῷ βλέμματι ἐξεικονίζων, ἀνέκραγε· « Πᾶσα ἡ δόξα τῆς θυγατρὸς τοῦ βασιλέως ἔσωθεν, ἐν κροσσωτοῖς χρυσοῖς περιβεβλημένη, πεποικιλμένη· » πόρρωθεν, οἶμαι, τὴν ἐκ σπαργάνων εὐθὺς περιτεθεῖσαν αὐτῇ θεόθεν τοῦ κάλλους

ORATIO IV.

In sanctam Nativitatem præsanctæ Dominæ nostræ Dei Genitricis, semperque virginis Mariæ (26).

Ut palmo liceat metiri terram, ac funiculo mare circumscribere : ut cœlum comparetur cubitis (27) ac stellarum copia possit numerari : ut guttæ pluviæ, ac glebæ terræ, ventorumque pondus (28), ac arenæ quantitas comprehendatur ; facile utique, quod in manibus argumentum est, comprehendi queat. Porro Dei Matris est festus dies ; admirandæque puellæ natalitiorum celebritas quam agimus ; puellæ, inquam, semper virginis ; puellæ nuptiarum expertis ; reginæ, prophetissæ, cujus regales fascias magnus ille inter reges prophetasque David, regali effingens obtutu, ac regio prehendens sensu, exclamavit : « Omnis gloria filiæ regis ab intus, in fimbriis aureis circumamicta, variegata [u] ; » a longe puto,

[u] Psal. XLIV, 14.

(*) Georgii Nicomediensis, sive potius Andreæ Cretensis, sub cujus nomine Græce et Latine edidit Combefisius tom. I *Auctarii novi*, p. 1305. Illi tribuitur in Ms. Lambec. IV, p 88 ; VIII p. 379, 380. Biblioth. Coisliniana p. 388. FABRIC. *Bibl. Gr.* t. X, p. 278.

COMBEFISII NOTÆ.

(26) Hanc edidit Andreas Schottus, sub nomine Germani archiepiscopi Constantinopolitani, sicque edita exstat tom. II *Bibl. PP. Græco-Lat.* pag. 450. Alii ascribunt nostro Georgio ; qua de re Leo Allatius in sua de Georgiis dissertatione : *Et Nicomediensis Oratio, in Deiparæ Nativitatem, quæ incipit*, Εἰ μετρεῖται γῆ σπιθαμῇ, κ. τ. ἑ. *edita est Græco-Latina sub nomine Germani archiepiscopi Constantinopolitani*, etc. Præter hos auctores Regius codex num. 275, tertium alium statuit, nempe sanctum Joannem Damascenum, cujus orationum in Mariæ Nativitatem, hanc secundam ponit. Ego certe ante etiam visum eminentissimi cardinalis Mazar. codicem, tribuentem Andreæ Cretensi ejusque alteri in eamdem sanctæ Mariæ Nativitatem jam ex Regio codice mihi editæ subnectentem, libentius ei ascribebam ; sicque fere mecum arguebam. Peculiaria illa verba composita Andreæ, nusquam majori copia occurrant : quæ sita illa titulorum, atque nominum congestio ex Scriptura, aliis rarior, Andreæ familiarissima, uti liquet ex ejus orat. I de cruce, ex 3 in Mariæ Dormitionem, exque oratione in Decollationem sancti Præcursoris jam Latine a Lipomano edita : crebri quoque sensus allusione ad Scripturam, ejusque voces, ac locos, haud ulli magis quam Andreæ congruant.

(27) *Comparetur cubitis*, ἀπεικάζεται. Eam vocem submovet Schott. notans marg. *fort.* ἐμπεριέχεται, redditque, *si cubitis cœlum continetur*. Verum cubiti haud mensura sint, quæ rem contineat, sed cui res comparetur, ac exæquetur, qua ratione dicatur tot aut tot cubitorum, quæ nobis ratio mensuræ in cœlis impossibilis est, ob eorum immensam molem. Exorditur auctor allusione ad verba Isa. XL, 12 : *Et cœlos palmo ponderavit ?* Pag. *mensuravit*. Arias *direxit*. Hebr. est תכן a voce כון, cujus vocis amplissima est significatio. LXX non reddunt eam vocem, ut saltem habent Syri. Videtur ea verbi ἀπεικάζομαι significatio ad eam accedere, qua vulgari idiomate τὸ, ἀπεικάζω. Στοχάζομαι· *conjicio, assequor, capio* : ac quadrat optime, quod mensura notificet rei quantitatem, eoque fine illa ei comparetur.

(28) *Ventorum pondus*. Sic Vulg. Job XXVIII, 25, quo auctor respicit. Ubi LXX, ἀνέμων σταθμόν· *ventorum ponderationem*. Ad eumdem locum Job spectat, quod de maris circumscriptione præcedit, cum scientiæ divinæ ait, τὸ, ὑδάτων μέτρα· *mensuras aquarum* : ubi Sym. Ὕδωρ δὲ ἐξίσωσε μέτρῳ· *aquam exæquavit mensura*. Aquil. Σταθμήσατο ἐν καταμετρήσει· *aquam appendit in commensuratione*.

Digitized by Google

ei statim a cunabulis divinitus adjectum pulchritudinis decorem, per varia divini Spiritus dona, obscurius designans; sic enim, mea sententia, vestem auream ac fimbrias aureas, sed et regales puto fascias, exponent, qui nulla affectione (29) candide judicaverint lectores; quorum ille internum decorem, eamque venustatem, qua ex externa pulchritudine circumfulgebat Virginem, prævidens, libera acclamavit voce: « Audi, inquit, filia, et inclina aurem tuam; et obliviscere populum tuum, et domum patris tui; et concupiscet Rex decorem tuum: » quæ quidem, etsi aperte Ecclesiam gentium referant, haud tamen difficile de illa intelligi queant, quæ tota toti Ecclesiæ sponso per œconomiæ miraculum in templum effecta est. Age igitur, qui in unum collecti sumus, cum Davide, Davidis filiæ, ceu Dei matris encomia, plausu celebremus. Veneratione colamus festæ lucis splendorem; offeramus Virgini præclaros virginitatis titulos. Nostri reginæ generis, ceu dona (30) pretiosaque unguenta, prophetarum oracula dono adhibeamus. Gabrielis ei acclamemus salutationem. Dicamus gaudii parenti: « Gaude, aveque, gratiosa, » gaude, illustri splendore magnifica, per quam pulsis tenebris, lumen vicissim inductum est. *Gaude, gratiosa*, per quam cessavit lex, et gratia illuxit. Gaude, initium gaudii ac maledictionis finis, « Gaude, vere gratiosa; Dominus tecum: » Qui ex te postea (31), antea tecum: illud virtute, hoc actu; nunc quidem, tuum sibi uterum in hospitium aptans; tunc autem, carnali ex te ratione magnum incarnationis mysterium adornans. Gaude quæ sola benedictionem, nempe Dominum, sinu complexa es, ut primam proavia maledictionem exueret. Gaude, divinum virginitatis complexa thesaurum, unde incorruptus prodiit partus, manseruntque nihilominus inviolatæ virginitatis divitiæ. Gaude, casta mater, ac virgo lactans. Gaude, diadema pulchritudinis, generisque ac hominum Regina, regalibus undique magnifice decorata prærogativis. Gaude, sacrum Christi delubrum, qui solus singulariter in sanctis cœlorum secundum ordinem Melchisedec sacer-

A εὐπρέπειαν, διὰ τῶν ποικίλων τοῦ θείου Πνεύματος χαρισμάτων, ὑποσημαίνων· τούτοις γὰρ ὁ διάχρυσος ἱματισμὸς, καὶ οἱ χρυσοῖ κροσσωτοὶ, κατ' ἐμὴν ἐπιστήμην· οἶμαι δὲ καὶ τὰ βασίλεια σπάργανα, πρὸς τῶν εὐγνωμόνων ἀπροσπαθῶς ἐκλαμβάνεται· ὧν τὴν ἔνδον εὐπρέπειαν, καὶ τὴν ἐκ τοῦ κάλλους ἔξωθεν περιλαμπομένην τῇ Παρθένῳ προθεωρῶν ὡραιότητα, πεπαρρησιασμένῃ τῇ φωνῇ προσανέκραγεν[a]· « Ἄκουσον, λέγων, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου, καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου· » ἅπερ εἰ καὶ προδήλως εἰς τὴν ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίαν τὴν ἀναφορὰν ἔχει, ἀλλ' οὐ χαλεπὸν καὶ ἐπ' αὐτῆς ἐκλαμβάνεσθαι, τῆς ὅλης ὅλῳ τῷ τῆς Ἐκκλησίας νυμφίῳ ναοποιηθείσης τῷ

B τῆς ἐνσαρκώσεως θαύματι. Ἄγε δὴ οὖν εἰς ταὐτὸν συνελθόντες μετὰ τοῦ Δαβὶδ, τῇ ἐκ Δαβὶδ ἐπικροτήσωμεν οἷα Μητρὶ Θεοῦ ἐγκώμια. Σεβασθῶμεν τῆς ἑορτῆς τὴν λαμπρότητα· προσάξωμεν τῇ Παρθένῳ τὰ τῆς παρθενίας σεμνολογήματα. Δωροφορήσωμεν τῇ βασιλίδι τοῦ γένους, ὡς δῶρα, καὶ μύρα πολύτιμα, τὰ τῶν προφητῶν χρησμῳδήματα. Προσφωνήσωμεν αὐτῇ τὸ τοῦ Γαβριὴλ προσφώνημα. Εἴπωμεν τῇ μητρὶ τῆς χαρᾶς· « Χαῖρε, κεχαριτωμένη· » χαῖρε, λελαμπρυσμένη, δι' ἧς τὸ σκότος ἠλάθη, καὶ τὸ φῶς ἀντεισήχθη. « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, » δι' ἧς ὁ νόμος ἠρέμησε, καὶ ἡ χάρις ἐξέλαμψε. Χαῖρε τῆς χαρᾶς τὸ προοίμιον καὶ τῆς ἀρᾶς τὸ συμπέρασμα. « Χαῖρε, ἀληθῶς κεχαριτωμένη· ὁ Κύριος μετὰ σοῦ· » ὁ ἐκ σοῦ ὕστερον, πρότερον μετὰ σοῦ· δυνάμει τὸ πρότερον, ἐνεργείᾳ

C τὸ δεύτερον· νῦν μὲν, ἑτοιμάζων σου τὴν νηδὺν ἑαυτῷ καταγώγιον· τότε δὲ, οἰκοδομῶν ἐκ σοῦ σαρκικῶς τὸ μέγα τῆς οἰκονομίας μυστήριον. Χαίροις, ἡ μόνη τὴν εὐλογίαν ἐγκολπωσαμένη τὸν Κύριον, ἵνα τὴν πρώτην κατάραν ἡ προμήτωρ ἐκδύσηται. Χαίροις, τὸ Θεοδόχον τῆς παρθενίας θησαύρισμα, ἐξ οὗ τοκετὸς προελήλυθεν ἄφθορος, καὶ ὁ πλοῦτος τῆς παρθενίας μεμένηκεν ἄσυλος. Χαίροις, μήτηρ ἀγνεύουσα, καὶ Παρθένε θηλάζουσα. Χαίροις, κάλλους διάδημα, καὶ τοῦ γένους βασίλισσα βασιλικοῖς ἐπωραϊζομένη πάντοθεν προτερήμασι. Χαίροις ἱερόθεον τέμενος Χριστοῦ, τοῦ μόνου μόνως εἰς τὰ τῶν οὐρανῶν ἅγια κατὰ τὴν τάξιν Μελ-

VARIÆ LECTIONES.

[a] Maz. προανέκρ.

COMBEFISII NOTÆ.

(29) *Qui nulla affectione*, ἀπροσπαθῶς· id est, non carnali ratione, ac prout vitiosa affectio suggesserit, quomodo pravi homines, ac carnales, dicta in sponsam mysticam, ac spiritali ratione, male ad carnem ac turpia detorquent. Conatur Schott. movere vocem, quam non capiat, unde sic marg. *fort.* ἀπροσβάτως vel προσπαθῶς. Sic autem reddit: *Puto et regia incunabula pro benignis et candidis et affectu accipi*; quæ non constant.

(30) *Ceu dona*, ὡς δῶρα. Nihil clarius. Vult Mariam reginam hominum, pro donis aliis ac unguentis, propheticis ornari oraculis, verbisque, quibus eum prophetæ celebrarunt.

(31) *Qui ex te postea, prius tecum.* Ὁ ἐκ σοῦ ὕστερον, πρότερον μετὰ σοῦ. Plana hæc. Prius

D siquidem, ac ante incarnationem erat Dominus cum Maria, sanctificans, ac præpurgans, sibique in ea corpus formans. Schott. *Qui prius ex te, postea tecum*; qui etiam non reddit sequentia· δυνάμει τὸ πρότερον, ἐνεργείᾳ τὸ δεύτερον· quibus se auctor explicat. Erat prius virtute ac potentia, ut spectes modum, quo factus est in actu cum ea per incarnationem; nedum jam in ejus exsistens mente ac corde, verum etiam in ventre, uti scite ibi Bernardus. Tædio essem ut omnia persequi vellem. Pulchri sunt isti in Mariam tituli, ex quibus non paucos invenies orat. 1 in Exaltat. crucis, in eamdem usurpatos, ut vel hinc eumdem colligas auctorem; Andream, inquam, Cretens. qui suis lubens usus sit.

Digitized by Google

χισεδὲχ ἱερατεύσαντος. Χαίροις, ἡ ῥάβδος Ἀαρών· ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαί· τὸ σκῆπτρον Δαβίδ· τὸ βασιλικὸν ἔνδυμα· τῶν χαρίτων ὁ στέφανος· τῆς παρθενίας ὁ τύπος ὁ ἄγραφος· τῆς ἁγιαστείας τὸ πέταλον· τὸ τῶν δήλων λόγιον. Χαίροις, ἡ νόμου μεσίτις καὶ χάριτος· τὸ παλαιᾶς καὶ νέας τῶν διαθηκῶν ἐπισφράγισμα· τὸ πάσης προφητείας ἐκφανέστατον πλήρωμα· ἡ ἀκροστιχὶς τῆς θεοπνεύστου τῶν Γραφῶν ἀληθείας· ὁ τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγου ἔμψυχός τε καὶ καθαρώτατος τόμος, ἐν ᾧ ἀφθέγγως, ἀγράφως, αὐτὸς ἐγγραφεὺς ὁ Θεὸς καὶ Λόγος καθ' ἡμέραν ἀναγινώσκεται. Χαίροις, ἡ ἀπαρχὴ τῆς ἡμῶν ἀναπλάσεως, καὶ πέρας τῶν πρὸς ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελιῶν, καὶ προῤῥήσεων· τὸ προκεκηρυγμένον τῆς θείας δόξης ἁγιαστήριον· ἡ εὐπροσδόκητος τῶν ἐθνῶν σωτηρία. Χαίροις, ἡ ἀληθῶς κλίμαξ τοῦ Ἰακώβ· τὸ καπνιζόμενον ὄρος· ἡ κιβωτὸς τοῦ ἁγιάσματος· ἡ πάντοθεν κεκαλυμμένη χρυσίῳ, τῷ διαυγάζοντι πνεύματι· ἡ χρυσήλατος στάμνος, Χριστὸν τὸ μάννα τὸ οὐράνιον φέρουσα, καὶ τροφὴν τὴν τοῦ παντὸς ἀκήρατον. Χαῖρε, δι' ἧς τὸ, « Ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα, » χώραν οὐκ ἔχον ἔτι, πρὸς τὸ ἐν ἀγαλλιάσει τίκτειν μεταπεποίηται. « Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶν, » δι' ἧς ἐν ἐπιγνώσει κράζει τὰ ἔθνη πιστεύοντα· « Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου· Θεὸς Κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν. Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶν, » ἡ μυστικὴ καὶ Θεοφύτευτος ἄμπελος· ἡ ἐν τοῖς κλήτεσι τοῖς Ἐκκλησίας εὐκληματοῦσα, καὶ τὸν πέπειρον βότρυν ἡμῖν τῆς ἀφθαρσίας ἐκ μήτρας κυπρίζουσα. « Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶν, » ἡ θεογεώργητος ἄρουρα, ἡ τὸν ἄσπορον καὶ ἀπότιστον [6] τῆς ζωῆς ἡμῶν ἄσταχυν ὡς ἐν θημονίᾳ τῇ κοιλίᾳ βαστάσασα. « Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶν, » ἡ ὄντως ἐπιθυμητὴ γῆ, ἐξ ἧς τὸν πηλὸν ὁ κεραμεὺς τοῦ χώματος ἡμῶν ἀνελόμενος τὸ

dotio defunctus sit. Gaude, virga Aaron, radix Jesse, sceptrum David, regale indumentum, corona gratiarum, non scriptus virginitatis typus (32), sanctitatis bractea, rationale manifestationum. Salve, legis ac gratiæ mediatrix, veteris novique testamenti obsignatio, totius prophetiæ perspicua plenitudo, inspiratæ a Deo veritatis Scripturarum acrostichis (33), Dei ac Verbi animatus ac mundissimus tomus, in quo, sine voce ac scripto, inscriptor ipse Deus ac Verbum quotidie legitur. Salvesis, reformationis nostræ primitiæ, Deique ad nos promissionum ac prædictionum limes: prædictum olim divinæ gloriæ sanctuarium, exspectata gentium salus (34). Salve, vera scala Jacob, mons fumigans, arca sanctificationis; illa, inquam, undique circumtecta auro, nimirum illustrante Spiritu sancto; urna ex auro ducta; Christum, cœleste illud manna, portans, orbisque universi immortalem escam. Salve, per quam illud, « In tristitiis paries filios [v], » non habens amplius locum, in partum in exsultatione mutatum est. « Benedicta tu in mulieribus: » per quam credentes gentes in agnitione clamant: « Benedictus qui venit in nomine Domini; Deus Dominus et illuxit nobis [x]. « Benedicta tu in mulieribus, » mystica ac sata a Deo vitis, in Ecclesiæ collectis cœtibus eluxurians, maturumque nobis botrum incorruptionis e vulva efflorens ac germinans [y]. « Benedicta tu in mulieribus, » arvus ille a Deo cultus, quæ vitæ nobis spicam, nullo satam semine, partuque nihilominus editam (36), velut in areæ cumulo in utero gestasti. « Benedicta tu in mulieribus, » terra vere desiderabilis, de qua figulus, nostri aggeris lutum tollens, vas peccato

[v] Gen. III, 16. [x] Psal. CXVII, 26. [y] Eccli. XXIV, 13.

VARIÆ LECTIONES.

[6] Leg. ἀπότικτον.

COMBEFISII NOTÆ.

(32) *Non scriptus virginitatis typus.* Τῆς παρθενίας ὁ τύπος ὁ ἄγραφος· Citata orat. de cruce, τύπος ἄγραφος· ubi exposui *legem, ac velut regiam sanctionem ac decretum.* Vide illic notata. Schot. repugnante gramm. τὸ, ὁ ἄγραφος, cum sequenti, ἁγιαστείας πέταλον jungens, ita reddit, *non scriptum sanctitatis folium;* ubi etiam jejunius τὸ, *folium*, pro *bractea, lamina aurea:* quæ erat insigne summi sacerdotis, juxta quod de Aaron dicitur: Eccli. XLV: *Corona aurea super mitram ejus, expressa signo sanctitatis.* Sequitur: τὸ τῶν δήλων λόγιον· de quo passim in Scriptura, ejusque expositoribus; fereque singulæ voces, aliquid egregium illius spiritali sensu in Mariam derivant.

(33) *Acrostichis.* Ut sicut acrostichide, totius tractationis argumentum ex summis statim litteris cognoscitur, ita etiam Scriptura tota in Maria velut summa intelligatur. Nihil ejusmodi epithetis pulchrius ac subtilius. Quod statim sequitur, ὁ τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγου ἔμψυχός τε καὶ καθαρώτατος τόμος· juxta Isaiam, quem infra citat: *Accipe tibi tomum novi magni*, supra quam absone Schot. *Dei ac Verbi spirans ac purissima pars.* Sic Priscillianus loqui possit, haud Andreas Cret. Germanusve, aut Georgius Nicom.

(34) *Exspectata gentium salus.* Ἡ εὐπροσδόκητος τῶν ἐθνῶν σωτηρία· juxta quod dicitur Gen. XLIX: *Et ipse erit exspectatio gentium.* At neque hic bene Schott.

(35) *In Ecclesiæ collectis cœtibus.* Ἐν τοῖς κλήτεσι τῆς Ἐκκλησίας. Videtur respicere illud Eccli. XXIV: *Et in electis meis mitte radices*, quod modo Græca desiderant, ubi olim interpres legerit: Ἀντὶ τοῦ, κλήτεσι· τὸ, κλητοῖς, ἀπὸ τοῦ, καλοῦμαι· τὸ, κλῆτος, a Suida exponitur *gloria:* ab Etym. συνέλευσις, συνάθροισις· Lexicogr. *multitudo*, τὸ, πέπυρον, quod erat editis, emend. ex ms. πέπειρον· quod unum epithetum congruit, non illud ἔμπυρον, quod Schott. conjectat, ac reddit. Vide illud ipsum orat. Andreæ in Annunt. ac notata illic, n. 34, et in *Onomastico*, ut undique Andream sua mutuantem agnoscas.

(36) *Partuque nihilominus editam.* Lego ἀπότικτος· sicque congruit optime intenta in ejusmodi auctori antithesis: non in conjectura ac lectione Schott. *forte* ἀπόκτιστον· *sine semine, nec creatam nobis vitæ spicam.* Imo certe *creatam*, qua ejusmodi spica est, fuitque sic edita in Mariæ utero, ac ex utero. Adde τὸ, ἀπόκτιστος, ea significatione barbarum esse.

Digitized by Google

contritum reparavit. « Benedicta tu in mulieribus, » nova illa Selon, in qua spiritalis arca incarnationis Dei ac Verbi requievit; sed et « plenitudo omnis divinitatis corporaliter inhabitavit [z]. » — « Benedicta tu in mulieribus, » divinum revera Dabir, in quo deiferi sanctæ Ecclesiæ doctores divinarum revelationum oraculum habentes, futurorum responsa accipiebant. « Benedicta tu in mulieribus, » spiritalis illa Bethleem, quæ voluntate pariter ac natura (38), spiritalis omnino domus panis vitæ effecta sis ac nuncupata. In te enim, qua ipse novit ratione inhabitans, ac inconfuse nostræ commistus massæ, totum sibi Adamum fermentavit, ut panis vivus ac cœlestis fieret. « Benedicta tu in mulieribus, » quæ legali atque umbratili figuræ emines, ex qua magnus ille Beseleel [a], Christus, inquam, Deus; ille, *gratia*, templum sibi nulla manuum opera condidit; animatum scilicet corpus suum, principali arte Spiritus sancti. Nec vero, quidquid tandem dicamus, charissime, nuptiale pro meritis canticum ei absolvemus, donec etiam ex Scripturæ pratis mystice ei flores corrogantes, encomiorum coronam texamus.

Nusquam enim est; nusquam est, inquam, ubi Scripturam divinitus inspiratam lustrans, non varie perspersa ejus nomina quis videat: utque apud te ipse studiosa exercitatione discutias, clarius expressum inveneris, quantam donante Deo gloriam sit complexa. Vide itaque multimodis eam honestatam nominibus, multisque Scripturæ locis perspicue declaratam: ut cum v. gr. nominat virginem, juvenculam, prophetissam: tum nuptialem thalamum, domum Dei, templum sanctum, secundum tabernaculum, mensam sanctam, altare, propitiatorium, thuribulum aureum, Sancta sanctorum, Cherubim gloriæ, urnam auream; tabulas Testamenti, virgam sacerdotalem, sceptrum regni, diadema pulchritudinis, cornu olei unctionis, alabastrum, candelabrum, vaporem, lucernulam, ellychnium, vehiculum, dumum, petram, terram,

συντριβὲν σκεῦος ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας ἀνενεώσατο. « Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶν, » ἡ νέα Σηλὼν, ἐν ᾗ ἀνεπαύσατο ἡ νοερὰ κιβωτὸς τῆς ἐνσαρκώσεως τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγου· καὶ μὴν, « καὶ πᾶν τὸ πλήρωμα σωματικῶς κατῴκησε τῆς θεότητος. » — « Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, » τὸ θεῖον ὄντως Δαβὶρ, ἐν ᾧ οἱ Θεοφόροι τῆς ἱερᾶς Ἐκκλησίας μυσταγωγοὶ τὸ χρηματιστήριον ἔχοντες, τῶν θείων ἀποκαλύψεων, ἐχρησμῳδοῦντο τὰ μέλλοντα. « Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶν, » ἡ νοητὴ Βηθλεὲμ, ἡ θέσει καὶ φύσει τοῦ τῆς ζωῆς ἄρτου νοερώτατος οἶκος, καὶ γενομένη καὶ λεγομένη. Ἐνοικήσας γὰρ ὡς οἶδεν ἐν σοὶ, καὶ τῷ ἡμετέρῳ συμφυραθεὶς ἀφύρτως φυράματι, ὅλον ἑαυτῷ τὸν Ἀδὰμ ἀνεζύμωσεν, ἵνα ἄρτος γένηται ζωηρὸς καὶ οὐράνιος. « Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶν, » ἡ τῆς νομικῆς καὶ σκιώδους ὑπερκειμένης [7] σκηνῆς, ἐξ ἧς μέγας Βεσελεὴλ Χριστὸς ὁ Θεὸς, ἡ *χάρις*, ἀχειροτεύκτως ἑαυτῷ ναὸν ἐτεκτήνατο, τὴν ἐμψυχουμένην αὐτοῦ σάρκα, τῇ ἀρχιτεκτονίᾳ Πνεύματος. Καὶ οὐδ' ἂν, εἴ τι καὶ φῶμεν, ἀγαπητὲ, τὸν ἐπιθαλάμιον αὐτῇ κατ' ἀξίαν συμπληρώσομεν ὕμνον, εἰ μὴ καὶ τῶν ἀπὸ Γραφῆς λειμώνων αὐτῇ τὰ ἄνθη μυστικῶς ἐρανισάμενοι, τὸν τῶν ἐγκωμίων ἀναπλέξωμεν στέφανον.

Οὐκ ἔστι γὰρ, οὐκ ἔστιν, ὅπου μὴ διὰ πάσης ὁμοῦ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς περιερχόμενος ἴδοι τις ἂν αὐτῆς κατεσπαρμένας ποικίλως τὰς ἐπισημασίας, ἃς εἰ κατὰ σαυτὸν τῷ φιλοπόνῳ τῶν λόγων παραγυμνώσειας, εὑρήσεις ἂν ἐκτυπώτερον ὅσην παρὰ Θεοῦ τὴν δόξαν ἐνεκολπώσατο. Θέα γὰρ αὐτὴν πολυσήμοις ὀνόμασι [8] καλλυνομένην, καὶ πολλαχοῦ τῆς Γραφῆς ἐμφαντικῶς δηλουμένην, ὡς, ὅταν φέρε εἰπεῖν, παρθένον αὐτὴν ὀνομάζῃ· νεάνιδα, προφήτιδα, εἶτα παστάδα, οἶκον Θεοῦ, ναὸν ἅγιον, δευτέραν σκηνὴν, τράπεζαν ἁγίαν, θυσιαστήριον, ἱλαστήριον, χρυσοῦν θυμιατήριον, Ἅγια ἁγίων, Χερουβὶμ δόξης, στάμνον χρυσῆν, πλάκας τῆς Διαθήκης, ἱερατικὴν ῥάβδον, σκῆπτρον βασιλείας, διάδημα κάλλους, κέρας ἐν ᾧ τὸ μύρον τῆς χρίσεως, ἀλάβαστρον, λυχνίαν, ἀτμίδα, λαμπάδιον, θρυαλλίδα, ὄχημα, θάμνον, πέτραν, γῆν, παράδεισον, χώραν, ἄρουραν, πηγὴν, ἀμνάδα στα-

[z] Coloss. II, 9. [a] Exod. XXXI, 2.

VARIÆ LECTIONES.

[7] Leg. ὑπερκειμένη. [8] Max. πολυσημείοις. ὅσοις ὀνόμασι καλεῖται ἡ παναγία Θεοτόκος.

COMBEFISII NOTÆ.

(37) *Vas peccato contritum reparavit*, ἀνενεώσατο. Male Schott.: *Vas nobis simile induit*. Sic statim τὸ, νέα Σηλών· marg. notatur velut ex num. XXVI, 49, quod ibi mentio sit viri *Sellem* de tribu Nephtali, *a quo familia Sellemitarum*, τῷ Σελλήμ. Quid vir ille, ejusque familia, ad arcæ requietionem? Bene *Selon*, ac *Silo*, ut passim Vulg. ubi primo requievit, eratque tempore Heli, ac Samuelis, ut liquet I Reg., etc. Haud absimilis ἀμαθεία, ac oscitantia, qua paulo post ad vocem *Dabir*, adnotat, *Jos.* XV, velut esset sermo de urbe *Dabir*, quæ nominatur, Judicum, non XV, sed I, 11, ac male in Concord. Bibl., vers. 15, quod priori numero omisso, male exscripsit Schott. seu quisquis tam bella ejus marg. ascripsit: non ad *Dabir* toties apud LXX inculcatum, ubi Vulg. *oraculum*. III Reg. VI: Μέλαθρα κυκλόθεν τῷ ναῷ, καὶ τῷ Δαβίρ. Ubi Nobil. *Theodoretus interpretatur Sancta sanctorum, alii Oraculum, ut Vulg.* sæpiusque ea vox illo capite repetitur.

(38) *Voluntate pariter ac natura*. Θέσει καὶ φύσει· Ubique opponuntur eæ voces, uti etiam apud Dionys. et alios. Velit ergo Mariam, θέσει domum ac Matrem Dei, qua fuit factum divina gratia, ac Dei sola voluntate, ut in ea Christus panis ille vitæ formaretur, ac fieret: φύσει vero, qua vere ex illa filius formatus ac natus est. Ut alia vellem retexere ac indicare, qua emendata, qua restituta multus essem: cumque collatio indicare possit quid sit præstitum, nolim prolixitate molestior esse.

Digitized by Google

γόνα, καὶ ὅσα ταύτην οἱ κλεινοὶ τοῦ Πνεύματος ὑποφῆται, κατὰ τὴν ἐν συμβόλοις μυστικὴν ἐποπτείαν προβλεπτικῶς ὀνομάζουσιν· οἷον, βάτον μὲν, ὡς ὅταν λέγῃ Μωϋσῆς· « Διαβὰς ὄψομαι τὸ ὅραμα τὸ μέγα τοῦτο· τί ὅτι καίεται ἡ βάτος, καὶ οὐ κατακαίεται; » Ῥάβδον δὲ, ὡς ὅταν Ἡσαΐας φησίν· « Ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης ἀναβήσεται. » Ῥίζα καλεῖται· « Καὶ ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ, καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐπ' αὐτὸν [a] ἔθνη ἐλπιοῦσι. » Γῆ ἁγία· « Μωσῆ, Μωσῆ, λύσον τὸ ὑπόδημα ἐκ τῶν ποδῶν σου· ἡ γὰρ γῆ, ἐφ' ἧς σὺ ἕστηκας, γῆ ἁγία ἐστί. » Γῆ ἐπιθυμητή· « Καὶ ἐξουδένωσαν γῆν ἐπιθυμητήν. » Γῆ ἀνατέλλουσα [ἀλήθειαν]· « Ἀλήθεια ἐκ τῆς γῆς ἀνέτειλε. » Θαιμάν· « ὁ Θεὸς ἀπὸ Θαιμὰν ἥξει. » Ὄρος· « Καὶ ὁ ἅγιος ἐξ ὄρους κατασκίου, δασέος. Ἐτμήθη λίθος ἐξ ὄρους ἄνευ χειρῶν. Ὄρος ὃ ηὐδόκησεν ὁ Θεὸς κατοικεῖν ἐν αὐτῷ. » Ἐλαία· « Ἐγὼ δὲ, ὡσεὶ ἐλαία κατάκαρπος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ. » Κιβωτός· « Ἀνάστηθι, Κύριε, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου· σὺ, καὶ ἡ κιβωτὸς τοῦ ἁγιάσματός σου. » Θρόνος· « Εἶδον τὸν Κύριον καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου, καὶ πλήρης ὁ οἶκος τῆς δόξης αὐτοῦ. » Πύλη· « Καὶ εἶπε Κύριος πρός με· Ἡ πύλη αὕτη κεκλεισμένη ἔσται, οὐκ ἀνοιχθήσεται· καὶ οὐδεὶς οὐ μὴ διέλθῃ δι' αὐτῆς, ὅτι Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ εἰσελεύσεται καὶ ἐξελεύσεται δι' αὐτῆς· καὶ ἔσται ἡ πύλη κεκλεισμένη. » Σιών· « Ἥξει ἐκ Σιὼν ὁ ῥυόμενος· ἀποστρέψει ἀσεβείας ἀπὸ Ἰακώβ. Ἐξελέξατο Κύριος τὴν Σιών· ἡρετίσατο αὐτὴν εἰς κατοικίαν ἑαυτῷ. » Μήτηρ καλεῖται· « Μήτηρ Σιὼν ἐρεῖ· Ἄνθρωπος καὶ ἄνθρωπος ἐγενήθη ἐν αὐτῇ, καὶ αὐτὸς ἐθεμελίωσεν αὐτὴν ὁ Ὕψιστος. » Καί· « Πόθεν μοι τοῦτο, ἵνα ἔλθῃ ἡ Μήτηρ τοῦ Κυρίου μου πρός με; » Φορεῖον· « Φορεῖον ἐποίησεν ἑαυτῷ ὁ βασιλεὺς Σαλομὼν ἀπὸ ξύλων τοῦ Λιβάνου. » Κλίνη· « Ἰδοὺ ἡ κλίνη τοῦ Σολομῶντος· ἑξήκοντα δυνατοὶ κύκλῳ αὐτῆς ἀπὸ δυνατῶν Ἰσραήλ. » Κεφαλίς· « Καὶ ἴδον, καὶ ἰδοὺ χεὶρ ἐκτεταμένη πρός με, καὶ ἐν αὐτῇ κεφαλὶς βιβλίου, καὶ ἀνείλησεν αὐτὴν ἐνώπιον ἐμοῦ, καὶ ἐν αὐτῇ γεγραμμένα τὰ ἔμπροσθεν καὶ τὰ ὄπισθεν· καὶ εἶπε πρός με· Υἱὲ ἀνθρώπου, κατάφαγε τὴν κεφαλίδα ταύτην. » Βιβλίον· « Καὶ ἔσται ὑμῖν τὰ ῥήματα ταῦτα, λέγει ὁ Θεὸς, ὡς οἱ λόγοι τοῦ βιβλίου τοῦ ἐσφραγισμένου, ὃ ἐὰν δώσουσιν αὐτὸ ἀνθρώπῳ ἐπισταμένῳ γράμματα, λέγοντες αὐτῷ, Ἀνάγνωθι ταῦτα· καὶ ἐρεῖ, Οὐ δύναμαι ἀναγνῶναι· ἐσφράγισται γάρ. » Τόμος· « Καὶ εἶπε Κύριος πρός με· Λάβε σεαυτῷ τόμον καινοῦ μεγάλου, καὶ γράψον εἰς αὐτὸν γραφίδι ἀνθρώπου, τοῦ ὀξέως προνομὴν ποιῆσαι σκύλων· παρέστι γάρ. » Λαβίς· « Καὶ ἀπεστάλη πρός με ἓν τῶν Σεραφὶμ, καὶ ἐν τῇ χειρὶ εἶχεν ἄνθρακα,

hortum, locum, arvum, fontem; agnam, guttam, ac si qua alia inclyti Spiritus sancti interpretes, pro mysticæ in symbolis inspectionis ratione, eam prophetice nominant: Puta, rubum, ut cum Moyses ait: « Vadam, et videbo visionem hanc magnam; quamobrem ardeat rubus, nec comburatur [b]? » Virgam autem, ut cum Isaias dicit: « Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ascendet [c]. » Appellatur radix: « Et erit radix Jesse, et qui exsurget regere gentes, in eum gentes sperabunt [d]. » Terra sancta: « Moses, Moses, solve calceamentum de pedibus tuis: terra enim in qua stas, terra sancta est [e]. » Terra desiderabilis: « Et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem [f]. » Terra veritatem producens: « Veritas de terra orta est [g]. » Thæmam: « Deus a Thæmam veniet [h]. » Mons: « Et Sanctus de monte umbroso, ac condenso. Abscissus est lapis de monte sine manibus [i]. Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo [j]. » Oliva: « Ego autem quasi oliva fructifera in domo Dei [k]. » Arca: « Surge, Domine, in requiem tuam, tu et arca sanctificationis tuæ [l]. » Thronus: « Vidi Dominum sedentem super thronum excelsum et elevatum; et plena omnis domus gloria ejus [m]. » Porta: « Et dixit Dominus ad me: Porta hæc clausa erit; non aperietur, et vir non transibit per eam; quoniam Dominus Deus Israel ingredietur et egredietur per eam: Et erit clausa porta [n]. » Sion: « Veniet ex Sion qui liberet, et avertat impietates a Jacobo [o]. Elegit Dominus Sion; elegit eam in habitationem sibi [p]. » Mater: « Mater Sion dicet: Homo, et homo natus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus [q]. » Et: « Unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me [r]? » Ferculum: « Fecit sibi rex Salomon ferculum de lignis Libani [s]. » Lectulum: « Lectus Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortibus Israel [t]. » Capitulum: « Et vidi, et ecce manus extenta ad me, et in ea capitulum libri; et expandit illud coram me, et erant scripta in eo anteriora et posteriora; et dixit ad me: Fili hominis, comede capitulum istud [u]. » Liber: « Et erunt vobis verba hæc, ait Deus, ut verba libri signati; quem si dederint ipsum homini scienti litteras, dicentes: Lege hæc; et dicet, Non possum legere: signatus est enim [v]. » Tomus: « Et dixit Dominus ad me: Sume tibi volumen novi magni, et scribe in eo hominis stylo, ut velociter deprædationem faciat spoliorum: prope est enim [x]. » Forceps: « Et missus est ad me unus de Seraphim, et in manu habebat carbonem, quem forcipe sumpsit de altari, et tetigit os meum, et dixit: Ecce tetigit hoc labia tua,

[b] Exod. III, 3. [c] Isa. XI, 1. [d] ibid. XI, 10. [e] Exod. III, 5. [f] Psal. CV, 24. [g] Psal. LXXXIV, 12. [h] Habac. III, 3. [i] Dan. II, 45. [j] Psal. LXVII, 17. [k] Psal. LI, 10. [l] Psal. CXXXI, 8. [m] Isa. VI, 1. [n] Ezech. XLIV, 2. [o] Isa. LIX, 20. [p] Psal. CXXXI, 13. [q] Psal. LXXXVI, 5. [r] Luc. I, 43, [s] Cant. III, 9. [t] ibid. 7. [u] Ezech. II, 9. [v] Isa. XXIX, 11. [x] Isa. VIII, 1.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Maz. ἐν αὐτῷ.

Digitized by Google

et peccata tua circumpurgabit [y]. » Virgo : « Ecce virgo in utero accipiet, et pariet filium, et vocabunt nomen ejus Emmanuel [z]. » Prophetissa : « Et accessi ad prophetissam, et in utero concepit, ac peperit filium : et dixit Dominus ad me : Voca nomen ejus, Cito spolia; velociter deprædare : quia antequam sciat puer vocare patrem aut matrem, accipiet virtutem Damasci, et spolia Samariæ [a]. » Regina : « Astitit Regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumamicta, variegata [b]. » Proxima : « Tota pulchra es, proxima mea, tota pulchra, et macula non est in te. Surge, veni, proxima mea sponsa : veni de Libano : Venies, veniesque a principio fidei. Favum distillant labia tua, sponsa, mel et lac sub lingua tua; et odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris [c]. » Soror : « Quam pulchri facti sunt oculi tui, soror mea sponsa [d]. » Hortus : « Hortus conclusus, fons signatus [e]. » Filia : « Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum et domum patris tui; et concupiscet rex pulchritudinem tuam [f]. » — « Multæ filiæ acquisierunt divitias; multæ fecerunt virtutem : tu autem emines; supergressa es universas [g]. » Desponsata : « Missus est angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro cui nomen Joseph, de domo ac familia David : et nomen virginis Maria [h]. » Nubes : « Ecce Dominus sedebit super nubem levem, et veniet in Ægyptum, et concutientur manufacta Ægypti [i]. » Visio : Vidi visionem ignis : et splendor ejus in circuitu, velut visio arcus, cum fuerit in nube in diebus pluviæ; sic statio splendoris per gyrum. Hæc visio similitudinis gloriæ Domini [j]. » Electrum : « Et vidi quasi speciem electri, velut aspectum ignis, intrinsecus ejus per circuitum; a visione lumbi, et usque deorsum [k]. » Dies, nox : « Dies diei eructat verbum, et nox nocti indicat scientiam [k']. » Cœlum : « De cœlo respexit Dominus, vidit omnes filios hominum [l]. Cœlum cœli Domino [m]. » Oriens : « Regna terræ; cantate Deo; psallite Domino, qui ascendit super cœlum cœli ad Orientem [n]. » Occasus : « Iter facite Domino, qui ascendit super Occasum : Dominus nomen illi [o]. » Sol : « In sole posuit tabernaculum suum, et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo [p]. » Civitas : « Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei. Fluminis impetus lætificant civitatem Dei : Deus in medio ejus, et non commovebitur [q]. » Later : « Et tu, fili hominis, sume tibi laterem : et pones eum ante faciem tuam, et describes in eo civitatem Jerusalem; et dabis super eam obsidionem [r]. » Locus : « Quam terribilis est locus iste : non est hoc aliud, nisi domus Dei; et hæc porta cœli [s]. » — « Et assumpsit me spiritus; et audivi post me

ὃν τῇ λαβίδι ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἥψατο τοῦ στόματός μου, καὶ εἶπεν· Ἰδοὺ ἥψατο τοῦτο τῶν χειλέων σου, καὶ τὰς ἁμαρτίας σου περικαθαριεῖ. » Παρθένος· « Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ. » Προφῆτις· « Καὶ προσῆλθον πρὸς τὴν προφῆτιν, καὶ ἐν γαστρὶ ἔλαβε, καὶ ἔτεκεν υἱὸν, καὶ εἶπε Κύριος πρός με· Κάλεσον τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Ταχέως σκύλευσον· ὀξέως προνόμευσον· διότι πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα, λήψεται δύναμιν Δαμασκοῦ, καὶ τὰ σκύλη Σαμαρίας. » Βασίλισσα· « Παρέστη ἡ βασίλισσα ἐκ δεξιῶν σου ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ περιβεβλημένη, πεποικιλμένη. » Πλησίον· « Ὅλη καλὴ ἡ πλησίον μου· ὅλη καλὴ, καὶ μῶμος οὐκ ἔστιν ἐν σοί. Ἀνάστα, ἐλθὲ, ἡ πλησίον μου νύμφη· δεῦρο ἀπὸ Λιβάνου· ἐλεύσῃ, καὶ ἐλεύσῃ ἀπ' ἀρχῆς πίστεως. Κηρίον ἀποστάζουσι χείλη σου, νύμφη, μέλι καὶ γάλα ὑπὸ τὴν γλῶσσάν σου· καὶ ὀσμὴ ἱματίων σου, ὡς ὀσμὴ τοῦ Λιβάνου. » Ἀδελφή· « Τί ἐκαλλιώθησαν ὀφθαλμοί σου, ἀδελφή μου, νύμφη. » Κῆπος· « Κῆπος κεκλεισμένος· πηγὴ ἐσφραγισμένη. » Θυγάτηρ· « Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου, καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου. » — « Πολλαὶ θυγατέρες ἐκτήσαντο πλοῦτον· πολλαὶ ἐποίησαν δύναμιν· σὺ δὲ, ὑπέρκεισαι, καὶ ὑπερῆξας πάσας. » Μεμνηστευμένη· « Ἀπεστάλη ἄγγελος Γαβριὴλ ἀπὸ Θεοῦ εἰς πόλιν τῆς Γαλιλαίας, ᾗ ὄνομα Ναζαρὲτ, πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ, ᾧ ὄνομα Ἰωσὴφ, ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβίδ· καὶ τὸ ὄνομα τῆς παρθένου, Μαρία. » Νεφέλη· « Ἰδοὺ Κύριος κάθηται ἐπὶ νεφέλης κούφης, καὶ ἥξει εἰς Αἴγυπτον, καὶ σεισθήσονται τὰ χειροποίητα Αἰγύπτου. » Ὅρασις· « Ἴδον ὅρασιν πυρὸς, καὶ τὸ φέγγος αὐτοῦ κύκλῳ, ὡς ὅρασις τόξου, ὅταν ᾖ ἐν τῇ νεφέλῃ ἐν ἡμέρᾳ ὑετοῦ· οὕτως ἡ στάσις τοῦ φέγγους κύκλωθεν· αὕτη ἡ ὅρασις ὁμοιώματος δόξης Κυρίου. » Ἤλεκτρος· « Καὶ ἴδον ὡς ὄψιν ἠλέκτρου· ὅρασις πυρὸς, ἔσωθεν αὐτοῦ κύκλῳ, ἀπὸ ὁράσεως ὀσφύος, καὶ ἕως κάτω. » Ἡμέρα, νύξ· « Ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα· καὶ νὺξ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνῶσιν. » Οὐρανός· « Ἐξ οὐρανοῦ ἐπέβλεψεν ὁ Κύριος· ἰδε πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ τῷ Κυρίῳ. » Ἀνατολή· « Αἱ βασιλεῖαι τῆς γῆς, ᾄσατε τῷ Θεῷ, ψάλατε τῷ Κυρίῳ τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ κατὰ ἀνατολάς. » Δύσι, · « Ὁδοποιήσατε τῷ Κυρίῳ τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ Δυσμῶν· Κύριος ὄνομα αὐτῷ. » Ἥλιος· « Ἐν τῷ ἡλίῳ ἔθετο τὸ σκήνωμα αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ὡς νυμφίος ἐκπορευόμενος ἐκ παστοῦ αὐτοῦ. » Πόλις· « Δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ, ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ. Τοῦ ποταμοῦ τὰ ὁρμήματα εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ· ὁ Θεὸς ἐν μέσῳ αὐτῆς, καὶ οὐ σαλευθήσεται. » Πλίνθος· « Καὶ σὺ, υἱὲ ἀνθρώπου, λάβε σεαυτῷ πλίνθον· καὶ ποιήσεις αὐτὴν πρὸ προσ-

[y] Isa. VI, 7. [z] Isa. VII, 14. [a] Isa. VIII, 3. [b] Psal. XLIV, 10. [c] Cant. IV, 7, 11. [d] ibid. 10. ubi tamen est ubera μαζοί. [e] ibid. 12. [f] Psal. XLIV, 11. [g] Prov. XXXI, 29. [h] Luc. I, 26. [i] Isa. XIX, 1. [j] Ezech. I, 28. [k] ibid. 27. [k'] Psal. XVIII, 3. [l] Psal. XXXII, 13. [m] Psal. CXIII, 16. [n] Psal. LXVII, 33. [o] ibid. 5. [p] Psal. XVIII, 6. [q] Psal. XLV, 6. [r] Ezech. IV, 1. [s] Gen. XXVIII, 17.

Digitized by Google

ώπου σου, καὶ γράψεις [10] ἐν αὐτῇ πόλιν [Ἰερουσαλήμ,] καὶ δώσει ἐπ' αὐτὴν περιοχήν. » Τόπος· « Ὡς φοβερὸς ὁ τόπος οὗτος· οὐκ ἔστι τοῦτο, ἀλλ' ἢ οἶκος Θεοῦ, καὶ αὕτη ἡ πύλη τοῦ οὐρανοῦ· καὶ ἀνέλαβέ με πνεῦμα, καὶ ἤκουσα κατόπισθέν μου φωνὴν σεισμοῦ μεγάλου· Εὐλογημένη ἡ δόξα Κυρίου ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ. » — « Εἰ δώσω ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, καὶ τοῖς βλεφάροις μου νυσταγμὸν, καὶ ἀνάπαυσιν τοῖς κροτάφοις μου, ἕως οὗ εὕρω τόπον τῷ Κυρίῳ, σκήνωμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ. » Πόκος· « Καταβήσεται ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον, καὶ ὡσεὶ σταγὼν ἡ στάζουσα ἐπὶ τὴν γῆν. » Γυνή· « Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου. » — « Ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, γενόμενον ἐκ γυναικὸς, γενόμενον ὑπὸ νόμον. » Μακαρία « Μακαρία ἡ πιστεύσασα, ὅτι ἔσται τελείωσις τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ παρὰ Κυρίου. » Καί· « Μακαρία· ἡ κοιλία ἡ βαστάσασά σε, καὶ μαστοὶ οὓς ἐθήλασας. » Μαρία· « Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ· » καὶ, « Ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ Υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ. Οὗτος ἔσται μέγας, καὶ Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται· Καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. Καὶ εἶπε Μαριὰμ πρὸς τὸν ἄγγελον· Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; Καὶ εἶπεν ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτήν. Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γενόμενον Ἅγιον κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ. Καὶ εἶπε Μαριάμ· Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον, καὶ ἠγαλλίασε τὸ Πνεῦμά μου ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ Σωτῆρί μου. »

vocem commotionis magnæ : Benedicta gloria Domini, de loco suo [t]. » — « Si dedero somnum oculis meis, et palpebris meis dormitationem : et requiem temporibus meis, donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Jacob [u]. » Vellus : « Descendet sicut pluvia in vellus, et sicut gutta stillans super terram [v]. » Mulier : « Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui [x]. » — « Misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege [y]. » Beata : « Beata quæ credidisti, quia perficientur in te, quæ dicta sunt tibi a Domino [z]. » Et : « Beatus venter qui te portavit, et ubera quæ suxisti [a]. » Maria : « Ne timeas, Maria; invenisti enim gratiam apud Dominum. » Et : « Ecce concipies in utero, et paries Filium, et vocabis nomen ejus Jesum : ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur : et dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus; et regnabit in domo Jacob in æternum, et regni ejus non erit finis. Et ait Maria ad angelum « Quomodo erit mihi istud, quoniam virum non cognosco? Et ait angelus ad eam : Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi : et ideo quod orietur Sanctum, vocabitur Filius Dei. Ait autem Maria : Magnificat anima mea Dominum : et exsultavit spiritus meus in Deo salutari meo [b]. »

Καὶ τίς οὐκ ἂν ἀγάσαιτο τὴν εἰς τοσοῦτον ὕψος ἀρθεῖσαν, ὡς καὶ Μητέρα γενέσθαι Θεοῦ· τὸ παραδοξότατον ὄντως καὶ πρᾶγμα καὶ ἄκουσμα; Καί μοι πεισθέντες, ἐπ' αὐτὴν ἀναδράμωμεν τῆς ἑορτῆς τὴν ἐξάρχουσαν, ἵν' ὅθεν ὁ λόγος μικρὸν ἀποβὰς, ἐπαναζεύξῃ πάλιν. Φέρε τοίνυν, τῶν τῆς ἡμέρας ὑμνῳδιῶν ἐφαπτώμεθα, καὶ μικρὰ τοῖς συνειλεγμένοις προσδιαλεχθέντες, τὴν ὁρμὴν τοῦ λόγου διαναπαύσωμεν. Ἐδεῖτο τοιγαροῦν ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις τῷ πατρῴῳ προσλισθήματι συντριβεῖσα, τοῦ διαπλάσαντος ἢ ἀνορθώσαντος [11]· καὶ φωνῇ σιγώσῃ μέγα πρὸς τὸν Κτίστην ἐβόα· « Ἵνα τί, Κύριε, ἀφέστηκας μακρόθεν; » Γεγονώτερον δὲ διὰ τῶν προφητῶν ὀδυρτικῶς ἐποτνιᾶτο· « Ποῦ εἰσι, λέγουσα, τὰ ἐλέη σου τὰ ἀρχαῖα, Κύριε, ἃ ὤμοσας τῷ Δαβὶδ ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου; » Τί οὖν « ὁ θελητὴς τοῦ ἐλέους; » Οὐχ ὑπερεῖδεν, οὐκ ἀνεβάλετο· οὐκ εἰς μακρὰν τὰ παραγγέλματα παρέτεινε. Ποῖα δὲ ταῦτα; « Οὐ μή σε ἀνῶ, οὐδ' οὐ μή σε ἐγκαταλείπω. » Ὃ καὶ τοῖς μαθηταῖς ὕστερον ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανοὺς ἀνατρέχων, ἐξ ὧν οὐ διέστηκεν, ἔφασκεν· « Οὐκ

Quis vero non miretur eo celsitudinis provectam, ut etiam Dei Mater efficeretur; quæ plane summe admirabilis, novaque res est, ac auditio? Ac mihi credite, ad ipsam recurramus festæ diei antistitam, ut unde sermo paululum abscessit, eodem denuo revertatur. Age igitur, aggrediamur diei hymnodiam, ac ubi modicum quid adhuc collectam turbam fuerimus affati, orationis cursum sistamus. Egebat itaque natura humana, antiquo primi parentis collisa lapsu, eo qui reformaturus ac instauratus esset; ac silente voce, altum ad Creatorem clamabat : « Ut quid, Domine, recessisti longe [c]? » Penetrabilius vero per prophetas lugubrem in modum quiritabatur : « Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ, Domine, sicut jurasti David in veritate tua [d]? » Quid igitur ille « qui vult misericordiam [e]? » Non contempsit, non distulit, non in longum promissiones remisit. Quas illas? « Non te deseram, neque derelinquam [f]. » Quod etiam postea discipulis dixit, cum a terra in cœlum reverteretur, unde

[t] Ezech. III, 12. [u] Psal. CXXXI, 4. 5. [v] Psal. LXXI, 6. [x] Luc. I, 42. [y] Galat. IV, 4. [z] Luc. I, 45. [a] Luc. XI, 27. [b] Luc. I, 30 seqq. [c] Psal. IX, 22. [d] Psal. LXXXVIII, 50. [e] Osee. VI, 6. [f] Josue I, 5; Hebr. XIII, 5.

VARIÆ LECTIONES.

[10] Septuaginta Θήσεις διαγράψεις. [11] Leg. ἀναπλάσοντος· ἀνορθώσοντος.

Digitized by Google

non discesserat : « Non relinquam vos orphanos : veniam ad vos [g]. » Hoc quoque ante ineffabilem suam incarnationem per prophetas pollicitus est. Cum hæc ergo sic haberent, jamque vocaret opportunum tempus ut promissioni finem imponeret, vide quid agat, nostræ ipse salutis, massæ, inquam, nostræ, negotium agens. Non aliunde invexit instrumentum ; non ex substantia alia vas reformavit ; sed ex eodem ipso luto, atque, ut ita dicam, ex eadem massa, ceu quisquilias ac purgamenta attrahens, pretiosum sibi, adeoque supra modum arcanæ ac mirabilis compactionis templum, ædificavit : in quo primus ipse ac solus Pontifex, Rexque, dispensatione, nostram cum Patre suo reconciliationem pro more sacerdotii peragens, totam nostram substantiam, altiori supra substantiam modo, substantiali nihilominus, ex hominum substantia accepit. Itaque recordatus est Deus creatorum ab ipso. Quippe gentes omnes ejus sunt creatura : « Recordatus est miserationum suarum, quæ a sæculo sunt [h], » Dominus ipse sæculorum : recordatus est testamenti quod cum hominibus pepigit. Recordatus est ; nec recordatus distulit, sed mox beneficium induxit. Recordatus enim Davidis [i], ac eorum quæ jurejurando olim promisisset, fore ut Christus ex ejus semine exsurgeret, in quo collapsum nostri generis opus, tabernaculi instar reædificaret [j], novum insolensque miraculum, novi ac insolentis miraculi comes invexit.

A ἀφήσω ὑμᾶς ὀρφανούς· ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς. » Τοῦτο καὶ πρὸ τῆς ἀφράστου ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ διὰ προφητῶν ἀριδήλως ὑπέσχετο. Ἐπεὶ οὖν οὕτω ταῦτα, καὶ ἤδη καιρὸς ἐκάλει πέρας ἐπιθεῖναι τῇ ἐπαγγέλματι· ὅρα τί ποιεῖ, ὁ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, τοῦ ἡμῶν φυράματος, πραγματευόμενος. Οὐ θύραθεν εἰσκεκόμικεν ὄργανον· οὐκ ἐξ ἑτέρας οὐσίας ἀνεμόρφωσε σκεῦος· ἀλλ' ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ, καὶ τῆς αὐτῆς ὡς ἄν τις φαίη ζύμης ὑποσπάσας συρμάδα [12], τίμιον ἑαυτῷ, καὶ τῆς τοιαύτης ὄντως ὑπεραρρήτου συμπήξεως, ναὸν ἐτεκτήνατο· ἐν ᾧπερ αὐτὸς ὁ πρῶτος καὶ μόνος Ἀρχιερεύς τε καὶ Βασιλεὺς, οἰκονομικῶς τὴν καθ' ἡμᾶς ἱερουργήσας πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα καταλλαγὴν, ὅλην ὑμῶν τὴν οὐσίαν ὑπερουσίως, καὶ κατ' οὐσίαν ἐκ τῆς ἀνθρώπου B οὐσίας ἀνέλαβεν. Ἐμνήσθη τοιγαροῦν τῶν ἑαυτοῦ κτισμάτων ὁ Θεός· κτίσμα γὰρ αὐτοῦ πάντα τὰ ἔθνη· « Ἐμνήσθη τῶν οἰκτιρμῶν αὐτῷ τῶν ἀπ' αἰῶνος, » ὁ τῶν αἰώνων Κύριος, ἐμνήσθη τῆς διαθήκης ἧς πρὸς ἀνθρώπους διέθετο. Ἐμνήσθη, καὶ μνησθεὶς οὐχ ὑπερέθετο· ἀλλ' αὐτίκα τὴν εὐεργεσίαν ἐπήγαγε. Μνησθεὶς γὰρ τοῦ Δαβὶδ, καὶ ὧν αὐτῷ διωμόκει πρότερον, ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ τὸν Χριστὸν ἀναστήσειν, ἐν ᾧ τὸ πεπτωκὸς τοῦ ἡμετέρου γένους σκηνῆς δίκην ἀνῳκοδόμησε ποίημα, παράδοξον ἐπὶ παραδόξῳ θαύματι, συνεισκεκόμικε θαῦμα.

Cum itaque sobria ac casta Anna, gravi mœroris angore teneretur ; cum primis autem, quod etiam conjux, ob prolis carentiam amare vexaretur : amborum Deus sterilitatem solvit, eorumque supplicibus inflexus votis, sterili quidem fetum tribuit, quem ante precatio sevisset ; marito autem tribuit fructum, quem spes germinasset ; ac demum, infecunditatis æstu exustis aridisque, sempiterni viroris florem concedit : fitque deinceps fecunda parens, quæ prius erat infecunda ; vitisque semper virens, quæ germen non edidisset. Quid porro ea prolis susceptione venerabilius ? Quid vero ampliorem habens admirationem, quam ut Dei Matrem, ab experte seminis utero, aperto quidem, sed non corrupto, castitatis fructum proferre videamus, ac virginem ex infecunda ac sterili femina germinantem ? Quorsum hæc ? Nimirum, ut excellenti ejus miraculo, Matris miraculum confirmaret. Altera quidem, quod necdum humano generi innotuerat, partum sine patre, cui nullus coitus prævisset, naturæ præter naturam invehens, ipsum naturæ Auctorem altiori supra naturam ratione in vulva concepit, estque effecta mater, cum ea quæ sunt matrum vitasset ; nec infans habebat patrem vocare super terram, qui nulla semente media conceptus fuisset,

C Καὶ δὴ τῆς σώφρονος Ἄννης πολλῷ τῷ τῆς ἀνίας [13] ἄχθει κατησχημένης· μάλα δὲ, καὶ τοῦτο συνεύνου πικρῶς πιεζομένου τῆς ἀτεκνίας χάριν· ἀμφοτέρων ἔλυσε τὴν στέρησιν ὁ Θεός· λιταῖς τε, τούτων ἐπικαμφθείς, δίδωσι τῇ στείρᾳ γονὴν, ἣν προέσπειρεν εὐχή· καὶ τῷ συνεύνῳ καρπὸν, ὃν ἐβλάστησεν ἐλπὶς, καὶ ἄνθος ἀειθαλὲς τοῖς ἀποξηρανθεῖσι τῆς ἀπαιδίας τῷ καύσωνι· καὶ γίνεται γόνιμος ἡ πρότερον ἄγονος, καὶ κληματὶς ἀναθάλλουσα, ἡ βλαστὸν οὐκ ἐκφύουσα. Καὶ τί ταύτης ἔσται τῆς παιδοποιΐας αἰδεσιμώτερον ; Τί δὲ παραδοξότερον, τοῦ βλέπειν Μητέρα Θεοῦ, διανοιγείσης μὲν, οὐ διαφθαρείσης δὲ τὴν νηδὺν, ἐκ νεοσπόρου [14] γαστρὸς, καρπὸν ἀγνείας ἐκφύουσαν, καὶ παρθένον ἐκ στείρας ἀγόνου βλαστάνουσαν ; Ἵνα τί γένηται ; Ἵνα τῷ κατ' αὐτὴν ὑπεραίροντι θαύματι τὸ τῆς τεκούσης πιστώσηται. Ἡ μὲν, ὃ μὴ πρότερον τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων ἐγνώριστο, ἀπάτορα τόκον ἐξ ἀλοχεύτων ὠδίνων τῇ φύσει παρὰ τὴν φύσιν εἰσήγαγεν, ὑπερφυεῖ δυνάμει τὸν τῆς φύσεως αὐτουργὸν ἐν μήτρᾳ παιδοποιήσασα· καὶ γέγονε μήτηρ, τὰ μητέρων φυγοῦσα· καὶ τὸ βρέφος οὐκ εἶχε πατέρα καλεῖν ἐπὶ γῆς, ὅτι μὴ σπορᾶς μεσιτευούσης συνείληπτο, μηδὲ φθορᾶς ὑποδραμούσης ἡ τεκοῦσα γεγέννηκεν· ἡ δὲ, καίπερ πολλὰ τῶν ἐν στειρώσει προλαβόντων ἔχουσα τὰ ὑποδείγματα, κατὰ πατῶν ὑπερνικῶσαν ἔσχε τὴν ψῆφον. Εἰ γὰρ

D

[g] Joan. XIV, 18. [h] Psal. XXIV, 6. [i] Psal. CXXXI, 11. [j] Amos IX, 11 ; Act. XV, 9.

VARIÆ LECTIONES.

[12] *Isc.* σύρματ [13] ed. perperam ἀνοίας. [14] *Isc.* ἀσπόρου.

Digitized by Google

καὶ πατριάρχαις συνῴκουν ὡς σύνευνοι, τῆς μὲν ὁμοίας εἰκότως θαυματοποιίας ἠξίωνται λῦσαι καὶ αὐταὶ τῶν δεσμῶν τῆς στειρώσεως· ναὶ γὰρ, τῆς ἱερογενοῦς ταύτης παιδὸς προειλήχεσαν εἶναι προμήτορες· ἀλλ' αἱ μὲν πορρωτάτω που καὶ λίαν ἄποθεν τοῦ κατὰ τὴν θείαν οἰκονομίαν θαύματος τὸ συγγενὲς ἔχουσιν· ἡ δὲ, ὕστερον μὲν, ἐπὶ καιροῦ δὲ, καὶ πρὸς αὐτῷ γε τῷ πέρατι τῶν καιρῶν, ὅτε δὴ καὶ αὐταῖς ἐφέστηκε θύραις, ὁ τὴν δραχμὴν τὴν βασιλικήν· λέγω δὲ τὴν καθ' ἡμᾶς ἐπιζητῶν εἰκόνα· ἵνα τὸν χοῦν ἐν ᾧ πρότερον ἀποκέκρυπτο, τῇ ἀνακαθάρσει τοῦ θεοτελοῦς ἐναποσμήξῃ Πνεύματος· κἀκεῖθεν ὥσπερ ἐν ἑαυτῷ φιλανθρώπως τὴν ἀνθρωπίνην ἀναμορφώσηται φύσιν.

A ac quem parens, ut nulla subiisset corruptio, genuisset; altera autem, quanquam olim sterilium plurium exempla habens, in omnes tamen singularis prærogativæ calculum reportavit. Quanquam enim etiam cum patriarchis conjugali jure habitarunt, similique et ipsæ miraculo ab ejusmodi sterilitatis vinculis absolvi non incongrue meruerunt: etenim fuerunt sacræ hujus puellæ olim aviæ: remotissime tamen, ac valde procul cognatione ad divinæ œconomiæ miraculum habuerunt: hæc autem, postea quidem, at opportune, subque ipso termino temporum: cum scilicet ipsis prope instaret januis, qui regiam drachmam quæreret; humano, inquam, generi impressam imaginem, ut pulverem, in quo primum illo delituisset, deifici Spiritus emundatione detergeret: atque ut inde in se ipse naturam humanam benigne instauraret.

Τίς οὖν ὁ χοῦς ἐν ᾧ τὸ καθ' ἡμᾶς εὐγενὲς ἀποκέκρυπτο; Ἢ δῆλον αὐτόθεν τάχα, κἂν ἡμεῖς μὴ λέγωμεν, ὅτι τὸν χοῦν ἐκεῖνον ἐξ οὗ διεπλάσθημεν πρότερον, καὶ ἀνεπλάσθημεν ὕστερον, ἀνερευνήσας ὁ πλάσας ἡμᾶς, τὸ ζητούμενον εὗρε; Τί τοῦτο; Τὸ τῆς εἰκόνος ἀρχέτυπον, ὅπερ συγκεχωμένον ἴδε τοῖς πάθεσιν ὁ κατ' οὐσίαν ἀπαθής. Τὸν χοῦν τὸν ἐν Ἀδὰμ ἀνερεύνα. Ὁ δὲ χοῦς ἐν ᾧ τὸ ζητηθὲν εὑρέθη, γῆ μὲν ἦν τοῦ καθ' ἡμᾶς ὁμοιόμορφος σώματος, ἔχουσα χώραν τὴν παρθενικὴν ὑπεράγιον· μήτραν. Ταύτην γὰρ εὗρεν ἄρουραν ὁ ζωαρχικὸς ὑμῶν στάχυς, ἐν ᾗ σπορᾶς ἄνευ καὶ γεωργίας χωρὶς, ἐκφύσας ὑπερφυῶς ἀνεβλάστησεν. Οὗτος ὁ χοῦς· οὗτος ὁ στάχυς· τοῦτο ἡ χώρα τῆς γῆς, ἐν ᾗ καινοπρεπῶς ἀνεπλάσθημεν, καὶ δι' ἧς, ὁ χοῦς ὁ ἡμέτερος ἀναμορφωθεὶς, ἐπὶ τὸ ἀρχαῖον ἐπανῆλθεν ἀξίωμα.

A δόξης ἀνάκτορον· χαίροις, ἱερότευκτον τοῦ βασιλέως παλάτιον· χαῖρε, νυμφὼν, ἐν ᾧ Χριστὸς ἐνυμφεύσατο τὴν ἀνθρωπότητα· χαίροις, ἐκλεγομένη Θεῷ πρὸ γεννήσεων· χαίροις, τὸ θεῖον πρὸς ἀνθρώπους διαλλακτήριον· χαίροις, θησαυρὲ τῆς ἀκηράτου ζωῆς· χαίροις, οὐρανὲ, τοῦ Ἡλίου τῆς δόξης ὑπερουράνιον οἴκημα· χαίροις, Θεοῦ τοῦ μηδαμοῦ χωρητοῦ, ἐν σοὶ δὲ μόνῃ χωρητοῦ, χωρίον εὐρύχωρον· χαίροις, γῆ ἁγία παρθενική, ἐξ ἧς ὁ νέος Ἀδὰμ ἀῤῥήτῳ θεοπλαστίᾳ ἐχρημάτισε, ἵνα τὸν παλαιὸν ἀνασώσηται· χαίροις ζύμη ἁγία θεοτελής, ἐξ ἧς ὅλον τοῦ ἀνθρωπίνου γένους ἀνεζυμώθη τὸ φύραμα, καὶ ἐξ ἑνὸς σώματος Χριστοῦ ἀρτοποιηθὲν, εἰς ἓν συνῆλθε τὸ παράδοξον σύγκριμα. « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ. » Ὁ εἰπών· « Γενηθήτω φῶς· Γενηθήτω στερέωμα, » καὶ τὰ καθεξῆς ἅπαντα τῆς αὐτοῦ δημιουργικῆς μεγαλειότητος ἔργα. Χαίροις, τῆς ἀκαταλήπτου χαρᾶς γεννήτρια· χαίροις ἡ νέα τῆς δόξης κιβωτὸς, ἐν ᾗ ἀναπέπαυται τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ καταπτάν. Κιβωτὸς, ἐν ᾗ τὸ ἁγίασμα τῆς καινοπρεποῦς δόξης, ὁ κατὰ φύσιν ἅγιος, ἐν τῷ παρθενικῷ τῆς φύσεως ἐργαστηρίῳ, τῷ τῆς ἐνσαρκώσεως λόγῳ παραδόξως ἑαυτῷ συνέπηξεν· οὐχ ὅπερ ἦν μεταβαλών· ἄτρεπτος γάρ· ἀλλ' ὃ οὐκ ἦν προσλαβών· φιλάνθρωπος γάρ. Χαῖρε, στάμνος χρυσῆ, τὸν τὸ μάννα γλυκάναντα φέρουσα, καὶ μέλι ἐκ πέτρας Ἰσραὴλ τῷ ἀγνώμονι σχεδιάσαντα. Χαίροις, ἡ Σεραφικὴ τοῦ μυστικοῦ ἄνθρακος λαβίς· χαίροις τὸ νοερὸν τῆς διορατικῆς προγνώσεως κάτοπτρον, δι' οὗ τὴν περὶ ἡμᾶς ἀπειροδύναμον τοῦ Θεοῦ συγκατάβασιν, οἱ κλεινοὶ τοῦ Πνεύματος ὑποφῆται μυστικῶς, ἐφαντάσθησαν. Χαίροις, διόπτρα προβλεπτική, δι' ἧς τὸν ἐρχόμενον ἄνωθεν μετὰ δόξης ἀνίσχοντα Ἥλιον τῆς δικαιοσύνης, οἱ τῷ ἀμειδεῖ σκιαζόμενοι τῆς ἁμαρτίας σκότει δεξάμενοι, κατακράτως περιελάμφθησαν. Χαῖρε, τὸ πάντων προφητῶν καὶ πατριαρχῶν ἐγκαλλώπισμα, καὶ τῶν ἐξιχνιάστων [19] τοῦ Θεοῦ προγνώσεων ἀψευδέστατον κήρυγμα.

B

C

VARIÆ LECTIONES.

[19] Lege ἀνεξιχ.

COMBEFISII NOTÆ.

(57) *Molitionis sacræ Regis palatium.* Ἱερότευκτον. Velut quod in usum sacrum, et Regis illius, qui sacer sit, et Princeps sacrorum, ac Pontifex noster, Rex et Sacerdos, qualis Melchisedech typo præivit, designatus sit. *Consecratum* Hopperi minus exprimit.

(58) *Antequam aliqua nascerentur.* Πρὸ γεννήσεων. Velut prima a Filio prædestinata : si vera scriptio est, nec sit potius πρὸ γεννήτεως, quomodo reddit Hopperus, velut alludat ad Jerem., Pauli, etc., electionem ex utero.

(59) *Novæ gloriæ sanctificationem sibi ipse compegit.* Τὸ ἁγίασμα τῆς καινοπρεποῦς δόξης ἑαυτῷ συνέπηξε. Sic palam legendum ac reddendum, moto puncto, quod Hopperum in absona impulit. Ἁγίασμα illud, est humana natura, quam sibi ipse Dei Filius, virginali illa naturæ officina, ac Virginis utero, velut tabernaculum compegit ac coagmentavit. Vix usquam luculentius in Mariam oratum sit. Alludit ad Psal. CXXXI, 9 : *Tu et arca* τοῦ ἁγιάσματός σου, *sanctificationis tuæ.*

(60) *Carbonis mystici.* Luculentissime Methodius Orat. de occur. in visionem hanc et carbonem. Hieronymus : *Calculus iste qui a solis* LXX, ἄνθραξ, id est *carbunculus, est interpretatus, potest non carbonem significare, vel prunam, ut plerique existimant, sed carbunculum lapidem*, etc.

(61) *Infinitæ virtutis demissionem.* Ἀπειροδύναμον συγκατάβασιν. Pulchra antithesis, ut in ejusmodi demissione, et eo quod se Deus fecit infirmum et mortalem, infinita ejus virtus et potentia maxime eluxerit. Sic egregie Amphilochius noster Orat. in Christi Natalem : Τίς ἡ παντοδύναμος καὶ φθαρτοποιὸς τῆς θείας Προνοίας εὐμένεια, *Omnipotens et faciens mortalem.* Hopperus *incredibilem descensionem.* Plane ipse incredibilis, vixque ullius usquam, in sua hac versione, fidei.

(62) *Impervestigabilium Dei præscientiarum ac decretorum*, etc. Hoc enim προγνώσεις illæ volunt : quibus Deus præsciendo decernit : nam et Augustino *prædestinatio est præscientia et præparatio beneficiorum Dei*, etc. Est illa scientia in quam Paulus : *O altitudo divitiarum !* etc. Plane vero mirabiles ac impervestigabiles viæ illæ Domini, in

Digitized by Google

« Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου. » Καὶ εἰκότως εὐλογημένη. Εὐλόγησε γάρ σε ὁ Θεὸς τὸ αὐτοῦ σκήνωμα, ὅτε τὸν ὑπερπλήρη τῆς πατρικῆς δόξης ἄνθρωπον Χριστὸν Ἰησοῦν, τὸν αὐτὸν καὶ Θεὸν, ἐν τελειότητι τῶν ἐξ ὧν καὶ ἐν οἷς συνέστηκε φύσεων, ἀπεριλήπτως ἐκυοφόρησας. « Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶν, » ἡ τὸν οὐράνιον Θησαυρὸν, « ἐν ᾧ πάντες εἰσὶν οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι, » ἐν τῷ ἀσύλῳ τῆς παρθενίας σου ταμιείῳ, ἀστενοχωρήτως χωρήσασα. Σὺ ἀληθῶς εὐλογημένη, « ἧς ἡ κοιλία θημονία ἅλωνος· » ὅτι καρπὸν εὐλογίας, τὸν στάχυν τῆς ἀφθαρσίας Χριστὸν, ἀσπερμάντως, ἀγεωργήτως ἐτελεσφόρησας, πολύχουν ἄμητον, μυριοπλάσιον, χιλιάδας εὐθυνουμένων τῷ γεωργῷ τῆς ἡμῶν σωτηρίας προσάξασα. Σὺ ἀληθῶς εὐλογημένη, ἡ μόνη πασῶν μητέρων προετοιμασθεῖσα μήτηρ τοῦ Κτίστου σου, καὶ τὰ μητέρων λαθοῦσα. Ὅτι μὴ τῆς παρθενίας τῆς σῆς τὸ ἐξαίρετον μητρῴαις ὠδῖσι διέφθορε, τοῦ παρθενικοῦ σου βλαστοῦ τὰ τῆς ἁγνείας σου σῶα συντηρήσαντος σήμαντρα. Σὺ ὄντως εὐλογημένη, ἡ μόνη ἀνάνδρως κυοφορήσασα τὸν τοὺς οὐρανοὺς ἐκτανύσαντα, καὶ τὴν γῆν τῆς παρθενίας σου ξενοπρεπῶς οὐρανώσαντα. « Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶν, » ἡ μόνη τὴν εὐλογίαν κληρωσαμένη, ἣν εἰς τὰ ἔθνη διὰ τοῦ Ἀβραὰμ ὁ Θεὸς ἐπηγγείλατο. Σὺ ἀληθῶς εὐλογημένη, ὡς μόνη τοῦ εὐλογητοῦ παιδὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν χρηματίσασα μήτηρ· δι' ἧς κράζει τὰ ἔθνη· « Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου. » Καί· « Εὐλογητὸν τὸ ὄνομα τῆς δόξης αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ πληρωθήσεται τῆς δόξης αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ· γένοιτο, γένοιτο. »

« Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶν, » ἣν « μακαρίζουσι γενεαὶ, » ἣν δοξάζουσι βασιλεῖς· ἣν προσκυνοῦσι δυνάσται· « ἧς πρόσωπον λιτανεύουσιν [οἱ πλούσιοι] τοῦ λαοῦ· καὶ παρθένοι ὀπίσω αὐτῆς » ἑπόμεναί τε καὶ προεξέρχουσαι [20], « εἰς ναὸν βασιλέως » συνελαύνουσιν. « Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶν· » ἣν Ἡσαΐας ἰδὼν προφητικοῖς ὄμμασι, « Προφῆτιδα καὶ Παρθένον » ὠνόμασε, *πλίνθον* τε αὖ, καὶ « τόπον [21], καὶ

« Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui [a]. » Ac vere quidem benedicta. Nam benedixit te Deus suum tabernaculum, quando paterna gloria eximie plenum, hominem Christum Jesum eumdemque Deum, ex quibus ac in quibus perfectus constat naturis, incomprehensa ratione utero gestasti. « Benedicta tu inter mulieres, » quæ cœlestem thesaurum, « in quo sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi, » in tuæ virginitatis inviolato velut promptuario libere complexa es. Vere tu benedicta, cujus « venter acervus areæ [b], » quoniam fructum benedictionis Christum immortalitatis spicam, sine semine ac nullo hominum excolente, messe copiosa et innumerabili ac multis lætantium millibus humanæ salutis colono adductis, absolutum fructum produxisti. Tu vere benedicta, quæ sola matrum Creatori tuo mater præparata, quæ sunt matrum nescivisti. Haud enim eximia illa tua virginitas materno partu violata est, virginali germine tuo integra conservante tuæ castitatis signacula. Revera benedicta tu, quæ sola sine viro eum utero concepisti, qui expandit cœlos, ac mirabili ratione tuæ virginitatis terram cœlum fecit. « Benedicta tu in mulieribus, » quæ sola benedictionem velut hæreditate es consecuta, quam Deus per Abraham gentibus promiserat. Vere tu benedicta, ut quæ sola benedicti pueri Jesu Christi ac Salvatoris nostri fueris mater; per quam gentes clamant: « Benedictus qui venit in nomine Domini; » et: « Benedictum nomen gloriæ ejus in æternum: et replebitur gloria ejus omnis terra: fiat, fiat. »

« Benedicta tu in mulieribus: » quam « generationes beatam » dicunt, quam reges glorificant, quam adorant principes: « cujus vultum divites plebis deprecantur: virginesque post eam (63), » qua sequentes, qua præeuntes, « in templum regis » una contendunt. « Benedicta tu in mulieribus, » quam Isaias videns propheticis oculis, « Prophetissam et Virginem » appellavit; « laterem » (64).

[a] Luc. I, 42. [b] Cant. VII, 2.

VARIÆ LECTIONES.

[20] Lege ἐρχόμεναι. [21] Lege κῆπον. Comb.

COMBEFISII NOTÆ.

sacramento maxime incarnationis, a cujus decreto et præscientia, omnium aliorum salutis præscientia et decretum pendet, ut Maria Jesu incarnati Mater, verissima prædicatio sit totius nostræ, ac consequentis ad illam Jesu prædestinationem, prædestinationis ac gratuitæ providentiæ: sic ubique Andreas noster grandis est.

(63) *Virginesque post eam*, etc. Verba sunt psal. XLIV, velut paraphrasi exposita. Post eam ergo, velut reginæ comites, eique honoris causa in templum Regis contendenti itineris sociæ, quarum aliæ præeant, aliæ sequantur, ut fit magnatum satellitio.

(64) *Laterem*. Πλίνθον. Videtur respicere illud Isa. 16, קִיר־חֶרֶשׂ: *Murum cocti lateris;* quam urbem Moabitarum munitissimam communiter exponunt, et nomen proprium, quod interpres exposuerit, velut esset commune, exponatque Andreas noster, et in Mariam allegorice transferat, vere illam munitissimam nobis civitatem et perfugium ultimum, ut non raro, *Muri tantum fictiles remaneant* (IV *Reg.* III, 25), *Kircharese h.* Maria, in quam, cujus nusquam non valeat ad patrocinium, etiam aliis velut amittentibus fiduciam, materna prærogativa; quod et devotissimus Germanus, Orat. in Assumpt. Mariæ, optime perpendit.

Digitized by Google

item, « et hortum (65), visionemque (66), et libri capitulum (67), » idque « sigillo consignatum » perspicue vocavit. Vere benedicta tu, quam Ezechiel *Orientem* (68) prænuntiavit, « et portam clausam, per quam Deus solus transeat, et quæ iterum clausa maneat. » Sola tu vere benedicta : quam « montem magnum vir desideriorum » Daniel vidit, Habacucque ille admirabilis « montem umbrosum : » quam præterea avus tuus David, « Montem Dei, montem pinguem, montem coagulatum, montem in quo beneplacitum sit Deo habitare in eo, » prophetice decantavit. « Benedicta tu in mulieribus : » quam Zacharias in divinis perspicacissimus vidit « aureum candelabrum, lucernis septem (69), et septem infusoriis » splendidum, nempe septem divini Spiritus charismatibus undique collustratum. Vere tu benedicta, vitalis ligni salutis paradisi spiritalis, quæ ipsum Edenis satorem Christum in te velut figuratum expressumque (70) intus habeas ; Christum, inquam, qui ineffabili virtute, instar fluminis, ex fecunda vulva tua egressus, quatuor velut initiis orbis terræ faciem fluentis Evangelii irriget. « Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. » Fructus, inquam, de quo comedens Adam protoplastus (71), veterem illam sorbitionem qua deceptionis escam admisisset, evomuit. Fructus, unde amari gustus ligni illius dulcoratio depurgandæ humanæ naturæ ceu fonte manat. Fructus, inquam, qui fontes in flumina stagnantes erranti Israel in deserto eduxit, aquasque Mara dulces reddidit, ac panes, novum alimenti genus, nec terra aratro scissa paratum pluit. Benedictus fructus ille, qui steriles et amaras aquas per Elisæum potabiles et fecundas salis inspersione effecit. Benedictus fructus, qui ex incorru-

A ὅρασιν, καὶ κεφαλίδα βιβλίου, » κἀι ταύτην « ἐσφραγισμένην » ἀναφανδὸν ἐκάλει. Εὐλογημένη σὺ ἀληθῶς, ἣν Ἰεζεκιὴλ ..... *ἀνατολὴν* προηγόρευσε, « πύλην τε συγκεκλεισμένην, ὑπὸ μόνου δὲ διοδευομένην Θεοῦ, καὶ πάλιν συγκεκλεισμένην. » Σὺ μόνη ἀληθῶς, εὐλογημένη · ἣν « ὄρος ἐώρα μέγα » Δανιὴλ, ὁ τῶν ἐπιθυμιῶν ἀνήρ · καὶ « ὄρος κατάσκιον » Ἀμβακοὺμ ὁ θαυμάσιος · « ὄρος τε Θεοῦ, καὶ ὄρος πῖον, ὄρος τετυρωμένον, ὄρος ὃ εὐδόκησεν ὁ Θεὸς κατοικεῖν ἐν αὐτῷ, » ὁ προφάτωρ σου καὶ βασιλεὺς προφητικῶς ἐμελῴδησεν. « Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν · » ἣν Ζαχαρίας ὁ θεοπτικώτατος, « λυχνίαν χρυσῆν » ἐώρα [« ἑπτὰ λύχνοις, καὶ], ἑπτὰ ἐπαρυστρίσι » κατακαλλυνομένην, εἴτ' οὖν τοῖς ἑπτὰ τοῦ θείου Πνεύματος περιλαμπομένην χαρίσμασι. Σὺ ἀληθῶς εὐλο-

B γημένη, ὁ νοητὸς τοῦ ζωηροῦ ξύλου τῆς σωτηρίας παράδεισος, ἡ αὐτὸν τῆς Ἐδὲμ τὸν φυτουργὸν ἔνδον ἔχουσα Χριστὸν, τυπικῶς ἐν σοὶ θεωρούμενον · ὃς ἀῤῥήτῳ δυνάμει ποταμοῦ δίκην, τοῦ [12] ζωτόκου σου μήτρας ἐκπορευόμενος, τέταρσιν ἀρχαῖς διὰ τοῦ Εὐαγγελίου τῆς οἰκουμένης καταρδεύει τὸ πρόσωπον · « Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου. » Καρπὸς, ἐξ οὗ φαγὼν Ἀδὰμ ὁ πρωτόπλαστος, ἔμεσε τὴν ἀρχαίαν κατάποσιν, δι' ἧς τὸ τῆς ἀπάτης εἰσεδέξατο δέλεαρ. Καρπὸς, ἐξ οὗ πηγάζει γλυκασμὸς τῆς πικρᾶς τοῦ ξύλου γεύσεως, ἀποκαθαίρων τὴν ἀνθρωπότητα. Ὁ πηγὰς ποταμηφόρους ἐν ἐρήμῳ λιμνάσας τῷ Ἰσραὴλ ἀλητεύοντι, καὶ τὴν Μερρὰν γλυκάνας, καὶ ἄρτον ἐπομβρήσας,

C ξένην τροφὴν καὶ ἀνήροτον. Εὐλογημένος ὁ καρπὸς, ὁ τὰ ἀτεκνοῦντα ὕδατα καὶ πικρὰ, δι' Ἐλισσαίου πότιμα δείξας καὶ γόνιμα τῇ προσχύσει τοῦ ἁλός. Εὐλογημένος ὁ καρπὸς, ὁ ἐξ ἀκηράτου βλαστοῦ τῆς παρθενικῆς νηδύος, οἷα πέπειρος ὑπερφυῶς περκάσας ἐξεκύπρισε βότρυς. Εὐλογημένος ὁ καρπὸς, ἐξ οὗ πηγαὶ βρύουσιν » ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν

VARIÆ LECTIONES.

[12] Scribe τῆς.

COMBEFISII NOTÆ.

(65) *Et hortum.* Καὶ κῆπον. Sic plane legendum constat; quid enim singulare, ut Maria dicatur τόπος, *locus?* Fuerit ergo ὁ κῆπος μεθύων. *Hortus ebrius et bene irriguus* (*Isa.* LVI, 11), inundante in ipsam plenitudine gratiarum, ut ex ipsa plena, in omnes nos redundet. Est ille, *hortus conclusus* (*Cant.* IV), quod, τὸ κῆπος maxime habet. Sic enim etiam ibi, κῆπος κεκλεισμένος ἡ ἀδελφή μου. *Petit jardin à fleurs;* quem et clausum, et ebrium, affatimque irriguum oporteat, ac peculiarius delicatioribus plantis cultum.

(66) *Visionemque.* Καὶ ὅρασιν. Sic Vulg. Isa. XXIX, 11 : *Et erit vobis visio omnium, sicut verba libri signati*, etc., quo palam auctor respicit; quanquam LXX ibi modo habeant : Καὶ ἔσται ὑμῖν τὰ ῥήματα πάντα ταῦτα, ὡς οἱ λόγοι τοῦ βιβλίου τοῦ ἐσφραγισμένου. *Et erunt vobis omnia verba hæc*, etc., ῥήματα, ἀντὶ τοῦ, ὁράματα.

(67) *Et libri capitulum.* Κεφαλίδα βιβλιού. Isa. VIII, 1, ubi Vulg., *librum grandem;* LXX, modo, τόμον καινοῦ μεγάλου, *tomum novi magni*, ceu *designationis magnæ* : Euseb.: Ἡ τεῦχος, ἢ διφθέρωμα, ἢ κεφαλίδα, *vel volumen, vel pellem, vel capitulum.*

(68) *Orientem.* Liquet satis esse lacunam, quales creberrimæ sunt ubi Scripturæ vel Patrum aliorum verba citantur; illud enim, πύλην τε, indicat præcessisse eamdem vocem, ut fuerit *vel* πύλην ἀνατολικὴν, vel πύλην βλέπουσαν πρὸς ἀνατολὰς, quomodo habent Ezechielis verba; nam alioqui difficile inveniatur Maria, vel ab Ezechiele, vel ab alio propheta, dicta ἀνατολὴ, quod dicitur a Zacharia ejus Filius.

(69) *Lucernis septem.* Ἑπτὰ λύχνοις. Fuit et hoc asciscendum ex LXX; non enim ἐπαρυστρίδες sufficiunt ad figuram, a quibus non est splendor candelabri, nisi remote tantum; sive intelligantur infusoria, ut hic exponuntur, sive emunctoria, ut Exod. XXV. Suid. ἐπαρυστρίδες, ἀντλητίδες, velut haustra : Hesych. ἐλαιοχύται, ἀντλητῆρες.

(70) *In te velut figuratum expressumque.* Τυπικῶς ἐν σοὶ θεωρούμενον. Eodem modo Orat. in Mariæ Natalem. *Prætextum*, ait in Maria, *ephod* illud sacerdotale, τυπικῶς, *Levitico semini* : velut in figura et expressa quadam imagine, quam Maria gereret : sic ibi exponimus, n. 11, libensque acceperim si quis aliquid melius inveniat.

(71) *De quo comedens Adam protoplastus.* Ita expressum habemus Sap. X, ut sit fide certa ejus pœnitentia et reconciliatio, nec minima sanctitas, siquidem eductus a delicto suo, vim accepit, Sapientia donante, continendi omnia.

Digitized by Google

αἰώνιον. » Καρπὸς, ἐξ οὗ ζωηρὸς ἄρτος, τὸ Κυριακὸν ἀναφέρεται σῶμα · καὶ ἀθανασίας κρατὴρ, σωτήριον ἀναδείκνυται πόμα. Εὐλογημένος ὁ καρπὸς, ὃν ἁγιάζει πᾶσα γλῶσσα « ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, » τῷ τριπλασιασμῷ τῆς ἐν Τριάδι ἁγιαστικῆς θεότητος, ἐν τῷ ταὐτῷ τῆς οὐσίας αὐτὸν συνεισφέρουσα, τῇ δὲ τῶν ἐναρχικῶν ὑποστάσεων ἰδιότητι προσωπικῶς ἀφορίζουσα. « Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου. »

pto virginalis uteri germine, ceu jam maturus, eximie nigricans (72) botrus efflоruit. Benedictus, ex quo scaturiunt fontes « aquæ salientis in vitam æternam. » Fructus ex quo vitalis ille panis, corpus, inquam, Dominicum producitur, immortalitatisque calix, salutaris potio exhibetur. Benedictus fructus, quem sanctum omnis lingua celebrat « cœlestium, terrestrium et infernorum, » trina unitate sanctificantis in Trinitate Deitatis (73) una ei tribuendo identitatem essentiæ, hypostaseon autem uno imperio dominantium proprietate, personaliter distinguendo : « Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. »

« Ἡ δὲ, φησὶν, ἐπὶ τῷ λόγῳ διεταράχθη, καὶ διελογίζετο ἐν ἑαυτῇ λέγουσα, ποταπὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος. » Διεταράχθη, φησὶν, οὐκ ἀπιστίᾳ τινὶ βληθεῖσα τὸν νοῦν· ἄπαγε· εὐλαβείᾳ δὲ μᾶλλον τῇ πρὸς τὸ ξένον τοῦ ἐπιφθέγματος· δόξασα δῆθεν κληδονισμὸν τὸ φαινόμενον· οὐδ' ὅπερ πρότερον Ζαχαρίας ἐν τοῖς ἀδύτοις ἀπιστήσας, ὑπέστη· δι' ἣν ἐκ τῶν γεννητικῶν ἐπὶ τὰ φωνητικὰ ὄργανα ἐπιτιμίαν ἐδέξατο, καὶ ἀφωνίᾳ τὴν ἀτεκνίαν ἠλλάξατο. Ἀλλ' οἷα παντὸς καθαρεύουσα μώμου, καὶ τῆς οἱασοῦν πρὸς ἄνδρα ἐπιμιξίας, εἴτουν συνηθείας ἐλευθεριάζουσα, καὶ τῇ τῶν οὐρανίων ἀκλινεῖ θεωρίᾳ τὸν νοῦν ἐθίσασα προσηλοῦν, τὸν ἐκ τοῦ ἀσπασμοῦ γενόμενον αὐτῇ κατὰ ψυχὴν εἰσεδέξατο τάραχον. Καὶ γὰρ ἦν, αὐτὴν, ὡς τὸ εἰκὸς ἀπαρρήσιαστον οὖσαν, ἐνδοιάσαι μὲν παραχρῆμα, λογισμῷ δὲ πρότερον βεβηκότι τὸ λεχθὲν ἀνακρίνασαν, μὴ πρὸς τὸ τυχὸν ὡς ἄν τις φαίη, μηδ' ἀπερισκέπτως τὴν ἀκοὴν ὑποσχεῖν τῷ λαλοῦντι. Ὅθεν σοφῶς ἄγαν ὁ εὐαγγελιστὴς ἐπεση-

« Illa autem, inquit, turbata est in sermone, et cogitabat qualis tandem esset illa salutatio [e]. » Turbata est, inquit : non incredulitate aliqua animum feriente atque pulsante, absit ; sed cautione magis ob novitatem acclamationis (74), tanquam visio malum utique videretur omen : ac neque ei quod Zachariæ accideret, ubi prius in templi penetralibus incredulus fuisset, cum pœna a genitalibus translata organis ad vocalia, elingui silentio sterilitatem pristinam commutavit. Imo velut omni culpa vacans, atque ab omni viri congressione consuetudine libera, ac cœlestium rerum immotæ contemplationi solita defigere animum, incussam a salutatione turbationem ejusmodi mentis suscepit. Par enim erat, decebatque ut velut meticulosior ac quasi responsionis inops confestim quidem dubia hæreret ; tumque accedente prius ratione, sermonem discernens ac judicans, non temere, ut sic dicam, leviusque ac inconsideratius aures

[e] Luc. I, 29.

COMBEFISII NOTÆ.

(72) *Ceu jam maturus eximie nigricans.* Οἷα πέπειρος ὑπερφυῶς περκάσας. Fuit is nostri illius botri, plane desiderabilis, color maturus, ac ceu maturitatis index, et impensioris charitatis, qua suos dilexit in finem, quando rubricatus totus, velut e palo, e cruce pependit, ac inde mustum illud, quo inebriati, et quo pleni discipuli, sensibili Spiritus vehementia velut disruptis lagunculis, sapientissime desipuerunt ; ebrii quidem, sed *non ut vos existimatis ;* musto illo jejuni Judæi : quando, inquam, fuit totius Jesu mei color, sanguinis concreti nigricans aspectu ; ut alia occasione Plin. l. IX, c. 38, ac Jesu, qui sponsus sanguinis, et tincto ephod illo suo in sanguine, non alienæ uvæ, sed proprio, candidus et rubicundus, eoque præ millibus, sponsæ dilectus esset.

(73) *Trina unitate sanctificantis in Trinitate deitatis*, etc. Τῷ τριπλασιασμῷ τῆς ἐν Τριάδι ἁγιαστικῆς θεότητος. Quod Method. Orat. de occursu dixit, Τριπλασιασμὸν τῆς ἁγιότητος. *Trinam sanctitatem : τριπλασιασμῷ τῆς ᾠδῆς εἰσαχθέντα· quam triplex illud canticum angelicum docet : Gloria in altissimis Deo, et in terra pax ; in hominibus bona voluntas.* Ubi etiam quædam est allusio ad canticum Seraphicum, quo expressus est τριπλασιασμὸς ille ἁγιότητος, ut ibi exponimus, videturque Andreas noster cum locum Methodii imitatus. Porro, ut nec ibi probavimus Pantinum interpretem ; ita nec hic possumus probare Hopperum : *In triplicitate sacrosanctæ quæ in Trinitate est, deitatis*, etc. Male certe audit, triplicitas Latinis auribus in divinis, τὸ, ἐναρχικῶν, restituimus ἐναρχικῶν. Quod optime personis et proprietatibus adjungitur, ut in eis unitas dominationis et imperii prædicetur, quemadmodum in essentia et deitate prædicatur Τριπλασιασμὸς, et Trinitas ; qua de re egregie Amphilochius in Excerpto quod ex cardinalis Rupifucal. Damasceno edidimus. Interpres, nescio quid sunm substituit, omnino inconsonum, ut severiori abstineam nota, nec hæreticum dicam, ac ne minimum, altum Andreæ sensum exprimit.

(74) *Sed cautione magis ob novitatem acclamationis.* Εὐλαβείᾳ τῇ πρὸς τὸ ξένον τοῦ ἐπιφθέγματος. Ut statim timuerit, timoratissima Virgo, ne quid tam magnifica acclamatione insidiarum esset serpentis antiqui, ac ejus qui simili olim congressione imposuisset primæ mulieri, ut statim auctor prosequitur, id ipsum merito laudi tribuens prudenti ac eruditæ Virgini : ut vere, in eo maxime sexu, non vacat laude, circumspecta cautio, cui leviori ad fidem, ità facile imponi soleat. Quam ergo peccavit Zacharias tardiore fide, ac humana objiciendo ubi de suscipienda prole divinitus cognovisset, tam mervit Maria, non nisi satis proposita sacramenti ut a Deo, veritate, fidem accommodando, sed interim dum cogitaret, ac rem mature disquireret, ascensum cohibendo. Perperam ergo interpres τὸ, δῆθεν κληδονισμὸν τὸ φαινόμενον. *Magni prodi dubio faciens vaticinium hoc*, etc. Potius, *existimans malum omen, ac præstigias subverita :* velut eumentiente angelo Satanæ angelum lucis, ut sæpe solet : qua de re egregie noster Vincent. nobili illo suo opusc. *De vita spirit.* Suid. κληδονισμοὶ, αἱ διὰ τῶν λόγων παρατηρήσεις, quibus etiamnum Græci non parum student.

Digitized by Google

loquenti accommodaret. Quamobrem sapienter admodum adnotavit Evangelista, dicens : « Illa autem cogitabat ; » pro mundæ mentis velut tribunali probans ac examinans quod cogitaret, ut ne quod diceretur sibi temere arriperet. « Qualis, inquiens, esset ista salutatio. » Nam fit vero simile, cum esset ingenua, ac Davidis filia, haud fuisse ignaram eorum quæ Scripturis sacris enarrata habentur : ut cogitationes suas statim converterit ad primæ parentis lapsum, secum animo volvens deceptionis casum, ac reliqua hujus generis veterum historiarum monumentis prodita. Non immerito igitur evangelista cogitabundam scripsit : sed eo posuit, ut et sagacitatem quantam haberet, et stabilem ac firmam scientiam nihilque velut vagam et errantem, ostenderet. Nondum enim honesti judicio ad rationis et judicii metam probato, haud conveniebat ceu ratam salutationem habere.

A μήνατο, εἰπών· « Ἡ δὲ διελογίζετο· » τῷ κριτηρίῳ τῆς καθαρᾶς ὡσανεὶ διανοίας τὸ λογισθὲν βασανίζουσα, τῷ μὴ ἀκρίτως τὸ ῥηθὲν παραδέξασθαι. « Ποταπὸς λέγουσα εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος. » Εἰκὸς γὰρ αὐτὴν εὐγενῆ τε οὖσαν καὶ θυγατέρα Δαβὶδ, μηδὲ τῶν ἐν Γραφαῖς ἀμοιρεῖν ἐνθείων διηγημάτων ὡς παραπέμψαι τὸν νοῦν αὐτίκα πρὸς τὸ τῆς προμήτερος πτῶμα, τὸ ἐκ τῆς ἀπάτης ἐνθυμηθεῖσαν ὀλίσθημα, καὶ ὅσα τοιουτότροπα τοῖς παλαιοῖς προϊστόρηται. Οὐκ ἀπεικὸς οὖν αὐτὴν διαλογιζομένην ὁ εὐαγγελιστὴς συνεγράψατο· ἀλλ' ἵνα καὶ τὸ ἀγχίνουν ὅσον προσῇ αὐτῇ παραδείξῃ, καὶ τὸ τῆς γνώσεως ἀῤῥεπές τε καὶ πάγιον τέθεικεν, ὡσανεὶ καὶ τὸ ἀῤῥέμβαστον. Τῆς γὰρ τοῦ καλοῦ κρίσεως μήπω δοκιμασθείσης τῇ παρεξετάσει τῆς τοῦ λογισμοῦ B διασκέψεως, οὐ δεῖ συγκαταθέσθαι τὴν πρόσρησιν.

Cæterum quia eam animi turbationem supprimere studebat, minime quidem locuta est ; sed solo habitu modicum aliquantulum subdubitabunda, quo esset animi statu ostendebat, morum compositione vocis loco suffecta · « Qualis esset ista salutatio : » velut diceret : Num sola ego inter mulieres novum naturæ modum inducam ? Mene solam possibile est fructum utero gestare, nulli viro congressam ? « Qualis esset ista salutatio. » Quis ille aut unde ingressus, qui id mihi nuntii attulit ? Num hominem putabo eum qui loquitur ? Verum apparet tanquam vacans corpore. Angelum censebo ? Verum loquitur instar hominis. Quid sit quod videam ignoro, et ad auditum sermonem hæsito. Quid ergo Gabriel ? Cum primum puellam turbatam sensisset, ad nihil aliud respiciens animo, statim emittit vocem, et ait : « Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam apud Deum [d]. » Prius timorem repressit, tumque ad fiduciam excitavit : « Ne timeas, inquiens, invenisti enim gratiam apud Deum ; » nimirum gratiam quam Eva amiserat. Dicendo *gratiam*, solvit quicquid sententia videbatur habere ambiguum, quodque hactenus visum erat insidiosum. Adjectione illa : « Invenisti gratiam apud Deum, » omnem virgini metum diserte excussit. « Ne timeas, Maria. » Non sunt fraudulenti mores, non veni fallendi animo, non jam serpens sibilans loquitur, non tibi terrenus nuntius adsum. De altissimis veni, lætum tibi apportans nuntium ; nec quovis modo lætum nuntium, sed plenum gaudii lætum nuntium. « Ne timeas, Maria. » Non irrisionis hæc salutatio est, non tristitiæ annuntiatio.

Πλὴν ὅτι τῆς ψυχῆς τὸν τάραχον κατασταλῆναι οὐδαμῶς ἠνέσχετο, λόγον μὲν οὐ προήκατο· μόνῳ δὲ τῷ σχήματι μικρὸν ὅσον ὑπενδοιάσασα, διεδείκνυ τῆς ψυχῆς τὴν κατάστασιν, τὸ τοῦ ἤθους εὐσταθὲς, ἀντὶ φωνῆς ὑποστήσασα. « Ποταπὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος » λέγουσα· Μὴ μόνη γυναικῶν ἐγὼ καινοτομήσω τὴν φύσιν ; Μὴ μόνον ἐμὲ δυνατὸν κυοφορῆσαι καρπὸν μὴ συνελθοῦσαν ἀνδρί ; « Ποταπὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος. » Τίς ὁ τὴν ἐπαγγελίαν, καὶ πόθεν εἰσελθὼν εἰσκεκόμικε ταύτην ; Ἄνθρωπον λογίσομαι τὸν φθεγγόμενον ; Ἀλλ' ὡς ἀσώματος φαίνεται. Ἄγγελον αὐτὸν νομίσω ; ἀλλ' ὡς ἄνθρωπος φθέγγεται. Τί τὸ ὁρώμενον ἀγνοῶ, καὶ πρὸς τὸ λαλούμενον ἀπορῶ. Τί οὖν ὁ Γαβριήλ ; Ὡς μόνον ἤσθετο τῆς κόρης τὸν C τάραχον, πρὸς μηδὲν ὅλως διανοηθεὶς, αὐτίκα φωνὴν ἐπαφίησι, καί φησι· « Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ. » Πρότερον αὐτῆς τὸν φόβον διέστειλεν, εἶθ' οὕτως πρὸς τὸ θαῤῥεῖν διανέστησε· « Μὴ φοβοῦ, λέγων, εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ, » ἣν ἀπώλεσεν Εὔα. Χάριν εἰπὼν, ἔλυσε τὸ τῆς γνώμης ἀμφίβολον, καὶ τὸ δόξαν εἶναι τέως ἀμφίβολον [13]. Διὰ τῆς ἐπαγωγῆς τοῦ, « Εὗρες χάριν παρὰ τῷ Θεῷ, » πιθανῶς ἐξεκρούσατο τῆς Παρθένου τὸν φόβον. « Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ. » Οὐκ ἀπατηλὸς ὁ τρόπος· οὐ πλανῆσαί σε ἦκω· οὐ πάλιν συρίζων ὄφις λαλεῖ, οὐκ ἀπὸ γῆς φωνῶ σοι. Ἐκ τῶν ὑψίστων ἦλθόν σοι κομίζων τὸ εὐαγγέλιον· καὶ οὐχ ἁπλῶς εὐαγγέλιον, ἀλλὰ χαρᾶς εὐαγγέλιον. « Μὴ φοβοῦ, Μα- D ριάμ. » Οὐ χλεύης ὁ ἀσπασμὸς, οὐ λύπης τὸ μήνυμα.

« Dominus tecum e : » qui totius gaudii largitor est, et mundi totius Salvator. Tecum est, qui a sinu paterno non fuit separatus, et in tuo utero fuit conceptus. Gratiosam te appellavi, ut exhiberi

*Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ· » ὁ τῆς χαρᾶς ἁπάσης δοτὴρ, καὶ παντὸς τοῦ κόσμου Σωτὴρ. Μετὰ σοῦ, ὁ τῶν πατρικῶν κόλπων μὴ χωρισθείς, ἐν δὲ τῇ μήτρᾳ τῇ σῇ συλληφθείς. Κεχαριτωμένην σε εἶπον, ἵνα τὴν

[d] Luc. I, 30. [e] Ibid. 28.

VARIÆ LECTIONES.

[13] Forte ἐπίβουλον.

Digitized by Google

χαρὰν τοῦ ἐν σοὶ μυστηρίου μηνύσω. Κεχαριτωμένην σε εἶπον, ὡς αὐτὴν ὅλην τὴν χαρὰν δεξαμένην ἐν μήτρᾳ σου, καὶ στολὴν ὄντως χαριτωθεῖσαν τῇ τῶν θείων χαρισμάτων λαμπρότητι. « Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ, » προσεφώνησα, ἵνα τὴν ἐξουσίαν τοῦ προδραμόντος ἐν σοὶ καταμηνύσω. « Κύριος γὰρ καὶ Θεὸς ἐξουσιαστὴς, ἄρχων εἰρήνης » αὐτός ἐστι, « καὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος πατὴρ, » καὶ σοῦ τῆς Παρθένου Υἱὸς, καὶ πάντων Σωτήρ. « Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ· » ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια μετὰ σοῦ· Κύριος μὲν τοῦ νόμου, τῆς δὲ χάριτος πατὴρ, καὶ τῆς ἀληθείας πηγή. « Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· ὁ Κύριος μετὰ σοῦ. » Ὁ πάσης κυρείας ἐξουσιάρχης· ὁ τοῦ Πατρὸς τῶν φώτων Υἱὸς, ὁ ἀνάρχως ἐξ αὐτοῦ γεννηθεὶς, καὶ ἐν χρόνῳ ἐκ σοῦ σαρκωθείς· ὁ ἄνω ὅλος σὺν αὐτῷ ἐγκόλπιος, κάτω ὅλος μετὰ σοῦ ἐγγάστριος. Αὐτός ἐστι μετὰ σοῦ, καὶ ἐν σοί. Προφθάσας γὰρ εἰσεπήδησε, καὶ τὴν σὴν ὑπέδυ νηδὺν, καὶ γέγονεν ἐν σοὶ χωρητὸς, ὁ κατὰ φύσιν ἀχώρητος. « Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ. » Χάριν, ἣν οὐκ ἐδέξατο Σάρρα, ἣν οὐκ ἔγνω Ῥεβέκκα, καὶ Ῥαχὴλ οὐκ ἐγνώρισεν. « Εὗρες χάριν, » ἧς ἡ ἐξάκουστος οὐκ ἠξίωται Ἄννα, οὔτε Φενάννα, ἡ ταύτης ἀντίθετος. Ὅσον, αἱ μὲν ἐξ ἀτέκνων μητέρες πεφήνασι, συναποβαλοῦσαι τῇ παρθενίᾳ τὴν στεῖρωσιν· σὺ δὲ μετὰ τοῦ εἶναι μήτηρ, καὶ τὸ παρθενεύειν ἀναφαίρετον ἕξεις. « Μὴ τοίνυν φοβοῦ· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ. » Χάριν, ἣν οὐδεὶς εὗρε τῶν ἀπ' αἰῶνος, ὡς σύ. Καὶ τίς ἂν γένοιτο χάρις τοιαύτη παρὰ Θεοῦ τὸ ἐξαίρετον ἔχουσα;

A in te sacramenti gaudium significarem. Gratiosam te dixi, velut quæ ipsam totam gratiam utero susceperis, stolamque divinorum splendore charismatum verè gratiosam (75). Acclamavi, « Dominus tecum, » ut ejus potentiam significarem, qui in te præcucurrit (76). Is enim Dominus est et « Deus potens, princeps pacis, et sæculi futuri pater, » tuusque Virginis Filius, et universorum Salvator. « Dominus tecum : » gratia et veritas tecum : legis quidem Dominus ; gratiæ vero Pater, ac fons veritatis. « Ne timeas, Maria ; Dominus tecum. » Is, inquam, qui omnis dominationis potestatem habet : Patris luminum Filius, ex ipso ab æterno genitus, ac in tempore ex te carne natus. Qui totus superne in sinu Patris, totusque inferne B in tuo utero est. Ille ipse tecum et in te est. Præoccupans enim insiliit, ac ingressus tuum uterum, in te locum qui caperet invenit, qui per naturam loco capi non potest. « Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam apud Deum. » Gratia, inquam, quam Sara non accepit, quam non cognovit Rebecca, quam Rachel nescivit. « Invenisti gratiam, » quam nec celebris illa Anna, nec ejus adversaria Phenenna consequi meruit. Nam hæ quidem, ex sterilibus factæ sunt matres, virginitate una cum orbitate amissa : tu autem, ut mater sis, virginitate tamen frueris semper illæsa. « Ne timeas ergo, invenisti enim gratiam apud Deum. » Gratiam invenisti, quam nullus a sæculo, sicut tu, invenit. Quæ enim ejusmodi a Deo eximia gratia sit ? C

« Εὗρες τοίνυν χάριν παρὰ τῷ Θεῷ· Καὶ ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. » Βαβαὶ τοῦ θαύματος ! Πρῶτον αὐτῇ τὸ τῆς ἀπορίας ἐπελύσατο πρόβλημα, εἶθ' οὕτως τὸν τῆς ἑρμηνείας συνεισήγαγε λόγον. Καὶ ὅρα πόσα ἐν ὀλίγῳ ποιεῖ. Καταστέλλει τὸν φόβον, προμηνύει τὴν χάριν, ἑρμηνεύει τὴν κύησιν, προφητεύει τὸν τόκον, ὀνοματογραφεῖ τοῦ τικτομένου τὴν κλῆσιν. Οὐχ ἵσταται δὲ μέχρι τούτων ὁ λόγος αὐτῷ· ἀλλ' ἵνα καὶ τὸ μέγεθος τῆς ἐξουσίας παραδειχθῇ τοῦ κυήματος, ἐπήγαγεν αὐτίκα· « Οὗτος ἔσται μέγας, καὶ Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται· καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ βασι-

« Invenisti itaque gratiam apud Deum : Et ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum [f]. » Papæ miraculum ! Primæ ei quæstionis dubium solvit, tum vero sermonis expositionem adjecit. Ac vide quanta brevi peragat. Pellit timorem, prænuntiat gratiam, declarat conceptum, partum vaticinatur, nascituræ prolis nomen præscribit. Nec vero finem hic verborum facit ; sed ut magnitudo quoque potentiæ infantis ostendatur, statim addidit : « Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur. Et dabit ei Dominus Deus sedem David patris ejus, et regnabit super domum Jacob in æternum, et regni

[f] Luc. I, 31.

COMBEFISII NOTÆ.

(75) *Stolamque vere gratiosam*, etc. Καὶ στολὴν ὄντως χαριτωθεῖσαν. Videtur subintelligi repetitum τὸ, δεξαμένην, ut significetur Christi humanitas, gaudium illud universum, quam stolam vere gratiosam et plenam gratia eximio donorum splendore, gratiosa Maria et plena gratia, utero suscepit. Sic enim auctor, Christi humanam naturam passim, Paulina phrasi, vestis nomine designat. Interpres male de suo exponit, et restringit ad alium et absonum sensum, ut stola illa sit ipsa τῆς δεξαμένης αὐτὴν ὅλην τὴν χαράν, et Mariæ stola : *Et quod stola tua vere sit gratiosa*, etc. Sic enim stola illa charismatum splendore gratiosa, et a qua Maria, D gratiosæ nomen habeat, significatur Mariæ corpus ; quod solum ipsi, id est animæ ejus, ac potiori ipsius parti, fuerit stola et vestis : qui certe sensus absonus est ; cum nec charismata proprie sint corporis, nec a charismatis corporis, velut ὄντως χαριτωθέντος, et iis excellenter gratiosi, ipsa Maria ejusque anima, id trahat nominis, sed potius e contra, ut in sequentibus ipse auctor deducit.

(76) *Qui in te præcucurrit*. Τοῦ προδραμόντος ἐν σοί. Significatur Verbi in Maria, ante salutationem angelicam, et ejus in ipsa incarnatione, præsentia : ut Dei Filius, sibi ipse in ea fuerit præcursor. Junius interpres : *Qui in te est*.

Digitized by Google

ejus non erit finis [g]. » Vides qualiter Virgini ademerit metum? Vides quanta ejus animum fiducia auxerit? Vocans enim Altissimi Filium, ac Davidem nominans pueri patrem, statim totam ejus mentem erexit, quemadmodum declaratur sequentibus. Vide autem Virginis prudentiam. Ut enim hæc audivit, summamque divinæ voluntatis ac decreti immobilitatem cognovit, « Ait ad angelum : Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco [h]? » Rem mihi novam, inquit, polliceris. Ea mihi annuntias, quæ superant naturam. Nuptias ego nullas experta sum : desponsata enim sum, at minime viro collata (77). Sponsum tantum, non virum Josephum cognosco. Contubernalis procus, at non eodem mecum cubili. Uterus genitale semen nescit, sed est incultus (*). « Quomodo erit istud, quoniam virum non cognosco? » Num enim, inquit, me solam natura matrem sine nuptiis exhibebit? An sola ego præter naturam, incognitum naturæ partus modum inducam? Non sunt peractæ nuptiæ : non sum experta virum ; nec enim cognovi Josephum. Custodem cognovi, non virum : « Quomodo ergo fiet istud? »

Respondet protinus Gabriel, et interrogationis crassitiem, contrariæ responsionis subtilitate extenuat, dicens : Quid, o beatissima, hæc dicis? Quid talia fundis verba? Cœlitus ego adveni, novum tibi conceptionis modum annuntians. Non terreaus tibi loquor. Dixi, « Dominus tecum : » tu vero : « Quomodo fiet istud, » ceu ambigendo opponis? Hunc tibi ego annuntio, qui meam præsentiam suo in tuum uterum illapsu occupavit. Tu vero mihi de viro, ac ceu terreno partu disseris, aisque : « Quomodo fiet istud? » Quomodo fiet? Cogita quomodo virga floruit : quomodo petra, et quo feta ceu partu, aquam edidit : quomodo ignis rubi arbusta pervasit, nec tamen rubum combussit. Quæ illis habeas fidem, ne mihi eam abrogaveris. Qui enim hæc illaque facit, unus ipse est, quem tu utero gestatura sis. Nova itaque præter naturam lege conceptæ prolis mater eris. Non sicut Elisabeth nec ut Anna quæ te peperit. Illæ enim virili perfusæ semine matres factæ sunt, tu autem sine viri opera eum es editura, qui nullo præjacto semine in te habitavit. Sin vero etiam modum ambigis, hunc quoque tibi aperte dicam.

« Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi [i]. » Non enim ex voluntate viri, nec ex voluntate carnis, quem annuntio nasciturus est. Nulla carnalis voluptas partui illi

A λεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. » Εἶδες ὅπως τῆς Παρθένου παρυφείλετο τὸν φόβον; Εἶδες εἰς ὅσον αὐτῆς τὴν ψυχὴν παρεθάρρυνεν; Υἱὸν γὰρ εἰπὼν Ὑψίστου, καὶ πατέρα τοῦ τεχθησομένου τὸν Δαβὶδ ὀνομάσας, ἐπτέρωσεν αὐτῆς ὅλον παραχρῆμα τὸν νοῦν, ὡς δηλοῖ τὰ ἑπόμενα. Καὶ ὅρα τῆς Παρθένου τὴν σύνεσιν. Ὡς γὰρ ταῦτα ἐπύθετο, καὶ τῆς καθ' ὑπεροχὴν τοῦ θείου θελήματος ἐξουσίας ἔγνω τὸ ἄτρεπτον, « Ἔφη πρὸς τὸν ἄγγελον· Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; » Ξένα μοι, φησὶν, ὑπισχνῇ, ὑπερβαίνοντα τὴν φύσιν ἐπαγγέλλῃ. Ἄπειρος τυγχάνω γάμου· μεμνήστευμαι γὰρ, ἀλλ' οὐ νενύμφευμαι. Μνηστῆρα μόνον, ἀλλ' οὐκ ἄνδρα τὸν Ἰωσὴφ ἐπίσταμαι. Σύνοικος ὁ μνήστωρ, ἀλλ' οὐ σύνευνος. Ἄσπορος ἡ γαστὴρ, ἀλλ' οὐκ ἀρότιμος. « Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; » Μὴ γὰρ ἐμὲ μόνην ἡ φύσις, φησὶ, μητέρα δείξει γάμου χωρίς; Μὴ μόνη παρὰ τὴν φύσιν ἐγὼ ξένην τῇ φύσει γέννησιν συνεισάξω; Οὐ προέβη γάμος, οὐ πεῖραν ἔσχον ἀνδρός. Οὐ γὰρ ἔγνων τὸν Ἰωσήφ· Φύλαξ, οὐκ ἀνὴρ ἐγνωρίσθη μοι, « Καὶ πῶς ἔσται μοι τοῦτο; »

B Ἀποκρίνεται ταχὺ Γαβριὴλ, καὶ τὸ παχὺ τῆς πεύσεως τῷ ὕψει τῆς ἀντιφράσεως ἀπολεπτύνει, καὶ φησι· Τί τοιαῦτα λέγεις, ὦ πανολβία; Τί τοιαῦτα προβάλλῃ ῥήματα; Ἐγὼ οὐρανόθεν ἦλθον, κομίζων σοι τὸ καινοπρεπὲς τῆς συλλήψεως. Οὐκ ἀπὸ γῆς φωνῶ σοι, « Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ, » εἰπών· καὶ σὺ, « Πῶς ἔσται μοι τοῦτο; » διαπορεῖς; Ἐγὼ τὸν τὴν ἐμὴν προφθάσαντα παρουσίαν εἰς τὴν σὴν κοιλίαν εὐαγγελίζομαί σοι, καὶ σὺ περὶ ἀνδρὸς διαλέγῃ μοι, καὶ τῆς κάτω γεννήσεως, καὶ λέγεις, πῶς ἔσται σοι; » Ἐννόησον, πῶς ἡ ῥάβδος ἐξήνθησε· πῶς ἡ πέτρα τὸ ὕδωρ ἀπέτεκε, πόθεν ἐγκυμονήσασα· πῶς τὸ τῆς βάτου πῦρ ὑπεισῆλθεν ἐν τῇ θάμνῳ, μὴ φλέξαι αὐτήν. Εἰ τούτοις μὴ ἀπιστεῖς, μηδὲ ἐμοὶ ἀπίστει Ὁ γὰρ ταῦτα κἀκεῖνα ποιῶν, εἷς ἐστιν, ὁ ἐν γαστρί σου φερόμενος. Ξένῳ τοίνυν παρὰ τὴν φύσιν θεσμῷ, τοῦ ἐν σοὶ κυηθέντος γενήσῃ τροφός. Οὐχ ὡς Ἐλισάβετ, οὐχ ὡς Ἄννα ἡ σὲ τεκοῦσα. Ἐκεῖναι γὰρ ἐνσπερμαθεῖσαι γεγόνασι μητέρες, σὺ δὲ ἀνδρὸς παιδοποιήσεις τὸν ἄσπορον εἰσοικισθέντα σοι. Καὶ εἰ τὸν τρόπον ἐπιζητοίης, καὶ τοῦτόν σοι λέξω σαφῶς.

C

D « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σε. » Οὐ γὰρ ἐκ θελήματος σαρκὸς ὁ τικτόμενος ἔσται· Οὐ μεσιτεύσει σαρκὸς ἡδονὴ Μητρὸς Θεοῦ τοκετῷ· τῶν γὰρ τῆς φύσεως ὅρων

[g] Luc. I, 32, 33. [h] ibid. 34. [i] ibid. 35.

(*) Clarius sic : *Infecundus quidem mihi uterus, sed enim non cultus.*

COMBEFISII NOTÆ.

(77) *Desponsata enim sum, at minime viro collocata.* Μεμνήστευμαι, ἀλλ' οὐ νενύμφευμαι. Sic etiam Hieronymus Matth. I, negat uxorem, et conjugem pro sponsa exponit. Num autem vere nuptiæ sine consensu in copulam, quem vota castitas videbatur excludere in Maria, stare possint, alterius alii et operæ fuerit.

Digitized by Google

ὑπερανέστηκε. Καὶ εἰ τοῦ κατὰ φύσιν παντελῶς ἐστέρηται, τὸν γοῦν ὑπερφυᾶ λόγον ἐπικρατέστερον τοῦ κατὰ φύσιν σχόντα [24]. Οὐκ οὖν πάθος περὶ τὴν κάτω κύησιν, ὃ τι ἔχει συναεὶ, μηδὲ περὶ τὴν ἄνω γέννησιν ἐπηκολούθησε. « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σε. » Ὅρα ποῦ τὸ τῆς Τριάδος φανεροῦται μυστήριον. Πνεῦμα γὰρ ἅγιον εἰπὼν, οὐκ ἄλλο ἢ τὸν παράκλητον ἔφη. Δύναμιν δὲ τοῦ Ὑψίστου, προφανῶς τὸν Υἱὸν ὑπογράφει. Τῇ γὰρ τοῦ *Ὑψίστου* φωνῇ, τὸ τοῦ Πατρὸς συνεισφέρεται πρόσωπον. Τὸ δὲ, « Ἐπισκιάσει σε, » ἐκεῖνο δοκεῖ μοι λέγειν ὅπερ, οἶμαι, *πρότερον* Ἀμβακοὺμ διορατικοῖς ὄμμασιν ἐνιδὼν, « ὄρος κατάσκιον » τὴν παρθένον ἐκάλει· μονονουχὶ τὴν ἐπισκιάσασαν αὐτὴν τοῦ Πνεύματος δύναμιν ὑπογράφων, σκηνοπηγίαν ἄῤῥητον αὐτουργοῦσαν ἐν αὐτῇ τῷ τῆς ἐνσαρκώσεως λόγῳ, καθ' ὃν ἀχειροτμήτως τὸν ναὸν τοῦ σώματος ἐν τῇ κατὰ τὴν ἔρημον τῶν παθῶν τῆς παρ- ἐνου νηδύϊ πάσης προσύλου καθαρευούσης [25] μεταsίας καὶ προσπαθείας, ὡς δῆλον ἐκ τῶν ἑξῆς.

A Deiparæ intermedia futura est : naturæ quippe terminos superat. Quod si naturali prorsus ratione est destitutus, fit sane consequens, ut eximiam quamdam et naturali potiorem rationem obtineat. Nulla ergo temporali partu corruptio futura est, qualis semper humano partui comes exsistit, nec vero aliqua æternam nativitatem consecuta est. « Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. » Vide qualiter manifestetur Trinitatis mysterium ! Dicendo enim Spiritum sanctum, non alium dixit quam Paracletum. Per virtutem autem Altissimi, aperte Filium innuit. Nam voce hac, *Altissimi*, Patris pariter persona infertur. Illud autem, « obumbrabit tibi, » id mihi videtur dicere, quod olim puto perspicacibus B oculis intuitus Habacuc, « montem umbrosum i » virginem appellavit : vix non suis coloribus pictam exhibens ipsam obumbrantis Spiritus virtutem, quæ ipsa admirabile quodam in ea velut tabernaculum, pro incarnationis ratione excitaverit : juxta quam, velut in deserto quodam affectionum, mundo illo alienoque (78) ab omni vitiosa terrenorum affectione virginis utero, non manufactum templum illud corporis exstruxit, ut ex sequentibus liquet.

Φησὶ γάρ· « Διὸ καὶ τὸ γενόμενον ἅγιον, κληθήσεται υἱὸς Θεοῦ. » Τὸ γὰρ ἐξ ἁγίου Πνεύματος δι' ἁγίου Πατρὸς ἀπερινοήτως διαπλασθὲν προαιώνιον βρέφος, δικαίως ἅγιον ἔσται, καὶ υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται, ὡς τοῦ Ὑψίστου πεφηνὼς συναΐδιος λόγος. Δέδεικται, τοίνυν σαφῶς τῇ Παρθένῳ, τί καὶ πόθεν, καὶ οἷον τὸ ἐν αὐτῇ κυηθὲν, καὶ ἐξ αὐτῆς, καὶ [26] Υἱὸς Θεοῦ ἔσται τὸ τεχθησόμενον. Ἵν' οὖν ἐκτυπώτερον αὐτῇ καὶ τρα- C νώτερον διασαφηνίσῃ τοῦ λόγου τὴν δύναμιν, τῆς Ἐλισάβετ συνεισάγει τὴν κύησιν. Ὡσανεὶ λέγων, ὅτι Ὁ μήτραν παρ' ἐλπίδα γόνιμον ἐν γήρᾳ δεῖξαι δυνηθεὶς, καὶ παρθένον κυοφόρον ὑπὲρ λόγον δείξει πρόδηλον. Διὸ ἐπάγει·

Ait enim : « Ideoque et quod nascetur sanctum» vocabitur filius Dei [k]. » Nam qui ex Spiritu sancto per sanctum Patrem incogitabili ratione prææternus exsistens formatus est infans, merito sanctus erit, et Filius Altissimi vocabitur, velut liquido Altissimi coæternum Verbum exsistens (79). Clare igitur Virgini ostensum est quidnam, et unde, ac quale esset quod in ipsa et ex ipsa conceptum fuisset (80), quodque nasciturus, Dei Filius esset. Quo autem etiamnum manifestius certiusque sermonis ei vim declararet, Elisabethæ quoque conceptionem inducit. Ac si dicat : Qui provecta senectute præter spem omnem, matricem prolificam reddere potuit, utique virginem quoque altiori supra rationem modo gravidam effecturus est. Unde subdit :

« Ὅτι οὐκ ἀδυνατήσει τῷ Θεῷ πᾶν ῥῆμα. » Τούτων ἡ παρθένος ἀκούσασα, μᾶλλον δὲ τῷ τοῦ ἐνοικοῦντος φωτὶ διαυγασθεῖσα τὸν νοῦν, ἀσμένως τε διατεθεῖσα τῇ θυμηδίᾳ τοῦ ἐπαγγέλματος, ὅλη θυμήρης

« Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum [l]. » Ubi virgo ista audisset, seu potius inhabitantis Spiritus illustrante lumine animo perspexisset nuntiique jucunditate velut avida

[i] Habac. III, 3, sec. LXX. [k] Luc. I, 35. [l] ibid. 37.

VARIÆ LECTIONES.

[24] Forte ἔχει. [25] Locus corruptus. [26] Forte deest ὅτι.

COMBEFISII NOTÆ.

(78) *Mundo illo, alienoque*, etc. Littera nonnihil vitiosa est, deficiente verbo, quod tamen non ita difficile fuit supplere. Τὸ, μετασίας· visum ἀντὶ τοῦ, μεσιτείας, vide melius explicatum in Onomast.

(79) *Velut liquido Altissimi coæternum Verbum existimantes.* Ὡς τοῦ Ὑψίστου πεφηνὼς συναΐδιος Λόγος. Velut qui revera sit coæternum Verbum, et talis agnoscatur. Interpres : *Veluti Altissimi prolatus sermo coævus.* Verum non admittit sana theologia τὸ, προφορικὸν in Verbo isto : quod ἐνδιάθετον, nec a Patre excedens processione ab illo, fide certa credit. Sed crebra sunt Hoppero ejusmodi σφάλματα· sic paucis ante lineis, quod ait auctor di- D ctam Virginem ab Habacuc ὄρος σύσκιον, *montem umbrosum*, sic reddit : *montem obumbrantem Virgini nuncupavit.* Quasi vero Spiritus sanctus dicatur ille mons qui obumbret, non Maria, cui ipse, refrigerante gratia sua, umbram faciat, eoque velut montem umbrosum et opacum efficiat.

(80) *Quod in ipsa et ex ipsa conceptum fuisset.* Τὸ ἐν αὐτῇ κυηθὲν καὶ ἐξ αὐτῆς, velut carne vere sumpta ex ipsius substantia, non aliunde apportata, juxta Valentini insanum dogma, quod dogmatis accuratissimus Andreas perstringit. Hopperus obscurat : *Quod in ipsa conceptum et ex ipsa proditurum esset.*

Digitized by Google

atque alacris facta esset, jucunda tota, ipsaque specie gratiosissima (81) reddita est. Ac quemadmodum Scriptura Davidem commemorat, gratiosa animo jucundaque, venusto quoque obtutu apparuit : velut nimirum impensius delectata miraculo, et salutatione placite accepta. Revera enim gaudii inenarrabilis plenus sermo erat. Admodum facile ac plane perspicue Gabriel virgini persuasit ut libens miraculum amplecteretur, subjuncto illo : « Non erit impossibile apud Deum omne verbum. » Quid igitur ait evangelicus sermo? « Dixit autem Maria : Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum [m]. » Vidistin' prudentiam? Vidistin' gravis modestiæ excellentiam (82)? Posteaquam enim de prolis conceptione, deque filii nativitate edocta cognovisset, quisnam, inquam, et cujus filius futurus esset, quove esset nomine appellandus, et cujus successurus throno, ac in quo regnaturus, ac denique fore ei assertum regnum, gaudii plenam vocem vicissim respondit : « Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. » Velut nimirum palam dicat : Parata sum, nec est quidquam quod impediat. Est animus alacris, venter opportunus, quippe intactus est, suo integer servatus Conditori. « Ecce ancilla Domini : » ad obediendum facilis, ac obsequium sedula, ad susceptionem parata. « Fiat mihi secundum verbum tuum. » Postquam enim omnia, inquit, bene hactenus quantum poterat fieri nuntiasti, totum quod geritur, gaudio plenum est ac suprema gloria. « Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. » Euge dispensationem admirabilem! Euge gratiam tantam! Supra modum euge æternum illud consilium, ac præscientiam! Vere Spiritus sanctus in Virgine habitavit, ac virtus Altissimi, juxta prælinitum Dei consilium, præscientiamque ei obumbravit.

« Et discessit angelus ab ea, » inquit [n]. Ubi nimirum injunctum ministerium implevisset. Discessit ab ea angelus, Dominus tamen ab ea non recessit. Ille enim quamvis vacet corpore, attamen circumscriptus est ac definitus : hic vero, quanquam in corpore, et Virginis inclusus utero, incircumscriptus est. Ac ille quidem, eum qui esset venturus, conceptum ex Virgine propter humanam viri salutem prænuntiavit; hic vero nostram assumptam substantiam in seipso reforma-

γέγονε. Καὶ οἷον ἡ Γραφὴ τὸν Δαβὶδ ὑπογράφει, χαρίεσσα τὴν ψυχὴν μετὰ κάλλους ὀφθαλμῶν ἀνεφάνη, ἅτε ἡσθεῖσα τῷ θαύματι, καὶ τὸν ἀσπασμὸν ἀσμενίσασα. Καὶ γὰρ ἦν χαρᾶς ἀφράστου μεστὸν τὸ λαλούμενον. Εὐμαρῶς μάλα καὶ λίαν σαφῶς ὁ Γαβριὴλ τὴν Παρθένον παρέπεισεν ἀσμενίσαι τὸ θαῦμα, ἐπαγαγὼν τὸ, « Οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ Θεῷ πᾶν ῥῆμα. » Τί οὖν φησι τὸ Εὐαγγέλιον; « Εἶπε δὲ Μαριάμ· Ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου. » Εἶδες σύνεσιν; Εἶδες καταστολῆς κοσμίας ὑπερβολήν; Ἐπειδὰν ἔγνω μαθοῦσα τοῦ τόκου τὴν σύλληψιν, τοῦ τοκετοῦ τὴν γέννησιν, τίς καὶ τίνος ἔσται υἱός, καὶ ὅστις κληθήσεται, καὶ τίνος θρόνου διάδοχος, τίνων τε βασιλεύσει, τέλος, οὐκ ἔξω βασιλείας ὁ τεχθησόμενος, ἀντιχαροποιὸν ἀφῆκε φωνήν· « Ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου. » Ἐκεῖνο σαφῶς λέγουσα· Ἰδού, ἑτοίμη πρόκειμαι, καὶ κωλύσων οὐδέν. Ἡ ψυχὴ πρόθυμος, ἡ γαστὴρ εὔκαιρος· ἀνέπαφος γάρ, μόνῳ τηρουμένη τῷ Πλάσαντι. « Ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου· » πρὸς ὑπακοὴν εὐπειθής, πρὸς δουλείαν εὐτρυνὴς [27], πρὸς ὑποδοχὴν ἑτοίμη. « Γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου. » Ἐπειδὴ γὰρ πάντα, φησὶ, ὡς οἷόν τε ἦν, εὖ [τῇ] τέως ἀπήγγειλας, ὅλον τὸ τελούμενον χαρᾶς καὶ δόξης τῆς ἀνωτάτω πεπλήρωται. « Ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου. » Εὖγε τῆς ἀφράστου οἰκονομίας! Εὖγε τῆς χάριτος! Ὑπέρευγε τῆς ἀνάρχου καὶ βουλῆς καὶ προγνώσεως. Ὄντως Πνεῦμα ἅγιον ἐνῴκησε τῇ Παρθένῳ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπεσκίασεν αὐτὴν, κατὰ τὴν προωρισμένην βουλὴν τοῦ Θεοῦ, καὶ πρόγνωσιν.

« Καὶ ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτῆς ὁ ἄγγελος, » φησί. Τὸ κελευσθὲν αὐτῷ δῆλον ἀποπληρώσας λειτούργημα. Ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτῆς ὁ ἄγγελος, ἀλλ' οὐκ ἀπέστη ὁ Κύριος. Ὁ μὲν γὰρ ἐμπερίγραπτος, κἂν ἀσώματος· ὁ δὲ ἀπερίγραπτος, κἂν ἐν σώματι καὶ γαστρὶ Παρθένου χωρούμενος. Καὶ ὁ μὲν, τὸν ἐρχόμενον προκατήγγειλεν ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων ἐκ Παρθένου κυοφορούμενον· ὁ δὲ, τὴν ἡμετέραν οὐσίαν ἀναλαβὼν, εἰς ἑαυτὸν ἀνεμόρφωσεν, ἀποδοὺς τῇ φύσει τὸ κατ' εἰκόνα, καὶ τὸ πρῶτον ἀξίωμα, ὅ δι' ἀπρο-

[m] Luc. I, 38. [n] ibid.

VARIÆ LECTIONES.

[27] Forte ὀτρυνής.

COMBEFISII NOTÆ.

(81) *Jucunda tota, ipsaque specie gratiosissima.* Ὅλη θυμήρης. Liberius circumloquimur, ut repræsentemus amplitudinem, qua videtur auctor accipere. Fuerit enim θυμήρης et χαρίεσσα quod sequitur, non tantum quæ placeat et sit gratiosa, sed etiam quæ sit perfusa jucunditate et æquo animo, unde et morum suavitas est, et gratia quædam ad ipsum corpus manans, velut imago interioris gratiæ et venustatis animi, ut in Davide, quem refert.

(82) *Gravis modestiæ excellentiam.* Καταστολῆς κοσμίας ὑπερβολήν. Sic et Ambrosius aliique Mariæ humilitatem ea responsione deprædicant : quæ electa mater ancillam se dicat, nec tanto promisso elata sit. Ridiculus certe Hopperus : *Vides amictus modesti excellentiam?* Quanquam enim τὸ, καταστολή, et Hesychio et Suidæ amictus exponatur, haud tamen ea hic expositio congruit, sed alia, juxta quam καταστέλλεσθαι, est velut sese in seipso contrahere, atque adeo ad modestiam se componere, ac modeste sapere, seu humiliari, Christiana magis et ecclesiastica voce, quam Ciceroniana; ut et res plane Christiana est, nec satis nota, nisi Christiano et Christi discipulo.

Digitized by Google

εξίαν τῶν πρωτογόνων ἀπώλεσε. Καὶ ἀναγαγών, « συνεκάθισεν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς, καὶ ἐξουσίας, καὶ δυνάμεως, καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου ἔν-τε τῷ νῦν αἰῶνι, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. » Αὐτῷ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος, καὶ ἡ τιμή, καὶ ἡ προσκύνησις, σὺν τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A vit (83), restituta naturæ imagine, ac quam primorum parentum segnitie amisisset, pristina dignitate : subvehensque, « consedere fecit in cœlestibus, supra omnem principatum, et potestatem, et virtutem, ac omne nomen quod nominatur in hoc sæculo, et in futuro *. » Ipsi gloria, et potestas, et honor, et adoratio, cum æterno Patre, sanctissimoque ac vivifico Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΛΟΓΟΣ Ϛ'.

Εἰς τὴν περιτομὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ εἰς τὸν ἅγιον Βασίλειον.

ORATIO VI.

In circumcisionem Domini nostri Jesu Christi, et in sanctum Basilium. (1)

(Interprete Combefisio.)

Πάντα τὰ ὑπὲρ ἡμῶν θεανδρικῶς παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ πεπραγμένα, δοξάζειν ἀγαθὸν καὶ ἐπάρεστον. Θαύματος [γὰρ] καὶ ἐκπλήξεως γέμει. Καὶ πῶς γὰρ οὐχί ; Θεὸς ἀνθρώποις μιγνύμενός τε καὶ γνωριζόμενος, καὶ πάντα ὑπείκων ὡς ἄνθρωπος, καὶ τὰ νόμου τελῶν προστάγματα, καὶ πληροῦν ἐπαγγελλόμενος, ἵνα τὰ παρ' αὐτοῦ ἀντιδώσειεν, τὰ πλήρη χάριτος καὶ ἀληθείας. Ὃ δὲ θαυμάζειν ὁ παρὼν λόγος δείκνυσι, τοῦτό ἐστι· τὴν μετὰ γέννησιν καὶ ἀλόχευτον τόκου Χριστοῦ πρόοδον, τῆς σαρκὸς αὐτοῦ ὀκταήμερον περιτομήν. Εἰ γὰρ καὶ αὕτη θαυμάτων γέμει, καὶ δοξαζέσθω. Καὶ πῶς οὐκ ἔχεται πλείστου ὅσου γε καὶ μεγίστου θαύματος, μὴ ὅτι νόμον πληροῖ μόνον, ἀλλ' ὅτι γε καὶ ἐμοὶ σωτήριον ; Ἐν κλήσει Θεός. Ὁ ἄποσος καὶ ἀσυνείκαστος, ἀνεξερεύνητός τε καὶ ἀνώνυμος, τὸ κατ' ἐμὲ γενόμενος, καὶ δι' ὀνομασίας πάλιν φανερῶς γνωρίζεται. Οὐκ ἔστι μόνον Υἱὸς τῷ ἰδικωτάτῳ ὀνόματι λεγόμενος· ὥσπερ καὶ Πατὴρ διὰ τὸ γεννῆσαι, Πατήρ· καὶ Πνεῦμα, διὰ τὸ ἐκπορευτῶς ἔχειν, καλεῖται Πνεῦμα· ἐπεὶ καὶ τὰ τρία, εἷς Θεός· τὰ ἐν οἷς θεότης. Ἀλλὰ καὶ Υἱὸς προσηγόρευται, ὁ Υἱὸς Παρθένου ἀψευδῶς εἶναι πιστευόμενος· κἀντεῦθεν τὸ πλεῖστον ληπτὸς καὶ προσηνὴς καταφαίνεται. Καὶ ὁ δραπέτης ἐγὼ, θύραν σωτηρίας ἀνεῳγμένην εὑρὼν, τῷ Δεσπότῃ καὶ Κτίστῃ θαρσαλέως προσέρχομαι. Καὶ τοῦτο ὁ Λουκᾶς τῷ εὐαγγελικῷ καθιστορῶν ῥητῷ, οὕτω φησί·

B Bonum est ac jucundum, ut pro nobis gesta omnia divina virili ratione a Salvatore nostro Christo, laudibus celebremus. Quippe sunt miraculi ac stuporis plena. Qui enim minime fuerint ? Deus commistus factusque notus hominibus, ac omnia sustinens qua homo, legisque consummans mandata, ac impletionem ejus scitorum profitens (84), ut sua vicissim plena illa gratia et veritate tribuat. Quod porro præsens oratio admirationi habendum proponit, hoc est : nempe post Christi nativitatem partumque sine viri semine ac virginalem, carnis ejus die octava circumcisio. Nam cum et ipsa miraculo plena sit, plane etiam fuerit præconio celebranda. Qui vero non multa maximaque dignum admiratione videatur, ut non C tantum impleat legem, sed ut et mihi impleat ad salutem ? Cognomen Deus accipit. Qui est molis expers et incomparabilis, qui imperscrutabilis innominabilisque, homo factus, palam iterum indito nomine declaratur. Non tantum propriissimo nomine dicitur Filius, quemadmodum et Pater, eo quod genuit, Pater dicitur : et Spiritus, quod sit processione, Spiritus appellatur ; quippe sunt illa tria unus Deus ; tria inquam, in quibus est deitas. Sed et Filius nuncupatur, velut qui vere credatur Virginis Filius. Quo fit ut maximam partem comprehensibilis appareat ac mitis. Porro fugitivus ego, salutis portam apertam inveniens, ad Dominum et Creatorem audenter accedo. Hoc autem Lucas evangelico sermone enarrans sic ait :

« Καὶ ἐγένετο, ὡς ἀπῆλθον ἀπ' αὐτῶν εἰς οὐρανὸν D οἱ ἄγγελοι, οἱ ποιμένες ἐλάλουν πρὸς ἀλλήλους· Διέλθωμεν δὴ ἕως Βηθλεὲμ, καὶ ἴδωμεν τὸ ῥῆμα τοῦτο τὸ γεγονὸς, ὃ ὁ Κύριος ἐγνώρισεν ἡμῖν. Καὶ ἦλθον σπεύ-

« Et factum est, ut discesserunt ab eis angeli in cœlum, pastores loquebantur ad invicem : Transeamus usque Bethleem, et videamus hoc verbum quod factum est, quod Dominus ostendit

* Ephes. I, 21.

(1) Galland. *Vet. Patrum Biblioth.* t. XIII, p. 108.

COMBEFISII NOTÆ.

(83) *In seipso reformavit.* Εἰς ἑαυτὸν ἀνενέωσεν. Velut in sua ipse persona, et in natura individue assumpta, in qua ceu primitiis, massa tota et assumi censetur et reformari. Reformat vero, restituta imagine : Ἀποδοὺς τὸ κατ' εἰκόνα. Restituens primam illam imaginem, quam absolvit divina filiatio et gratia. Absone Hopperus : *Restituens naturæ secundam imaginem ;* nisi minus Latine scripsit : *Secundum imaginem ;* quod minus grave esset.

(84) *Ac impletionem ejus scitorum profitens.* Καὶ πληροῦν ἐπαγγελλόμενος. Erat hæc prima Judaici cultus initiatio ; velut Christianis, baptisma : ut ea assumpta, esset homo legis totius servandæ reus, ut etiam Paulus egregie inculcat Galat. v : *Testificor omni homini qui circumciditur, quoniam debitor est universæ legis faciendæ.* Grande ergo in Christo ejusmodi sacramentum, mirabilisque dignatio.

Digitized by Google

nobis. Et venerunt festinantes, et invenerunt Mariam et Joseph et infantem positum in præsepio. Videntes autem cognoverunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierunt, mirati sunt, de his quæ dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autem conservabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Et reversi sunt pastores glorificantes, et laudantes Deum in omnibus quæ audierant, et viderant, sicut dictum est ad illos. Et postquam consummati sunt dies octo ut circumcideretur ipse, vocatum est nomen ejus, Jesus, quod vocatum est ab angelo priusquam in utero conciperetur [p]. » Magnus est Lucas, et magna nobis sacramenta enarrat. Vere Pauli est, quod conscripsit Evangelium. Hoc enim et ipse glorians declarat, dicens : « Secundum Evangelium meum [q]. » Nisi enim Evangelium hoc diligenter essemus docti, qua certa ratione scivissemus, ut Virgo faustum nuntium angelo salutante accepisset? ut Joannes sit partu editus? ut Salvator accensitus? ut natus in spelunca? ut pastores evangelizati? utque dictum sit ab angelis, « Gloria in altissimis, et in terra pax? » Cujus pacis signum, facta illa sub Augusto descriptio ac census fuit. Item ut Simeon evangelizaverit, Annaque vicissim confessa sit? ut is etiam ex Joseph (85), sponso nimirum Mariæ, propter consanguinitatis necessitudinem, tanquam ex duobus fratribus nempe Melchi et Pantheris descenderit, ex quibus Karpanther, pater Joacim, ex quo Deipara? Rursus enim ex Melchi nascitur Heli, ex uxore Mathani, quæ vidua nupsit Melchi. Habuit autem filium Jacob, de quo ortus est Joseph Mariæ sponsus : natura quidem filius Jacob, juxta autem legem, Heli. Cum enim is sine prole diem clausisset, ejus germanus ex matre, fratri suscitavit semen : ut qui inde ad usque Adamum puram ejus deducens cognationem (86), etiam illud

[p] Luc. II, 15-21. [q] Rom. XVI, 25.

σαντες· καὶ εὗρον τὴν Μαρίαν καὶ τὸν Ἰωσὴφ, καὶ τὸ βρέφος κείμενον ἐν τῇ φάτνῃ. Ἰδόντες δὲ ἐγνώρισαν [περὶ τοῦ ῥήματος τοῦ λαληθέντος αὐτοῖς] περὶ τοῦ παιδίου [τούτου]. Καὶ πάντες οἱ ἀκούσαντες ἐθαύμασαν περὶ τῶν λαληθέντων ὑπὸ τῶν ποιμένων πρὸς αὐτούς. Ἡ δὲ Μαρία, πάντα συνετήρει τὰ ῥήματα ταῦτα, συμβάλλουσα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς. Καὶ ἐπέστρεψαν οἱ ποιμένες δοξάζοντες καὶ αἰνοῦντες τὸν Θεὸν ἐπὶ πᾶσιν, οἷς ἤκουσαν καὶ εἶδον, καθὼς ἐλαλήθη πρὸς αὐτούς. Καὶ ὅτε ἐπλήσθησαν ἡμέραι ὀκτὼ τοῦ περιτεμεῖν αὐτὸν, ἐκλήθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦς· τὸ κληθὲν ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου πρὸ τοῦ συλληφθῆναι αὐτὸν ἐν τῇ κοιλίᾳ. » Μέγας ὁ Λουκᾶς, καὶ μεγάλων ἡμῖν μυστηρίων ἐξηγητής. Ἀληθῶς Παύλου τὸ παρ' αὐτοῦ Εὐαγγέλιον. Τοῦτο γὰρ καὶ καυχώμενος ἀπεμφαίνει, λέγων· « Κατὰ τὸ Εὐαγγέλιόν μου. » Εἰ γὰρ ἂν μὴ τὸ παρὸν Εὐαγγέλιον κατηκριβολογούμεθα, πῶς ἂν διεβεβαιώθημεν τὸ, ὅπως ἡ Παρθένος εὐηγγελίσθη; καὶ Ἰωάννης ἐτέχθη; καὶ ἐνα πόγραφος ὁ Σωτὴρ γέγονε; καὶ ἐν σπηλαίῳ γεγέννηται; καὶ ποιμένες εὐηγγελίσθησαν; καὶ παρ' ἀγγέλοις τὸ, « Δόξα ἐν ὑψίστοις, » ἐρρέθη, « καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη; » Ἧς εἰρήνης σημεῖον ἡ ἐπὶ Αὐγούστου γέγονεν ἀπογραφή. Πῶς τε Συμεὼν εὐηγγελίσατο, καὶ Ἄννα ἀνθωμολογήσατο; καὶ ἀπὸ Ἰωσὴφ ἤτοι τοῦ μνήστορος Μαρίας, διὰ τὸ ἀγχιστεῦον τῆς συγγενείας, ὡς ἐκ δύο ἀδελφῶν καταγόμενον, τοῦ τε Μελχὶ καὶ τοῦ Πάνθηρος, ἐξ ὧν Καρπανθὴρ, πατὴρ Ἰωακεὶμ, ἐξ οὗ ἡ Θεοτόκος. Ἀπὸ γὰρ Μελχὶ, πάλιν γεννᾶται Ἡλὶ, ἐκ τῆς Ματθὰν γυναικὸς, μετὰ χρηίσαν γημάσης τῷ Μελχί. Προεῖχεν δὲ υἱὸν τὸν Ἰακὼβ, ἐξ οὗ Ἰωσὴφ ὁ μνήστωρ. Ὁ μὲν κατὰ φύσιν υἱὸς τοῦ Ἰακὼβ, κατὰ νόμον δὲ τοῦ Ἡλί. Ἅπαις γὰρ τελευτήσας, νόμου ἀνάγκῃ ἐκ τῆς αὐτοῦ γαμετῆς, ὁ ἴδιος αὐτοῦ ἀδελφὸς ἀπὸ μητρὸς, ἀνέστησεν σπέρμα· ὡς ἐντεῦθεν μέχρι τῆς Ἀδὰμ καθαρευόμενος συγγενείας, καί φησι κατὰ τὸ ἄχρονον αὐτοῦ τῆς γεννήσεως, τὸ, Θεόν· « τοῦ Θεοῦ. » Ἄλλα τε πλεῖστα τὰ μέχοι πά-

VARIÆ LECTIONES.

[88] Scribe Ἐμμανουήλ.

COMBEFISII NOTÆ.

(85) *Ut is etiam ex Joseph*, etc. Melius reddi possit ac sanius : *Deductam item genealogiam a Josepho sp. u. M. pr. c. n. l. ex d. fr. M. et Panthere; ex quibus.* Habet eadem Damasc. IV *Fid.* c. 15; nonnihil tamen explicatiora; ut videantur ambo eamdem Ecclesiæ Hierosolymitanæ traditionem exponere; seu potius Africanam apud Euseb. l. I, c. 7, exscribere. Sic autem dicendum erit, fuisse Nathan illum fratrem Salomonis, non filium Uriæ sacerdotis, quod multis contendit Tornielius, ut ne coganur admittere Dominum Jesum de alia tribu quam Juda, et vera familia Davidis, reclamante Scriptura; sed ipsius Davidis, alium a Nathan propheta, si is filius fuit dicti Uriæ, non nisi adoptione filius David; quomodo Clictou Damascenum defendit : quanquam in Andrea possit aliter dici, ut nimirum Melchi seu potius Mathat (ubique enim in eo errant post Africanum, ut etiam Tolet. et Torn. notarunt; velut sumptis descendendo generationibus apud Lucam, quas ille prosequitur ascendendo) et Panther fratres, a quibus Maria et Joseph, fuerint tantum legaliter filii Levi ex Nathan; revera autem nati sint ex Davide per Salomonem, ut non semel Lucas transierit ab aliis ad alios parentes. In nostro Andreæ codice, pater Joachim patris Mariæ, scribitur Καρπανθήρ, cum Damasceni codices habeant Βαρπάνθηρ, quorum alterum oportet esse mendosum, confusis capitalibus litteris, quod facile potuit fieri ob earum vicinitatem. Illud Damasceni sonat, *Filius Pantheris*; hoc autem Andreæ deducendo a radice כרה fuerit, *Pantheris possessio, pretium*, etc., quæ non male agnomini ac mori Hebraico congruunt.

(86) *Ad usque Adamum puram ejus deducens cognationem.* Μέχρι τῆς Ἀδὰμ καθαρευόμενος συγγενείας. Vox est rarior : Vet. Lex. reddit, τὸ καθαρεύεσθαι *purum esse*. Vult Andreas Lucam, ad Deum tandem ascendendo, divinam Jesu nativitatem indicasse, cujus texebat humanam genealogiam, deducendo usque ad Adam. Est forte littera minus integra et sana : prius esset : καθαρευομένης, seu καθαρευομένη;, seu καθαρευομένης.

Digitized by Google

θους. Τὰ περὶ Ἡρώδου καὶ Πιλάτου, καὶ τῶν δύο λῃστῶν, καὶ μεθ' ἕτερα, ἃ τοῖς λοιποῖς σεσίγηνται εὐαγγελισταῖς.

A juxta æternam nativitatem addit. Deum : « qui fuit Dei [f] » Alia item plurima usque ad passionem. Similiter quæ ad Herodem et Pilatum, ac latrones spectant, ac deinceps alia ab evangelistis aliis silentio prætermissa.

Τί δ' αὐτὸ βούλεται λέγειν· « Τὸ κληθὲν ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου πρὸ τοῦ συλληφθῆναι αὐτὸν ἐν τῇ κοιλίᾳ; » Αὐτὸς προσαποδώσει, λέγοντα τὸν ἄγγελον παριστῶν πρὸς τὴν Μαρίαν· « Τέξῃ υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Οὗτος ἔσται μέγας, καὶ Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται. » Τὸ δὲ αὐτὸ τοῦτο καὶ ὁ Ματθαῖος, εἰς τὰ περὶ τῆς ἀπιστίας Ἰωσὴφ, τοῦ ἀγγελικοῦ ὀνείρατος ὄψει πιστούμενον διαβεβαιοῦται, γράφων· « Μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῷ Ἰωσὴφ, πρὶν εἰσελθεῖν αὐτοὺς, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ Πνεύματος ἁγίου. Ἰωσὴφ δὲ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, δίκαιος ὢν, καὶ μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματίσαι, ἐβουλήθη λάθρα ἀπολύσαι αὐτήν. Ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἐνθυμηθέντος, ἰδοὺ ἄγγελος Κυρίου κατ' ὄναρ ἀνεφάνη αὐτῷ, λέγων· Ἰωσὴφ υἱὸς Δαβὶδ, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου. Τέξεται δὲ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. » Ὅς καὶ ἐπιφέρει λέγων· « Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν, ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ Κυρίου [διὰ τοῦ προφήτου] λέγοντος· » δηλονότι Ἡσαΐου· « Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν [g], ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. » Βλέπεις ἰσαρίθμους εὐαγγελιστοῦ καὶ προφήτου ῥήσεις; *μεθερμηνευόμενον* γὰρ, τὸ *Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεὸς*, ὅ ἐστι σωτηρία λαοῦ· τὸ, μετὰ δούλων Δεσπότην ἐμφιλοχωρεῖν. Συνεπᾴδεται τῇ ἀγγελικῇ τὸ Ἰησοῦς φωνῇ. Ἰησοῦς γὰρ ἑρμηνεύεται, ὡς σωτηριωδῶς πάντα δι' οἰκονομίαν συμπαθῶς ἐργασάμενος. Τοῦτό μοι ὁ καιρὸς δίδωσι, καὶ ἡ τῆς ἡμέρας δύναμις ἐργάζεται, χάριν μοι προσανατέλλουσα χάριτι, καὶ γνώσει συνάπτουσα, καὶ λαμπρότητι συναναστράπτουσα, χαριστήριον ἔλλαμψιν. Καὶ ὅτι μὲν ἐτέχθη, προεόρτασα· καὶ τὸ τεχθὲν ἀπορρήτως ἐπίσταμαι· καὶ τὴν τεκοῦσαν ἀσπόρως γινώσκω.

Quid vero illud significat : « Quod vocatum est ab angelo priusquam in utero conciperetur? » Ipse abunde exponit, angelum repræsentans in hæc verba Mariam alloquentem : « Paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur [e]. » Hoc porro ipsum etiam Matthæus, ubi diffidentiam Joseph enarrat, angelo in somnis apparente confirmatum astruit, scribens : « Cum esset desponsata mater ejus Maria Josepho, antequam convenirent, inventa est in B utero habens de Spiritus sancto. Joseph autem vir ejus cum esset justus, et nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam. Hæc autem eo cogitante, ecce angelus Domini apparuit in somnis ei, dicens : Joseph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam : quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Pariet autem filium, et vocabis nomen ejus Jesum : ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum [f]. » Qui et subdit dicens : « Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est a Domino per prophetam dicentem, nempe per Isaiam : Ecce virgo in utero habebit, et vocabunt nomen ejus Emmanuel : quod interpreteris, Nobiscum Deus [g]. » Vides, ut evangelistæ prophetæque sententia paribus velut numeris decurrat? Illud enim *quod Nobiscum Deus interpreteris*, quæ est populi salus, Domini est cum servis amica inhabitatio. Voci angelicæ consonat nomen illud Jesus. Quippe Jesum interpreteris, qui misericordi dispensatione ad salutem omnia operetur. Hæc mihi opportuni temporis largitio est, et quod diei operatur virtus, gratiæ accessionem late ad gratiam afferens, ac scientiam scientiæ connectens, junctamque splendori claritatem ad grati animi exhibitionem illucere faciens. Ac natum quidem jam celebravi : quodque arcano modo partu editum fuit, novi; nec eam quæ nullo suscepto semine, ac virgo peperit, ignoro.

Ἀλλὰ τῷ τεχθέντι, ἐμοὶ προσιτέον; Φοβοῦμαι καὶ δειλιῶ τῷ ἀνεξερευνήτως προαχθέντι εὐπροσηγόρως προσαχθῆναι. Ἔτι εἰμὶ ἐν ἀπορίᾳ, καὶ ὁ πλανήτης τὸν δεσπότην ὡς φοβερὸν ἀπὸ φυγῆς ἔχων, ἀποκρύβομαι. Καὶ πόθεν τοῦ τοιούτου φόβου λυθήσομαι; Ἡ τῆς ἡμέρας δηλώσει ἐνέργεια, τὸν κατ' ἐμὲ κλήσει προσκαλούμενον διαγράφουσα. Καὶ τίς ἡ κλῆσις; Ἰησοῦς· ὃ ἑρμηνεύεται *σωτηρία*, καθὰ τὸ Ἐμμανουὴλ, *Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός*. Ὅ ἐστι Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους καταλλαγὴ καὶ οἰκείωσις, καθὼς Ἰησοῦς Σωτὴρ κέκληται. Τοῦτο καὶ ποιμένες εὐηγγελίσθησαν πρότερον. Καὶ οὐκ ἂν τῷ βρέφει προσέψαυσαν, εἰ μὴ τῇ κλήσει προδυσωπηθέντες, τῷ ὁμοίῳ θαρ-

Enimvero, ad eum accedam qui est natus? D Timeo paveoque velut amicioris colloquii specie eum adire, qui imperscrutabili modo in lucem editus est. Adhuc consilii anceps hæreo, ac ceu erro cui a fuga dominus terrorem incutiat, abscondor. Qua vero ratione timore ejusmodi absolvar? Dici hodiernæ declarabit virtus, eum qui hominis mecum induit naturam, pro hominis mecum ratione nominis appellatione auctum describens. Quinam vero vocatur? Jesus : quod salutem interpreteris, quemadmodum illud Emmanuel, *Nobiscum Deus*. Hæc Dei cum hominibus reconciliatio est et inita societas, uti Jesus Sal-

[f] Luc. III, 38. [e] Luc. I, 31, 32. [f] Matth. I 18-21. [g] ibid. 22, 23.

Digitized by Google

vator vocatus est. Hoc et pastores fausti nuntii antea acceperunt : ac neque ausi essent propius ad infantem accedere et contrectare, nisi provocante nomine, concepta a similitudine fiducia, ad accessum animos addidisset. Quid enim ad eos angelus ? « Nolite timere [v]. » Quantus vero hic timor ? Mox ut angelus stetit juxta illos, « claritas Dei circumfulsit illos, et timuerunt timore magno [x]. » Unde et confortans eos, ut ne timeant adjungit, editique pueri nuncupatione metum solvit. « Ecce enim, inquit, evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo : quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus, in civitate David [y]. « Quid ais, angele ? Vimne tantam illa Jesu appellatio habet ? Plane, inquit. Jesus Salvatorem significat, *Qui est Christus Dominus;* Deus et homo; ipse idem potens et misericors. Idcirco etiam pastores ad fiduciam hortatus sum, jubensque Joseph ut die octava nomen inderet, feci ut ad eum facilis omnibus accessus sit. Jussit puer natus, ut cum astringente natura inductis verbis inducerem [z]. Nam neque Joseph sine metu amanterque infantis matri comes adhæsisset, nisi jussissem ut tanquam vir uxori curam haberet. Sic et pastoribus ut ad Dominum, velut beneficum herumque accederent, auctor fui; Jesumque diei octavæ circumcisione, iis quorum juris est natus (87), libenter appellari plene astruxi : quo velut ad meum qui vestram veritate substantiam induit, concepta fiducia, nihil accurrere vereamini. Tantam porro ejus ad vos inclinationem cogniturl, diei gloriam laudibus celebrate.

Porro discamus, quænam alia diei octavæ circumcisio significare habeat. Octava tum hebdomadis completio, tum sequentis initium est. Hebdomas infantem complet, eumdem octava ad perfectum provehit, nominisque accessione accenset perfectis (88). Octava initium est mutandæ ætatis (89), infansque septenni spatio suis numeris absolutus, adjecto disciplinis animo inter pueros numerabitur. Octava infantilia mutat omnia, et dentes et strigmenta : solidatque in esu, et voce, et mentis acumine. Hebdomas crementum indu-

ροῦντες εὐψύχως προσέδραμον. Καὶ τί γάρ φησι πρὸς αὐτοὺς ὁ ἄγγελος; « Μὴ φοβεῖσθε. » Καὶ ὁ φόβος ποῖος; Ἅμα τῇ πρὸς αὐτοὺς ἐπιστασίᾳ τοῦ ἀγγέλου, « δόξα Θεοῦ περιέλαμψεν αὐτοὺς, καὶ ἐφοβήθησαν σφόδρα. » Ὅθεν θαρρύνων αὐτοὺς, τὸ μὴ φοβεῖν ἐπάγει, καὶ τῇ προσηγορίᾳ τοῦ τεχθέντος λύει τὸν φόβον. « Ἰδοὺ γάρ, φησὶν, εὐαγγελίζομαι ὑμῖν χαρὰν μεγάλην, ἥτις ἔσται παντὶ τῷ λαῷ· ὅτι ἐτέχθη ὑμῖν σήμερον Σωτὴρ, ὅς ἐστι Χριστὸς Κύριος, ἐν πόλει Δαβίδ. » Τί λέγεις, ἄγγελε; τοσαύτης τὸ Ἰησοῦς προσαγόρευμα περιέχεται δυνάμεως; Ναὶ, φησί. Τὸ γὰρ Ἰησοῦς, *Σωτὴρ* ἑρμηνεύεται, *Ὅς ἐστι Χριστὸς Κύριος*· Θεὸς καὶ ἄνθρωπος· ὁ αὐτὸς ἐξουσιαστὴς καὶ οἰκτίρμων. Διὰ τοῦτο καὶ ποιμέσι τὸ θαρρεῖν παρεγγύησα· καὶ κληθῆναι τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ τῷ Ἰωσὴφ κελεύσας, πᾶσιν ἀνθρώποις προσιτὸν ὑποφαίνεσθαι πεποίηκα. Φύσει παρὰ τοῦ τικτομένου ἐκελεύσθην ὡς σὺν ἐπαγομένοις ἐπάγειν τοῖς ῥήμασιν. Ἐπεὶ οὐκ ἂν Ἰωσὴφ ἀφόβως καὶ ποθεινῶς τῇ μητρὶ τοῦ βρέφους παρείπετο, εἰ μὴ ὡς ἄνδρα γυναικὶ προσέχειν ἐκέλευον· οὕτω καὶ ποιμέσι, Δεσπότῃ ὡς εὐεργέτῃ καὶ Κυρίῳ προσδραμεῖσθαι πεποίηκα [aa], καὶ Ἰησοῦν τῇ ὀγδοάδι περιτομῇ, οἷς τελῶν ὁ γεννηθεὶς, εὐδοκίᾳ προσκληθῆναι ἐπιστωσάμην. Ἵνα φύσει ὡς πρὸς ὑμᾶς συνουσιωμένῳ θαρροῦντες, προστρέχειν κατατολμήσητε. Τοσαύτην τε πρὸς ὑμᾶς τὴν συγκατάβασιν αὐτοῦ γνωριούμενοι, τὴν τῆς ἡμέρας χάριν δοξάζεσθε.

Τί βούλεται ἡ ὀγδοάδος περιτομὴ καὶ ἕτερα δηλοῦν, καὶ δὴ γνωριοῦμεν. Καὶ ἡ ὀγδοὰς, ἑβδομάδος συμπλήρωσις, καὶ ἀρχὴ μέλλοντος. Ἡ ἑβδομὰς συμπληροῖ τὸ βρέφος, καὶ ἡ ὀγδοὰς τελειοῖ, καὶ δι' ὀνόματος τοῖς τελείοις καταλογίζεται. Ἡ ὀγδοὰς ἀρχὴ μεθηλικιώσεως, καὶ τὸ δι' ἑβδοματικοῦ χρόνου καταρτισθὲν βρέφος, εἰς παῖδας διὰ μαθημάτων καταλογιεῖται· Ἡ ὀγδοὰς πάντα τὰ νηπιώδη διαλλάττει, καὶ ὀδόντας, καὶ ῥύμη· καὶ στερεοῖ ἐν ἐδωδῇ, καὶ φωνῇ, καὶ νοερότητι. Ἡ ἑβδομὰς αὔξησιν εἰσάγει, ἡ δὲ ὀγδοὰς τελειότητα. Ἡ περιτομὴ πάλιν ἐπείσ-

[v] Luc. II, 10. [x] ibid. 9. [y] ibid. 10, 11.

VARIÆ LECTIONES.

[aa] Forte πέποιθα.

(*) *Clarius :* Naturaliter a nato puero jussus sum, ut verbis cum consequentibus repræsentarem, Hoc est, verbis ejusmodi ac nominibus quæ Salvatorem proderent, benignum, accessu facilem etc.

CONBEFISII NOTÆ.

(87) *Iis quorum juris est natus.* Οἷς τελῶν, ὁ γεννηθείς. Velut nobis, et in nostrum usum, nobisque natus, nobis etiam dictus Jesus et Salvator, nobis circumcisus : nihil horum angelis, habentibus salutem antiquam, non nova et Redemptoris, indigentibus.

(88) *Nominisque accessione accenset perfectis.* Δι' ὀνόματος τοῖς τελείοις καταλογίζεται. Velut antea infans; pene nihil fiat, vixque rebus accenseatur. Sic quidam exponunt illud proph. IV, 3 : *Unigenitus coram matre mea :* ut quia frater ex Davide, ante octavam diem, atque adeo non circumcisus obiisset. Salomon se unigenitum, ac si is non fuisset natus, ex Bethsabee haberet. Sed est torta expositio, nonnihil ea verosimilior, si se patris et Davidis dixisset unigenitum, non *coram matre*, quam constat edidisse alias proles, vel ex Uria. Unigenitus ergo, quod ipsa phrasis indicat, nihil eo loco aliud est quam singulariter charus et acceptus : ut mihi inde confici possit pro unica illa prole Davidis ex Bethsabee; eoque sit hac in parte incertior traditio Hebræorum.

(89) *Mutandæ ætatis.* Μεθηλικιώσεως. Transitionis ab uno ad aliud septenarium, quibus numerantur ætates. Basil. μεθηλικίωσις ἐπὶ τὴν ἑβδομάδα δευτέραν τῶν ἐτῶν.

Digitized by Google

ακτος γέγονε μετὰ τῆς πρότερον ὀνομασίας, τῇ ὀγδόῃ τοῦ βρέφους ἐπιδοθεῖσα. Καὶ οὐκ ἀσκόπως. Εἰδώλοις γὰρ ἀπὸ Θαρὰ πατρὸς Ἀβραὰμ μελλούσης τῆς φύσεως καταφύρεσθαι, ἔδει ἀπ' Ἀβραὰμ διὰ σφραγίδος τῷ Κτίστῃ λαὸν ἀφορίζεσθαι, μέχρις αὐτοῦ παρουσίας, ἧς ἀνάγκη πρὸς ἀνακαινισμὸν δεηθῆναι τὸν ἄνθρωπον. Ἡ περιτομὴ περίττωμα σαρκὸς ἀποβάλλει, καὶ δίδωσι σφραγῖδα ὀγδοάδος τῆς εἰς τὰ μέλλοντα. Ἡ περιτομὴ δηλοῖ, ὅτι Χριστοῦ παρουσία ταύτην ἀπωθεῖται, καὶ τὴν διὰ Πνεύματος ἀναγέννησιν δώσει. Δι' εἰδωλολατρείαν ἡ τῆς περιτομῆς σφραγὶς πρὸς διορισμὸν λαοῦ θείου δίδοται, καὶ δι' εἰδωλομανίας κατάλυσιν πάλιν πέπαυται. Τὰ παλαιὰ τοῖς νέοις σύμβολον. Ὄγδοος γὰρ ἀπὸ Ἀδὰμ ὁ Χριστὸς νομοθέτης. Ἐπειδὴ Ἀδὰμ αὐτὸς νόμον ἐδέξατο πρῶτος· καὶ Νῶε δεύτερος· καὶ Ἀβραὰμ τρίτος· καὶ Μωϋσῆς τέταρτος· καὶ Δαβὶδ εἷς τὰς περὶ Βασιλέων καὶ Σκηνοπηγίων δοξολογίας, πέμπτος νομοθέτης. Καὶ Ἔσδρας μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν τὴν ἐκ Βαβυλῶνος, δευτερωτὴς τοῦ νόμου καὶ ἐθῶν τινων παραδότης, ἕκτος ἀναφαίνεται Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς, κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας τῷ λαῷ, καὶ ὕδατι καθαίρων, ἕβδομος νομοθέτης. Ἰησοῦς Χριστὸς, ὄγδοος. Περὶ οὗ μεγάλου νομοθέτου Μωϋσῆς λέγει· « Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν ὡς ἐμὲ, αὐτοῦ ἀκούσεσθε· πᾶσα δὲ ψυχὴ ἥτις οὐκ ἀκούσει προφήτου ἐκείνου, ἐξολοθρευθήσεται. » Δυνατὸς μόνος ὢν, καὶ τὰ δι' ἐμοῦ νομοθετηθέντα παρ' αὐτοῦ πληροῦν, πολλοῦ πνεύματος πλησθήσεται χρισθεὶς, καὶ νομοθετήσει οἷα Κύριος καὶ Δημιουργὸς, εἰ καὶ ἐξ ὑμῶν, θεῖά τε καὶ

A cit, octava perfectionem. Circumcisionis religio introducta est cum prima nominis impositione, octava die infanti indicta. Nec immerito. Nam quia futurum erat ut a temporibus Tharæ patris Abrahæ, genus humanum idolis contaminaretur, debuit ab ipso Abraham (90) populus Creatori peculiaris per ejusmodi signaculum ad usque ejus adventum, quem homo necessarium haberet ad sui instaurationem, secerni. Circumcisio carnis superfluum amputat ac futuræ in posterum octavæ signaculum tribuit. Circumcisio Christi se adventu submovendam, regenerationemque per Spiritum concedendam ostendit. Datur Circumcisionis signaculum propter idololatriam ad discretionem populi Dei, rursumque ad idolorum de-
B struendum insanum cultum, eadem aboletur. Vetera novis symbolo sunt. Quippe octavus ab Adamo Christus legislator surgit. Nam Adam ipse primus legem accepit : tum Noe secundus : tertius vero Abraham : ac Moyses quartus. Quintus legislator David, quod spectat ad Regum et Scenopegiarum laudationes (91). Esdras, post Babylonicam captivitatem, secundo ordine legem moresque nonnullos tradens, sextus venit. Joannes Baptista prædicans populo baptismum pœnitentiæ, et aqua mundans, septimus palam legislator ostenditur. Jesus Christus octavus. De quo magno legislatore (92) ait Moyses : « Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus de fratribus vestris sicut me;
C ipsum audietis. Omnis autem anima quæ non audierit prophetam illum, exterminabitur [z]. » Is so-

[z] Deut. XVIII, 15, 19.

(*) Refer ad Psal. LIV, 1, et ad I Paral. XVI; et II Paral. VII, 6; et VIII, 14.

COMBEFISII NOTÆ.

(90) *Debuit ab ipso Abraham*, etc. Hanc ego post Chrysost. hom. 40 *in Gen.* aliisque locis, maximam ac primam, ac fere unicam, rationem arbitror latæ legis Circumcisionis ; adeo ut ea in deserto cessante, ac Dei populo ipsa deserti mora a reliquis populis satis discreto, nulla culpa Israelitarum, intermissa sit 40 annis. Quod enim incertum esset profectionis tempus, haud satis excusasset, cum possent circumcisi pueri, molliuscule ac nullo fere graviori periculo, in plaustris deferri. Nec enim tanta omnis generis hominum pecorumque multitudo tam maturabat iter; quam Jacob excusationem
D prætendit, ut ne fratri Esau comes accederet. Gen. XXXIII. Unde sanctus doctor, III p. q. 70, c. 4, non quiescit in illa ratione, velut omnino sufficienti, sed hanc statim ceu ex Damasc. lib. IV *Fidei* adjungit. Ita ergo Chrysost. hom. illa 40 *in Gen.* : Οὐδὲν ἕτερον ἐκ τῆς περιτομῆς ὄφελος ἦν, ἢ τοῦτο μόνον, τὸ διὰ τοῦ σημείου τούτου γνωρίμους αὐτοὺς εἶναι, καὶ τῶν λοιπῶν ἐθνῶν κεχωρίσθαι. Quæ plura ibi prosequitur. Videndus Athan. in Synopsi. Qui vero haberet ad peccatum originale, bene idem D. Th. quæst. illa 70, solam signi rationem tribuens, ejusque remissionem ascribens soli fidei, cujus illa signaculum esset : ut ad summum esset conditio, sine qua Deus in familia Abrahæ, et Israelitis, parvulis qui possent circumcidi, nisi circumciderentur, ac sic fidem profiterentur cujus illa signaculum esset, orig. peccatum non remitteret ; sacramento legis naturæ jam illis inutili, velut in pœnam inobedientiæ parcutum, quomodo sententia Augustini et Innoc. III, cum Patrum aliorum sententia, ut magnus est in conciliandis Patribus meus Thomas, conciliari potest : dando totum ac nihil, sacramento illi in ejusmodi negotio, sed alia et alia ratione : qua de re illic scholastici, nobis hæc obiter, et ad Andreæ aliquam elucidationem.

(91) *Ad Regum et Scenopegiarum laudationes.* Explicamus interjectis verbis : *Profanas sacrasque.* Nihil enim aliud videtur velle Andreas, quam composuisse Davidem utriusque generis cantica, ac velut lege tradidisse frequentanda : de sacris habemus clare II Paral. VII, 6 : *Sacerdotes autem stabant in officiis suis : Levitæ in organis carminum Domini quæ fecit David rex ad laudandum Dominum ;* clariusque VIII, 14 : *Et constituit juxta dispositionem David patris sui officia sacerdotum in ministeriis*, etc. De profanis, et quibus regium culmen ; sic viro sancto, vel in Saule jam reprobo, venerationi habitum ; regiaque facta, prosecutus sit et aliis prosequenda tradiderit, res est obscurior, si præsertim alia velimus quam quæ id generis insinuat Scriptura, in canticis illis quibus deliniebat furorem Saulis ; nonnunquam forte maritata voce organis, ac priora Saulis gesta nobilia, personante, et quæ habemus in libris psalmorum scripta, de ipsius præsertim victoriis : quæ tamen, ut maxime in Christum relata, maxime sacra sunt, et sacro usui, divina in eis laudata, qua misericordia, qua justitia, etc.

(92) *De quo magno legislatore.* Formalissime Andreas : ut enim legislator, et in ipsa legislatione,

Digitized by Google

tus potens, ut quæ etiam a me sancita sunt, a se ipse impleat. Multo spiritu ab unctione implendus est; ac tanquam Dominus et Creator, quanquam est ex gente vestra, divina et spiritalia præscripturus. Etenim ubi quæ sunt legis in carne ejus sabbatizaverint fuerintque evacuata, octava resurrectionis die, mundi totius, ut qui Deus sit, ac non Judæorum tantum sed et gentium, futurus legislator est, qui omnes ungat initietque Spiritu sancto, exque proprio nomine unctos denominet. Carnales item ac vitiosas affectiones circumcisurus est, ac velut recreaturus ad bona opera, et actiones regni cœlorum, tanquam vere « magni consilii Patris angelus, Deus fortis, potens, princeps pacis, pater futuri sæculi [a].

A νοερά. Καὶ γὰρ σαββατίσας ἐν τῇ αὐτοῦ σαρκὶ τὰ τοῦ νόμου, τῇ ὀγδοάτῃ ἀναστασίμῳ ἡμέρᾳ, νομοθέτης ὅλου τοῦ κόσμου, οἷα Θεὸς, καὶ οὐ μόνον Ἰουδαίων, ἀλλὰ καὶ ἐθνῶν, γενήσεται, χρίων καὶ τελειῶν ἅπαντας ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, καὶ οἰκείῳ ὀνόματι χριστοὺς ἀποκαλῶν. Καὶ περιτεμεῖ σαρκικὰ φρονήματα καὶ ἐμπαθῆ, καὶ προσαναζωπυρήσει ἐπ' ἔργοις ἀγαθοῖς, καὶ πράξεσι βασιλείας οὐρανῶν· ὡς ἀληθῶς « μεγάλης βουλῆς τῆς τοῦ Πατρὸς Ἄγγελος, Θεὸς ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστὴς, ἄρχων εἰρήνης, Πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. »

Ac si hæc bene habent, diei festo gratulemur, majoremque ejus lætitiæ claritatem ostendamus, solemnitatem solemnitati conferentes, ac Dei manifestantes servum : quando, ut ait Scriptura, « Justorum animæ in manu Dei : » quippe etiam sunt Dei omnes. Alii nihilominus aliis sunt propinquiores, quod divinam imaginem, majori similitudine, quantum est creaturæ concessum, pure expresserint. Quis igitur est præclarus ille? Basilius. Basis illa et sedimentum virtutum (93), fulcimentum Cappadocum, orbisque universi illustris gloriatio : qui Ecclesiæ (94) decentissimum docuit statum et ordinem, quo hactenus nostræ fidelium Ecclesiæ confirmantur. Quanquam vero multis aliis sive prius, sive post ipsum canonice instituentibus edoctas constet, nihilominus tamen, quæ is constitutione disposuit, ceu novum quid ad miraculum universæ ex æquo sibi congruum asciverunt. Hoc sibi et quam hodierna die colimus celebritatem deposcit; ut viro eximio assumpto comite, ejus quem honore prosequitur, videri possit honore digna. Ac vero dicamus, non si qua sunt nostra, sed quæ antecessorum ac virorum cum primis theologorum, iisdemque viro inclyto moribus, quorum etiam sermones, ejus qui laudatur merita exæquent : atque ubi modicum, solemnis diei delicias sermone captantes, geminæ celebritati expenderimus debitum, sermonis cursum sistamus, divina nos in omnibus roborante bonitate, verbis ejuscemodi sancto congressi : Homo Dei, et fidelis famule, ac sacramentorum Dei et dispensator, « virque desideriorum spiritus. » Ita enim vocat Scriptura viros sublimes, et qui res oculis subjectas illis effecti superiores transgressi sint. Sed et deum Pharaonis

B Καὶ εἰ ταῦτα ἔχει καλῶς, δεῦτε, τῇ πανηγύρει προσχαριούμεθα, καὶ μεῖζον αὐτῆς τὸ φαιδρὸν ἐπιδείξωμεν, πανήγυριν τῇ πανηγύρει προσάπτοντες, καὶ Θεοῦ τὸν δοῦλον γνωρίζοντες· εἴπερ, ὡς τὸ Λόγιόν φησι, « Ψυχαὶ δικαίων ἐν χειρὶ Θεοῦ· » ἐπεὶ καὶ Θεοῦ πάντες. Καὶ οἱ μὲν, τῶν ἄλλων ἐγγύτεροι, διὰ τὸ καθαρῶς τῇ θείᾳ ὁμοιωθῆναι εἰκόνι, τὸ δυνατὸν ἔχον. Τίς οὖν ὁ εὐφημούμενος; Βασίλειός ἐστιν. Ἡ τῶν ἀρετῶν βάσις· τὸ τῶν Καππαδοκῶν ἔρεισμα, καὶ πάσης τῆς οἰκουμένης τὸ περιφανὲς καύχημα. Ὁ παιδεύσας Ἐκκλησίας στάσιν καὶ τάξιν εὐπρεπεστάτην, δι' ὃν αἱ μέχρι νῦν Ἐκκλησίαι τῶν καθ' ἡμᾶς πιστῶν κρατύνονται. Εἰ καὶ πολλοῖς ἑτέροις νομίμοις πρότερον καὶ ὕστερον μυσταγωγούμεναι γνωρίζονται, ὅμως τῆς ἀπ' αὐτοῦ καταστάσεως, εἰς C καινόν τι θαῦμα, ἅπασαι τὴν τάξιν ἐπίσης ἐνηρμόσαντο. Τοῦτο δὲ καὶ ἡ ἑορτὴ τῇ ταύτῃ βούλεται, ὡς συνέκδημον τὸν ἄνδρα λαβομένη, τῆς παρ' ἑαυτῆς τοῦ τιμηθέντος τῆς τιμῆς εἴη ἀξία. Καὶ δὴ λέξωμεν τὰ ὅσα οὐκ ἐξ ἡμῶν, τῶν πρὸ ἡμῶν δὲ, καὶ τῶν αὐτῷ συνηθεστάτων μάλα θεολόγων ἀνδρῶν, ὧν καὶ κατ' ἀξίαν τῷ ἐπαινουμένῳ οἱ λόγοι παρισοῦνται. Καὶ μικρὸν τῷ λόγῳ τῇ ἑορτῇ συνεντρυφήσαντες, ταῖς κατ' ἀμφοῖν ἑορταῖς τὸ χρέος ἀποδώσωμεν, καὶ τὸν τοῦ λόγου δρόμον λήξωμεν, Θεοῦ τὰ πάντα ἡμῖν ἀγαθότητι ἐνισχύοντος, ἐν τούτοις τῷ προσφερόμενοι. Ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ καὶ πιστὲ θεράπων, καὶ οἰκονόμε τῶν τοῦ Θεοῦ μυστηρίων, « καὶ ἄνερ ἐπιθυμιῶν τῶν τοῦ πνεύματος. » Οὕτω γὰρ ἡ Γραφὴ καλεῖ τοὺς διαβεβηκότας καὶ ὑψηλοὺς καὶ ὑπεράνω τῶν D ὁρωμένων· καλῶ δέ σε καὶ θεὸν Φαραὼ, καὶ πάσης Αἰγυπτιακῆς καὶ ἀντικειμένης δυνάμεως· καὶ στύλον, καὶ ἑδραίωμα τῆς Ἐκκλησίας, καὶ θέλημα Κυρίου, καὶ φωστῆρα ἐν κόσμῳ λόγον ζωῆς ἐπέχοντα, καὶ πίστεως ἔρεισμα, καὶ Πνεύματος καταγώγιον.

[a] Isa. IX, 6.

COMBEFISII NOTÆ.

ac populo non ferente Dei in majestate pluribus audire vocem, et deprecante loquentem, novus hic legislator, qui esset legis scita absolutius publicaturus, novamque amoris et libertatis, pro severiori illa et timoris, sanciturus legem, promissus est, ut scite noster Cai. ad eum locum Deuter. XVII.

(93) *Basis illa et sedimentum virtutum.* Ἡ τῶν ἀρετῶν βάσις. Accepit a sancto Ephræm in encomio Basilii, ubi Vossius aliter reddit, juxta aliam hujus vocis significationem, nempe : *Gressus virtutum :* et sic reddendum colligit ex iis quæ illic sequuntur : *Qui in carne gradiens, spiritu incedebat.* Nostra planior expositio magis Andreæ videtur, ex sequenti statim elogio. Τὸ τῶν Καππαδόκων ἔρεισμα. Ut significetur virtutis, in eo, et per eum constantia, metaphora illa a structuris.

(94) *Qui Ecclesiæ.* Videtur præcipue Basilianos canones ad Amphilochium respicere, quibus Græci plurimum semper detulere.

Digitized by Google

Καὶ τί ἂν πάσας ἀπαριθμοίμην τὰς προσηγορίας, ὅσας ἡ ἀρετή σοι πεποίηκε, ἄλλη τις ἄλλην οἰκειοῦσάν τε καὶ προσάγουσαν; Πλὴν ἡγοῦ, « κατευοδοῦ, καὶ βασίλευε, » καὶ ποίμαινε ἡμᾶς· οὗ πᾶς ἥκων ὑπὸ τὰς πτέρυγας ἀναπαύεται, καὶ οὗ διψῶμεν τῆς φωνῆς, μᾶλλον ἢ πηγῆς τῆς καθαρωτάτης οἱ δίψει κάμνοντες, ὦ θεία καὶ ἱερὰ κεφαλή! Τὸν ἐπὶ τῶν χειρῶν Κυρίου ἐζωγραφημένον, τὸν ἄζυγα, τὸν ἀκτήμονα, τὸν ἄσαρκον, μικροῦ δεῖ, καὶ ἀναίμονα· τὸν ἐν λόγοις μετὰ τὸν λόγον· τὸν ἐν φιλοσόφοις σοφὸν, τὸν ἐν κοσμικοῖς ὑπερκόσμιον. Σιωπᾶται τὰ παλαιὰ, ὅσα τινὲς τοῖς θείοις Λόγοις ἐνίδρυσαν. Βοᾶται τὰ νέα· καὶ οὗτος ἄριστος ἡμῖν ἐν λόγοις, ὃς ἂν τὰ ἐκείνου μάλιστα τυγχάνει γινώσκων, καὶ διὰ γλώσσης φέρων, καὶ συνετίζων τὰς ἀκοάς. Ἥρεσε γὰρ εἷς ἀντὶ πάντων τοῖς σπουδαιοτέροις εἰς παίδευσιν, ᾧ τὰ δευτερεῖα μετὰ τοὺς ἀποστόλους ὁ χρόνος δίδωσι μόνον.

A appellabo, totiusque Ægyptiacæ ac adversæ virtutis : columnam item, et firmamentum Ecclesiæ, atque voluntatem Domini, luminareque in mundo quod contineat atque præferat verbum vitæ, ac fidei fulcrum, et hospitium Spiritus. Quorsum vero omnes titulos recenseam quos tibi virtus, alio alium conciliante ac inducente, adjecit? Cæterum præi, « prospere procede, et regna : » tu nos pasce, sub cujus alis requiescit quisquis accedit; et cujus ipsi vocem, qui siti laboramus, supra fontis limpidissimas aquas sitimus. O divinum sacrumque caput! Dicam depictum in manibus Domini, cælibem, inopem; parum abest ut ne carnis expertem (95) et sanguinis. Qui scriptis eloquioque proximus ab Scriptura et divino
B eloquio sis; sapientem inter eos qui philosophi studium sapientiæ profitentur, cœlestem inter mundana. Traduntur silentio vetera, si qua illustrandis Scripturis ab aliis scripta sunt; nova præconio celebrantur, isque nobis optimus videtur et scriptor et orator, si quis maxime quæ sunt ejus novit, et lingua præfert, instillatque erudiendis auribus. Unus enim vice omnium, velut erudiendis forma, seria magis sectantibus placuit; cui uni post apostolos, secundas partes tempus concedit.

Ἀλλὰ πάντα διὰ μέσου καταλιπὼν, τοῦ τέλους κατὰ Μωϋσέα καὶ Βασιλείου ἐπιμνησθήσομαι μόνον. Ἀφῆκε μὲν τὸν βίον ἑκάτερος· μνημόσυνον δὲ τῆς ἰδίας περὶ τὴν σάρκα σχέσεως, οὐ θάτερος αὐτῶν τῷ βίῳ κατέλιπε. Οὔτε γὰρ Μωϋσέως τάφος εὑρίσκεται, οὔτε οὗτος περιουσίᾳ τινὶ ὑλικῇ ὑπεχώσθη. Ἀλλ' ὁμοῦ παρῆλθε τὸν βίον, συμπαρῆλθεν αὐτῷ τὰ πάντα, δι' ὧν ὁ βίος τῶν ἀνθρώπων ἔχει τὴν στάσιν. Ὡς μηδὲ εὑρέθη τοῦ ἀνδρὸς ὑλικὸν μνημόσυνον ἐκ τῆς τῶν ἀπολειφθέντων περιουσίας, καταχωννύον αὐτοῦ τὴν πρὸς
C τὸ κρεῖττον ὑπόληψιν, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Μωϋσέως ἡ ἱστορία μαρτυρεῖ λέγουσα, ὅτι « Οὐχ εὑρέθη αὐτοῦ τάφος, ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας. » Εἰ οὖν τοιοῦτος ἡμῖν ὑπὸ τοῦ λόγου ἀναδέδεικται ὁ μέγας Βασίλειος, ὥστε μὴ πόρρω τῶν ἁγίων εἶναι αὐτὸν, δια τοῦ βίου πρὸς ἕκαστον τῶν μεγάλων παρατιθέμενον· καλῶς ἡμῖν ἡ ἀκολουθία τῶν ἑορτῶν ἐπὶ τοῦτον ἄγειν νῦν τὴν ἐνεστῶσαν πανήγυριν. Ἀλλὰ διὰ τῶν ἐκεῖ κεχα-

Verum intermediis omnibus omissis, solius Basilii finis meminero, quam Moysi similis habuit (96). Equidem ambo reliquerunt vitam : neuter tamen, suæ ad carnem affectionis monumentum vitæ reliquit. Nam neque Moysis sepulcrum invenitur, neque hic substantia ulla terrena obrutus est. Quippe vita excedente una excesserunt transieruntque omnia quibus humana vita consistit. Quare minime inventum est terrenum viri de substantia relicta monumentum, quod ejus ad id quod melius est, propositum obrueret, quemadmodum in Moyse historia his verbis testatum habet : « Et non est inventum sepulcrum ejus usque in præsentem diem [b]. » Ubi ergo magnum Basilium oratione talem ostendimus, qui collata cum magnis quibusque vita, haud procul a sanctis absit; bene nobis festivitatum series instantem hodierna die celebritatem ad eum reducit. Enim-

[b] Deut. XXXIV, 6.

COMBEFISII NOTÆ.

(95) *Parum abest, ut ne carnis expertem et sanguinis.* Τὸν ἄσαρκον, μικροῦ δεῖ, καὶ ἀναίμονα. Expressum ex Greg. Orat. 20 : Οὐ πολὺ δὲ εἰπεῖν, καὶ ἄσαρκος· ex quo et nostri, in multis malam punctationem, correximus. Sunt certe hæc aliaque viri tanti illustria, ac in primis quæ statim addit de ejus proxima a sacra eloquentia, ac vere vix diviniorem hactenus habuerit Ecclesia, quibus saltem ipse loquitur; haud enim perinde fuerit, in ejus ubique interpretibus, audire.

(96) *Quo Moysi similis habuit.* Τοῦ τέλους κατὰ Μωϋσέα. Egregia in Moysis ignoratum sepulcrum; insignisque in episcopatu, paupertatis Basilii, re animoque, allegorica celebratio. Videtur respicere illud Gregorii citati, quo Basilii ἀκτησίαν et ipse celebrans, unum ei corpus, et necessaria indumenta relinquit. Fuit non absimilis magnus et ipse Latinorum doctor Augustinus, cui abjecta omnis substantia, testamenti condendi facultatem ademit; eoque nec sepulcrum, quo magnus ille animus
D infoderetur, reliquit; de quo Possidius in ejus Vita. Ac neque nostrum Joan. Baptistam de la Nuza, et ipsum inter ævi nostri episcopos, verbi Dei preconum ac Prædicatorum, vere magnum magistrum, *dono sapientiæ et intellectus, in sacris præcipue Scripturis exponendis, sancti Ludovici Bertrandi ejus magistri testimonio, eximie præditum;* vere et ipsum, non relicto sepulcro, alta illa paupertate qua *ad proprium usque lectum, sanctorum episcoporum æmulator in pauperes erogavit,* ut nupera obitus ejus relatio in capitulo nostro gener. Rom. 1629 defunctum; pro mea in utrumque illum, quem utrumque vir tantus illustravit : primum, inquam, augustissimum, et cui sub Deo omnia subjiciantur, successorum apostolici culminis episcoporum, ac quem profiteor humilem, peculiariter et ipsum; sed tamen subsidio, ordinem Prædicatorum, observantia, tacere omnino debuerim, sin minus, quid omnis retro ætas faciet, dignis elogiis celebrare possim

Digitized by Google

vero fuerit congruum ut memoriæ commendemus, per ea quæ illic ac in cœlis donata sunt. Ut ne autem præ orationis exilitate miraculum in contemptum abeat, laudantiumque conatibus illius apud omnes obtinenti opinioni nonnihil decedat, præstat ut ipsi in nobis admirationem silentio augeamus, quam ut laudem sermone minuamus. Qui enim pluribus impræsentiarum beatum te dixerimus, o pater Basili? Te, inquam, qui sermonis aculeo errorem vulneres abigasque; qui velut apis prudenter incedas, morerisque in prato Scripturarum divinitus inspiratarum, ac inde propheticos flores et apostolicum rorem colligas; qui virtutum symbolis assiduus insideas, divinamque ex eis conficias propolim (97); qui mel inculpatæ fidei in Spiritu sancto sapienter effeceris; qui malas vespas contemptui habere, ac volatu in cœlum contendere doceas; qui sicut David clamaveris: «Quam dulcia faucibus meis eloquia tua [c],» Domine!

Una tecum, o fidelis Basili, desiderium acuentes, læti pariter plausimus, nihil tibi a nobis afferentes; quippe temerarium est: sed laudationem a dulcissimis tuarum laudum præconibus collectam, hacce vitam ferenti celebritate octavæ diei Circumcisionis congessimus, congrua ad canticum cum omnibus celebrantes memoria. Etenim octava Circumcisionis die vitam solvis emigrasque, ubi annos omnes Deo servisses: in eis vero, octo duntaxat tuæ sedis thronum moderatus esses. Hoc magnus docet Gregorius, ubi desideratum versibus proscribit (98) cogitandum. Gregorius, inquam, cujus studiis irrigata nobis theologia illustrius splendescit; teque theologi nota, velut qui ambo idem spiretis et ad idem respiciatis, insignit. Sane una in utroque anima duobus corporibus ferendis dicebatur. Post hunc quoque Gregorius Nyssenus, et ipse divinorum interpres, ac vix quidquam tibi gloria impar, ut neque deest aliquid ad propinquitatem naturæ. Ad hos accedit Ephræm, qui Spiritu divino arcana judiciorum Dei fidelium cordibus ceu potandis infundit. Huic revelatione innotescis, isque te nescientibus præconio ostendit. Velut enim exponendis divinis sensis propositum (99), Dei te Ecclesiæ conspicuum fieri adhortatur.

A ρισμένων ἐκείνῳ, προσάγειν πρέπον ἂν εἴη τῇ μνήμῃ. Ὡς ἂν οὐ τῇ μικροφυΐᾳ τοῦ λόγου συγκαθαιρεθείη τὸ θαῦμα, καὶ τῆς ἐν ἑκάστῳ νῦν περὶ αὐτοῦ δόξης γένοιτό τις, διὰ τῶν ἐπαινεῖν ἐπιχειρούντων, ἐλάττωσις, κρεῖττον ἂν ἐπὶ τῆς σιωπῆς μᾶλλον αὔξειν ἐν ἑαυτοῖς τὸ θαῦμα, ἢ διὰ τοῦ λόγου κατασμικρύνειν τὸν ἔπαινον. Πῶς γὰρ ἐπειπόντες καὶ νῦν σε μακαρίσωμεν, πάτερ Βασίλειε; Ὁ τῷ κέντρῳ τοῦ λόγου τὴν πλάνην νύττων καὶ ἀπελαύνων· ὁ ἀπαίρων συνετῶς ἅμα ταῖς μελίτταις, καὶ σκηνῶν εἰς λειμῶνα τῶν θεοπνεύστων Γραφῶν, κἀκεῖθεν ἀνθολογῶν ἄνθη προφητικὰ, δρόσον ἀποστολικήν. Ὁ ἀεὶ ἐνιζάνων τοῖς συμβόλοις τῶν ἀρετῶν, καὶ ἐξ αὐτῶν τὴν θείαν ποιούμενος πρόπολιν. Ὁ τὸ μέλι τῆς ἀμωμήτου πίστεως σοφῶς ἐργασάμενος ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, ὁ τῶν πονηB ρῶν σφηκῶν καταφρονεῖν διδάσκων, καὶ πτῆσιν ποιεῖσθαι εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανόν. Ὁ βοήσας ὡς Δαβὶδ, «Ὡς γλυκέα τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου,» Κύριε!

Σοὶ, πιστὲ Βασίλειε, τὸν πόθον συμπαραθήγοντες, τὸν ἡδὺν συνεκρουσάμεθα· οὐκ ἐξ ἡμῶν τι σοὶ προσοίσαντες· τολμηρὸν γάρ· ἀλλ' ἐκ τῶν ἡδίστων ἐπαινετῶν τοῦτον ἐρανισάμενοι, ἐν ταύτῃ συνηθροίσαμεν τῇ φερεσβίῳ πανηγύρει τῆς ὀκταημέρου Περιτομῆς τὰ ἐοικότα πρὸς ὕμνον τῇ μνήμῃ συνεορτάζοντες· ὀκταημέρῳ γὰρ περιτομῇ καταλύεις τὸν βίον, ὅπλοις [30] μὲν χρόνοις δουλεύσας Θεῷ, ὀκτὼ δὲ ἐν ὅλοις ἔτεσι τὸν τῆς ἱερᾶς σου καθέδρας ἰθύνας θρόC νον. Οὕτος τοῖς ἔπεσιν ὁ μέγας Γρηγόριος ἐννοεῖν ἡμᾶς, τῇ ἐπιθυμίῳ σου προγραφῇ ἐκδιδάσκει. Παρ' οὗ ἡ θεολογία ἡμῖν ἐπαρδομένη καταστράπτει, καί σε ὡς θεολόγον διασημαίνεται, ὡς τὸ ἓν πνέοντες, καὶ πρὸς τὸ ἓν βλέποντες. Μία μὲν ἐν ἀμφοτέροις ἐδόκει ψυχὴ, δύο σώματα φέρουσα. Συναῦθις καὶ Γρηγόριος ὁ Νυσσαέων, καὶ αὐτὸς τῶν θείων ἐξηγητὴς· μὴ τοσοῦτον τῆς παρὰ σοῦ δόξης ἀπολειπόμενος, ὡς οὐδὲ τῇ πρὸς φύσιν ἐγγύτητι. Σὺν οἷς καὶ Ἐφραῒμ, ὁ θείῳ Πνεύματι τὰ ἀπόῤῥητα τῶν θείων κριμάτων καταρδεύσας ταῖς καρδίαις τῶν πιστῶν. Ὅς σε καὶ δι' ἀποκαλύψεως γνωρίζει, καὶ τοῖς ἀγνοουμένοις κηρύττει. Ὡς γάρ σε θεῖα νοήματα προκείμενον, τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ φανῆναι προτρέπεται.

[c] Psal. CXVIII, 103.

VARIÆ LECTIONES.

[30] Forte ὅλοις.

COMBEFISII NOTÆ.

(97) *Propolim.* In apum operibus dicitur tertium ceræ fundamentum, ex crassiore tenacioreque constans materia frigori injuriæque omnes aditus obstruens, favosque stabiliens. Plin. II, c. 7; idem, l. XXIV, c. 8: *Populi ferunt in foliis guttam, ex qua apes propolim faciunt.*

(98) *Ubi desideratum proscribit.* Τῇ ἐπιθυμίῳ σου προγραφῇ. Nempe epitaphio illo, quo velut in imagine, ob oculos desideratum ponit; ubi est ille versus, ad quem auctor alludit.

Ὀκταέτη λαοῖο Θεόφρονος ἡνία τείνας;

D *Octonis annis populi es moderatus habenas Christicolæ.*

Pro vocis illius explicatione videndi interpr. Gal. 3.

(99) *Velut enim exponendis divinis sensis propositum.* Mendosa littera aut mutila, nec nobis facimus satis. Fuerint forsan hæc Basilii in Ephræm, quem nimia humilitate sub monachi habitu delitescentem, ad Ecclesiæ magisterium vir beatus impulerit; si præsertim, ut habet Amphilochius et Menologium, ad sacerdotium adegit: quo gradu

Digitized by Google

Ἀλλὰ σὺν αὐτοῖς τοῖς θείοις ἐπαινέταις, πάτερ A Βασίλειε, ἐν πατριαρχῶν συναπολαύων σκηναῖς ἀποστόλων τε καὶ προφητῶν μυσταγωγίαις, καὶ μαρτύρων στεφηφορίαις, καὶ μοναχῶν χορείαις, θείων τε ἱεραρχῶν καὶ πάντων δικαίων ἀγαθοτρυφίαις, τὰ ὑπὲρ ἡμῶν μνήσθητι, συνεπαγείρων εἰς πρεσβείαν πάντας ὁμοσκήνους σου, τοῦ καθικετεῦσαι πάντοτε μὲν, καὶ νῦν δὲ τὸν κοινὸν Δεσπότην ὑπὲρ τῆς πάντων σωτηρίας Χριστιανῶν· βασιλέα καταρτίζων ἐν δικαιοσύνῃ καὶ θεοσεβείᾳ, ἵν' ἔχοι Θεὸν σύμμαχον αὐτοῦ τοῖς νοήμασι, τὸν ἀδιάδοχον βασιλέα, παρ' οὗ δεσπόζεται ἄνωθεν· ἄρχοντάς τε καὶ ἡγεμόνας ἐν εὐσεβείᾳ διέποιτο ὑπηκόους, στρατῷ συμμαχόμενος, καὶ τὸν λοιπὸν λαὸν ἐν ὁμονοίᾳ τῇ πρὸς τὴν θείαν πίστιν, καὶ τῇ πρὸς ἀλλήλους εἰρήνῃ διακρατῶν· χρίων ἀρχιερεῖς ἐν θεολογίᾳ, καλῶς κυβερνᾶν τὴν ἐκ Θεοῦ B καὶ παρὰ σοῦ σοφῶς πεπαιδευμένην, καὶ αὐτοῖς ἐμπιστευθεῖσαν Ἐκκλησίαν. Ἱερεῖς ἐν εὐλαβείᾳ διατηρῶν, ὅπως θεαρέστως βιοῦντες, καὶ τὸν ὕμνον ἐπαξίως τῷ σε νυνί τε προσλαβομένῳ καὶ στέψαντι καὶ παντὶ τῷ πιστῷ δήμῳ περιφανῆ δείξαντι, ποιμένα, καὶ δὴ πλέξωμεν. Ὃς δι' ἡμᾶς ἐπτώχευσε πλούσιος ὤν, ἐκ γαστρὸς προελθὼν σαρκοφόρος, ὡς οἶδεν αὐτός. Ὁ ἄνω τῷ Πατρὶ συγκαθεζόμενος, καὶ ἐν σπηλαίῳ τε τικτόμενος, καὶ ἐν φάτνῃ σπαργανούμενος. Ὁ ὑπὸ ἀγγέλων ἀνυμνούμενος, καὶ ὑπὸ ποιμένων θαυμαζόμενος. Ὁ τῇ παρούσῃ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ περιτεμνόμενος, καὶ Ἰησοῦ προσηγορίαν δεχόμενος. Ὁ καθάρσια προσφέρων, καὶ ὑπὸ Συμεὼν καὶ Ἄννης ἀνθομολογούμενος, καὶ ὑπὸ Μάγων δορυφορούμε- C νος. Ὁ φεύγων εἰς Αἴγυπτον, καὶ « σεῖων τὰ χειροποίητα Αἰγύπτου. » Ὁ τὴν τελείαν ἀνδρὸς ἡλικίαν δεχόμενος, καὶ ὑπὸ δούλου βαπτιζόμενος, καὶ τῷ ὕδατι βυθίζων τὴν τοῦ κόσμου ἁμαρτίαν. Ὁ κόσμῳ φανερούμενος, καὶ ὑπὸ Ἰουδαίων μισούμενος, οἷς καὶ τὰ ξένα ἐθαυματούργει. Τέλος, παραδιδόμενος καὶ σταυρούμενος, εἶτα καὶ θαπτόμενος, ἵνα τὸν ᾅδην αἰχμαλωτίσας, τὸ τῆς ἀναστάσεως τοῖς ἐν ᾅδῃ περιαστράψῃ ἐπάγγελμα. Ὃς καὶ ἀνέστη τριήμερος, δούς μοι τὴν δευτέραν ὀγδοάδα τιμᾶσθαι τῆς ὄντως ἀναπαύσεως, εἰς τὴν μέλλουσαν ὀγδοάδα τῆς τελείας τοῦ κόσμου ἀπολυτρώσεως ἄγουσαν. Ὅθεν καὶ μαθηταῖς ἐμφανίζει, καὶ βλεπόντων αὐτῶν εἰς οὐρανοὺς αἴρεται, τὸ κατ' ἐμὲ ταπεινὸν ἀνυψῶν· καὶ εἷς Κύ- ριος ἐν δύο φύσεσι γνωρίζεται, τῷ Πατρὶ καὶ τῷ θείῳ D Πνεύματι συμπροσκυνούμενος. Ὁ τὰς δύο θελήσεις ὁμοίως καὶ ἐνεργείας φέρων, Ὁ κἀντεῦθεν ληπτὸς καὶ ἀπερίληπτος, γραπτὸς καὶ ἀπερίγραπτος· τόποις [31] καὶ εἰκονίσμασιν ἡμῖν προγραφόμενος, καὶ ἐν αὐτοῖς, ὡς διὰ μέσου σαρκὸς καὶ πνεύματος, προσκυνούμενος. Τοῖς οἰκείοις θεολόγοις καὶ πᾶσιν ἁγίοις ἐκτυπούμενος. Κοινωνῶν ἡμῖν ἐφ' ἅπασιν ὁμοίως· καὶ γὰρ τῇ ἐντεῦθεν προσκυνήσει τῷ ἀρ-

Enimvero, Basili pater, qui cum ipsis divinis præconibus patriarcharum delicieris tabernaculis, apostolorumque et prophetarum sacris initiationibus, martyrumque coronis, et choris monachorum, divinorumque præsulum, atque omnium justorum voluptatibus, nostri recordare, ὁmnes iisdem tecum tabernaculis congregans, ut semper ac modo in primis, communi Domino pro salute Christianorum universorum supplicent: imperatorem in justitia et religiosa pietate disponens, ut Deum habeat, imperatorem illum et regem, cui nullus succedit, a quo cœlo regitur, ejus adjutorem consiliis, principesque ac duces et subjectos pietate regat; exercitui auxilians, ac populum reliquum in divina concordem fide, ac pace mutua continens: ungens pontifices in theologia, ut Ecclesiam ex Deo tuisque præceptionibus sapienter institutam, eisque creditam, probe gubernent. Sacerdotes in pietate reverentes custodiens, ut placite Deo viventes, etiam ei qui te nunc assumpsit coronavitque, ac toti fidelium populo præclarum pastorem exhibuit, digne omnes canticum concinnemus. Ei, inquam, qui cum esset dives, propter nos factus est pauper, ex utero cum carne progressus, qua ipse novit ratione. Qui in cœlis considet Patri, et nascitur in spelunca, atque in præsepi pannis involvitur. Cui angeli concinunt, et quem pastores admiratione prosequuntur. Qui hacce octava die circumcisus est, et Jesu appellationem accepit. Qui offert piaculares hostias, et cui Simeon et Anna vicissim confitentur, ac Magi satellitio obsequuntur. Qui fugit in Ægyptum, et « concutit manufacta Ægypti. » Qui assumpta ætate perfecta, baptizatur a servo, mundique peccatum submergit aqua. Qui mundo manifestatus, odio ab Judæis habetur, quibus et nova miracula operabatur. Quique tandem traditus et cruci affixus, postmodum etiam sepultus est, ut captivato inferno, resurrectionis annuntiatio inferno illucesceret. Qui etiam resurrexit die tertia, data mihi altera, vere illa requietionis octava, quam honore prosequerer, ducente ad futuram consummatæ redemptionis mundi octavam. Quamobrem etiam manifestius apparet discipulis, et ipsis cernentibus in cœlum elatus, humilem naturam hominis sursum subvehit, unusque Dominus in duabus cognitus naturis, cum Patre et Spiritu sancto pariter adoratur. Qui duas æque voluntates atque operationes habeat, eoque comprehensibilis sit et incomprehensus. Quique pingi ac describi possit, sitque nihilominus incircumscriptus: quem figuris imaginibusque proscribamus, atque in eis, ut velut media carne

VARIÆ LECTIONES.

[31] Lege τύποις.

COMBEFISII NOTÆ.

deinceps, velut ex officio, et secundas a primis illis prædicatoribus et episcopis partes gerens, quanquam nulla propria subjecta plebe, qua de re ad Amphilochium, prædicaret: nam Basilio, qui assiduus populum pontifex doceret, ubique clarissimus, minus quadrat exhortatio hæc.

Digitized by Google

et spiritu, adoremus. Quem ipsius theologi proprii, sanctique omnes similiter nobis in omnibus communicantem figuris exprimant. Quippe exhibita talibus adoratione, honor exemplari defertur, quemadmodum nos ipse, admirabilissime Pater Basili, docuisti hæc verba scribens (*): « Honor enim imaginis ad prototypum transit. » Sic recti in fide, effugerimus gentium timorem, atque insulæ redemptionem susceperint; insulæ, inquam, illæ Ecclesiæ, ablatis (**) abolitisque per pestes quasdam imaginibus, deturpatæ (1), parique ab Agarenis pericu'o jactatæ. Siquidem insulæ typum præferunt Ecclesiæ, Isaia dicente: « Innovamini ad Deum, insulæ [d]. » Ipsum enim Christum Deum nostrum decet honor, gloria, adoratio, cum Patre perquam optimo, optimoque pariter et vivifico Spiritu, nunc et semper, et per influita sæculorum sæcula. Amen.

A χετύπῳ ἡ δόξα προσάγεται, ὡς παρὰ σοί, θειότατε Πάτερ Βασίλειε, δεδιδάγμεθα γράφοντι· « Ἡ γὰρ τιμὴ τῆς εἰκόνος ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει. » Οὕτω δὲ ὀρθοδοξοῦντες, ἐθνῶν φόβον ἀποδράσοιμεν, καὶ νῆσοι λύτρωσιν εἰσδέξονται αἱ τῆς Ἐκκλησίας, διὰ λοιμῶν ἀνδρῶν ἀκοσμίαν ἀφαιρέσεις εἰκόνων παθοῦσαι, ὑπὸ Ἀγαρηνῶν συγκινδυνεύσασαι. Εἶπερ νῆσοι Ἐκκλησίας τύπον ἐπέχουσι, ὥς φησιν Ἡσαΐας· « Ἀνακαινίζεσθε, νῆσοι, πρὸς Θεόν. » Ὅτι αὐτῷ τῷ Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν πρέπει τιμή, δόξα, προσκύνησις, σὺν τῷ παναγάθῳ Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

B

ORATIO VII.

In Domini nostri transfigurationem (***).

ΛΟΓΟΣ Ζ'.

Εἰς τὴν μεταμόρφωσιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Χριστοῦ.

(Interprete Combefisio.)

Quotquot vos Verbi (2) exinanitione alienum a ratione velamen excussistis, mentemque a terra sustulistis, ac ea « quæ sursum sunt sapere • » docti estis, suadente me, atque spiritale verborum convivium prætendente, adeste, Verboque sublimem transfigurationis montem conscendente, pariter ascendamus: ac crassam quidem et tenebrosam exuamus vitæ rationem, « stolam autem desuper contextam per totum, » ac virtutem radiis cum ratione conspicuam, splendideque ornatam undique induamus. Plane enim voluerit Christus ipse, munda illa initiatio, Verbum illud Genitoris quod substantiam superat: is, inquam, qui propter nos C descendit de cœlo, impensiorique in genus humanum studio, carnis humanæ paupertatem assumpsit; ut jam vita sermoneque et ratione, albis induti, intemeratisque Spiritus cogitationibus ceu alis subvecti, huncce ei comites conficiamus ascensum. Id vero inde liquet, quod assumens secum præcipuos apostolos, ut jam necessitudine ad ipsum propinquiores, in montem excelsum du-

Ὅσοι τῇ κενώσει τοῦ Λόγου, τῆς ἀλογίας περιαιρεθέντες τὸ κάλυμμα, τήν τε διάνοιαν ἀπὸ γῆς ἤρθητε, καὶ τὰ ἄνω φρονεῖν ἐδιδάχθητε, δεῦρο δὴ πεισθέντες ἐμοὶ, τὴν πνευματικὴν τῶν λόγων ὑμῖν εὐωχίαν προτείνοντι, καὶ ἀνιόντι τῷ Λόγῳ σήμερον, ἐπὶ τὸ ὑψηλὸν τῆς μεταμορφώσεως συνανέλθωμεν ὄρος· τὸν μὲν ὑλώδη καὶ σκοτεινὸν ἐκδυσάμενοι βίον, « τὴν δὲ ἄνωθεν ὑφανθεῖσαν δι' ὅλου στολὴν, » καὶ ταῖς ἀκτῖσι τῶν ἀρετῶν λογικῶν ἐφωραϊζομένην πάντοθεν ἐνδυσάμενοι. Λευχειμονοῦντας γὰρ ἤδη καὶ βίῳ καὶ λόγῳ, καὶ ταῖς ἀκηράτοις ἐννοίαις ἀναπτερουμένους τοῦ πνεύματος, καὶ Χριστὸς αὐτὸς, ἡ καθαρὰ τελετὴ, ὁ ὑπερούσιος τοῦ Γεννήτορος Λόγος, ὁ δι' ἡμᾶς κατελθὼν ἄνωθεν, καὶ τὴν ἡμετέραν σάρκα πτωχεύσας διὰ φιλανθρωπίαν, βούλοιτ' ἂν ἡμᾶς ταύτην σὺν αὐτῷ ποιεῖσθαι τὴν ἄνοδον. Καὶ τοῦτο δῆλον, ἐξ ὧν τοὺς ἐγκρίτους τῶν ἀποστόλων, ὡς ἐγγυτέρους ἤδη τῇ πρὸς αὐτὸν οἰκειότητι συμπαραλαμβάνων, ἐπὶ τὸ ὄρος ἀνάγει τὸ ὑψηλόν. Τί ποιήσων, ἢ τί διδάξων; Τὴν ὑπεραστράπτουσαν ἀποδείξων τῆς οἰκείας θεότητος δόξαν τε καὶ λαμπρό-

[d] Isa. XLI, 1 sec. LXX. • Coloss. III, 2.

(*) Lib. *De Spiritu sancto.*

(**) Consule VII synodi act. 1, et epistolam Symeonis Stylitæ, apud Baronium ad annum 574.

(***) GALLAND., *Vet. Patr.* t. XIII, 114.

COMBEFISII NOTÆ.

(1) *Ablatis abolitisque per pestes quasdam imaginibus, deturpatæ.* Nihil hæc offuerint, ut videatur hujus encomii auctor junior Andrea, quique post Leonem et alios Iconoclastas vixerit, quibus maxime spoliatæ sunt ecclesiæ suo illo ornatu. Jam enim antea et sub Justino Juniore desævierant Samaritæ in imagines, in partibus Orientis, adversus quos exstat expostulatoria epistola B. Symeonis Stylitæ ad eumdem imperatorem, quæ refertur in VII syn. act. 1, et quam Baron. recitat ad an. 574. Porro videtur verosimile, ut toties repressi hæretici, Agarenis Syriam invadentibus ac suæ ditioni subjicientibus, quo tempore Andreas scripsit vixitque, iisdem socii accesserint vexandis orthodoxis, D pro hæreticorum more, nonumque in sacras imagines grassati sint. Quare merito vir sanctus ambas lues conjungit, ac utraque, Basilii sanctorumque reliquorum precibus, Ecclesiam liberari petit.

(2) Ubique florens Andreas noster, hoc cum primis loco, florenti encomio florens coronat fidei sacramentum, totus in floribus ipso exordio, ubi mire ludit in voce λόγος, et conjugatis: sed marcescunt flosculi illi, et plurimum leporem amittunt transvecti in Latinum, nulla satis ampla Latinis voce, ut efferat quidquid Græcis τὸ, λόγος, aut ea venustate.

Digitized by Google

τητα, εἰς ἣν μικρῷ πρόσθεν μυστικώτερον, καὶ νῦν ἐμφανέστερον διὰ τῆς μεταμορφώσεως αὐτοῦ, μετεστοιχείωσε τὴν ἀκούσασαν φύσιν, « Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. » Τοῦτο τοίνυν ἑορτάζομεν σήμερον, τὴν τῆς φύσεως θέωσιν, τὴν εἰς τὸ κρεῖττον ἀλλοίωσιν, τὴν ἐπὶ τὰ ὑπὲρ φύσιν τῶν κατὰ φύσιν ἔκστασιν καὶ ἀνάβασιν. Πῶς καὶ πόθεν τῆς οὕτω μεγάλης καὶ ὑπερφυοῦς χάριτος εἰς ἡμᾶς προῐούσης; Ὑπερνικώσης τῷ λόγῳ δηλαδὴ τὸ ἀνθρώπινον τῆς πάντα νοῦν καὶ λόγον ἀσυγκρίτως ὑπεραναβεβηκυίας θεότητος· καὶ κυρίως τοῦτο ποιούσης τὸ χριόμενον, κατὰ τὴν ἁπλανῆ καὶ ἀναπόδεικτον τοῦ μυστηρίου παράδοσιν, ὅπερ αὐτὸ τὸ χρῖον ἐστὶ καὶ ὀνομάζεται· μόνης τῆς ἀκινήτου διαφορᾶς, ἀκινήτου φυλαττομένης τῷ μυστηρίῳ, διὰ τὴν ἀσύγχυτον ἕνωσιν, καθ' ἣν καὶ τοῦ κρείττονος ἡ ἐκνίκησις. Ἢ τό γε κυριώτερον εἰπεῖν, ἡ ἀνεκλάλητος θέωσις, ἀπόδειξιν ταύτην ἑαυτῆς ἀληθεστάτην παρεχομένη, τὴν ὑποστατικὴν τῶν συνελθόντων ἑνότητα καὶ ταυτότητα, ἣν ὑπερφυῶς ἴσμεν γεγενημένην ἐξ αὐτῆς ἄκρας συμπήξεως τοῦ μυστηρίου· λέγω δὴ ὅσον πρὸς ἡμᾶς τείνει· καὶ τὴν κάτω καὶ δι' ἡμᾶς ἀκραιφνεστάτην τοῦ Λόγου σύνθεσιν καὶ οὐσίωσιν, καὶ τὴν δευτέραν γέννησιν τὴν ἐκ Παρθένου Μητρὸς, καὶ ἀπάτορα. Ὅθεν κατὰ τὴν ἀψευδῆ τῶν θεολόγων μυσταγωγίαν, ὥσπερ ἐξ ἀεννάου πηγῆς, κατ' ἀπειρόδωρον χάριν τῆς ἀκηράτου θεώσεως, εἰς ἡμᾶς τὸ μέγα πρόεισι δῶρον.

A cat [f]; Enimvero, quid facturus ducti, quidve docturus? Nempe, ut supra fulgur micantem divinitatis suæ gloriam et splendorem ostendat: in quam paulo superius arcana magis ratione, modo autem sua manifestius transfiguratione naturam transmutavit, quæ audierat quondam: « Terra es, et in terram reverteris [g]. » Hoc igitur hodierna die festis gaudiis celebramus. Nimirum naturæ deificationem, mutationem in melius, naturalium in id quod natura superius est, excessum et ascensum. Qui vero ac unde tam magna et mirabilis excellensque in nos gratia processit? Plane divinitate, quæ mentem omnem sermonemque, ac rationem incomparabili excessu supergreditur: Sermone illo et Verbo, quod humanum B est immensum vincente; ac faciente ut proprie, secundum veram et indemonstrabilem sacramenti rationem (3), id quod ungitur, idipsum quod ungit sit ac dicatur: ut sola immobilis differentia, immobilis ac salva constet sacramento, propter inconfusam unionem. Pro cujus etiam ratione, est potioris victoria, vel, ut proprie magis loquar, deificatio ineffabilis: quam verissimam concurrentium unio hypostatica ac identitas, quam statim a prima sacramenti coalitione novimus mirabiliter factam, exhibeat probetque; quod, inquam, ad nos attinet; illaque humilis sincerissimaque Verbi propter nos compositio, ac substantiatio, secundaque ex Matre Virgine, et sine patre nativitas. Unde, ut habet vera theologorum doctrina, velut ex jugi fonte, magnum illud donum in nos procedit, affine immensæ illi gratiæ perfectæ deificationis.

Τοῦτο θαυμάζουσιν ἄγγελοι· τοῦτο δοξολογοῦσιν ἀρχάγγελοι· τούτῳ πᾶσα τῶν ὑπερκοσμίων ἡ νοητὴ διακόσμησις ἀΰλως ἑστιωμένη, τεκμήριον ἐναργέστατόν τε καὶ ἀψευδέστατον τίθεται τῆς ὑπὲρ ἡμᾶς τοῦ Λόγου φιλανθρωπίας· ἧς τὸ ἄπειρον καὶ τὸ ἀόριστον πέλαγος ἐλεῖν ἀδυνατοῦσα τῇ θεωρίᾳ, τὴν ἀκαταληψίαν τῆς θεότητος, ἀρχὴν ποιεῖται μείζονος θεωρίας καὶ ἀναβάσεως. Τοῦτο καὶ αὐτοὶ νῦν ἐξυμνεῖν βουλόμεθα μὲν, οὐ δυνάμεθα δὲ ὅσον ἄξιον. Πῶς γάρ; ὅπου γε τὸ πᾶν τῆς ὑμνήσεως καὶ ἀγγέλοις ἀνέφικτον, τοῖς θεωροῖς τῆς πρώτης λαμπρότητος, καὶ περὶ αὐτὴν ἀδιαλείπτως χορεύουσι τὴν βασιλίδα τῶν ὅλων θεότητα. Μὴ ὅτι γε *τοῖς δεσμίοις τῆς γῆς*, ὃ φησιν ὁ θεῖος Ἱερεμίας, καὶ οἷς ὁ ζόφος οὗτος ἐπιπροσθῇ τοῦ μοχθηροῦ καὶ ταπεινοῦ καὶ

C Hoc angeli admirantur: hoc glorificant archangeli: hoc velut epulo universi supercœlestium spiritales ordines spiritaliter deliciantes, perspicuissimum ac verissimum divinæ in nos Verbi propensionis argumentum ponunt, cujus immensum nullisque clausum spatiis pelagus, cum nequeant contemplando capere, divinitatis incomprehensionem majoris contemplationis ascensusque initium faciunt. Hoc et ipsi impræsentiarnm volumus quidem hymnis prosequi ac celebrare, at non possumus quantum res petit. Qui enim? quando nec angelis, primi illius splendoris speculatoribus, quique jugiter circum ipsam reginam omnium Deitatem choros agunt, concessum est ut ex toto celebrarint. Tantum abest ut sit concessum *vinctis*

[f] Matth. xvii, 2. [g] Gen. iii, 19.

COMBEFISII NOTÆ.

(4) *Ut proprie, secundum veram et indemonstrabilem*, etc. Ἀναπόδεικτον παράδοσιν. Plane indemonstrabilis sacramenti traditio, in quo tota facti ratio sit potentia facientis; ex qua excellens illa divinitatis victoria, non demutantis a sua proprietate naturam cui in Verbo unitur, sed immensum ad se et sua trahentis, Verboque appropriantis, ut jam non sua sit, sed Verbi, eoque ipsum idem proprie, quod ipsa, quanquam in concreto: Deus, inquam, substantia et natura, non tantum habitudine et σχέσει, qua et ipsi dicimur dii per gratiam: quod tantum nititur Andreas astruere, non quidquam Eutychianis favere, quorum insanum D dogma sequentibus perstringit; acutissime explicata catholica veritate, ut in eo habeamus, non solum flosculos qui recreent, sed et maturissimos divinioris theologiæ fructus, qui pascant: vix certe prodierint meditatoria περὶ οἰκονομίας, ut paucis lineis totum fere grande illud sacramentum, effectumque ejus in nobis, vir apprime theologus expresserit: ipse satis expressus et clarus, quanquam profunde Theologus, modo versio nostra nihil ejus claritati offecerit. Longior commentatio, quam fere voces singulæ peterent, alterius videtur instituti.

Digitized by Google

terræ, quod vocat Jeremias ; et quibus caligo hæc miseri vilisque, atque deorsum pondere trahentis corporis sit imposita : ratione cujus haud raro nec obscuram beatorum illarum et spiritualium rerum speciem admittere possumus ac percipere, vitiosa ad res oculis subjectas affectione menti dominante ac tenente ; quique ideo vel ad supremum desiderabile simus appetitu defecti. Cæterum quia et Deo acceptum est, quod pro virtutis facultate est, quanquam omnino necesse sit ut propter sacramenti inenarrabilem imperspectamque excellentiam, longis post intervallis sequatur, haudquaquam fuerit timidius detrectanda aggressio ; nec cunctandum, ut ne pro viribus sermone honoremus, quod sermones vimque omnem dicendi exsuperat. Plane enim nec e ratione fuerit, neque sanctum. Nam et ipsa rei hujus probatio, propositus est orationi scopus ; nempe, id cujus prædicatio assumitur, vim dicendi superare. Quamobrem ubi suam ipsa oratio imbecillitatem, collatione ad rem quæ honoratur ostenderit, intentum finem obtinuit, meritaque superata, coronari habuerit. Tanquam ita vincendo, rem legitime debitaque fortitudine gesserit.

A κάτω βρίθοντος σώματος· ὑφ' οὗ πολλάκις, οὐδὲ ἀμυδράν τινα φαντασίαν τῶν μακαρίων καὶ νοητῶν θεαμάτων εἰσδέξασθαι συγχωρούμεθα, τῇ προσπαθείᾳ τῶν ὁρωμένων κρατούμενοι τὴν διάνοιαν, κἀντεῦθεν περὶ τὸ ἔσχατον ὄρεκτὸν, δυσόρεκτον καὶ τὴν ὄρεξιν ἔχοντες. Πλὴν ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ Θεῷ φίλον τὸ κατὰ δύναμιν, εἰ καὶ τῆς ἀξίας ἀνάγκη πᾶσα κατόπιν ἐλθεῖν, διὰ τὸ ἀνέκφραστον τοῦ μυστηρίου καὶ ἀθεώρητον, οὐκ ἀποδειλιατέον ἂν εἴη πρὸς τὴν ἐγχείρησιν, οὐδὲ τοῦ πρὸς δύναμιν τιμᾶν τῷ λόγῳ τὸ ὑπεραῖρον τῶν λόγων, ἀποκνητέον. Οὐ γὰρ εὔλογον οὐδὲ ὅσιον. Ἐπεὶ καὶ τοῦτο δεῖξαι τῷ λόγῳ σκοπὸς, ὑπὲρ λόγον εἶναι τὸ εὐφημούμενον. Ὥστε τὴν ἀσθένειαν ὁ λόγος τὴν ἑαυτοῦ, τῇ πρὸς τὸ τιμώμενον συγκρίσει δείκνυς, τὸ ζητούμενον ἔχει. Καὶ ἡττηθεὶς, στεφανωθεὶς δικαίως, ἀριστεύσας νομίμως δι' ὧν ἐνίκησεν.

Verum procedamus ad id quod fuit propositum, seu potius alacres in montem ascendamus. Quandiu enim in sermonis velut pede et ima parte morati, præeuntem ascensui decorem admiramur, quibus liceat una cum iis ascendere, quos Sermo subvexit (4), ac majora consequi nubeque illustrari, eaque luce visum obtundere, atque tum a rebus oculis, tum menti subjectis excessum pati, insuperque exsuperanti lumine, quæ hominem superant, ubi nimirum ab omni rerum in materia contagione fuerimus emundati, dicere ? Quin etiam ad hæc liceat et beatam illam missam de cœlo deinceps audire vocem, cujus veraci testimonio Deitas unigenito afferatur, dilucideque repræsentetur ac nobis declaretur substantiæ identitas cum generante. Ut itaque hoc fuerit, age, quantum res patitur, sacratius edocente Spiritu, quo solo utique majora sensu, mente perspicimus, quæ multis inexspectabilia sunt contemplemur, ejusque affulgentia luminis, iis quæ mystice in Dominica gesta transfiguratione ponuntur contemplandis delicicemur. Eo enim, ut arbitror, et ipse transfigurationis scopus respicit, nec alia sacramentum ratione nostris exigit laudibus celebrari. Petit enim ut gestorum in eo profunditate intellecta (5), scientiaque dictorum, efficaciorem gratiam, quæ et ipsa in nobis mirabile hoc novumque sacramentum operetur, ejus qui transfiguratus est imitatione attrahamus.

B

C

D

Ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἴωμεν, μᾶλλον δὲ προθύμως ἐπὶ τὸ ὄρος ἀνίωμεν. Μέχρι γὰρ τίνος ἐνδιατρίβοντες τῇ ὑπωρείᾳ τοῦ λόγου, τὸ πρὸ τῆς ἀνόδου κάλλος θαυμάζομεν, ἐξὸν καὶ συνανιέναι τοῖς ἐπαρθεῖσι τῷ λόγῳ, καὶ τῶν μειζόνων ἀξιωθῆναι, καὶ τῇ νεφέλῃ καταυγασθῆναι, κἀντεῦθεν ἀμαυρωθῆναι τὰς ὄψεις, καὶ τῶν ὁρωμένων ἐκστῆναι καὶ νοουμένων, καὶ ἔτι τῷ ὑπερέχοντι τοῦ φωτὸς μυηθῆναι τὰ ὑπὲρ ἄνθρωπον, τῶν ὑλικῶν ἁπάντων δηλονότι πρότερον καθαρεύσαντας ; Ἐξὸν δὲ λοιπὸν ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις, καὶ τῆς μακαρίας ἐκείνης φωνῆς, τῆς ἄνωθεν παρὰ τοῦ Πατρὸς φερομένης ἐπαΐειν, μαρτυρούσης ἀψευδῶς τῷ Μονογενεῖ τὴν θεότητα, καὶ παριστώσης ἡμῖν ἐναργῶς πρὸς τὸν γεννήσαντα τὴν τῆς οὐσίας ταυτότητα. Ἵν' οὖν τοῦτο γένηται, φέρε καθ' ὅσον ἐνδέχεται, τῇ μυσταγωγίᾳ τοῦ Πνεύματος σκοπήσωμεν τὰ τοῖς πολλοῖς ἀθεώρητα· ᾧ δὴ καὶ μόνῳ τὰ ὑπὲρ τὴν αἴσθησιν ἡ διάνοια βλέπει· καὶ τούτῳ τρυφήσωμεν τῶν κατὰ τὴν μεταμόρφωσιν τοῦ Κυρίου γεγενημένων τὰ μυστικὰ θεωρήματα. Ὡς γὰρ ἔγωγε οἶμαι, πρὸς τοῦτο βλέπει καὶ τῆς μεταμορφώσεως ὁ σκοπὸς, καὶ τοῦτον ὑμνεῖσθαι παρ' ἡμῶν τὸν τρόπον τὸ μυστήριον βούλεται. Βούλεται γὰρ συνιέντας ἡμᾶς τοῦ βάθους τῶν κατ' αὐτὸ πεπραγμένων, καὶ εἰρημένων τῇ γνώσει, δραστικωτέραν ἐπισπάσασθαι τὴν χάριν, μιμήσει τοῦ μεταμορφωθέντος, καὶ ἐν ἡμῖν αὐτοῖς ἐνεργοῦσαν τὸ θαυμαστὸν δὴ τοῦτο καὶ ξένον μυστήριον.

Quid ergo ait evangelica narratio ? Nam puto

Τί οὖν τὸ Εὐαγγέλιον ; Καλὸν γὰρ, οἶμαι, τὴν κρη-

COMBEFISII NOTÆ.

(4) *Quos Sermo subjecit.* Græca angustiora. Συνανιέναι τοῖς ὑπεραρθεῖσι τῷ λόγῳ· amplissima illius vocis significatione ; potest enim etiam de ipsa eorum ratione qui sublimes elati dicuntur, accipi, etc.

(5) *Petit enim ut*, etc. Vix puto alius majori doctrina et felicitate prosecutus fuerit et exsecutus, quod hic designat Andreas, quam noster in Athanasio, vere Maximus ; suis illis Θεωρίαις in Dominicam Transfigurationem omniaque adjuncta : ut non possint pene σύγχρονοι viri mystica theologia admirabiles non sibi mutuo esse magnæ luci, totique gratius, geminato fulgore, quam solitarii possent, affulgere Ecclesiæ : quanquam interim, et ac pauculos menses, Andreæ fax, velut obtegat lumen Maximi, pauloque tardius, exspectata designataque editione, oriri sinat.

Digitized by Google

πίδα τῆς ἐποπτείας ἢ εὐωχίας, ἢ οὐκ οἶδα ὅ τι καὶ χρὴ λέγειν, τῷ μεγέθει τῆς χάριτος, καὶ γλῶσσαν καὶ διάνοιαν ἐνικώμενος, ἐνθένδε ποιήσασθαι. Ὁ μὲν οὖν Ματθαῖος τὸν Κύριον εἰσάγει τοῖς μαθηταῖς φάσκοντα οὕτως· « Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστώτων, οἵτινες οὐ μὴ γεύσονται θανάτου, ἕως ἂν ἴδωσι τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ. Καὶ μεθ' ἡμέρας ἓξ παραλαμβάνει ὁ Ἰησοῦς τὸν Πέτρον, καὶ Ἰάκωβον, καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ἀναφέρει αὐτοὺς εἰς ὄρος ὑψηλὸν κατ' ἰδίαν, καὶ μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν. Καὶ ἔλαμψεν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος, τὰ δὲ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο λευκὰ, ὡς τὸ φῶς. » Καὶ ὁ Μάρκος δὲ διὰ τῶν αὐτῶν ἴσην ὡς τὰ πολλὰ τῷ Ματθαίῳ· καὶ ῥήμασι καὶ νοήμασι τὴν πρὸς ἐκεῖνον στέργων οἰκείωσιν, ὡς καὶ τῷ αὐτῷ Πνεύματι τὴν ψυχὴν ἐμπνεόμενος, καὶ τυποῦμενος τὴν διάνοιαν. Εἰ δὲ καὶ μικρόν τι διαλλάττειν καθ' ἓν δὴ τούτων ἢ κατ' ἀμφότερα δόξειεν, ἀλλ' οὐκ ἐναντιότης, οὐδὲ μάχη τοῦτο πρὸς ἐκεῖνον, ἢ τοὺς ἄλλους ἐστίν· ἢ γὰρ ἑτέρῳ τρόπῳ κατὰ τὴν φράσιν ἀψευδῶς τὰ πεπραγμένα δηλοῦντες (ἵνα συνελὼν φιλοσοφήσω τι περὶ τούτων) ἢ τὰ παρειμένα πρὸς τοῦδε τυχὸν ἢ τοῦδε τῶν εὐαγγελιστῶν, ἐκεῖνος ἢ οὗτος, ἢ καὶ τούτων ἔνιοι παραδιδόντες, διαφωνεῖν δοκοῦσιν, οὐδὲ κατὰ μικρὸν ἀλλήλοις ἀντεπεξάγοντες. Ὡς οὔτε κοινῶς ἐξῆς ἅπαντες, οὔτε ἰδίᾳ τῶν τεσσάρων οὐδὲ εἷς γέγραφε πάντα, ὅσα κατὰ τὴν ἄῤῥαστον οἰκονομίαν μετὰ σαρκὸς ὁ Λόγος πεποίηκεν, ὁ λεγόμενος σὰρξ, καὶ μὴ λιπὼν τὸ εἶναι Θεός· καίτοι γε σκοπὸν ἕνα τὴν ἀλήθειαν οἱ τέσσαρες ἔχοντες, καὶ τὸ ὅλον δυνάμει διὰ τοῦ μέρους περιληπτικῶς συνεκφαίνοντες. Οἷα πολλάκις γίνεται διὰ τὴν πρὸς ἄλληλα τῶν λογίων τοῦ Πνεύματος συμφωνίαν καὶ ἁρμονίαν, καὶ οἷα ὡς ἐν ἑνὶ σώματι μελῶν δίκην, ἐφ' ἁρμογῇ τε καὶ σύνθεσιν τὸ συνεχὲς ἀδιάλυτον φέρουσαν. Μαρτυρεῖ δὲ τῇ ἀληθείᾳ τῶν λεγομένων, οὐ τὰ ἰδίως παρ' αὐτοῖς, ἢ παρ' ἑνίοις αὐτῶν εὑρισκόμενα μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ ὑψηλὸς Ἰωάννης, κατ' αὐτὸ δὴ τοῦ Εὐαγγελίου τὸ πέρας γενόμενος· « Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ, φησὶν, ἃ ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἅτινα ἐὰν γράφηται καθ' ἕν, οὐδὲ αὐτὸν οἶμαι τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία. » Τὰ αὐτὰ δὲ καὶ περὶ τοῦ Λουκᾶ λέξεται, ὃς γε δὴ τῆς μεταμορφώσεως τὴν χάριν ἐκδιηγούμενος φησίν· « Ἐγένετο δὲ μετὰ τοὺς λόγους τούτους ὡσεὶ ἡμέραι ὀκτώ· καὶ παραλαβὼν ὁ Ἰησοῦς Πέτρον, καὶ Ἰάκωβον, καὶ Ἰωάννην, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος προσεύξασθαι. » — « Ἐγένετο, φησὶ, μετὰ τοὺς λόγους τούτους ὡσεὶ ἡμέραι ὀκτώ. » Τί ποτε δρᾷς, ὦ μύστα τῶν ἀπορρήτων; Τί λέγεις, » Ἐγένετο μετὰ τοὺς λόγους τούτους ὡσεὶ ἡμέραι ὀκτώ; » Καὶ τί ἂν ποιήσαιμεν, τοῦ Μάρκου καὶ τοῦ Ματθαίου δι' ἑνὸς στόματος οἷον ἀλλήλοις συμφθεγγομένων καὶ τοιαῦτα λεγόντων· « Καὶ μεθ' ἡμέρας ἓξ, παραλαμβάνει ὁ Ἰησοῦς τὸν Πέτρον, καὶ Ἰάκωβον, καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ· καὶ ἀναφέρει αὐτοὺς εἰς ὄρος ὑψηλὸν κατ' ἰδίαν, καὶ μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν; » Ναὶ,

præstiterit, ut inde hujus sive inspectionis sive convivii, aut nescio quo debeam nomine appellare (sic et linguam et mentem superat gratiæ magnitudo), crepidinem ac fundamentum jaciamus. Matthæus ergo sic Dominum loquentem discipulis inducit: « Amen dico vobis, sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant Filium hominis venientem in regno suo. Et post dies sex assumit Jesus Petrum, et Jacobum, et Joannem fratrem ejus, et ducit illos in montem excelsum seorsum: et transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies ejus sicut sol: vestimenta autem ejus facta sunt candida, sicut lumen [h]. » Sed et Marcus iisdem fere atque Matthæus vestigiis graditur, quamdam cum eo et verbis et sensis velut affectans necessitudinem, velut eodem Spiritu afflante animum, ac mentem formante. Quod vero nonnihil in uno ex dictis vel utroque differre videatur, haud tamen ea contrarietas, ut pugnare cum illo aut aliis putanda sit. Ideo enim, ut paucis de his aliquid philosopher, videntur dissonare, quanquam ne minimum quid sibi repugnent, vel quia alio modo, quod spectat ad phrasim et elocutionem, quæ vere gesta sunt explicent; vel quia hic illieve, aut etiam aliqui huic forte illive evangelistæ omissa tradant. Quasi neque una omnes, neque peculiariter aliquis eorum quatuor scripserit omnia quæcunque fecit Verbum, quo tempore humanam salutem ineffabili sacramento in carne dispensavit. Verbum, inquam, quod dictum est caro, quanquam esse Deus minime desit: tametsi una ipsis quatuor veritas, scopus proposita sit, et ut summa totum, virtute ex parte simul declarent; quod non raro ex mutua eloquiorum Spiritus consensione atque harmonia, et quæ, instar membrorum in corpore, insolubilem compagem compositionemque continui faciat, accidit. Porro, eorum quæ dicta sunt veritati suffragantur, non tantum quæ peculiaria apud eos, vel eorum aliquos occurrunt, sed etiam sublimis ille Joannes, ubi ad ipsum Evangelii finem ait: « Sunt autem et alia multa quæ fecit Jesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros [i]. » Idipsum de Luca dixerimus, qui sane enarrans gratiam transfigurationis, ita ait: « Factum est autem post hæc verba, fere dies octo: assumptisque Jesus Petro, et Jacobo, et Joanne, ascendit in montem ut oraret. Factum est, inquit, post hæc verba, fere dies octo. » Quidnam vero agis, o mysta arcanorum? Quid ais, « Factum est post verba hæc, fere dies octo? » Quid enimvero fecerimus? cum Marcus et Matthæus, velut uno ore pariter pronuntient, ac verba ejusmodi dicant: « Et post sex dies assumit Jesus Petrum, et Jacobum, et Joannem fratrem ejus: et ducit illos in montem excelsum seorsum, et transfiguratus est coram ipsis. » Ita plane ait

[h] Matth. xvi, 28; xvii, 1, 2. [i] Joan. xxi, 25. [j] Luc. ix, 28, 29.

Digitized by Google

beatus Lucas. Nihil magis unum, magisve cognatum et ad idem fuerit, quam quod mihi illisque fuit dictum. Plane enim consonant, eamdemque vim et nobis et illis dicta habuerint. Etenim illi, omissa die qua Verbum rem brevi futuram apostolorum collegio prædixisset, itemque diem qua idem ipsum prænarratum opus mirabiliter effecisset: dies intermedios a primo, inquam, ad ultimum, atque adeo ab uno ad octavum sex palam exsistentes numerant. Iis porro si duos illos adjunxeris, initiumque et finem medio conserueris, citra controversiam quæsitum habueris, nostrorumque sermonum mutuam consensionem perspexeris, sole splendidius puriusque emicante veritate decorem unitatis.

Quia enimvero Scripturæ vobis majestatem ac concinnitatem, juxta Lucæ doctrinam, oratione descripsi: age plane penetratis audentius adytis, etiam retegam abditam in Scriptura spiritualium sensorum venustatem; eam perinde utique quod paret luminis splendore superantem, atque res spiritalis rem subjectam oculis, latente sinceritate et sufficientia vincit (6). Cæterum vos mihi prius, o amici sermonum mystæ, quique mecum quæ bona sunt pulchraque adamatis, Spiritu illo qui mundat ac illuminat omnia, audituque et intelligentia mundamini: quo Sermo ille vobis cognatus, tanquam necessariis suis colloquatur, ac initiationibus quas nemo docuerit (7), perfectiora exhibeat. Quid ergo sumus dicturi, fratres? Quod vero illud spiritale instructissimum sermonum convivium ac spectaculum, ad quæ vos hodie invitamus, quæque adjutore Spiritu incessere ac adire volumus?

Senarium dicunt artis periti, inter numeros denario comprehensos, solum perfectum; velut nimirum qui ex suis ipse partibus constituatur et compleatur. Atque « Christus, Dei sapientia et virtus [k], » Verbum illud bonitate majus, « Filius ille unigenitus qui est in sinu Patris [l]; » sex quidem dierum spatio fabricatur et creat quidquid rerum est oculis subjectum: ad hæc vero et hominem, qui immateriata anima materiaque, hoc est, corpore consistat. Sed et charitatis qua bonum nullum sublimius adeove pretiosum, sex perspicue species recensentur, in quibus exhibitam in egenos humanitatem, ut in seipsum Dominus recipit ac probat. Iis enim qui misericordes fuerunt, misericordiam pro misericordia justa lance reponens, præ-

A φησιν ὁ μακάριος Λουκᾶς. Οὐκ ἔστιν οὐδὲν τῶν ἐμοί τε κἀκείνοις εἰρημένων πρός τι τῶν πάντων ἐνοειδέστερον ἢ συγγενέστερον. Σύμφωνα γάρ ἐστιν, ὡς ἀληθῶς, καὶ ταυτοδύναμα τὰ παρ' ἡμῶν τε κἀκείνων λεγόμενα. Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τὴν ἡμέραν παρέντες, καθ' ἣν τὸ μέλλον οὐκ εἰς μακρὰν ὑπὸ τοῦ Λόγου τελεσθήσεσθαι τοῖς ἀποστόλοις κοινῇ προηγόρευται· κἀκείνην αὖθις, ἐν ᾗ τὸ προρρηθὲν ὁ λόγος παραδόξως ἐξεἰργασται, τὰς μεταξὺ τῶν δύο, τῆς πρώτης, φημὶ, καὶ τῆς τελευταίας, μᾶλλον δὲ τῆς μιᾶς καὶ ὀγδόης, ἀριθμοῦσι προδήλως ἓξ τυγχανούσας. Αἷς εἰ τὰς δύο συνάψειας, τὴν ἀρχὴν καὶ τὸ τέλος τῇ μεσότητι συναρμόζων, τὸ ζητούμενον ἀναντίῤῥητον ἕξεις, καὶ τὴν πρὸς ἄλληλα τῶν ἡμετέρων λόγων συμφωνίαν κατίδοις, τοῦ ἡλίου λαμπρότερόν τε καὶ καθαρώτερον
B τῆς ἀληθείας τὸ ἐνιαῖον ἀποστίλβουσαν κάλλος.

Ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦ Λόγου τὴν φαινομένην εὐπρέπειαν καὶ εὐαρμοστίαν ὑμῖν τῷ λόγῳ διέγραψα, κατὰ τὴν τοῦ Λουκᾶ διδασκαλίαν· φέρε δὴ καὶ τῶν ἀδύτων κατατολμήσας, τῶν ἐγκεκρυμμένων τῷ Λόγῳ μυστικῶν θεαμάτων ἐκκαλύψω τὴν ἀγλαΐαν, τοσοῦτον ὑπερλάμπουσαν τοῦ φαινομένου, ὅσον τὸ νοούμενον τοῦ φαινομένου κρυφιωδέστερόν τε καὶ διαρκέστερον. Καί μοι καθήρασθε πρότερον, ὦ φίλοι μύσται τοῦ Λόγου καὶ συνερασταὶ τῶν καλῶν, καὶ ἀκοὴν καὶ διάνοιαν, τῷ πάντα καθαίροντι καὶ φωτίζοντι Πνεύματι· ἵν' ὡς οἰκείοις ὑμῖν ὁ Λόγος συμφυὴς ὁμιλήσῃ, καὶ ταῖς ἀδιδάκτοις μυσταγωγίαις ἀναδείξῃ τὰ τελεώτερα. Τί οὖν φαμεν, ἀδελφοί; Καὶ τίς ἡ νοητὴ τῶν
C λόγων πανδαισία καὶ θεωρία, ἐφ' οἷς ὑμᾶς προσκαλούμεθα σήμερον, καὶ οἷς ἐπιβαίνειν ἀξιοῦμεν μετὰ τοῦ Πνεύματος;

Τὸν ἓξ ἀριθμὸν φασιν οἱ περὶ ταῦτα σοφοὶ, μόνον τῶν ἐντὸς δεκάδος τέλειον εἶναι, ἅτε δὴ ἐκ τῶν οἰκείων συνιστάμενόν τε καὶ συμπληρούμενον. « Χριστὸς δὲ ὁ τοῦ Θεοῦ σοφία καὶ δύναμις, » ὁ ὑπεράγαθος Λόγος, « ὁ μονογενὴς Υἱὸς ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρὸς, » ἓξ μὲν ἡμέραις δημιουργεῖ πᾶν τὸ φαινόμενον, ἔτι δὲ καὶ τὸν ἄνθρωπον, τὸν ἐξ ἄὐλου ψυχῆς, καὶ τῆς ὕλης τοῦ σώματος συνιστάμενον. Ἓξ δὲ καὶ τῆς ἀγάπης, ἧς οὐδὲν τῶν καλῶν ἐστιν ὑψηλότερον οὐδὲ ἰσοστάσιον, ἀπαριθμεῖται τὰ εἴδη σαφῶς· ἐφ'
D οἷς ἐν ἑαυτῷ ἀναδέχεται τὴν εἰς τοὺς δεομένους φιλανθρωπίαν. Τοῖς γὰρ ἐλεήμοσιν ἀντιταλαντεύων τῷ ἐλέῳ τὸν ἔλεον, καὶ τὸ γέρα νέμων ὡς μεγαλόδωρος τῆς ἐκεῖθε μακαριότητος, φησὶ πρὸς αὐτοὺς ἤδη τῆς δεξιᾶς στάσεως ἠξιωμένους· « Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι

[k] I Cor. I, 24. [l] Joan. I, 18.

COMBEFISII NOTÆ.

(6) *Latente sinceritate et sufficientia vincit.* Κρυφιωδέστερόν τε καὶ διαρκέστερον. Primum illud, vox est theologica, ut et Dionysii τὸ, κρύφιον. Ut non solum significat rei velut obscuritatem, sed etiam ejus eminentiam indicet, qua habeat esse ita obscuram elevatione ac perfectione: quare illi altera, velut explicationis gratia, scite adjungitur: meditatissimum Andream in Dionysio et Gregorio, quivis facile adverterit.

(7) *Initiationibus quas nemo docuerit.* Ἀδιδάκτους μυσταγωγίας. Scitum epithetum. Velut dicat: Disciplinis quas non homo, sed Deus, et unctio doceat ac vere est qui minimum quod homo docuerit: Deus ipse est *qui docet hominem scientiam*, ac in primis illam *sanctorum*.

Digitized by Google

τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην A ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. Ἐπείνασα γάρ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με· ξένος ἤμην, καὶ συνηγάγετέ με· γυμνός, καὶ περιεβάλετέ με· ἠσθένησα, καὶ ἐπεσκέψασθέ με· ἐν φυλακῇ ἤμην, καὶ ἤλθετε πρός με. » Ἐπεὶ οὖν τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα τῆς ἀγάπης τὰ εἴδη, καθάπερ ἐν Εὐαγγελίοις αὐτὴ βοᾷ καθαρῶς ἡ Ἀλήθεια· διὰ δὲ τῆς εἰς τὸν πλησίον ἀγάπης, ἡ εἰς Θεὸν ἀγάπη κρατύνεται· δι' ἣν καὶ τῆς ἐλπιζομένης μακαριότητος ἄξιος ἀναδείκνυται, ὁ πρὸς αὐτὴν γνησίως συντεταμένην ἔχων τὴν ὄρεξιν· « Ἐν δὲ ταῖς δυσὶ ταύταις ἐντολαῖς ὅλος ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται, » καθάπερ ἐν Εὐαγγελίοις ὁ λόγος συντίθεται, κρέμαται· ἐντεῦθεν δῆλον, ὡς ἡ ἀγάπη πρᾶγμά ἐστιν ἀγαθῶν ἁπάντων περιεκτικώτατον, καὶ ἀκρότατον τῶν διὰ B τῆς ἁγίας Γραφῆς φανερουμένων, καὶ οὐδέν ἐστιν ἀρετῆς εἶδος, δι' ἧς ἄνθρωπος οἰκειοῦται τῷ Θεῷ καὶ συνάπτεται, καὶ τῆς ἄνω δόξης καὶ βασιλείας κληρονομεῖ, ὃ μὴ τῆς ἀγάπης ἐξήρτηται, καὶ ὑπ' αὐτῆς περιείληπται, ἀῤῥήτῳ λόγῳ συνεχόμενον καὶ φρουρούμενον. Ὅθεν καὶ τὴν ἄκραν, ὡς ἐν ἀνθρώποις, τελειότητά τε καὶ καθαρότητα τῆς κατὰ τὴν πρᾶξιν φιλοσοφίας, ἧς τέλος εἶναί φασι τὸ ἀγαθόν, ὅπερ ἐστὶν αὐτὸς ὁ Θεός, μόνη τελέως ἡ ἀγάπη διὰ τῆς ἐξάδος τῶν οἰκείων μερῶν κατορθωθεῖσα συνίστησι· μεθ' ἣν καὶ διαφερόντως Θεῷ συνάπτει τὸν ἄνθρωπον, τῆς θεολογίας τὸ πῦρ ἀναφλέγουσα.

Ἀλλ' ὅτου χάριν εἴρηται ταῦτα; Φημί, ὅτι εἰ μέλλοι τις ἐπὶ τοῦ ὄρους τῆς ὑψηλῆς θεωρίας, ὡς μαθητὴς τῷ λόγῳ συνεπαρθήσεσθαι, τῆς τε βασιλείας ἐκείνης τὴν ἀπρόσιτον δύψεσθαι δόξαν, καὶ τῆς ὁρατῆς αὐτοῦ καὶ νοητῆς θεοφανείας ἀξιωθήσεσθαι· ἐπειδὰν ἀκούσῃ Χριστοῦ προαναφωνοῦντος, οὐκ εἰς μακρὰν αὐτοῦ τὴν βασιλείαν ἐλεύσεσθαι (τοῦτο γὰρ ἡ μεταμόρφωσις, καθ' ἣν ὁ ἀναλλοίωτος, ὑπὲρ τὸν ἥλιον ἔλαμψε τὸ ὑπὲρ ἡμᾶς καὶ ἡμέτερον), θρέψει μὲν καὶ ποτίσει Χριστὸν πεινῶντα καὶ διψῶντα τὴν πάντων σωτηρίαν. Ἢ καὶ ἄλλως· διὰ τῶν δεομένων, τὸν πᾶσιν εἰσοικισθέντα τοῖς λαβοῦσιν αὐτὸν διὰ τῆς πίστεως· συναγάγοι δὲ [21] ξενιτεύοντα, ἐνδύσει δὲ γυμνητεύοντα, θεραπεύσει δὲ ἀσθενοῦντα, καὶ ἐν φυλακῇ καθειργμένον οὐ παρόψεται, πόθῳ τοῦ εὐεργετεῖν σφοδρῶς ἐπειγόμενος· καὶ διὰ τὴν ἐπαινετὴν τῶν καλῶν ἀπληστίαν, οὐ μέχρι τῶν φαινομένων στήσεται· οὐδὲ τῇ περὶ τὰ ἔξω φιλοφροσύνῃ περιορίσεται τὴν εἰς τὸν φιλάνθρωπον Δεσπότην φιλανθρωπίαν· οὕτω γὰρ θαῤῥῶ λέγειν, ἀποσκοπῶν εἰς τὸ, « Ἐφ' ὅσον ἑνὶ τούτων τῶν ἐλαχίστων ἐποιήσατε, ἐμοὶ ἐποιήσατε· » ἀλλὰ καὶ ἐνδοτέρω χωρήσει τοῦ φαινομένου, καὶ τῶν ψυχικῶν παθημάτων φροντίδα ποιήσεται, καὶ ἰατρείαν ἐπινοήσει τὴν πρέπουσαν· καὶ « κατασκηνώσει μὲν εἰς τόπον χλόης » θρέμματα λογικὰ καὶ ἀρτιπαγῆ πρὸς εὐσέβειαν, « ἐπὶ δὲ ὕδατος

miaque cœlestis illius beatitudinis tanquam magnificus in donis distribuens sic jam dignis habitis qui starent a dextris, ait : « Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esurivi enim, et dedistis mihi manducare; sitivi, et dedistis mihi bibere; hospes eram, et collegistis me; nudus, et cooperuistis me; in carcere eram, et venistis ad me [m]. » Cum igitur tot sint ac tales charitatis velut species, quemadmodum ipsa in Evangeliis Veritas manifeste clamat, charitate autem in proximum charitas in Deum firmetur, qua etiam vere ac sincere contentum in eam desiderium habens, speratæ beatitudinis dignus ostenditur; cumque « In duobus his mandatis universa lex pendeat et prophetæ, [n] » quemadmodum Scriptura in Evangeliis statuit : hinc palam conficitur, esse charitatem præ omnibus in Scriptura expressis bonis, rem maximæ complexionis atque supremam, nec esse ullum virtutis genus quo homo concilietur ac cohæreat Deo, gloriamque cœlestem et regnum possideat, quod non pendeat a charitate, atque ab ea arcana quadam ratione comprehensum, ac velut præsidio custoditum habeatur. Quare etiam charitas sola, suarum partium senario perfecte gesta, summam illam, qualis potest esse hominis, perfectionem ac munditiem constituit philosophiæ positæ in actione, cujus finem dicunt esse bonum, quod Deus ipse est : post quam etiam, accendens nempe theologiæ ignem, egregie hominem conjungit Deo.

Enimvero quorsum hæc dicta sunt? Nimirum, quia si quis una cum Verbo tanquam discipulus in montem sublimis contemplationis subvehendus est, regnique illius inaccessibilem aspecturus gloriam, atque visibili intelligibilique Dei apparitione honestandus; postquam Christum præloquentem audierit, fore ut non multo post veniat regnum ipsius; id enim est transfiguratio, quo is qui invariabilis est, quam pro nobis nostramque naturam induit, illustrius sole illuminavit : ejusmodi, inquam, Christum esurientem, sitientem salutem omnium, paverit et potaverit. Aut etiam alio intellectu, ita Christum in omnibus habitantem qui ipsum fide susceperunt, per egenos habuerit, collegerit vero hospitem, nudum induerit, infirmum curaverit, detentum in carcere non spreverit, vehementius instigante desiderio faciendi bene; ac neque in iis quæ aspectabilia sunt, propter laudabilem bonorum insatietatem steterit, neque suam in benignum Dominum totaque hominum genus propensione amantem, humanitatem benignitate et benevolentia in id quod externum paret, diffinierit ac arctaverit : plane enim sic audens dico, ad illud respiciens quod dictum est : « Quandiu fecistis uni ex his minimis, mihi fecistis [o] : » quin penetrabit ad interiora ejus quod

[m] Matth. xxv, 34-36. [n] Matth. xxii, 40. [o] Matth. xxv, 40.

VARIÆ LECTIONES.

[21] Forte μέν.

Digitized by Google

videtur, morborumque ac affectionum animarum habiturus est curam, ac congruam eis medelam excogitaturus : ac pecora quidem ratione prædita, recensque compacta formataque ad pietatem, in loco pascuæ collocabit ; educabit vero super aquam refectionis [p.q] ; atque peregrinum et exsulantem a patria, ac in aliena terra demorantem, factumque vagum, ejus a patria velut absentiam et peregrinationem reveritus, qui nostri causa peregre demoratus est ac factus hospes, in suam ipse domum, quæcunque tandem illa sit, libens inducet ; a terrena quidem ac dividua vita abducens (8), ad illum vero individue unum ac cœlestem sanctorum lætum conventum migrare faciens ac transferens, ubi Paulus, et qui timent Dominum conversantur [r] : sed et alium videns paterna nudatum substantia, ac incorruptionis tunica quæ est in voluntate exutum [s], nuditatis misertus induet iterum, docens beatam vivendi rationem et secundum Deum. Quid vero infirmum in fide [t] dicam atque adhuc puerilem animum ferentem, quod spectat ad agendorum discernentem prudentiam ? Num vero est silentio præteriturus ? Haudquaquam plane : sed ad desideratam sanitatem finemque proprium quam citissime revocaturus est : partis alienæ a ratione vitiis ac perturbationibus sermone veritatis fugatis, rationeque insita ad suum ipsius instaurata principium : ac biga partis animæ patibilis, ira, inquam, et cupiditate, ex ratione rationi composita, subnexisque pennis ad ea quæ oportet, ac spiritu renovata [u]. Ad hæc autem, etiam quem velut carcere ignorantiæ caligo detinet, ac nec veræ scientiæ lumen videre sinitur, tenebricoso per providentiam ac curam loco imminens, sermone qui illuminet animum, velut angelo quodam infringente, disruptis ignorantiæ vinculis ad lumen veræ in Christo libertatis ac vitæ proverterit ; ut is neque jam teneatur jugo servitutis, ac neque arceatur, ut ne liber ac pro arbitrii facultate pulchra cœli incesserit ac lustrarit.

Plane vero, congrua ratione et modo universa hæc, ac si qua ejusmodi sunt, charitate lucernæ instar animo illucente, duplici exhibeat oportet ratione. Quod enim duplices simus, ex anima constituti et corpore, duplex etiam fuerit curæ ratio : qua et ipsi omnes indigemus, velut homines ; quanquam nihilominus ille amplius, hic

Καὶ πάντα ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα κατὰ τὸν εἰκότα λόγον καὶ τρόπον, ὑπὸ τῆς ἀγάπης τὴν ψυχὴν φρυκτωρούμενος, διττῶς ἐπιδείξεται. Καὶ γὰρ διπλῶν ὄντων ἡμῶν, ἐκ ψυχῆς τε καὶ σώματος, διπλοῦν καὶ τῆς ἐπιμελείας τὸ εἶδος, ἧς καὶ αὐτοὶ πάντες ἄνθρωποι χρῄζομεν, εἰ καὶ ὁ μὲν ἐπὶ πλεῖον, ὁ δὲ ἐπ' ἔλαττον, ἕως ὑπὸ τροπὴν ἡμῖν ἡ προαίρεσις, καὶ

[p.q] Psal. xxii, 2; Isa xl, 11. [r] Philipp. iii, 20. [s] Luc. xv, 22. [t] Rom. xiv 1. [u] Ephes. iv, 23.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Forte αἰδεσθείς.

COMBEFISII NOTÆ.

(8) *Ac dividua vita abducens.* Καὶ μεριστῆς ἀποστήσας ζωῆς. Vitam dividuam, seu separabilem, opponit τῇ ἐνιαίῳ πανηγύρει, læto illi sanctorum conventui, velut individue uni ac inseparabili : nusquam scisso, vel ipso a seipso, dissidentibus partibus, quas una charitas in idipsum inviolabiliter astringit, nec a Deo, qui ipsum illud idipsum sit in quo tam feliciter astringantur. Potest haberi ex hac antithesi quid vere sit τὸ, ἐνιαῖος, quod Lex. minus apte reddunt, *aliquis.* Melius Suid., τὸ ἑνιαῖον· τὸ μοναδικόν. Habuit forte vet. Lex. ex quo alia, *unus aliquis :* quod est satis aptum. Paulo superius ἀντὶ τοῦ αἰδεσθέντα legimus αἰδεσθείς, ut referat colligentem, qui ex Christi pro nobis hospitis reverentia, hospitem fratrem in domum inducat illam, inquam, in cœlis, qua vere omnes hospites sumus, nisi quantum conversatione jam velut mundo excessimus : quo etiam modo explicat reliqua sensu mystico, non excluso litterali, quo etiam doceamur curam habere corporum fratrum, non tantum animorum : qua, inquit, duplici cura, qui ex anima constituti simus et corpore, καὶ αὐτοὶ πάντες ἄνθρωποι χρῄζομεν· *Ipsi etiam omnes velut homines egemus :* quanquam plus alii, alii minus.

Digitized by Google

παρ' ἑαυτῆς ἡ ὕλη φέρει τὸ ἄτακτον καὶ ἀνώμαλον, ἢ καὶ ταῖς ἔξωθεν ἐπηρείαις καὶ δυσχερείαις ἀλίσκεται. Διὸ καὶ μάλιστα φιλανθρώπως ἀλλήλοις χρηστέον, ἵνα καὶ ἄλλως μᾶλλον ἑαυτοὺς εὐεργετῶμεν. Τὸ γὰρ εὐεργέτημα μεῖζον ἑαυτοῦ παρὰ τῷ εὖ παθόντι γενόμενον, ἐπὶ τὸν εὐεργέτην δαψιλέστερον ἀντεπάνεισι· καὶ οὕτως ἐν τῷ εὐεργετεῖσθαι τὸ εὐεργετεῖν ἀντιπερίστηται. Τούτῳ δὲ προδήλως καὶ μιμεῖται θεὸν ἄνθρωπος· ἡ δὲ μίμησις, οἰκείωσις· ἡ δὲ οἰκείωσις, ἐξομοίωσις· ἡ δὲ, τῶν ἀγαθῶν ἀκρότατον. Ὁρᾷς τῆς φιλανθρωπίας πηλίκος ἐστὶν ὁ καρπός; Οὕτω δὲ καὶ διὰ τῆς αὐτοτελοῦς ἑξάδος τῶν ἐντολῶν, φόβον ἅπαντα δουλοπρεπῆ παρωσάμενος, μετὰ τῆς κακῆς τῶν παθῶν ἀχθηδόνος, καὶ ἑαυτὸν ἀνακαθήρας ὡς οἷόν τε, καὶ ἐν τῇ ἀγάπῃ τελειωθείς, ἄθλον ἀρετῆς κομιεῖται, [καὶ] τῆς ἐν πνεύματι φυσικῆς θεωρίας τὴν ἀπταιστον γνῶσιν τῶν ὑπὸ [36] χρόνον καὶ φύσιν, καὶ τὸν ἐν ἓξ ἡμέραις ὑποστάντα κόσμον, τὸν ὑλικὸν καὶ ὁρώμενον, τύπον εἰδὼς τοῦ ἀναβεβηκότος τὴν αἴσθησιν, ὄψεται καλῶς διὰ τοῦ ὁρωμένου τὸν μὴ ὁρώμενον, μεταρρυθμίζων ἐναρμονίως ἐπὶ τὴν νοητὴν καὶ πολύφωτον ὡραιότητα τὰ κάλλη τῶν φαινομένων. Καὶ οὕτω τὴν κτίσιν, ἐπὶ τὸν ἑαυτῆς αἴτιον ἕξει χειραγωγοῦσαν αὐτοῦ τὴν διάνοιαν. Ὥστε δι' ἀμφοτέρων, πράξεως δὴ λέγω καὶ θεωρίας, μετὰ τὴν ἐν ἀμφοῖν τελειότητα, τὴν διὰ τῆς ἑξάδος τῶν θείων ἐντολῶν, καὶ μέντοι καὶ τῶν ἡμερῶν δηλουμένην, ἐν οἷς ὁ ὁρώμενος ὑπέστη κόσμος, δυνήσεται καθαρῶς συνιέναι, τί τὸ τῆς ὀγδόης μυστήριον. Ὃ διὰ τῆς τοῦ Λουκᾶ μυσταγωγίας, ὥς γέ μοι φαίνεται, παραγυμνούμενον, ἴδοι τις ἂν τῶν θεωρητικῶν τε καὶ ἄνω βεβηκότων τὴν αἴσθησιν. Τὸ δὲ λεγόμενον καὶ γνώσεως ἀληθοῦς, ἔξω σαρκὸς καὶ κόσμου γενόμενοι, καθ' ὅσον ἐφικτὸν ἐνταῦθα, τὰ τῆς μελλούσης καταστάσεως εἴδη, ἐξ ὧν ἐπειράθησαν, διδαχθήσονται. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὅσον προοδοποιήσασθαι τῇ μελλούσῃ τοῖς ὁρατικωτέροις ἐπὶ τοῦ ὄρους φανερωθήσεσθαι δόξῃ καὶ χάριτι. Ὅτε δὲ τῷ Ἰησοῦ συνανελθόντες, εἴσω τῆς νεφέλης γένοιντο, τότε πολλῷ τρανώτερόν τε καὶ ὑψηλότερον, διὰ τῶν λευκανθέντων ὡσεὶ χιὼν, καὶ λαμψάντων ὡς τὸ φῶς ἱματίων τοῦ Λόγου, τῆς μυστικῆς τῶν προειρημένων θέας ἀξιωθήσονται, εἰξάντων ἤδη τῶν συμβόλων τῇ ἀληθείᾳ.

minus; quandiu nimirum voluntas mutatione subditur, ipsaque a se materia inordinationem ac inconstantiam adducit (9) vel etiam externis injuriis molestiisque intercipitur. Quare præstat omnino ut tota humanitate invicem coutamur, quo et alioqui ipsi nobis beneficium majus conferamus. Beneficium quippe seipso auctius redit a beneficiato ad beneficum : atque adeo in beneficii acceptione quædam reciproca beneficii collatio est. Eo enim perspicue homo Deum imitatur. Imitatio autem, conciliatio est ; conciliatio autem, assimilatio et expressio : eaque supremum bonum, Viden' quantus sit humanitatis et misericordiæ fructus? Sic vero etiam, seipso perfecto mandatorum senario, metu omni servili una cum vitiosa perturbationum molestia depulso, suique quam potest haberi maxima, emundatione ac consummata charitate, virtutis ac naturalis in spiritu contemplationis (10) inoffensam rerum supra tempus naturamque positarum scientiam, præmium reportaverit : videnque mundum diebus senis conditum, illum, inquam, in materia, et oculis subjectum; mundi supra sensum elevati figuram probe, quod fugit oculos nec aspectari potest; rerum visibilium ornatus in spiritalem multoque lumine illustrem decorem concinna accommodatione transferens, eo quod corporeum subjacet oculis, perspiciet. Sicque futurum est ut creatura animum ejus in suum ipsius velut manuducat principium. Quamobrem utroque, actione, inquam, et contemplatione, post adeptam in eis positam perfectionem, illam nimirum tum quæ senario divinorum mandatorum, tum quæ nihilominus diebus senis, quibus mundus fuit conditus, significatur, quodnam sit Octavæ sacramentum, perspicue intellexerit. Atque id, mea quidem sententia, spiritali Lucæ doctrina viderit declaratum, qui sic contemplativus ac sensu superior evaserit. Dico autem, verusque est sermonis sensus, fore ut, quantum mortali vita fieri potest, corpore mundoque excedentes, jam ea quæ futuri illius status sunt, ex iis quorum fecere periculum gustumque perceperunt, doceantur. Verum hæc quidem ut tantum præeant, ac velut muniant viam manifestæ in monte perspicacioribus oculis gloriæ et gratiæ. Ubi autem una cum Jesu ascendentes, intra nubem constiterint, tunc longe clarius sublimiusque vestium Verbi fulgore instar luminis, mysticam præfatorum visionem accepturi sunt, cum jam symbola veritati concesserint.

VARIÆ LECTIONES.

[36] Lege ὑπέρ.

COMBEFISII NOTÆ.

(9) *Ipsaque a se materia inordinationem ac inconstantiam adducit.* Φέρει παρ' ἑαυτῆς τὸ ἄτακτον καὶ ἀνώμαλον. Verba sunt Gregorii, in quæ etiam commentatur Maximus, orat., ni fallor, 16, *De amore pauperum*, in qua noster Andreas, in prælatione charitatis virtutibus aliis, ejusque in proximum cognatissima utraque misericordia, spiritali ac corporali, quarum illa potior sit, eoque magis debita : non parum, quanquam alio scopo suisque plurimis ac iis illustribus adjectis, eumdem Gregorium imitatus videatur.

(10) *Virtutis, ac naturalis in spiritu contemplationis*, etc. Nonnulla fuit punctorum mutatio, adjecta etiam particula καί. Τὸ, ὑπό, mutandum duxi in ὑπέρ, quod margini ascripsi, ut velit, virtute, quæ operibus charitatis et misericordiæ explicatis præcipue exercetur, rerumque naturalium spiritaliori contemplatione, ceu duplici senario præparante ad montis accessum, inoffensam comparari divinorum et spiritalium cognitionem, longe tamen ea inferiorem, quæ habetur in ipso monte, Verbo peculiarius illuminante, etc.

Digitized by Google

Porro fuerint spiritalis contemplationis Verbi vestes, quibus et obtegitur, et detegitur ac revelatur. Quod et videatur mirabile. Una quidem ratione anagogiæ ac sensus spiritalis, ut quidem mihi videtur, dicta factave Salvatoris per vitæ hoc sæculo institutæ curriculum, Vitæ, inquam, illius intemeratæ ac immaculatæ ; vitæ, carnis dispensatione mundo palam exhibitæ, cæterum non comprehensæ ; vitæ ab omni omnino et citra ullam coïnparationem malitia liberæ, quæque totius munditici et sanctitatis causa fuit, et exemplar humano generi. Quam is qui supra substantiam est, vero ad substantiam accessu, supra substantiam substantiatus ac substantiam indutus, nobis nostræque salutis causa in carne vixit : quæ et ipsa eximie in monte re splenduit. Non velut id temporis clarior sublimiorque se ipsa evaserit : absit hoc ; sed quam perfecti ac sublimiora docti discipuli, quid et prius esset veritate sint contemplati. Dicta ergo gestaque, quibus vita illa constitisset, quibuscum etiam immensa Verbi in nos dispensationis profunditas ostenditur, non immerito velut Salvatoris vestes habuerint accipit. Seu vestibus ejusmodi utraque illa Spiritus emundatione instar luminis fulgentia, ob omnimodam munditiam summamque claritatem velut typo repræsentari.

Alio autem modo potuerint vestimenta Verbi intelligi, nec puto indigna Spiritu expositione : tum eorum quæ procreavit deduxitque ut essent, magnificentia ac velut sumptuositas ; tum etiam Scriptura sacra. Illa quidem, quæ invisibilem illum et quem nihil capiat, in ipsa incommiste ac intemerate, qua ratione Creator est et causa, velut abditum ac delitescentem palam faciat : hæc autem, ut quæ Verbum arcana quadam ratione in ipsa velut habitans ac libenter manens, iis qui digni sint Spiritu demonstret. Ambo enim Spiritu depurantur ac illustrantur : taliaque sua illa munditia, divinorum ac contemplandi amantibus parent, « qualia non potest fullo super terram candida facere [v]. » — « Nam Spiritus, inquit, omnia scrutatur, etiam profunda Dei [x]. » Sic igitur vestium adminiculo latens in eis Verbum seipsum prodit, ac cognitionis suæ lumen emittit ; iis nimirum qui, sicut Petrus, et Jacobus, et Joannes sunt spiritu perfecti. E quibus, hic quidem instar Petri, firmiter nixus petræ, tum fidei fundamentum, tum virtutibus assurgens ædificium Ecclesiæ in se recipit : his autem, velut « filiis tonitrui [y], » sublimioris theologiæ mystica inspectio visioque a Verbo creditur, quibus petra immobilis, basis firma sit et inconcussa. Arbitror vero, illo quidem designari fidei profunditatem ; hoc autem, latitudinem et sublimitatem : quibus sacramenti incomprehensibilitate, omnis undique infinitas æqualibus modis exceditur.

Enimvero ejusmodi quidem, ac eo sunt splendore Salvatoris vestimenta. Quid autem facies supra

A Ἱμάτια δὲ τοῦ Λόγου κατὰ τὴν ἐν πνεύματι θεωρίαν εἶεν ἂν, ὑφ' ὧν περιστέλλεται καὶ δι' ὧν ἐκκαλύπτεται. Ὃ καὶ παράδοξόν πως. Καθ' ἓν μὲν εἶδος ἀναγωγῆς, ὡς γέ μοι δοκεῖ, τὰ κατὰ τὸν βίον ἐκεῖνον εἰρημένα τῷ Σωτῆρι καὶ πεπραγμένα, τὸν ἄχραντόν τε καὶ ἀκηλίδωτον · τὸν τῷ κόσμῳ διὰ τῆς κατὰ τὴν σάρκα οἰκονομίας προφαινόμενον μὲν, οὐ καταλαμβανόμενον δέ · τὸν πάσης μὲν πονηρίας ἀσυγκρίτως ἐλεύθερον, πάσης δὲ καθαρότητός τε καὶ ἁγιότητος αἴτιον ἡμῶν καὶ ὑπογραμμὸν τῇ φύσει γενόμενον. Ὃν ὁ ὑπερούσιος εἰς οὐσίαν ἀληθῶς ἐλθὼν, καὶ ὑπὲρ οὐσίαν οὐσιωθεὶς, διὰ σαρκὸς ἡμῖν πεπολίτευται. Ὃς δὴ καὶ ὑπερβαλλόντως ἐπὶ τοῦ ὄρους ἐξήστραψεν. Οὐ τότε γενόμενος ἑαυτοῦ διαυγέστερος ἢ ὑψηλότερος · ἄπαγε · ἀλλ' ὅπερ καὶ B πρότερον ἦν, τοῖς τελουμένοις τῶν μαθητῶν καὶ μυουμένοις τὰ ὑψηλότερα κατὰ ἀλήθειαν θεωρουμένοις. Τὰ δι' ὧν οὖν ὁ βίος ἐκεῖνος συνέστηκε ῥήματά τε καὶ πράγματα, οἷς καὶ ἀπέραντος ὁ βυθὸς τῆς περὶ ἡμᾶς οἰκονομίας τοῦ Λόγου συναποδείκνυται, οὐκ ἀπεικότως ἂν εἰς τὰ ἱμάτια τοῦ Σωτῆρος λαμβάνοιτο. Ἡ ἐκεῖνα δι' αὐτῶν σημαίνοιτο τῇ ἀνακαθάρσει τοῦ Πνεύματος ἀμφότερα λάμποντα ὡς τὸ φῶς, διὰ τὴν παντελῆ καθαρότητα καὶ τὴν εἰς ἄκρον φανότητα.

Καθ' ἕτερον δὲ τρόπον ἱμάτια τοῦ Λόγου νοοῖτο ἂν, καὶ οὐκ ἀναξίως, οἶμαι, τοῦ Πνεύματος · τῶν ὑπ' αὐτοῦ δὴ τοῦ Λόγου προβεβλημένων τε καὶ παρηγμέ- C νων πρὸς ὕπαρξιν ἡ μεγαλοπρέπειά τε καὶ πολυτέλεια, καὶ μέντοι καὶ τὸ Γράμμα τὸ ἱερόν. Ἡ μὲν ὡς κτίστην καὶ αἴτιον ἐγκρυπτόμενον ἀχράντως αὐτῇ φανεροῦσα τὸν ἀόρατον καὶ ἀχώρητον · τὸ δὲ, ὡς Λόγον μυστικῶς ἐμφιλοχωροῦντα καὶ ἑαυλιζόμενον αὐτῷ, προφαῖνον ἀῤῥήτως τοῖς ἀξίοις τοῦ Πνεύματος. Ἀμφότερα γὰρ διὰ τοῦ Πνεύματος ἀνακαθαίρεται καὶ λαμπρύνεται, καὶ τοιαῦτα τῇ καθαρότητι διαδείκνυνται τοῖς ἐρασταῖς τῶν θείων, καὶ φιλοθεάμοσιν, « οἷα γναφεὺς ἐπὶ τῆς γῆς λευκᾶναι οὐ δύναται. » — « Τὸ γὰρ Πνεῦμα πάντα ἐρευνᾷ, φησὶ, καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ. » Οὕτως μὲν οὖν διὰ τῶν ἱματίων ὁ εἴσω τούτων ἐγκρυπτόμενος Λόγος ἑαυτὸν φανεροῖ, καὶ τῆς γνώσεως αὐτοῦ τὸ φῶς ἐπαφίησιν · ἐκείνοις δηλονότι, τοῖς κατὰ Πέτρον, καὶ Ἰάκωβον, D καὶ Ἰωάννην τετελεσμένοις τῷ πνεύματι. Ὧν ὁ μὲν, ὡς Πέτρος, ἐπὶ τῇ πέτρᾳ παγίως ἐρηρεισμένος, τῆς τε πίστεως τὸν θεμέλιον, καὶ τὴν διὰ τῶν ἀρετῶν οἰκοδομίαν τῆς Ἐκκλησίας ἐφ' ἑαυτὸν δέχεται · οἱ δὲ τῆς ὑψηλῆς θεολογίας, ὡς « υἱοὶ βροντῆς, » τὴν μυστικὴν ἐποψίαν παρὰ τοῦ Λόγου πιστεύονται, βάσιν στερέμνιον καὶ ἀκράδαντον ἔχοντες, τὴν ἀκίνητον πέτραν. Καὶ ὁ μὲν τὸ βάθος, οἱ δὲ τὸ πλάτος, οἶμαι, καὶ ὕψος παραδηλοῦσι τῆς πίστεως, τῷ ἀπεριλήπτῳ τοῦ μυστηρίου κατὰ τὸ ἴσον πᾶσαν ἀπειρίαν ἐκβαίνοντα πάντοθεν.

Ἀλλὰ τοιαῦτα μὲν τὰ τοῦ Σωτῆρος ἱμάτια, καὶ οὕτως ἐκλάμποντα. Τί δὲ τὸ πρόσωπον τὸ ὑπερ-

[v] Matth. IX, 2. [x] I Cor. II, 10. [y] Marc. III, 17.

Digitized by Google

αστράπτον; Τὸ κάλλος τὸ ἀμήχανον, τὸ τῶν ἐρα- A
στῶν ἁπάντων ὑψηλότατόν τε καὶ τιμιώτατον, ὃ
τοῖς ὁρῶσιν εὐφροσύνης ἀκαταπαύστου καθίσταται
πρόξενον, ὅσῳ καταλαμβάνεσθαι δοκεῖ φανερούμε-
νον; Τὸ δὲ κρύφιον καὶ θειότερον, καὶ πάντων καιν-
ότατον, τίς νοῦς ἢ λόγος ἢ ὄψεται, ἢ ἐκφράσαι
δυνήσεται; Εἰ γὰρ τὰ ἱμάτια τοιαῦτα, διὰ τὴν ἔνδο-
θεν ἐκβλυζομένην αὐγὴν, ποταπὸν ἄρα τὸ ὑπὸ τῶν
ἐσθημάτων περιστελλόμενόν τε καὶ καλυπτόμενον,
ὡς ὑπὲρ ὅρασιν καὶ γνῶσιν; Εἰ οὖν αὐτὸ ἐφ' ἑαυ-
τοῦ γένοιτο, πᾶσαν περιβολὴν ἐκδυσάμενον· τί τοῦ-
το λέγω; ἀλλὰ διὰ μόνης τῆς ἁγίας αὐτοῦ στολῆς,
ἣν ἐκ παρθενικῶν αἱμάτων κατασκευασάμενος, διὰ
τοῦ Πνεύματος μυστικῶς ἑαυτῷ περιέπηξεν, ὅπερ
ἐστὶν ὡς εἶδον αὐτὸ φανερούμενον, τίς ὁ ὀψόμενος;
Οὐκ ἔστιν οὐδὲν, οὐκ ἔστι, τῶν ἐν τῇ κτίσει θεωρου- B
μένων, ὃ χωρήσει τούτου τὴν ὑπερβολὴν τῆς λαμ-
πρότητος. Εἰ γὰρ καὶ μηδενὶ τῶν πάντων ἀκοινώ-
νητόν ἐστι τὸ ἀγαθὸν, ἀλλ' οὐχὶ ὅλον, ὅ τί ποτ'
ἐστὶν, ἀλλ' ὅσον καὶ ὅπως τοῖς μετέχουσιν ἐφικτὸν,
χωρητὸν γίνεται· καὶ τοῦτο δι' ἄκραν ἀγαθότητα
ταῖς ἀπειροδώροις ἐλλάμψεσιν, ὁδεῦον ἐπὶ πάντα
καὶ προχεόμενον. Ἀπόδειξις δὲ τῶν λεγομένων αὐτὸ
ἂν εἴη τὸ μακάριον πάθος ἐκεῖνο καὶ πολυύμνητον,
ὅπερ ἐπὶ τοῦ ὄρους πεπόνθασιν οἱ ἀπόστολοι, ἡνίκα
τὸ ἀπρόσιτον καὶ ἄχρονον φῶς τὴν οἰκείαν σάρκα
μεταμορφῶσαν, τῷ ὑπερβάλλοντι τῆς οἰκείας φωτο-
βλυσίας ὑπερουσίως ἐλάμπρυνε.

Τὴν γὰρ ἀκτῖνα τῆς ἀμώμου σαρκὸς ἐκείνης φέ- C
ρειν οὐ δυνηθέντες, ἢ ἐκ τῆς τοῦ Λόγου θεότητος, ὃς
τῇ σαρκὶ καθ' ὑπόστασιν ἥνωτο, διὰ ταύτης ὑπὲρ
φύσιν ἐπήγαζε, πίπτουσιν ἐπὶ πρόσωπον. Ὦ τοῦ
θαύματος! κατ' ἔκστασιν τελεωτάτην τῆς φύσεως,
ὕπνῳ βαρεῖ καὶ φόβῳ κρατούμενοι, μύσαντες τὰς
αἰσθήσεις, πᾶσαν νοερὰν κίνησιν καὶ ἀντίληψιν παν-
τελῶς; ἑαυτῶν ἀποπαύσαντες, οὕτω κατὰ τὸν θεῖον
ἐκεῖνον καὶ ὑπέρφωτον καὶ ἀόρατον γνόφον, τῷ Θεῷ
συνεγένοντο· τῷ μηδ' ὅλως ὁρᾶν, τὸ ὄντως ὁρᾶν εἰσ-
δεχόμενοι, καὶ τῷ πάσχειν ἀγνώστως, τὴν καθ' ὑπερ-
οχὴν γνῶσιν ποριζόμενοι, καὶ τὴν πάσης νοερᾶς ἐπι-
στασίας ὑψηλοτέραν ἐγρήγορσιν ὑπομυσταγωγούμε-
νοι. Καὶ γίνεται παραδόξως ἐπὶ παραδόξου τοῦ πρά-
γματος, ὕπνος ἡ ἐγρήγορσις· μᾶλλον δὲ ὁ ὕπνος D
ἐγρήγορσις, τῇδε ἐρημίᾳ τῶν γνωστικῶν ἀντιλήψεων
τῶν ὑπὲρ φύσιν τὴν γνῶσιν πιστούμενος. Ὦ τίς ἂν
μοι δοίη λόγον τοσοῦτον, ὁπόσον καὶ βούλομαι! τίς
ὁ κατ' ἀξίαν συνεπαρθῆναι τῷ μυστηρίῳ δυνάμενος;
ποία νοερὰ κίνησις πρὸς τοῦτο βλέψασα μόνον, τέ-
λεον εὐθὺς οὐκ ἀποσβέννυται, παραχωροῦσα τῷ ἀν-
εφίκτῳ τοῦ θαύματος; τοῦτο καὶ Δαβὶδ πόρρωθεν,
οἶμαι, προκατανοήσας τῷ πνεύματι, τὸ βασιλικὸν καὶ
προφητικὸν ὄργανον, ἐνθέῳ στόματι πρὸς τὸν τῶν
ὅλων Θεὸν ἐξεβόησε λέγων· «Θαβὼρ καὶ Ἑρμὼν ἐν τῷ
ὀνόματί σου ἀγαλλιάσονται.» Καὶ ὅτι μὲν ἀγαλλιά-
σονται προηγόρευσε. Τί δὲ, καὶ οἷον, καὶ ὅσον δι'
ἀκριβείας ἔσται τῆς μεταμορφώσεως τὸ μυστήριον,

fulgur effulgens? Quid pulchritudo illa incompa-
rabilis, inter omnia quæ possunt adamari, celsis-
sima illa ac pretiosissima, quæ jugem quamdam
lætitiam aspicientibus afferat, quantum manifesta-
tione comprehendi videtur? Occultum vero illud ac
divinius maximèque novum, quis vel intellectus vel
oratio, vel videre possit vel enarrare? Nam si ves-
timenta talia sunt ex splendore intus emanante,
quale, rogo, quantumve fuerit quod, velut visum
superans et scientiam, sub vestimentis obtegitur
et celatur? Si ergo ipsum nullo contectum amictu
in seipso constiterit: quid hoc dico? imo si per
solam suam illam sanctam tunicam, quam ex virgi-
neis sanguinibus per Spiritum contextam sibi ipsi
arcana ratione adjunxit, id quod est, quale ii vide-
runt, sese videndum præbuerit, quis aspexerit?
Nihil sane, nihil fuerit in creatis, quod excel-
lentem illius splendorem capere possit. Quanquam
enim nulla penitus res exsors sit boni communione,
haudquaquam tamen totum quod est capi potest;
sed quantum et quomodo iis qui participes sunt,
concessum sit: idque cum ex ipsa sua summi
boni ratione, immensæ largitionis illustrationibus
per omnia eat, ac se diffundat. Probarit autem quæ
dicimus ipsa illa beata multumque laudabilis apo-
stolorum in monte affectio, quando lux illa inacces-
sibilis et antiquior tempore, suam ipsius transfi-
guratam carnem, exsuperanti proprii luminis
diffusione ac velut scaturigine, eximie illustravit.

Cum enim incontaminatæ carnis illius radium,
ex Verbi hypostatice eidem uniti divinitate per
ipsam admirabiliter manantem ferre non possent,
«cadunt in faciem [z].» O miraculum! Nimirum per-
fectissimo a natura excessu, somno gravi et metu
occupante claudentes sensus, atque ab omni pror-
sus intellectuali motu ac perceptione cessantes, ita
in divina illa et luminosissima ac invisibili caligine
cum Deo congressi sunt, qui nihil jam penitus
videntes, id quod vere videre est, admitterent;
patientesque ignota quadam ratione, excellen-
tem adipiscerentur scientiam, omnique intelle-
ctuali inspectione sublimiorem vigiliam arcane
addiscerent. Ac mirabiliter accidit in rei miraculo,
ut vigilia somnus fieret; atque adeo, ut somnus
vigilia, cui cessatione a sciendi perceptionibus,
scientia supra naturam ac divinior crederetur. O
quis dederit vim tantam orationis, quantam et
cupio! Quis digne satis valeat coassurgere sacra-
mento? Quis intelligentiæ motus vel eo tantum
aspiciens, non omnino statim exstinguatur, ce-
dens miraculo quod nequeat satis percipi? Hoc
puto et David jam olim spiritu præcogitans, rega-
le illud ac propheticum organum, Deo afflato
« Ἡ οὖν Μάρθα ὡς ἤκουσεν ὅτι Ἰησοῦς ἔρχεται, ὑπήντησεν αὐτῷ· ἡ δὲ Μαρία ἐν τῷ οἴκῳ ἐκαθέζετο. » Οὐ γὰρ ἔγνω Μαρία ὅτι Ἰησοῦς ἥκει· οὐ γὰρ ἂν ἐπέμεινε γνοῦσα. Καὶ γνοῦσαν δὲ, εἰκὸς ἦν αὐτὴν δι' εὐλάβειαν οἴκοι καθῆσθαι, τὰς τῶν παρατυχόντων δεχομένην ψυχαγωγίας. Θερμοτέρα δέ πως ἡ Μάρθα καὶ ἁπλουστέρα, τὸ ἔθος ἀνεπίπλαστον ἔχουσα· διὸ καὶ « Προῦπήντησεν αὐτῷ, ἵνα καὶ τῆς οὐσίας δείξῃ τὸ μέγεθος, καὶ τοῦ φίλου προαπαγγείλῃ τὸν θάνατον. Ὡς ἀγνοοῦντι δὲ δῆθεν ἀπήγγειλεν· εἰ καὶ ὡμολόγει δυνατὸν εἶναι τὸ μὴ τεθνᾶναι Λάζαρον παρόντος αὐτοῦ. « Εἰ ἦς γὰρ ὧδε, φησὶν, οὐκ ἂν ἀπέθανεν ὁ ἀδελφός μου. Καὶ νῦν οἶδα, ὅτι ὅσα ἂν αἰτήσῃ τὸν Θεὸν, δώσει σοι ὁ Θεός. » Εἶδες πίστιν; εἶδες ἀδίστακτον γνώμην; Δυσὶ τρόποις Θεὸν αὐτὸν καὶ ζωογόνον παρίστησιν· εἰ καὶ σφάλλεταί πως

A Et hæc quidem ita. Jam autem mortuus Lazarus fetebat : aderatque Jesus, Christus et Deus, qui etiam vitam præberet. Prius enim vas conterendum erat, ac tum figulus præsto esse debebat. Oportebat ut domus dejiceretur, ac tum adesset ædificator. Age igitur, Christo ascendente hodie in Bethaniam, et ipsi pariter sermonem provehamus. Quid enim habet Evangelium? « Venit itaque Jesus. » Quo aut unde profectus? In Bethaniam : quo etiam contendebat, ab eo loco ubi morabatur trans Jordanem. At ubinam gentium Christus abest? quisve locus eo carebit? Verum est id accipiendum juxta id quod est humanum : non juxta quod divinum est. Deus siquidem res quædam est indefinita, quam non possumus complecti, B quæque nulla claudatur circumscriptione. « Venit itaque Jesus : et invenit eum quatuor dies jam in monumento habentem. » Et hoc sapienti admodum consilio. Ut enim velut jam dissolutis elementis, insolentior haberetur miraculi exhibitio, profectionem tardavit. Etenim poterat computruisse tanto dierum spatio, qui inter cadaverum cumulos detentus fuerat in conditorio. « Invenit ergo quatuor jam dies habentem eum in monumento. » Ut nimirum qui triduanus esset resurrecturus, ante suscitaret quatriduanum : nossentque scelesti Judæi, qui jam tabo defluentem et sanie scaturientem verbo viderent exsilire de monumento. « Invenit eum jam quatuor dies habentem in monumento. » Quo enim tempus sepulturæ productius fuerat, eo C virtus Christi majorem admirationem habebat. « Erat autem Bethania juxta Jerosolymam, quasi stadiis quindecim. » Idcirco plures ut Mariam et Martham consolarentur exierant. « Multi enim, inquit, ex Judæis, venerant ad Martham et Mariam, ut consolarentur eas de fratre suo. » Id quidem merito. Nam cum civitas prope esset, par erat ut ad eas plures exirent, alterutro ex his fine : aut quia honesta utriusque feminæ vita delectarentur; erat enim illa clara, et virtute præcellens; vel propter tristem casum plenumque dolore. Ad hoc : collecta multitudo attestabatur miraculo, nec tantus conventus frustra erat.

« Martha ergo, ut audivit quia Jesus venit, occurrit illi : Maria autem domi sedebat. » Non D enim Maria sciverat adventum Jesu : nec utique mansisset, eo cognito. Erat vero congruum, ut reverentiæ causa, etiam cognito illo, adventantium salutationes verbaque consolationis susceptura domi sederet. Martha autem velut calentior erat ac simplicior, nihilque fucatis moribus, ideoque « Occurrit illi : » ut et substantiæ ostentaret magnitudinem, et mortem amici annuntiaret. Annuntiabat utique, velut ei qui nesciret, quanquam fatebatur potuisse non mori Lazarum, eo præsente. « Si enim, inquit, fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Sed et nunc scio, quia quæcunque poposceris a Deo, dabit tibi Deus. » Vidistin' fidem? Vidistin' animum non hæsitantem?

Digitized by Google

Duobus modis Deum ipsum et auctorem vitæ A astruit. Quanquam nonnihil natura simplicior erret. « Si enim, inquit, fuisses hic. » Quid dicis, Martha? fallitur sermo. Erat etenim, et præsens erat : nec deest usquam. Sed ad miraculi amplitudinem, paululum spectavit, morti concedens locum, qui divinitate omnia replet. « Si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. » Viden' ut etiam Deum crediderit, qui et compescere mortem, et mortuos per auctoritatem excitare posset? Scio enim, inquit, fore ut, si fuisses præsens, haudquaquam mors prævaluis-et, haudquaquam esset exstincta lucerna generis. Plane etiam vitæ termini otiosi fuissent, modo tu affuisses qui vitæ terminos universis constituis. « Sed et nunc scio, inquit, quia quæcunque poposceris a Deo, B dabit tibi Deus. Ad id enim respiciebat quod erat oculis subjectum. Cæterum hoc etiam loco vide veritatis non nesciam. Erat enim mulier quanquam imbecillo et hebeti, philosophico tamen animo. Cum ergo haberet persuasum fore, ut Lazarus non moreretur si ipse affuisset, neque de futuro dubia fuit. Propterea quoque occurrit, et alteram adjunxit vocem, dicens : « Et nunc scio, quia quæcunque poposceris a Deo, dabit tibi Deus. Si fuisses hic, non fuisset mortuus frater meus. » Non enim, inquit, ea est causa ut sit mortuus, quia homines morti subjaceant, sed quia victor ipse mortis non affuisti. Robusta quidem fides, tametsi ratio debilis. Quin et sensim accusare videtur, quod nuntiantibus ipsis, « Ecce quem amas infirmatur, » non statim advenerit.

δι' ἁπλότητα φύσεως. « Εἰ ἦς γὰρ ὧδε, » φησί. Τί λέγεις Μάρθα; ἐσφαλμένος ὁ λόγος. Καὶ γὰρ ἦν, καὶ παρῆν, καὶ πάρεστι πανταχοῦ. Ἀλλ' ἵνα τὸ θαῦμα παραταθῇ, μικρὸν ἀνέσχε, τῷ θανάτῳ χώραν διδοὺς ὁ πάντα πληρῶν τῇ θεότητι. « Εἰ ἦς ὧδε, οὐκ ἂν ἀπέθανέ μου ὁ ἀδελφός. » Ὁρᾷς, ὅπως καὶ Θεὸν αὐτὸν πεπίστευκεν ὄντα, καὶ θάνατον ἐπισχεῖν, καὶ νεκροὺς κατ' ἐξουσίαν ἐγείρειν δυνάμενον; Οἶδα γὰρ ὡς εἰ παρὼν ἦσθα, φησὶν, οὐκ ἂν ἴσχυσε θάνατος· οὐκ ἂν ἀπέσβη τοῦ γένους ἡ θρυαλλίς. Ἀργοὶ δ' ἂν καὶ οἱ τῆς ζωῆς ὅροι διέμειναν, εἰ σύ γε ἦσθα παρὼν, ὁ ζωῆς μέτρα πᾶσιν ὁροθετῶν. Καὶ νῦν οἶδα, φησὶν, ὅτι ὅσα ἂν αἰτήσῃ τὸν Θεὸν, δώσει σοι ὁ Θεός. » Πρὸς γὰρ τὸ φαινόμενον ἔβλεπε. Πλὴν, ὅρα κάνταῦθα μὴ ἀγνοοῦσαν αὐτὴν τάλῃθές. Ἐμφιλόσοφος γὰρ ἡ γυνὴ, κἂν ἀδρανὴς ἡ γνώμη. Πεπεισμένη γοῦν ὡς εἰ παρῆν οὐκ ἂν ἐτεθνήκει Λάζαρος, οὐδὲ πρὸς τὸ μέλλον ἀμφέβαλλε. Διὰ τοῦτο καὶ προῦπήντα, καὶ τὴν δευτέραν ἐπήγαγε φωνὴν, εἰποῦσα· « Καὶ νῦν οἶδα, ὅτι ὅσα ἂν αἰτήσῃ τὸν Θεὸν, δώσει σοι ὁ Θεός. Εἰ ἦς ὧδε, οὐκ ἂν ἀπέθανέ μου ὁ ἀδελφός. » Οὐ γὰρ ἐπεὶ τῷ θανάτῳ ὑπόκεινται ἄνθρωποι, διὰ τοῦτο τέθνηκε, φησίν· ἀλλ' ὅτι αὐτὸς οὐκ ἦσθα παρὼν, ὁ τοῦ θανάτου νικητής. Ἰσχυρὰ μὲν ἡ πίστις, κἂν ἀσθενὴς ὁ λόγος. Ἠρέμα δέ πως καὶ ὑπεμέμφετο, ὅτι μὴ παρῆν, ὅτε αὐτῷ κατεμήνυσαν λέγουσαι· « Ἴδε ὃν φιλεῖς ἀσθενεῖ. »

« Dicit ei Jesus : Resurget frater tuus. » Jucundus sermo, et duplex ad curam : qui non tantum errorem corrigat, verum etiam acriorem tristitiam sedet et leniat. « Resurget frater tuus. » Ad jactantiæ fugiendam speciem non dixit : Ego fratrem tuum suscitabo : sed, « Resurget frater tuus. » Indefinite verbo *resurget*, seu *suscitabitur*, usus : exercens, quod ejus fidei probatum erat. Unde et illa ait : « Scio quia resurget in novissimo die. » Si credis fore, ut in illo resurgat, neque de isto dubia fueris : qui enim hunc facio illumque, idem ipse sum. « Resurget frater tuus. » Simul etiam hoc dixit, ad illud ejus coarguendum : « Scio quæcunque poposceris a Deo, dabit tibi Deus. Resurget frater tuus. » Domini dignitatem per auctoritatem significans, ut noverit non esset in iis quæ dicimus de Deo præcipitandam sententiam.

Ait ergo : « Qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet : et omnis qui vivit, et credit in me, non videbit mortem in æternum. Credis hoc? » Quod ait hujusmodi est : Tametsi, inquit, qui credit in me omnino mortuus fuerit, quod nimirum spectat ad mortem naturalem : non sic tamen ut illa teneatur sub ditione, et dominetur ut par est in incredulis. « Credis hoc? » Sic sapienter, et tanta suasione, in fidem quæ est de ipso, transfert mulieris animum, quemadmodum responsio ostendit. Quid enim illa? « Utique, Domine : ego credidi quia tu es Christus Filius Dei, qui in mundum

« Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Ἀναστήσεται ὁ ἀδελφός σου. » Περιχαρείας ὁ λόγος, καὶ διπλῆν ἔχων τὴν θεραπείαν· οὐ μόνον τὸ σφάλμα διορθούμενος, ἀλλὰ καὶ τὸ σφοδρὸν τῆς λύπης κατακοιμίζων. « Ἀναστήσεται ὁ ἀδελφός σου. » Διὰ τὸ ἀφιλόκομπον οὐκ εἶπεν· Ἐγὼ ἐγερῶ τὸν ἀδελφόν σου, ἀλλ', « Ἀναστήσεται ὁ ἀδελφός σου. » Ἀορίστως τὸ, *ἀναστήσεται*, φήσας· γυμνάζων αὐτῆς τὸ τῆς πίστεως δόκιμον. Διὸ κἀκείνη φησίν· « Οἶδα, ὅτι ἀναστήσεται ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. » Εἰ ἐκείνῃ πιστεύεις, φησὶ, μηδὲ περὶ ταύτης ἀμφίβαλλε· ὁ γὰρ ταύτην κἀκείνην ποιῶν, ἐγώ εἰμι. « Ἀναστήσεται ὁ ἀδελφός σου. » Τοῦτο ἅμα καὶ διελέγχων αὐτὴν ἔφασκεν εἰποῦσαν· « Οἶδα ὅτι ὅσα ἂν αἰτήσῃ τὸν Θεὸν, δώσει σοι ὁ Θεός. Ἀναστήσεται ὁ ἀδελφός σου. » Τὸ Δεσποτικὸν αὐτῇ δεικνὺς κατ' ἐξουσίαν ἀξίωμα, ὡς ἂν μάθοι μὴ προπετῶς ἐν τοῖς περὶ Θεὸν λόγοις ἐκφέρεσθαι.

Φησὶν οὖν· « Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, κἂν ἀποθάνῃ, ζήσεται· καὶ πᾶς ὁ ζῶν καὶ πιστεύων εἰς ἐμὲ, θάνατον οὐ μὴ ἴδῃ εἰς τὸν αἰῶνα. Πιστεύεις τούτῳ; » Τοῦτο δὲ, τοιοῦτόν ἐστιν. Εἰ γὰρ καὶ πάντως τεθναίη, φησὶν, ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, τὸν φυσικὸν δηλονότι θάνατον, ἀλλ' οὐ κατ' ἐπικράτειαν, οἷα τοὺς ἀπειθοῦντας εἰκός. « Πιστεύεις τούτῳ; » Οὕτω σοφῶς ἄγαν καὶ πιθανῶς πρὸς τὴν ἀμφ' αὐτὸν μετάγει πίστιν τοῦ γυναίου τὴν διάνοιαν, ὡς δείκνυσιν ἡ ἀπόκρισις. Τί γάρ φησιν ἐκείνη; « Ναὶ, Κύριε· Ἐγὼ πεπίστευκα, ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ εἰς τὸν κόσμον ἐρχόμενος. » Εἶδες τοῦ λόγου

Digitized by Google

τὸ ἰσχυρόν; Εἶδες, εἰς οἵαν αὐτὴν ἐπεσπάσατο πίστιν; ὡς καὶ δογμάτων ἀκριβείας ἐφάψασθαι, τὴν πρὸ μικροῦ σφαλλαμένην δι' ἁπλότητα. Ὅσα γὰρ ἐπὶ Χριστοῦ διομολογεῖν ἔδει, περιφραστικῶς ἐν βραχεῖ διηγόρευσε. « Ναὶ γάρ, ἐγὼ πεπίστευκα, φησὶν, ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ εἰς τὸν κόσμον ἐρχόμενος, » ἀριδήλως κηρύξασα· κατὰ ταυτόν τε ἅμα τὸν τῆς θεολογίας, καὶ τῆς οἰκονομίας περιληπτικῶς συνεπέρανε λόγον.

« Καὶ τοῦτο, φησὶν, εἰποῦσα, ἀπῆλθε καὶ ἐφώνησε τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς, λάθρα εἰποῦσα· Ὁ διδάσκαλος πάρεστι, καὶ φωνεῖ σε. Ἐκείνη, ὡς ἤκουσεν, ἠγέρθη ταχὺ, καὶ ἤρχετο πρὸς αὐτόν. » Κατὰ τὸ ἴσον τῆς λύπης τοῦ ἀδελφοῦ τὴν χαρὰν δεξαμένη. Ὡς γὰρ μόνον ἤκουσεν ὅτι Ἰησοῦς ἥκει, αὐτίκα τὸ μὲν πένθος ἀπέθετο, τῆς δὲ πίστεως τὸ ζέον παρέδειξε. Πρεπόντως οὖν καὶ ἡ Μάρθα χρῆται, οὐ δημηγοροῦσα Χριστοῦ τὴν ὑπόσχεσιν. Ἑώρα γὰρ τοὺς παρόντας ὄχλους, οἳ παρεκάθηντο τὴν Μαρίαν παραμυθούμενοι, ἐξ ὧν ἦσαν οἳ διεφθόνουν θαυματουργοῦντι Χριστῷ· « Ὁ διδάσκαλος πάρεστι, καὶ φωνεῖ σε. » Ἐκ τοῦ παρεῖναι, φησὶ, τὸ τελούμενον σκόπει. Οὐ παραμυθούμενος ἥκει, οὐ ψυχαγωγήσων. Ἦ γὰρ ἂν καὶ πρὸ τούτου ἀφῖκτο. Ζωώσων ἥκει, ἀναστήσων τὸν σύγγονον. « Ἡ δὲ μόνον ὡς ἤκουσεν, ἠγέρθη ταχὺ, καὶ ἤρχετο πρὸς αὐτόν. » Οὐκ ἐρωτήσασα, ἢ πρὸς μικρὸν ἀναμείνασα· ἀλλ' ὡς ἄνπερ τὸν ἀδελφὸν ἐν χερσὶν ἔχουσα ζῶντα, δρομαίως ἀνίστατο, καὶ πρὸς τὴν ζωὴν ἀνεπήδα, μικρὰ ἢ οὐδὲν τῶν συμπαρόντων φροντίσασα· « Οὔπω δὲ Ἰησοῦς ἐληλύθει εἰς τὴν κώμην, ἀλλ' ἔτι ἦν ἐν τῷ τόπῳ, ὅπου ὑπήντησεν αὐτῷ ἡ Μάρθα. » Τοσοῦτον ἔσπευσεν, ὡς ἐξ' αὐτοῦ φθάσαι τοῦ τόπου τὸν Κύριον. Σχολαιότερον γὰρ ἐπορεύετο διὰ τὴν δύσεριν τῶν Ἰουδαίων ὑπόνοιαν, τοῦ μὴ δόξαι κατεπιτρέχειν τῷ θαύματι, ἀλλ' ὡς ἐκ προτροπῆς τῶν γυναίων καλούμενος. Ἐπεὶ μηδὲ παρεῖναι βεβούλητο, εἰ μὴ προτραπεὶς ἐκλήθη, τῷ μὴ προσποίησιν νομισθῆναι τὸ πρᾶγμα. Ὡς οὖν εἶδον τὴν Μαρίαν οἱ περὶ αὐτὴν Ἰουδαῖοι ταχέως μὲν ἀναστᾶσαν, δρομαίως δὲ τῆς οἰκίας ἐκβᾶσαν, δόξαντες ὡσανεὶ πρὸς τὸ μνημεῖον σπεύδειν αὐτὴν, ἵνα τυχὸν σπαράξῃ, καὶ κωκυτοῖς τὸν σύγγονον ἀποδύρηται, συνεξῆλθον αὐτῇ, κωλύειν ὥσπερ βουλόμενοι τῆς ἐπὶ τῷ ἀδελφῷ θρηνῳδίας. Τὸ δὲ ἦν ἔργον οἰκονομίας συμπαρεῖναι κἀκείνους, ἵν' ἐπ' ὄψεσιν αὐτῶν τὸ θαῦμα πραχθὲν, μὴ ἀμάρτυρον ᾖ.

« Ἡ οὖν Μαρία, ὡς ἦλθεν ὅπου ἦν ὁ Ἰησοῦς, ἰδοῦσα αὐτὸν, ἔπεσεν αὐτοῦ πρὸς τοὺς πόδας, λέγουσα· Κύριε, εἰ ἦς ὧδε, οὐκ ἂν ἀπέθανέ μου ὁ ἀδελφός. » Ἴσον ἔχουσα τῇ ἀδελφῇ τὸ φρόνημα, τοῖς ὁμοίοις αὐτῆς συμφέρεται ῥήμασι. Σκόπει οὖν ὅσα ἐν μικρῷ τότε ἡ Μαρία ποιεῖ. Προστρέχει ὡς Θεῷ, προσπίπτει, παῤῥησιάζεται, δείκνυσιν ὅτι τέθνηκε Λάζαρος· οὐ ταῦτα δὲ μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ πρόωρος ὁ θάνατος γέγονεν, ἀπόντος αὐτοῦ. Τότε γὰρ τυχὸν λέγει παραγεγονέναι, ὅτε μὴ τὴν θεραπείαν ὁ καιρὸς ἐπεδέχετο, συγκλεισθεῖσαν ὡσανεὶ τῷ θανάτῳ. Καὶ

A venis. » Vidistin' sermonis efficaciam? Vidistin' in quam eam pertraxit fidem? Sic nimirum, ut quæ paulo superius ex simplicitate errabat, accurata etiam dogmata attigerit. Quidquid enim de Christo oportebat confiteri, brevi circumlocutione disseruit. Nam dicendo : « Utique, ego credidi, quia tu es Christus Filius Dei qui in mundum venis : » clare in unum pariter et theologiæ ac Trinitatis, et œconomiæ ac incarnationis doctrinam complexione conclusit.

« Et cum, inquit, hoc dixisset, abiit, et vocavit sororem suam silentio, dicens: Magister adest, et vocat te. Illa ut audivit, surrexit cito, et venit ad eum. » Gaudio perfunditur pro modo conceptæ de morte fratris tristitiæ. Ut enim tantum audivit venisse Jesum, confestim quidem deposuit luctum, fidei vero fervorem exhibuit. Sed et Martha decenter agit, non publicata Christi promissione. Videbat enim circumassidentem Mariæ consolantem turbam, in qua essent qui Christo miracula edenti inviderent. « Magister adest, et vocat te. » Ex præsentia, inquit, pensa quod peragitur. Non venit ut consoletur : non ut deliniat animos. Alioqui prius etiam advenisset. Venit ut vitam restituat, ut fratrem resuscitet. « Illa autem ut solum audivit, surrexit cito, et venit ad eum. » Nihil interrogat, nec vel minimum cunctatur : sed quasi vivum fratrem haberet in manibus, surgit concite, et ad vitam prosilit, parum aut nihil pariter collectos curans : « Nondum enim venerat Jesus in castellum : sed erat adhuc in illo loco, ubi occurrerat ei Martha. » Usque adeo festinaverat, ut in ipso loco anteverterit Dominum. Morosius enim incedebat ob Judæorum contentiosam æstimationem : ut ne videretur ipse ad miraculum procurrere, sed quasi mulierum rogatu accedere. Nam neque venire voluerat, nisi earum accitus obsecratione, ut ne res simulatio putaretur. Ut autem Judæi, qui erant cum Maria, viderunt cito surrexisse, ac domo concitam exisse, existimantes velut ad monumentum properare, ut se forsan unguibus laceraret, ululatuque deploraret fratrem, una egressi sunt, velut ab eo fratris luctu prohibituri. Divina vero providentia res gerebatur, ut et illi adessent, quo sub eorum obtutibus editum miraculum haudquaquam testes desideraret.

« Maria ergo cum venisset ubi erat Jesus, videns eum, cecidit ad pedes ejus, et dicit ei : Domine, si fuisses hic, non esset mortuus frater meus. » Eodem cum sorore sensu, iisdem ac ipsa verbis congreditur. Vide igitur quam tunc in modico multa fecerit. Occurrit ut Deo, accidit, agit fiducia, ostendit mortuum Lazarum : nec id solum, verum etiam quod mors immatura absente eo contigerit. Tunc enim forte ait advenisse, cum jam tempus, velut morte præcludente, curationem non reciperet. Ex iis namque conjectura est, agnovisse

Digitized by Google

ut Deum, ac velut Deo locutam esse tametsi oratio in eo claudicaret, quod dicebat : « Si fuisses hic. » — « Jesus ergo ut vidit eam plorantem, et Judæos qui venerant cum ea, infremuit spiritu, et turbavit seipsum, et dixit : Ubi posuistis eum? » Non dixit : Eamus ubi est sepulcrum, ut ne se miraculo festinantius putaretur ingerere. « Ubi posuistis eum? » Vos, inquit, percontor, quos volo testes miraculi. Vos ipsi accurrentes sepulcrum ostendite. Simulo ignorantiam, ut coarguam vestram inscitiam. « Ubi posuistis eum? « Non quia nesciret sciscitabatur, sed ut præsentes intentos miraculo faceret. Quomodo enim nesciebat ubi Lazarus fuisset sepultus, qui Patrem ita novit, sicut Pater novit seipsum : « in quo sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi [v], » nisi quia exhibebat quod est hominis, in seipso nostra repræsentans? Nostra enim est ignorantia et qui ab ea sunt motus, non ejus qui novit omnia priusquam fiant. Quanquam enim omnes nostræ naturæ affectiones (15), si quæ tamen palam peccati noxam fugerunt, in seipso ostenderit, haud tamen ipse in quem non cadit macula, quique superior est quam ut possit vinci affectionibus, adventitias naturæ sordes ex appetitu alieno a ratione, seu ex pravitate animi et defectione, admisit : absit ! is, inquam, qui nullo ab immutabili deitate excessu, totam naturam nostram assumpsit. Nisi quis forte ea dixerit accipi, qua sibi ratione nostra asciscit, Verbo quod spectat ad substantiam, seorsim longius posito. « Ubi posuistis eum? » Non est nescientis percontatio, ut plane ostensum fuit. Aut qua ratione sic spatiis locorum divisus, potuisset dicere, « Lazarus dormit? Ubi posuistis eum? » Propterea, inquit, percontor, ut miraculum astruam. Par enim est plures ex abundanti lætitia festinos accurrisse, ut locum ostenderent.

« Dicunt ei : Veni, et vide. Lacrymatus est Jesus. » Ut homo lacrymatus est, non Lazarum sed Judæos. Advenerat siquidem ut illum suscitaret : ac erat supervacaneum, ut cum lacrymis prosequeretur, qui debebat resurgere. Merito autem Judæos lacrymis prosecutus est, quorum etiam post miraculum futuram infidelitatem prospiceret. « Lacrymatus est Jesus. » Exemplum nobis formamque tradens ac modum, ad cujus rationem illacrymandum sit mortuis. Lacrymatus est naturæ corruptionem ac videns quam imago deformetur morte. « Dixerunt ergo Judæi : Ecce quomodo amabat eum ! Ethic vide invidiam, et pervicacem animum. « Ecce

A γὰρ ὑπολαβεῖν ἔστιν ἐντεῦθεν, ὡς καὶ θεὸν αὐτὸν ᾔδει, καὶ ὡς θεῷ διελέγετο, εἰ καὶ ὁ λόγος ἔσκαζε τῷ εἰπεῖν, « Εἰ εἴης ὧδε. » — « Ὁ οὖν Ἰησοῦς ὡς εἶδεν αὐτὴν κλαίουσαν, καὶ τοὺς συνελθόντας αὐτῇ Ἰουδαίους κλαίοντας, ἐνεβριμήσατο τῷ πνεύματι· καὶ ἐσπάραξεν [37] ἑαυτὸν, καὶ εἶπε· Ποῦ τεθείκατε αὐτόν; » Οὐκ εἶπεν, Ἄγωμεν ὅπου τὸ μνῆμά ἐστιν· ἵνα μὴ νομισθῇ κατεπισπεύδων τῷ θαύματι. « Ποῦ τεθείκατε αὐτόν; » Ὑμᾶς, φησὶν, ἐρωτῶ, οὓς μάρτυρας ἔχειν τοῦ θαύματος βούλομαι. Αὐτοὶ προσδραμόντες τὸν τάφον ὑποδείξατε. « Ποῦ τεθείκατε αὐτόν; » Προσποιοῦμαι τὴν ἄγνοιαν ἵνα ὑμῶν ἐλέγξω τὴν ἄνοιαν. « Ποῦ τεθείκατε αὐτόν; » Οὐκ ἀγνοῶν, ἀλλ' ἐπιτείνων πρὸς τὸ θαῦμα τοὺς παρόντας ἠρώτα. Πῶς γὰρ ἠγνόει ποῦ τέθαπτο Λάζαρος, ὁ τὸν Πατέρα

B οὕτως εἰδὼς, ὡς αὐτὸς οἶδεν ἑαυτὸν ὁ Πατήρ· « Ἐν ᾧ πάντες εἰσὶν θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι· » πλὴν εἰ μὴ τὸ ἀνθρώπινον ἐπεδείκνυτο, τυπῶν ἐν ἑαυτῷ τὸ ἡμέτερον; Ἡμῶν γὰρ ἡ ἄγνοια, καὶ τὰ ἐκ ταύτης κινήματα, οὐ τοῦ πάντα εἰδότος πρὶν γενέσεως αὐτῶν. Εἰ γὰρ καὶ τὰ τῆς φύσεως ἅπαντα τῆς ἡμετέρας ἐφ' ἑαυτὸν ἐνεδείξατο πάθη, ὅσα προδήλως τῆς ἁμαρτίας τὸν μῶμον ἐκπέφευγεν· ἀλλ' οὐχὶ καὶ τὰς ἐκ παραλόγου ὁρμῆς, ἤτοι παρατροπῆς, ἐπεισαχθείσας αὐτῇ κηλίδας προσῆκατο, ἅπαγε, ὁ ἀκηλίδωτος καὶ ἀνάλωτος πάθεσιν·

C ὁ μὴ κατ' ἔκστασιν τῆς ἀτρέπτου θεότητος ὅλην ἡμῶν τὴν φύσιν ἀναλαβών. Εἰ μή τις ἂν φαίη τῷ κατ' οἰκείωσιν λόγῳ ταῦτα εἰλῆφθαι, τοῦ κατ' οὐσίαν πόῤῥω διῳκισμένου λόγου. « Ποῦ τεθείκατε αὐτόν; » οὐκ ἀγνοοῦντος ἡ πεῦσις, ὡς δέδεικται δή που. Ἢ πῶς ἂν ἐκ πολλοῦ διαστήματος ἔφη, « Κεκοίμηται Λάζαρος; Ποῦ τεθείκατε αὐτόν; » Διὰ τοῦτο πυνθάνομαι, φησὶν, ἵνα τὸ θαῦμα πιστώσωμαι. Πολλοὺς γὰρ εἰκὸς ἦν ὑπὸ περιχαρείας προτρέχοντας, δεικνύναι που τέθειται.

« Λέγουσιν αὐτῷ· Ἔρχου, καὶ ἴδε. Ἐδάκρυσεν ὁ Ἰησοῦς. » Ἐδάκρυσεν ὡς ἄνθρωπος· οὐ τὸν Λάζαρον, ἀλλὰ τοὺς Ἰουδαίους. Τὸν μὲν γὰρ ἀναστήσων ἀφῖκτο, καὶ περιττὸν ἦν δακρύσαι τὸν ἀναστήσεσθαι μέλλοντα. Ἰουδαίους δὲ εἰκότως ἐδάκρυσε, τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν καὶ μετὰ τὸ θαῦμα προθεωρῶν. « Ἐδάκρυσεν ὁ Ἰησοῦς. » Ὑπογραμμὸν ἡμῖν καὶ τύπον

D καὶ μέτρα διδοὺς, εἰς ὅσον δέοι τοῖς οἰχομένοις ἐπιδακρύειν. Ἐδάκρυσε τὴν τῆς φύσεως ἡμῶν φθορὰν, καὶ τῆς εἰκόνος τὸ ἄκαλλον εἶδος, ὁποῖον τῷ θανάτῳ καθίσταται. « Ἔλεγον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι· Ἴδε πῶς ἐφίλει αὐτόν. » Ὅρα κἀνταῦθα τὸν φθόνον, καὶ τὸ τῆς γνώμης μάχιμον. « Ἴδε πῶς ἐφίλει αὐτόν. »

[v] Coloss. II, 3.

VARIÆ LECTIONES.

[37] Lege ἐτάραξεν.

COMBEFISII NOTÆ.

(15) *Quanquam enim omnes nostræ affectiones.* De defectibus istis et affectionibus innoxiis assumptis a Verbo plura Damascenus, ac subinde nostri scholastici. Gregorius etiam multis explicat, orat. 4 de theologia, quem hic auctor ultimum ponit modum exponendi dicta de Christo, quo scilicet sibi asciscat et sua faciat, qua sunt corporis mystici. De quo etiam Aug. et alii.

Digitized by Google

Φιλούμενος ἐφίλει, καὶ εἰκότως. « Ἐγὼ γὰρ, φησὶ, τοὺς ἐμὲ φιλοῦντας, ἀγαπῶ. » — « Ἴδε πῶς ἐφίλει αὐτόν. » Ἔστι πως καὶ θαυμαζόντων ὁ λόγος, ἀλλὰ καὶ βασκαινόντων· ὡς τινας λέγειν· « Οὐκ ἠδύνατο οὗτος ὁ ἀνοίξας τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ τυφλοῦ, ποιῆσαι ἵνα μὴ καὶ οὗτος ἀποθάνῃ; » Καὶ εἰ ἤνοιξε τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ τυφλοῦ, τί ποτε αὐτῷ διαπιστοῦντες τότε βλασφήμοις λόγοις ἐβάλλετε; Τί τοσαύταις ἐνείρατε τὸν εὖ παθόντα πλοκαῖς, κρίνοντες, ἀνακρίνοντες, τίς καὶ πόθεν, καὶ ποταπὸς, καὶ τί ποιήσας ἀνέῳξέ σου τοὺς ὀφθαλμούς; τέως μὲν ὁμολογεῖτε νῦν, εἰ καὶ ἄκοντες, ἀνεῳγότα τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ τυφλοῦ. Δέον ἀπ' ἐκείνου καὶ τοῦτο θαυμάζειν· ὑμεῖς δὲ κἀκεῖνο καὶ τοῦτο κακίζετε. Ἔργον γὰρ τοῦτο Ἰουδαϊκῆς προαιρέσεως. Πότε γὰρ οὐ παρωργίσατε Χριστόν; πότε οὐκ ἠπειθήσατε τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα τεθεαμένοι τεράστια;

« Ὁ Ἰησοῦς οὖν πάλιν ἐμβριμησάμενος ἔρχεται εἰς τὸ μνημεῖον· ἦν δὲ σπήλαιον· » σκοτεινὴ τῶν Ἰουδαίων καρδία· « Καὶ λίθος ἐπέκειτο ἐπάνω. » Τῆς ἀπιστίας τὸ σκληρὸν καὶ ἀντίτυπον. « Λέγει ὁ Ἰησοῦς· Ἄρατε τὸν λίθον. » Τὸν βαρὺν τῆς ἀπειθείας ἀποκυλίσατε λίθον, ἵνα τὸ θνησιμαῖον ἀναγάγω τοῦ γράμματος. « Ἄρατε τὸν λίθον· » τὸν δυσβάστακτον τοῦ νόμου ζυγὸν, ἵνα τὸν ζωοποιὸν τῆς χάριτος ἀναλάβητε λόγον. « Ἄρατε τὸν λίθον· » τὸν ὡς κάλυμμα κείμενον καὶ βαροῦντα τὸν νοῦν. Ἐδυνάμην αὐτὸς ἐγὼ τὸν λίθον ἀποκυλίσαι, ἀλλ' ἵνα καὶ τῆς δυσωδίας ἀντιλάβοιτε· οὗ δὴ χάριν ὑμῖν ἐπιτρέπω τὸν λίθον ἐξᾶραι τοῦ μνήματος. « Ἄρατε τὸν λίθον· » ἵνα ὑμεῖς μαρτυρήσητε, ὅτι καὶ τοῦ τάφου τὸν λίθον ἐξεκυλίσατε. « Ἄρατε τὸν λίθαν. » Ὑμεῖς οἱ Ἰουδαῖοι, οὐχ οἱ μαθηταί μου, ἵνα μὴ αὔριον εἴπητε ὡς ἐπὶ τοῦ τυφλοῦ· Ἆρα οὗτός ἐστιν; ἄρα ἐκεῖνος; ἵνα μὴ εἴπητε ὅτι ἄλλον ἀντ' ἄλλου ἤγειρα. « Ἄρατε τὸν λίθον, » εἰ τοῦ θαύματος ἰδεῖν τὸ μέγεθος βούλεσθε. « Λέγει αὐτῷ ἡ ἀδελφὴ τοῦ τετελευτηκότος Μάρθα· Κύριε, ἤδη ὄζει· τεταρταῖος γάρ ἐστιν. » Ἡμέρας γὰρ εἶχε τέσσαρας ἐν τῷ μνήματι, ἐν αἷς ἦν διαφθαρθῆναι τὸν τεθνεῶτα. « Ἤδη ὄζει, τεταρταῖος γάρ ἐστιν. » Ἀπιστίας καὶ δισταγμοῦ τὸ ῥῆμα. Πλὴν ἐν τοῖς μεγίστοις θαύμασιν ἀπιστία προτρέχειν εἴθισται. « Ἤδη ὄζει. » Ἐπαρθέντος τοῦ λίθου τῆς ὀσμῆς αἰσθομένη, τοῦτο εἶπεν ἡ Μάρθα. Καὶ τὸ μὲν ῥῆμα διαπιστούσης ἦν· συνεβάλλετο γοῦν ὅμως τῷ θαύματι, ὅσῳ καὶ μᾶλλον ἐφαίνετο διαλυθὲν τὸ σῶμα. « Κύριε, ἤδη ὄζει. » Μὴ πλησιάσῃς, φησὶν, ἵνα μὴ ἀηδισθῇς. « Ἤδη ὄζει. » Μῦρον ὑπάρχων εὐῶδες, μὴ προσεγγίσῃς τῷ ὄζοντι. « Κύριε, ἤδη ὄζει. » Ἐπιτείνει τὸ θαῦμα τοῦ γυναίου τὸ ῥῆμα. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· « Οὐκ εἶπόν σοι, ὅτι ἐὰν πιστεύσῃς, ὄψει τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ; » Τοῦτο, οἱονεί πως ὀνειδίζων αὐτὴν ἔφη. Εὔδηλον γὰρ ὡς οὐ πάμπαν ἀμφιβολίας ἀπῄλλακτο, δι' ὧν ἐσφαλμένας ἐποιεῖτο τὰς ἀποκρίσεις.

quomodo amabat eum! » Qui amabatur, amabat. Plane merito: « Ego enim, inquit, diligentes me diligo [x].» — « Ecce quomodo amabat eum! « Videtur et admirantium sermo, sed et invidorum: ita ut aliqui dicerent: « Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci, facere ut hic non moreretur? » Atqui si cæci aperuit oculos, cur tunc ei negata fide blasphemis eum impetistis sermonibus? Cur eum qui acceperat beneficium tam multis inseruistis quæstionum nexibus, semel et iterum judicantes et exquirentes, quis, et cujas, et qualis, et quid faciens aperuit tibi oculos? Nunc interim, quanquam inviti, agnoscitis aperuisse oculos cæci. Cæterum cum illud miraculum huic deberet admirationem conciliare, vos potius utrumque vituperatis. Hoc Judaicus animus habet operis. Quando enim non exacerbastis Christum? quando tot tantisque visis prodigiis non inobsequentes fuistis?

« Jesus ergo rursum fremens, venit ad monumentum. Erat autem spelunca: » nempe cor tenebricosum Judæorum: « Et lapis superpositus erat ei. » Infidelitatis durities et resistentia. « Ait Jesus: Tollite lapidem. » Revolvite gravem inobedientiæ lapidem, ut quod littera habet lethale subveham, ac faciam spirituale. « Tollite lapidem: » jugum legis portatu difficile, ut recipiatis vivificum verbum gratiæ. « Tollite lapidem: » eum utique qui velut impositum velamen gravat animum. Potuissem ego revolvere lapidem: verum ut ipsi quoque percipiatis fetorem, idcirco jubeo, ut vos tollatis. « Tollite lapidem: » ut ipsi testes sitis vestra ipsa opera revoluti lapidis sepulcri. « Tollite lapidem: » vos Judæi, non discipuli mei, ut ne velut in cæco postridie dixeritis: Nunquid hic, nunquid ille? ut ne alium pro alio suscitatum causemini. « Tollite lapidem: » si miraculi magnitudinem spectare vultis. « Dicit ei Martha soror ejus qui mortuus fuerat: Domine, jam fetet; quatriduanus est enim.» Habebat enim quatuor dies in monumento, in quibus poterat mortuus computruisse. « Jam fetet; quatriduanus est enim. » Verbum est non credentis et dubitantis. Cæterum consuevit infidelitas maximis præcurrere miraculis. « Jam fetet. » Hoc dixit Martha, cum sublato lapide odorem sensisset. Et quidem quod dicebat, non credentis erat: conferebat tamen ad miraculum, quanto etiam corporis resolutio magis innotescebat. « Domine, jam fetet. » Ne propius, inquit, accesseris, ne molestiam sentias, ac stomacho movearis. « Jam fetet. » Ne qui suaveolens unguentum es, fetenti appropinquaveris. « Domine, jam fetet. » Magnificat miraculum verbum mulieris. Dicit ei Jesus: « Nonne dixi tibi, quoniam si credideris, videbis gloriam Dei? » Hoc dixit, velut ei quodammodo exprobrans. Clarum enim est, ex falsis quas dabat responsionibus, non fuisse ab omni dubietate liberam.

[x] Prov. VIII, 17.

Digitized by Google

« Jesus autem elevatis in cœlum oculis, dixit : A Pater, gratias ago tibi quoniam audisti me. Ego autem sciebam quia semper me audis : sed propter populum qui circumstat dixi, ut credant quia tu me misisti. » Elevavit sursum oculos, unde ad nos descendit : agit vero Patri gratias, non quasi aliquid acceperit ab ipso (16). Nam non poposcit. « Gratias enim tibi ago, inquit, quoniam audisti me. » Atqui nusquam petiit, nusquam rogavit. Consequenter ergo videtur illud, « Quoniam audisti me, » supervacaneum. Enimvero ea loquitur propter Judæos, ostendens venisse de cœlo, ac Dei se Filium et Deum, omniaque ex sententia Patris, velut cui una cum eo et sententia sit et natura, peragere : ac demum, velut qui homo esset, paulo se locutum humilius et secundum hominem, ut ne incarnatio inani specie constare videretur. « Hæc cum dixisset, voce magna clamavit : Lazare, veni foras. Et statim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus pedes et manus institis : et facies illius sudario erat ligata. » Non hic precatur, nec dicit : Pater, suscita eum. Hæc enim sunt subditorum, et eorum qui secundi sunt (17) : sed clamat : nec clamat solum, sed magna voce. Cujus gratia? Ut etiam designet futuram tubam, cujus magna vox convocatura est positos in monumentis. « Lazare, veni foras. » Vox Domini est, regia jussio, potestatis imperium. « Veni foras. » Corruptione deposita pellem resume per incorruptionem. « Lazare, veni foras. » Sciant Judæi C « venisse jam horam, quando mortui, qui sunt in monumentis, audient vocem Filii Dei : et qui audierint, vivent y. » — « Veni foras. » Sublatus est lapis offensionis : ad me perge qui te voco. « Veni foras. » Ut quidem amicus, ad me advoco; ut autem Dominus, præcipio. « Veni foras. » Noverint Judæi fore, ut qui suscito quatriduanum e monumento, potiori jure resurgam ipse triduanus, siquidem mortem gustavero. « Lazare, veni foras. » Exi fasciis involutus, ac indutus sepulcralia, ut ne te Judæi fictum mortuum existimaverint. Videant ligatas manus, et pedes, ac faciem obtectam, nec miraculo fidem detrahant. « Veni foras. » Astruet tuam resurrectionem corporis malcolentia. Solve-

« Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἦρε τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς οὐρανὸν, καὶ εἶπε · Πάτερ, εὐχαριστῶ σοι ὅτι ἤκουσάς μου · ἐγὼ δὲ ἤδειν ὅτι πάντοτέ μου ἀκούσεις · ἀλλὰ διὰ τὸν ὄχλον τὸν περιεστῶτα εἶπον · ἵνα πιστεύσωσιν ὅτι σύ με ἀπέστειλας. » Ἄνω ἦρε τὸ ὄμμα, ὅθεν πρὸς ἡμᾶς καταβέβηκεν · εὐχαριστεῖ δὲ τῷ Πατρὶ, οὐχ ὡς λαβών τι παρ' αὐτοῦ. Οὐ γὰρ ᾔτησεν. « Εὐχαριστῶ σοι γάρ, φησὶν, ὅτι ἤκουσάς μου. » Καὶ μὴν οὐδαμοῦ ᾔτησεν, οὐδαμοῦ ἐδεήθη. Περιττὸν οὖν ὥσπερ κατὰ τὸ ἀκόλουθον εἶναι δοκεῖ τὸ, « Ὅτι ἤκουσάς μου. » Ἀλλὰ διὰ τοὺς Ἰουδαίους ταῦτα λαλεῖ, δεικνὺς ὅτι ἄνωθεν ἦλθε, καὶ ὅτι Υἱός ἐστι τοῦ Θεοῦ, καὶ Θεὸς, καὶ ὅτι πάντα γνώμῃ τοῦ Πατρὸς ποιεῖ, ὡς τῆς αὐτῆς ὑπάρχων αὐτῷ καὶ γνώμης καὶ φύσεως · καὶ ὅτι ἄνθρωπος ὢν, ἀνθρωπινώτερόν πως ἐλάλει, τῷ μὴ φαντάσαι τὴν οἰκονομίαν. « Ταῦτα εἰπὼν, φωνῇ μεγάλῃ ἐκραύγασε · Λάζαρε δεῦρο ἔξω. Καὶ εὐθέως ἐξῆλθεν ὁ τεθνηκὼς δεδεμένος τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας κειρίαις, καὶ ἡ ὄψις αὐτοῦ, σουδαρίῳ περιεδέδετο. » Οὐκ εὔχεται νῦν, οὐδὲ λέγει · Πάτερ, ἔγειρον αὐτόν. Τῶν γὰρ ὑπὸ χεῖρα ταῦτα, καὶ τῶν δευτέρων · ἀλλὰ κράζει, καὶ οὐχ ἁπλῶς κράζει, ἀλλὰ φωνῇ μεγάλῃ. Τίνος χάριν; Ἵνα καὶ τὴν μέλλουσαν δεῖξῃ σάλπιγγα μεγάλῃ συγκαλοῦσαν φωνῇ τοὺς ἐν μνήμασι. « Λάζαρε, δεῦρο ἔξω. » Δεσποτικὴ ἡ φωνὴ, βασιλικὸν τὸ κέλευσμα, ἐξουσίας τὸ πρόσταγμα. « Δεῦρο ἔξω. » Ἀποθέμενος τὴν φθορὰν, ἀνάλαβε τὴν δι' ἀφθαρσίας δορὰν. « Λάζαρε δεῦρο ἔξω. » Γνώτωσαν οἱ Ἰουδαῖοι, ὅτι ἔρχεται ὥρα, ὅτε τῆς φωνῆς τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου οἱ ἐν τοῖς μνημείοις ἀκούσονται · καὶ οἱ ἀκούσαντες, ζήσονται. » — « Δεῦρο ἔξω. » Ἤρτι ὁ λίθος, τὸ πρόσκομμα · βάδιζε πρός με τὸν καλοῦντά σε. « Δεῦρο ἔξω. » Ὡς μὲν φίλος σοι προσφωνῶ, ὡς δὲ Δεσπότης ἐπιτάσσω. « Δεῦρο ἔξω. » Μάθωσιν Ἰουδαῖοι, ὅτι τεταρταῖον ἐγείρων ἐκ μνήματος πολλῷ γε μᾶλλον αὐτὸς τριήμερος ἀναστήσομαι, εἴ γε θανάτου γεύσομαι. « Λάζαρε, δεῦρο ἔξω. » Περιβεβλημένος τὰ σπάργανα ἔξελθε, καὶ τὰ ἐντάφια περικείμενος, ἵνα μὴ προσποιητόν σε νεκρὸν Ἰουδαῖοι νομίσωσιν. Ἴδωσιν χεῖρας δεδεμένας καὶ πόδας, καὶ ὄψεις κεκαλυμμένας, καὶ μὴ ἀπιστήσειαν Ἰουδαῖοι τῷ θαύματι. « Δεῦρο ἔξω. » Πιστώσεταί σου τὴν ἀναβίωσιν ἡ δυσωδία τοῦ σώματος. Λύσωσιν αὐτοὶ τὰ περικείμενα σπάργανα,

y Joan. v, 25.

COMBEFISII NOTÆ.

(16) *Agit vero gratias non quasi aliquid acceperit a Patre.* Habet similia Chrysostomus in caput istud XII Joannis quæ debent intelligi ut tantum in Arianos dicta, non ut in iis omnino excludatur a Christo et oratio, et gratiarum actio, pro vere acceptis, non natura, sed voluntate et gratia. Ut Deus, accepit natura, totum quod est Pater, excepta proprietate paterna; nihilque eo est inferior, quo proinde modo nullus manet locus propriæ gratiarum actioni : ut homo, quanquam dona omnia habuerit, ut velut ex quadam connaturalitate debita; revera tamen gratia accepit, et divina libera voluntate ut pro iis et Patri, et ipse sibi ut Deo, gratias agere debuerit.

(17) *Et eorum qui secundi sunt.* Sic etiam Gregorius, orat. in Natalem. et 2 in Pascha, dixit angelos, δευτέρας λαμπρότητας, *secundos splendores* : nonnihil id Platonice, sed sane tamen et catholice. Revera enim solum eus divinum et Deus, primum illud est, quod sibi sufficiat : reliqua omnia secunda sunt, et quibus, ut nihil est non derivatum gratia a primo illo, sic neque est aliquid quod non suo modo ab eo petere debeant. Jam quod tertia et quarta aliqua dicantur, est comparatione inter ipsa secunda et participantia, quorum aliud alio magis participat, cum tamen uno omnia, non alterum altero participet. Ludit etiam scite auctor encomii Abrahæ nomine Chrysostomi, in illo *primo*, cui ait Abelem de primis agnorum fecisse primitias, etc.

Digitized by Google

καὶ ἐπιγνῶσιν ὃν ἐν τῷ τάφῳ κατέκλεισαν. « Δεῦρο ἔξω. » Ζωώθητι, καὶ ψυχώθητι, καὶ βηματίσας τῆς λάρνακος ἔξιθι. Δίδαξον πῶς ἐν ῥιπῇ πᾶν τὸ πλάσμα ψυχοῦται, τὴν κοινὴν τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν τῆς φωνῆς ἀποτελούσης τῆς σάλπιγγος. « Δεῦρο ἔξω. » Ἡ πνοὴ ἐν ῥισίν· αἱ φλέβες αἵματος πλήρεις· ἡ φωνὴ ἐπὶ φάρυγγος· ἐν ὠσὶν ὁ λόγος· ἐν ὀφθαλμοῖς τὸ ὁρᾶν· ἐπὶ χώρας ἡ ὄσφρησις· ἡ βάδισις κατὰ φύσιν· καὶ πᾶν τὸ σκῆνος ἐμψυχωθὲν ἐξωργάνωτο. « Δεῦρο ἔξω. » Ἀπόθου τὰ σπάργανα, καὶ ἀνύμνει τὰ θαύματα· ἀπόθου τῆς δυσωδίας τὴν ἀηδίαν, καὶ προσκύνει τῆς ἐξουσίας τὴν αὐθεντίαν. Ἐγώ σοι ἐπιτάσσω, « Δεῦρο ἔξω, » ὁ εἰπών, « Γενηθήτω φῶς, Γενηθήτω στερέωμα. » Ἐγώ σοι παρακελεύομαι, « Δεῦρο ἔξω. » Ἵνα ἴδῃς με ὑπὸ μαθητοῦ προδιδόμενον, καὶ Ἰουδαίοις ἀπεμπολούμενον, Πιλάτου κρινόμενον βήματι, καὶ πρὸς τὸ πάθος ἑθελοντὴ ἀπαγόμενον. Ἵνα ἴδῃς Ἰουδαίων θρασύτητα, κἀμοῦ τὴν πραότητα. « Δεῦρο ἔξω. » Ἵνα ἴδῃς μετὰ λῃστῶν με σταυρούμενον, ὄξος καὶ χολὴν ποτιζόμενον, καὶ λόγχῃ τὴν πλευρὰν τυπτόμενον· ἵνα ἴδῃς ἐν ἡμέρᾳ μέσῃ τὸ φῶς τυραννούμενον, καὶ νύκτα τὸν ἥλιον συσκιάζουσαν, Ἰουδαίους βλασφημοῦντας, καὶ λῃστὴν θεολογοῦντα. « Λάζαρε, δεῦρο ἔξω. » Καὶ εὐθέως ἐξῆλθεν ὁ τεθνηκὼς, δεδεμένος τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας κειρίαις, καὶ ἡ ὄψις αὐτοῦ σουδαρίῳ περιεδέδετο. » Διὰ τὸ ἄπιστον τῶν Ἰουδαίων. Εἰ γὰρ μὴ περιέκειτο τὰ ἐπιτάφια σπάργανα, εἰκὸς ἦν ἐκείνους εἰπεῖν· Οὐ τεθνήκει, ἀλλ' ἐν σχήματι νεκροῦ δῦθεν ὑπεισῆλθε τῷ μνήματι. Διὰ τοῦτο δεδεμένος κειρίαις, καὶ ὄζων, καὶ συγκεκαλυμμένος τὰς ὄψεις σὺν τοῖς ποσὶν, ἐξήλατο, ἵνα μηδεὶς ἀφορμῆς τρόπος δοθῇ.

« Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· Λύσατε αὐτὸν καὶ ἄφετε ὑπάγειν. » Πρὸς τὸ μὴ ἔχειν τι τοὺς ἀγνώμονας λέγειν, αὐτοὺς ἐκείνους λῦσαι προστάττει τὸν Λάζαρον. Ὡσανεὶ λέγων· Χερσὶν οἰκείαις ὑμεῖς αὐτὸν λύσατε, ἵνα μάρτυρες ἦτε τοῦ θαύματος. « Λύσατε αὐτὸν, καὶ ἄφετε ὑπάγειν. » Ἐπειδὴ τοῦ ἀναστῆναι, τὸ δεδεμένον ἐξελθεῖν οὐκ ἔλαττον. Ἵνα μὴ φαντασία τις νομισθῇ τὸ τελούμενον. « Λύσατε, φησὶν αὐτόν. » Ἵνα καὶ ὄψει καὶ ἁφῇ δι' ἀκριβείας γνοίητε, ὅτι αὐτὸς ἦν. « Καὶ ἄφετε ὑπάγειν. » Ἴδωμεν εἰ κατισχύει θάνατος, μὴ βουληθέντος ἐμοῦ. « Ἄφετε ὑπάγειν. » Οὐ γὰρ δεῖται χειραγωγοῦ νεαρὰν ἄρτι τὴν ζωὴν εἰληχὼς, καὶ βαδίζειν ὀρθὰ διδαχθεὶς, ὁ πρὸ ὀλίγου φθαρείς. « Λύσατε αὐτὸν, καὶ ἄφετε ὑπάγειν. » Δεῖγμα, φησὶν, γενέσθω τῆς κοινῆς ἀναστάσεως, ὅτε τῆς φθορᾶς εἰς ἀφθαρσίαν χωρούσης, ἅπαντες ἐκ γῆς χώματος ἀναστήσονται.

« Πολλοὶ οὖν ἐλθόντες πρὸς τὴν Μαρίαν, καὶ θεασάμενοι ἃ ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν. » Καὶ μακάριος, ὃς τὴν καλὴν ταύτην ἐμπορίαν, τὴν πίστιν ἐπραγματεύσατο· ὃς μὴ ἐξῆλθε τῆς Βηθανίας κενὸς, ἀπραγμάτευτος· λέγω δὴ τῆς νηστείας· ὃς τὰ λαμπρὰ καὶ τίμια ταύτης δι' ἐγκρατείας καὶ ἀτυφίας ἐκτήσατο· ὃς τῷ Χριστῷ πιστεύσας καλῶς, τοὺς καλοὺς μαργαρίτας τῶν αὐτοῦ διδαγμάτων ὠνήσατο, πίστιν δεδωκὼς, καὶ λαβὼν

A rint ipsi pannos circumpositos, noverintque eum quem in tumulo clauserant. « Veni foras. » Vivificare, animare : ac gradiens exi feretro. Doce quomodo figmentum totum in ictu oculi sit animandum, communem mortuorum resurrectionem conficiente voce tubæ. « Veni foras. » Est spiritus in naribus; venæ plenæ sunt sanguine; vox in gutture, in auribus sermo, in oculis visio, olfactus in conceptaculis, gressus secundum naturam : totumque tabernaculum vivificante anima, in sua organa formatum est. « Veni foras. » Depone fascias, et decanta miracula : depone maleolentiæ insuavitatem, et adora potestatis auctoritatem. Ego tibi præcipio, « Veni foras, » qui dixi : « Fiat lux; Fiat firmamentum. » Ego tibi jubeo, « Veni foras. »

B Ut me a discipulo videris traditum, et Judæis venditum : ut pro tribunali Pilati judicatum, sponteque ad passionem abductum. Ut videris Judæorum effrenem audaciam, et meam mansuetudinem. « Veni foras. » Ut videris cum latronibus affixum cruci : felle et aceto potatum, ac lancea latus percussum : ut lucem videris vim meridie passam, nocturnisque solem offusum tenebris, Judæos blasphemantes, et latronem edisserentem divina. « Lazare, veni foras. Et statim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus manus institis : et facies illius sudario erat ligata. » Ob infidelitatem Judæorum. Nisi enim fuisset obvolutus sepulcralibus pannis, verisimile est dicturos non fuisse mortuum, sed

C quod ementito mortui habitu subingressus esset in monumentum. Propterea exsilivit vinctus institis, et fetens, facieque ac pedibus tectis, ut ne qua prorsus daretur occasio.

« Dixit autem eis Jesus : Solvite eum, et sinite abire. » Ut ne quid maligni possint opponere, jubet ut ipsi solvant Lazarum. Quasi dicat : Vestris ipsi manibus solvite, ut sitis testes miraculi. « Solvite eum, et sinite abire. » Quando non minus est, ligatum exiisse, quam resurrexisse. Ut ne qua illusio et inanis species existimaretur quod fuit factum, « Eum, inquit, solvite. » Ut et visu et tactu, certo eum fuisse noveritis. « Et sinite abire. » Videamus, num quidquam mors prævaleat me nolente. « Sinite abire. » Non enim qui non ita

D pridem corruptus erat, habet opus duce, accepta modo vita juvene, et doctus recte incedere. « Solvite eum, et sinite abire. » Communem, inquit, resurrectionem exemplo exhibeat, quando transeunte corruptione in corruptionem, omnes resurgent de terræ pulvere.

« Multi ergo ex Judæis qui venerant ad Mariam, et viderant quæ fecit Jesus, crediderunt in eum. » Porro beatus qui bonas has merces, fidem, inquam, mercatus est. Qui non vacuus, nihilque negotiatus Bethania, dico autem jejunio exivit. Qui sibi per continentiam et modestiam comparavit quæ jejunii splendida sunt et pretiosa. Qui Christo bene credens, bonas doctrinæ ipsius margaritas coemit, data fide et agnitione accepta. Beatus qui nuptiis

Digitized by Google

quibus copulamur Deo, congruam sibi stolam affectionum vacuitate contexuit, ut munde immolatum pascha possit edere, ac cum gloria revertenti a Bethania Domino occurrere, ejusque vestigiis candida conscientiæ vestimenta explicata substernere, ut dicere possit : In me, Domine, in me gressum ponat pes jumenti cui insedisti, nempe sanctissima caro, quam pro nobis Dei Filius supra naturam induit. Quis ita prudens solersque negotiator, ut suam ipsius salutem, quomodo dictum fuit, sit negotiatus? Qua vos utinam ratione, populus Christi, nova hæreditas, actis jam diebus jejuniorum, eam negotiati sitis! Optima enim ex illis negotiatio, si quis probe noverit conversari. Aurum illic probe sonans (18), continentia : margaritæ, lacrymæ : pellucidi lapilli, studiosæ actiones : argentum, castitas : munda vestis, morum honestas : aromata, verba Dominica. Illic mundus collaris, humilitas quæ obedientiam præscribat ac doceat : inaures autem et vittæ crinium ac plicaturæ aureaque monilia, splendida virtutum facinora.

Quid vero sigillatim describo magnifica jejunii munera, cum ipsa doceamini natura, quidquid ob eo est in ejus cedere bonum, qui possidet? Quis ergo hanc solemnitatem congrue celebravit? Quis se velut Martha gessit? Quis Mariam est æmulatus, sorores illas Lazari? Quis sicut illæ, bonas margaritas, lacrymas emit ac obtulit Christo, sic deplorata sua anima, quemadmodum illæ Lazarum deplorarunt? Quis pretiosum illum lapidem angularem Christum, qui Lazarum suscitaturus lapidem jussit revolvi, pretio comparavit? Quæ anima sic Dei amans, optima quæque emit aromata, iridem, et amomum, et cinamomum ungulamque et nardum, et calamum, ut inde suavecolenti unguento parato, cœnantem ungat Dominum? Quis ita stans secus illius pedes, intacto adeffudit capiti, ac tum pedes unguento et lacrymis rigavit? Quis clementem illam et blandam vocem : « Remittuntur tibi peccata, » suis ipse auribus audivit? Quis adeo unguentarius animus, et lacrymabilis, ut Christum, unguentum illud inexhaustum, unxerit?

At dicet forte ad hæc quispiam : Ecce meretricem imitor : et quanquam non unguentum, at lacrymas offero. Cedo tu, ubi cœna? ubi Christus? ubi quibus est condonatio criminum? Ubi? Adesdum, tibi clare ostendo. In Ecclesia. In tuo cubiculo. Quid dico in Ecclesia? In ipso tuo

ἐπίγνωσιν. Μακάριος ὃς ἀξίαν ἑαυτῷ τοῦ γάμου στολὴν τῆς πρὸς Θεὸν συναφείας δι' ἀπαθείας ἐξύφηνεν, ἵνα καθαρῶς δυνηθῇ τὸ θυόμενον Πάσχα φαγεῖν, καὶ μετὰ δόξης ὑπαντῆσαι τῷ Δεσπότῃ ἐκ Βηθανίας ἐπανιόντι, καὶ ὑφαπλῶσαι αὐτοῦ τοῖς ἴχνεσι τὰ λευκὰ τοῦ συνειδότος ἱμάτια, ἵν' εἰπεῖν δυνηθῇ· Ἐν ἐμοὶ, Κύριε., ἐν ἐμοὶ βηματίσει ὁ ποὺς τοῦ κτήνους, οὗ ἐπιβέβηκας· αὕτη ἐστὶν ἡ πανάγιος σὰρξ, ἣν ὑπὲρ ἡμῶν ὑπερουσίως ἐνεδύσατο. Τίς οὕτω φρόνιμος πραγματεύσατο καθ' ὃν εἴρηται τρόπον; Ὦ ὄφελον καὶ ὑμεῖς ὁ Χριστοῦ λαὸς, ἡ νέα κληρονομία, ταύτην ἐνεπορεύσασθε ταῖς προαγούσαις τῶν νηστειῶν ἡμέραις. Ἀρίστη γὰρ ἡ ἐξ αὐτῶν πραγματεία τοῖς εἰδόσι καλῶς ἀναστρέφεσθαι. Ἐκεῖ χρυσὸς εὔροιζος, ἡ ἐγκράτεια· μαργαρίται, τὰ δάκρυα· λίθοι διαυγεῖς, τῶν ἀρετῶν αἱ πράξεις· ἄργυρος ἡ ἁγνεία· ἐσθὴς καθαρὰ, τῶν ἠθῶν ἡ σεμνότης· ἀρώματα, τοῦ κυρίου τὰ ῥήματα· ἐκεῖ κόσμος περιαυχένιος, ἡ ταπείνωσις τὴν ὑποταγὴν ὑπογράφουσα· ἐνώτια τε καὶ ἐμπλόκια καὶ διάχρυσα περιδέρραια, τὰ πολυτελῆ, τῶν ἐντολῶν κατορθώματα.

Καὶ τί ἂν ὑμῖν τὰ καθέκαστον ὑπογράφοιμι τῶν τῆς νηστείας πολυτελῶν χαρισμάτων, αὐτῆς ἡμᾶς διδασκούσης τῆς φύσεως, πᾶν τὸ ἐξ αὐτῆς προϊέμενον, εἰς καλὸν τῷ κεκτημένῳ γινόμενον; Τίς οὖν ἐστιν ὃς ἐξῆλθε ταύτην καλῶς τὴν πανήγυριν; Τίς ὡμοιώθη τῇ Μάρθᾳ; Τίς τὴν Μαρίαν ἐζήλωσε τὰς ἀδελφάς· Λαζάρου; Τίς τοὺς καλοὺς κατ' ἐκείνα; ἠγόρασε μαργαρίτας, τὰ δάκρυα, καὶ προσήγαγε ταῦτα Χριστῷ, τὴν οἰκείαν ἀποκλαυσάμενος ψυχὴν νεκρωθεῖσαν, ὡς ἐκεῖναι τὸν Λάζαρον; Τίς τὸν τίμιον ἐνεπορεύσατο λίθον Χριστὸν τὸν ἀκρογωνιαῖον, τὸν ἀποκυλισθῆναι κελεύσαντα τὸν λίθον, ἵν' ἐγείρῃ τὸν Λάζαρον; Τίς οὕτω ψυχὴ θεοφιλὴς τὰ κάλλιστα τῶν ἀρωμάτων ὠνήσατο, ἶριν, καὶ ἄμωμον καὶ κινάμωμον, ἵνα τὸ εὐῶδες ἐπισκευάσασα μῦρον, δειπνοῦντα μυρίσκῃ τὸν Κύριον, Τίς οὕτω στᾶσα παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ τῆς ἀψαύστου κεφαλῆς κατεκένωσεν· εἶτα τοὺς πόδας τῷ μύρῳ καὶ τοῖς δάκρυσιν ἔβρεξε; Τίς ἐκείνου τῆς προσηνοῦς αὐτήκοος γέγονε φωνῆς, « Ἀφίωνται, λεγούσης, αἱ ἁμαρτίαι σου; » Τίς οὕτω ψυχὴ μυροπῶλος καὶ σύνδακρυς, ὡς μυρίσαι Χριστὸν τὸ ἀκένωτον μῦρον;

Ἀλλ' ἐρεῖ τις τάχα τούτων ἀκούων, Ἰδοὺ μιμοῦμαι τὴν πόρνην, καὶ προσφέρω, εἰ καὶ μὴ μῦρον, ἀλλὰ δάκρυα. Ποῦ τὸ δεῖπνον; ποῦ ὁ Χριστός; ποῦ τὰ δι' ὧν ἡ ἄφεσις τῶν ἐγκλημάτων δίδοται; Ποῦ; Δεῦρο, σοὶ δείξω σαφῶς· ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ· ἐν τῷ ταμείῳ σου. Τί λέγω ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ; ἐν τῇ καρ-

COMBEFISII NOTÆ.

(18) *Illic aurum probe sonans.* Εὔροιζον. Velut stridulum et quod ex sonitu agnoscitur probatum, nisi forte istud vitio scriptoris positum est ἀντὶ τοῦ, ὄβρύζου· quod etiam Latinis est aurum quod in coctione non minuitur tanquam purgatissimum : sicque habet alter codex Regius qui postmodum occurrit, ex quo prior ille corrigendus. Hieronymus in Jerem. vult dictum ab Ophir, quasi ophyrisum, quod inde adveheretur aurum laudatissimum, Ophir autem exponunt non pauci regionem Peruanam, quibus præter affinitatem nominis etiam alia videntur astipulari; etiam prophetica, jam in iis impleta. Qua de re vir amicus haud ita pridem, mecum verbo contulit commentatiunculam quam meditatur. Interim potest videri Pined. lib. IV *De rebus Salomon.*, accuratus satis.

Digitized by Google

δίᾳ σου. Ἐκεῖ ὁ Χριστός ἐστιν. Ἐκεῖ αὐτοῦ κατάχεωσον τὸ μῦρον. Ἐκεῖ τὰ δάκρυα. Ἀλλ' οὐκ ἔχω μῦρον, φησίν, οὐκ ἀλάβαστρον. Οὐκ ἔχεις μῦρον; Ναὶ ἔχεις μῦρον, τὴν χάριν, ἀλάβαστρον τὴν καρδίαν, δάκρυα τὴν ἐξομολόγησιν, τρίχας τοὺς λεπτοὺς στεναγμούς. Ταῦτα προσένεγκε, ταῦτα καθιέρωσον, καὶ λήψῃ τὴν ἄφεσιν. Πανταχοῦ ἐστιν ὁ Χριστός. Πανταχοῦ καλούμενος πάρεστι. Μόνον μὴ παρίτω Ἰούδας· μόνον ὀρθῶς καλείσθω· μόνον ἄδολον τὸ δεῖπνον ἔστω. Γενοῦ Σίμων, εἰ βούλει· κέλευσον τὸν Δεσπότην. Ἀλλὰ μὴ διστάσῃς ὡς Φαρισαῖος. Κάλει τὸν πανταχοῦ παρόντα· ἀλλὰ μὴ συγκαλέσῃς τὸν Ἰούδαν. Γενοῦ Λάζαρος, εἰ βούλει, τῷ κόσμῳ νεκρώμενος, ζῶν τοῖς μώλωψι, τὴν σιωπὴν ὡς λίθον ἐπὶ στόματος ἔχων. Μᾶλλον δὲ φίλος γενοῦ πρότερον τοῦ Δεσπότου. Ἔχεις καὶ αὐτὸς ἀδελφάς, τὴν ψυχὴν, εἶτα τὴν σάρκα. Φιλιώθητι τῷ Χριστῷ, ἵν' ὅταν κοιμηθῇς, πέμψωσι πρὸς Ἰησοῦν, ὡς Μαρία καὶ Μάρθα, ἡ μὲν τῷ λόγῳ, ἡ δὲ τῇ πράξει λέγουσαι· « Κύριε, ἴδε ὃν φιλεῖς ἀσθενεῖ. » Ἵν' ὅταν τελέως ἀπονεκρωθῇς κόσμῳ, καὶ τοῖς ἐν κόσμῳ, φθάσας ὁ Χριστὸς ἀναστήσῃ σε, λέξῃ τε πρὸς τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ· « Λύσατε αὐτὸν, καὶ ἄφετε ὑπάγειν. » *Λύσατε.* Πόθεν; Ἐκ τῶν δεσμῶν τῆς ἁμαρτίας. Ὑπάγειν δὲ ποῦ; Εἰς τοὺς κόλπους τοῦ Ἀβραὰμ, εἰς τὰς σκηνὰς τὰς αἰωνίους, εἰς τὴν τῆς θείας λήξεως ἀγήρω μακαριότητα. Ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ πάντας ἡμᾶς εἰς τὴν αὐτοῦ καλοῦντος ἐπίγνωσιν, Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν· μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τὸν αἰῶνα Ἀμήν.

corde. Est illic Christus. Tu illic ei unguentum effunde. Sint illic lacrymæ. At, inquit, unguentum non habeo, non alabastrum. Non habes unguentum? Plane habes unguentum: nempe gratiam, cor alabastrum; lacrymas, confessionem; capillos, minuta suspiria. Hæc offer, hæc sacrifica, et accipies veniam. Christus ubique est. Adest ubique vocatus: modo non adsit Judas: modo recte vocetur: modo sit cœna absque dolo. Si lubet, esto Simon. Invita Dominum. Ne tamen dubitaveris sicut Pharisæus. Voca eum, qui adest ubique: at ne simul Judam vocaveris. Esto si vis Lazarus, qui mundo sis mortificatus; qui tabo feteas; qui in ore silentium, ceu lapidem habeas. Magis autem prius Domini amicus esto. Habes et tu sorores, primum animam, ac tum carnem. Fac Christo amicas, ut cum mortuus fueris, mittant ad Jesum, sicut Maria et Martha, illa sermone, hæc opere dicentes: « Domine, ecce quem amas infirmatur. » Ut cum fueris perfecte mortificatus mundo, et iis quæ sunt in mundo, adveniens Christus resuscitet te, dicat vero ad angelos suos: « Solvite, et sinite abire. » *Solvite.* Unde? A peccati vinculis. Quo autem *abire?* Ad Abrahæ sinus: ad æterna tabernacula: ad divinæ quietis nesciam senii beatitudinem. Quam nos omnes utinam consequamur, ejus gratia et humanitate, qui omnes nos ad suam ipsius vocat agnitionem, Christi veri Dei nostri: cum quo Patri gloria, una cum Spiritu sancto in sæculum. Amen.

ΛΟΓΟΣ Θ'.

Εἰς τὰ Βαΐα.

Χθὲς ἡμᾶς μετὰ τοῦ Δεσπότου Λάζαρος ἑστιάσατο, τὸ καθ' ἑαυτὸν ἡμῖν προθεὶς εἰς ἑστίασιν θαῦμα· σήμερον αὐτὸς ὁ Θεὸς καὶ Λόγος τὸν ἡμέτερον ἑστιᾷ λόγον ὑμῖν τοῖς φιλεόρτοις καὶ φιλοκάλοις, τοῖς ἀφ' ἱκανοῦ μὲν ἠγωνικόσι τῷ ἄχθει τῶν συμφορῶν, ἐπιῤῥωσθεῖσι δὲ σήμερον ὑπὸ περιχαρείας τῆς Δεσποτικῆς πανηγύρεως. Καὶ μάλα εἰκότως. Εἰ γὰρ αὐτὸς οἷα Θεὸς ἐπιστὰς, τὸν ἤδη μυδῶντα καὶ σεσηπότα τῶν ᾅδου μυχῶν ἀνεζώγρησεν, ἤ που καὶ νῦν τοῦ γηράσαντος ἐν ἡμῖν λόγου νευρώσας τὸ ἄτονον, σφριγῶντα δείξει πρὸς τὴν ἐγηγερμένην ἑστίασιν. Προσέσται γὰρ εἰκότως αὐτῷ νεανικόν τι καὶ θαρσαλέον, ἀνασκιρτήσαντα [38] τῶν φωνητικῶν ὀργάνων ἀποπηδῆσαι, πρὸς αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγου καλούμενον, ὡς ἐκ τάφου τὸν Λάζαρον· ἵν' ὁ χθὲς ἡμᾶς θρέψας τῷ κατ' ἐκεῖνον θαύματι, θρέψῃ καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς ἀβρότερον καὶ δαψιλέστε-

ORATIO IX.

In ramos Palmarum (19).

Nos heri cum Domino Lazarus, miraculi in ipso exhibiti dapibus propositis, laute habuit, vobis hodie festi honestique amantibus, Deus ipse ac Sermo sermonem nostrum quo epulemini apponit. Vobis inquam, qui a sat multo tempore, cum molestia calamitatum certamen habuistis, nunc autem Dominicæ festivitatis abundantiori gaudio vires resumpsistis. Ac plane merito. Nam cum ipse, velut nimirum Deus, fetentem jam putremque illum ex inferni penetralibus ceu prædam adventu revocaverit, forte et modo senilis in nobis sermonis remissam vim roborans, luxuriantem vegetumque, ut excitatus alacrisque ceu convivio excipiat, fecerit. Sane utique juvenile aliquid audaciusculumque habuerit, ut Deo ipso et Sermone vocante, quomodo vocavit e tumulo Lazarum, a vocalibus organis velut saliens pro-

VARIÆ LECTIONES.

[38] Forte ἀνασκιρτήσαντι.

COMBEFISII NOTÆ.

(19) Celebris admodum dies est inter Δεσποτικὰς ἑορτὰς, plurimis Patrum celebrata encomiasticis orationibus; vix tamen alia loculentiori, quam sit ista Andreæ. Habuit alius Regius codex, forte etiam melior eo quo utimur, sed erat mutilus. Stylus, ut in præcedenti de Lazaro est familiarior. Indicat auctor statim in exordio, eam se habuisse, cum jam esset senior; quo tempore nonnihil flosculis rhetoricis, phrasique comptiori, ac subtilioribus allusionibus decedit.

Digitized by Google

deat : ut qui nos heri pavit Lazari illo miraculo, ipse hodie, suarum ipsius passionum sermones astruens, lautius splendidiusque pascat.

Enimvero priusquam spiritali partu sermo erumpat, percontari velim præsentem coronam : Quisnam hic tantus cœtus? quis splendor? quis ordo in unum collectorum? quis sonus? quod tripudium faustis illis ominibus prosequentium? Ubique turbæ, ubique pueri ; quorum alii ramos, alii spatulas e palmis teneant. Nondum est pugna, et ad prælia curritur : nondum victoria, habenturque in manibus victoriæ præmia. Ante expeditionem, omina; ante famam, coronæ. In lingua canticum, carmen in ore ; aliis quidem benedicentibus, aliis læte acclamantibus; quibusdam quatientibus ramos ; nonnullis aulæa in viis explicantibus ; universis denique sua ipsorum corda sternentibus. Cuinam vero, et unde revertenti, ac quo properanti? Num utique victori mortis, eique qui nuper Lazarum e sepulcro vocasset, ac Hierosolymam ad passionem ascendere festinaret? Cujus id gratia? Ut sua ipsius passione, qui ipse sublimior est quam ut patiatur, passiones nostras morbosque ac vitia absumpserit. Utrum vero aut chorearum sonus, aut plausus homicidarum in tantum clamoris concionem extulit? Enimvero, sonus quidem ducentium choros, splendidum quid habet, et quod placeat animo : nam est victoriæ canticum, multamque gratiam habet. At furentium strepitus, tanquam valde durus informisque, vel inde molestum se exhibet, quod sit plenus livore, ac cædem significet.

Ex hac turba quidam venerunt ex Bethania ; quidam Domino obviam processerunt ad montem Oliveti : alii cum jam fere urbi propinquasset, occurrerunt; alii cum esset intra portas, et ad templum pergeret. Plane quam maxima turba, commissumque infantium examen, victoriæ cantica fauste acclamabant, dicentes : « Hosanna ; benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel [a]. » Quare insueto hoc spectaculo, continuaque laudatione, tota statim confusa est civitas, in multas de ipso sub id tempus scissa sententias : dicentibus aliis, « Quis est hic [a]? » aliis vocantibus filium David. Ac aliis quidem ceu propheticas prædictiones proferentibus, aliis spernentibus : aliis confitentibus, aliis patrocinantibus ; omnibusque absolute, ut modo dicebam, in innumeras opiniones et sententias scissim abeuntibus. Quippe enim erat signum, cui fore contradicendum a propheta legis susceptores fuisset prædicatum. Quid autem mirum, ut iterum Jerusalem turbata sit, ac Judæorum commoti cœtus Deo glorificato, cum et paulo ante eodem nato, ubi Herodes venisse ab oriente Magos velut satellitio futuros (20) audivisset, « turbatus sit, et omnis Jerosolyma cum eo? [b] »

Εἶτα Θεοῦ Χριστιανοῖς τὰ βασίλεια σκῆπτρα, καὶ ὅλην τὴν ὑπὸ Ῥωμαίους ἀρχὴν ἐγχειρίσαντος, ηὐδόκησεν ἄρτι τότε διὰ γυναικὸς εὐσεβοῦς, γυναικὸς βασιλίδος, γυναικὸς βασιλικὸν ἐχούσης τὸ φρόνημα, τοῦ υἱοῦ τηνικάδε Χριστιανῶν βασιλεύοντος, ἀμογητὶ, καὶ, οἷον εἰπεῖν, θείαις εὐφροσύναις περισοφῆσαι τὸ γύναιον· καὶ πῆ μὲν ἀρχικαῖς ἐμβριθείαις, ἔστι δὲ ὅπου καὶ κοιναῖς κολακείαις, πάντα δὲ βασιλικῶς ἐπιδείξασθαι, ὅσα τὴν ἀκαμπῆ τῶν Ἰουδαίων ἐπιλυγίσαι καρδίαν ἠδύνατο. Καὶ δὴ θᾶττον ἐπιζητούσῃ τῇ βασιλίδι, τὸ κοινὸν ἐπέστη θησαύρισμα· Θεοῦ τὸ δῶρον εἰς τάχος τῷ γυναίῳ προτείναντος· τοῦτον δὴ λέγω, τὸν εἰς πάντα σήμερον τὸν κόσμον ὑψούμενον τοῦ Κυρίου σταυρόν· μεθ' οὗ καὶ πάντα οἷς τὸ μακάριον ἐκεῖνο, καὶ τοῦ κόσμου σωτήριον ᾠκονόμητο πάθημα. Διὰ τοῦτο τοίνυν ἑορτάζομεν σήμερον, διὰ τοῦτο πανηγυρίζομεν, ὅτι τὸ πάλαι κρυπτόμενον ἅγιον πεφανέρωται σήμερον· ὅτι ὁ ἐν κρυφῇ θησαυρὸς ἐκ μετάλλων γῆς ἐξέλαμψεν ὡς χρυσός· ὅτι τὸ συγχωσθὲν τῆς Χριστιανῶν βασιλείας ἐπισημότατον ἀνεκαλύφθη λάβορον· ὅτι ὁ τυφὼν τῶν δσιμόνων ἠρέμησε, φανερωθέντος σταυροῦ· ὅτι τὸ κατ' ἐχθρῶν αὐτοχάλκευτον ξίφος ἀπὸ γῆς πεφανέρωται· ὅτι τὸν ἑαυτῆς ἀπέλαβε κόσμον ἡ Ἐκκλησία, ὅτι ἣν ἀπώλεσε δραχμὴν, ἡ βασιλέως εὗρεν ἀρχή. Οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ Χριστοῦ σταυρὸς, τὸ Δεσποτικὸν σημεῖον, τὸ σωτήριον ὅπλον, τὸ βασιλικὸν κράτος, τὸ τῆς νίκης τρόπαιον, τὸ τῶν ἄνω καὶ κάτω μεταίχμιον, τῶν βεβαιοπίστων τὸ σύνταγμα, ἡ ἀποστολικὴ κορυφὴ καὶ προφητικὴ διόπτρα, τῶν μαρτύρων ὁ στέφανος, τῶν τὸν Χριστὸν προσκυνούντων ἡ ἀῤῥαβών.

Ἀφ' οὗ γὰρ σταυρὸς, ὁ Χριστὸς προσκυνεῖται· ἀφ' οὗ σταυρὸς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐπεγνώσθη· ἀφ' οὗ σταυρὸς, σὺν Πατρὶ τὸν Υἱὸν προσκυνοῦμεν· ἀφ' οὗ σταυρὸς, τὰ Ἰουδαίων ἤργησε, τὰ Ἑλλήνων ἀπεσβέσθη, τὰ Χριστιανῶν ἀνέσχεν, ὁ ἀὴρ ἡγιάσθη, τῶν ἐπιθωμίων αἱμάτων ἠλευθερώμεθα, τῆς ἀναιμάκτου

A Christianis autem in tutelam reservaretur, depositum thesaurum in ima terra defoderunt, crucem intelligo, et omnia quæ ad crucem pertinent, clavos, lanceam, et titulum a Pilato scriptum, cruciqne affixum.

Deinde cum Deus Christianis regia sceptra et universum Romanorum imperium tradidisset, eidem tunc placitum est, crucem pandere per piam mulierem, mulierem regiam, mulierem regali animo, filio tunc Christianis imperante : sine difficultate (42), ac divino, ut ita dicam, instinctu, eam sapientia instruere; ut partim quidem regia severitate, partim vulgari persuadendi ratione instaret, et omnia quæcunque inflexibilem Judæorum mentem inflectere poterant, ut regiam personam B decebat, afferret. Cæterum celerius quæritanti imperatrici communis obvenit thesaurus, Deo feminæ donum illud spe citius offerente, hanc, inquam, tanto hodie honore mundo toto exaltatam Domini crucem : et cum hac, omnia quibus sacrosancta illa mundoque salutaris passio peracta est. Ob hoc igitur ferias hodie et festum agimus, quia olim occultatum sanctum, manifestum hodie factum est : quia in abscondito positus thesaurus e terræ fodinis auri instar refulsit; quia terra obrutum nobilissimum Christiani imperii labarum retectum est; quia cessavit dæmonum procella, cruce apparente; quia gladius velut sponte adversus inimicos cusus (43), ex terra conspicuus factus est; quia suum ipsius ornatum hodie resumpsit Ecclesia; quia quam perdiderat drachmam, regale C invenit imperium. Hæc Christi crux est, Domini signum, salutis armatura, regia potentia, victoriæ tropæum, inter superna et inferna medium, in fide constantium classis et ordo, fastigium apostolicum, dioptra prophetica (44), martyrum corona, Christum adorantium arrha.

Ex quo enim crux, Christus adoratur; ex quo crux, Dei Filius agnitus est; ex quo crux, cum Patre Filium adoramus : ex quo crux, Judaica cessarunt (45), Græcorum religio exstincta est, Christianorum prævaluit; aer expiatus est, ab altarium et victimarum sanguine liberati sumus (46), cul-

COMBEFISII NOTÆ.

(42) *Sine difficultate.* Ἀμογητί. Velut ultro, ac Deo donante : quod ipsum paulo superius expressum est, τῷ, ἀπεριέργῳ δυνάμει. *Sans recherche, et par instinct.* Minus dicit Grets. *sincera virtute :* quanquam retinuimus.

(43) *Velut sponte adversus inimicos cusus.* Αὐτοχάλκευτον ξίφος. Grets. *Gladius a Christo fabricatus.* Sed aliud vult illa vox, significatque, velut ipsam a se crucem, et præter id quod ponentes præsumebant, ponentibus ipsis, modo tamen maluerint perseverare inimici, nec ea reconciliari velint, in gladium factam. Sic Suidæ αὐτουργὸν, αὐτοφυές.

(44) *Dioptra prophetica.* Διόπτρα. Etiam Latinis recepta vox, pro instrumento geometrico inserviente parti astrologiæ, quam *dioptricem* vocant; quæ nimirum solis, lunæ, cæterorumque locorum distantias per instrumenta investigat. Vulg. *perspectiva.* Sic Orat. in salut. angel. ejusdem nostri Andreæ τὸ, Χαίροις, διόπτρα προβλεπτική, dictum D in Mariam, cum Hoppero reddidimus, seu potius ex ipso retinuimus : *Dioptra perspectiva.* Gretserus liberius, διόπτρα προφητική· *Specula prophetica.* Apte vero id instrumenti prophetis tribuitur, ut dispicientibus, affulgentia illa divini luminis, res procul positas.

(45) *Judaica cessarunt.* Τὰ Ἰουδαίων ἤργησε. Simplicius veriusque quam reddiderat Grets. Judæorum res pessum ierunt. De ritu enim est sermo; qui sacer et institutus a Deo tanquam figuralis adventu figurati, eique cedens, non tam pessum ivit, quam est consummatus, et desideratam absolutionem habuit, eo etiam ab apostolis et primis fidelibus ex circumcisione, sepultus cum honore, nec statim abjectus.

(46) *Ab altarium et victimarum sanguine liberati sumus.* Τῶν ἐπιθωμίων αἱμάτων ἠλευθερώμεθα. A sanguine super aras fundi solito, maxime humano in sacrificiis dæmoniorum, ut ne amplius effuderi-

Digitized by Google

tum seu sacrificium incruentum gustavimus. Ex quo crux, a dæmonum nidore liberati, spiritalem odoris suavitatem *unguenti effusi*[n] percipimus; ex quo crux, fabulosæ deorum genealogiæ evanuerunt; ex quo crux, Jesu secundum humanam naturam generationis mysterium cognovimus : ex quo crux, summum illud principium, ex principio, ante principium omne, principii experte (47), procedere didicimus. Ex quo crux, fidem in Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum edocti sumus, et Græcorum inanes ac perniciosas fabulas de deorum multitudine exclusimus. Ex quo crux, typicorum signorum umbras dispulimus, et in lucem veritatis, quæ est in gratia, restituti sumus. Ex quo crux, contemptui est mors, obstupuere dæmones, confracta simulacra, animalium sacrificia sublata sunt, idolorum templa eversa. Ubique Ecclesiæ altaria, psalmodiæ, stationes totis noctibus, sermones de divinis rebus, baptismata, fidelium concentus, Scripturarum cognitio, terræ despicientia, cœli acquisitio, Dei communicatio. Quid necesse multa dicere? Ex quo crux, angelorum cives sunt homines, et ipsum cœlum terrigenis patet, fitque Deus comprehensus hominibus (48), ac ceu unus ex eis, hominibus adcensetur.

A λατρείας γεγεύμεθα. Ἀφ' οὗ σταυρὸς, τῆς δαιμονικῆς κνίσσης ἀπηλλάγμεθα, τῆς πνευματικῆς εὐωδίας τοῦ *κεκωθέντος μύρου* μετέχομεν· ἀφ' οὗ σταυρὸς, αἱ μυθικαὶ θεογονίαι εἰς φροῦδον ἐχώρησαν· ἀφ' οὗ σταυρὸς, τῆς καθ' ἡμᾶς Ἰησοῦ θεογεννησίας τὸ μυστήριον ἔγνωμεν· ἀφ' οὗ σταυρὸς, τὴν ὑπεράρχιον ἀρχὴν τῆς προανάρχου ἀρχῆς προελθοῦσαν ἐμάθομεν· ἀφ' οὗ σταυρὸς, τὴν εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ Πνεῦμα ἅγιον ἐδιδάχθημεν πίστιν, καὶ τὴν πολύθεον τῆς Ἑλληνικῆς εἰκαιομυθίας ἀπετινταξάμεθα λύμην. Ἀφ' οὗ σταυρὸς, τῶν τυπικῶν συμβόλων τὰς σκιὰς παρωσάμεθα, καὶ τῷ τῆς ἀληθείας ἐν χάριτι φωτὶ κατηλλάγμεθα. Ἀφ' οὗ σταυρὸς, καταπεφρόνηται θάνατος, τεθήπασι δαίμονες, κατεάγησαν ξόανα, ζωοθυσίαι πέπαυνται, τὰ εἰδωλεῖα κατέστραπται. Ἐκ B κλησίαι πανταχοῦ, θυσιαστήρια, ψαλμῳδίαι, στάσεις πάννυχοι, θεολογίαι, βαπτίσματα, πιστῶν συμφωνίαι, Γραφῶν ἐπιγνώσεις, γῆς καταφρόνησις, οὐρανοῦ κτήσεις, Θεοῦ μετουσία. Τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν; Ἀφ' οὗ σταυρὸς, ἀγγέλοις συμπολιτεύονται ἄνθρωποι, καὶ αὐτὸς ὁ οὐρανὸς τοῖς ἐπιγείοις βατὸς, καὶ Θεὸς ἀνθρώποις χωρούμενος καὶ συμφερόμενος.

Sed o crux, Christi et nostra summa gloria! O lignum nobile, in quo Christus extensus est! Stirps immortalitatis, ex qua Christus botrus vitalem nobis effudit potum. O crux, per quam, disrupto peccati chirographo, libertatis contractus descriptus est! O crux, plurimorum bonorum thesaure! paradisi conciliatrix (48'), assignatrix regni, expiatrix peccatorum, meritorum largitrix. Te Christus in te crucifixus, lignum immortalis declaravit. Te Christus in te affixus, viæ ad cœlum ducentis scalam compegit. Te Christus in te pendens, benedictionis auctricem fecit. Te Christus in te expansus, eorum qui catenis constricti essent, vinculis relaxandis præfecit. In te Christus voluntarie exaltatus, mundum secum exaltavit. In te Christus pro nobis exaltatus, exaltatum

Ἀλλ', ὦ σταυρὲ, τὸ τοῦ Χριστοῦ καὶ ἡμῶν πολυτίμητον αὔχημα! Ὦ ξύλον ἐπίσημον, ἐν ᾧ Χριστὸς ἐξετανύσθη! Φυτὸν ἀθανασίας, ἐξ οὗ Χριστὸς ὁ βότρυς, τὸ ζωηρὸν ἡμῖν ἔβλυσε πόμα. Ὦ σταυρὲ, δι' οὗ τῆς ἁμαρτίας ἐχραγὲν τὸ χειρόγραφον, τὸ τῆς ἐλευθερίας ἐχειρογραφήθη συμβόλαιον! Ὦ σταυρὲ μυρίων ἀγαθῶν θησαυρέ! παραδείσου πρόξενε, βασιλείας κληροῦχε, ἁμαρτημάτων λυτὴρ, κατορθωμάτων δοτήρ. Σὲ Χριστὸς ἐν σοὶ σταυρωθεὶς, ξύλον ἀθανασίας παρέδειξε. Σὲ Χριστὸς ἐν σοὶ προσπαγεὶς, τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀγούσης ὁδοῦ παρέπηξε κλίμακα. Σὲ Χριστὸς ἐν σοὶ κρεμασθεὶς, εὐλογίας ἀνέδειξε πρόξενον. Σὲ Χριστὸς ἐν σοὶ τανυσθεὶς, τῶν ἐν σειραῖς ἀνεῖναι τὰ δεσμὰ προεστήσατο. Ἐν σοὶ Χριστὸς ἐκὼν ὑψωθεὶς, τὸν κόσμον ἑαυτῷ συνανύψωσεν. Ἐν σοὶ Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ὑψωθεὶς, τὸν ὑψωθέντα χαλ-

[n] Cant. I, 2.

COMBEFISII NOTÆ.

mus, qua nos magna tyrannide absolvit crux. Minus expressum illud Grets. *A sanguine in aris effuso liberati sumus* : quod sonat liberationem a crimine effusi ejusmodi sanguinis, multumque a vero sensu auctoris abest.

(47) *Ante principium omne principii experte* : Ἀρχὴν τῆς προανάρχου ἀρχῆς προελθοῦσαν. Scitum Patris epithetum, prææternam in eo rationem principii, et ante omnem durationem, nulla ad Filium, alterum illud summum Principium, ὑπάρχιον ἀρχὴν, in ratione prioris, quam nec theologia admittit, comparatione, significans. Grets. *Summum illud principium ex principio priore, principii experte*, etc. cujus non video sanum sensum, nisi repetatur τὸ *principio*, ac ita legatur : *Principium ex principio, principio priore ac principii experte*, etc., quomodo potuit vir doctus scribere, eodem sensu ac ipsi reddidimus, prælo nonnihil vitiante. Sic paulo inferius τὸ πιστῶν συμφωνίαι. Ubi is, *Fidelium consensus*, reddidimus, *concentus*, ut significentur eorum conventus instar chori harmonici.

(48) *Fitque Deus comprehensus hominibus*, etc. Καὶ Θεὸς ἀνθρώποις χωρούμενός τε καὶ συμφερόμενος. Grets. *Et Deus inter homines versatur*. Sed hoc suum potius quam Andreæ. Priori voce Gregorium imitatur ita loquentem de Christo, quem ait factum hominem, Ἵνα χωρηθῇ διὰ σώματος σώμασιν, ἄλλως οὐκ ἂν χωρηθείς. *Ut per corpus comprehendatur ac percipiatur a corporibus, qui alioqui non potest comprehendi et percipi.* Alteram exponimus eo modo quo Bud. illud Plutarch. συμφέρομαι τοῖς πολλοῖς· *Sum unus ex multis* : quæ plane digna sunt grandi Andreæ eloquio et doctrina.

(48') *Paradisi conciliatrix*, etc. Pauca hic mutavimus expressius reddenda. Τὸ, κληροῦχε, activum est, ut et apud Philon. *De vita M.* lib. I : Ἥδον εἰς τὸν κληροῦχον Θεόν· *Aspiciebant in Deum distributorem ac velut assignatorem.* In Deum qui ceu colonis terram cuique in sortem cessuram divideret et attribueret.

Digitized by Google

κοῦν ἐστηλίτευσεν ὄφιν. Οὐκέτι δάκνων ὄφις, ἐφ' A ὁδοῦ πτέρναν τηρεῖ. Οὐκέτι χαλκοῦς ὄφις, τὰ τῶν δακνόντων ὄφεων ἀποπαύει προσβλεπόμενος δήγματα. Οὐκέτι « ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου. » Πῶς, καὶ τίνα τρόπον; Τοῦ εὐλογητοῦ παιδὸς Ἰησοῦ, τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τὴν κατάραν εἰς εὐλογίαν ἡμῖν ὑπαλλάξαντος. Οὐκέτι κατάρατος ὁ σταυρός, τῆς κατάρας τῷ σταυρῷ προσπαγείσης, καὶ Χριστοῦ τὴν κατάραν ἐξάραντος, καὶ τὴν εὐλογίαν ἡμῖν ἀντεισάξαντος.

Οὗτος ὁ τοῦ Χριστοῦ σταυρὸς πάντων ἡμῖν γέγονεν εἰσαγωγεὺς τῶν καλῶν. Οὗτος ὁ τοῦ Δεσπότου σταυρὸς πολλοῖς ὀνόμασι κέκληται. Σταυρὸς καλεῖται, ὁάβδος εὐθύτητος, βασιλείας, δυνάμεως, κληρονομίας. « Ὁ θρόνος σου, ὁ Θεὸς, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· ῥάβδος εὐθύτητος, ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας B σου. » — « Ἐλυτρώσω ῥάβδῳ κληρονομίαν σου. » — « Ῥάβδον δυνάμεως ἐξαποστελεῖ σοι Κύριος ἐκ Σιών. » Βακτηρία· « Ἡ βακτηρία καὶ ἡ ῥάβδος σου, αὗταί με παρεκάλεσαν. » Ξύλον ζωῆς· « Ζωῆς ξύλον ἐστὶ πᾶσι τοῖς ἀντεχομένοις αὐτοῦ, καὶ τοῖς ἐπερειδομένοις ἐπ' αὐτὸν ὡς ἐπὶ Κύριον ἀσφαλής. » Ξύλον· « Καὶ ἔσται ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον. » Ποῦ; Δαβὶδ λέγει· « Παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων. » Ποίων ὑδάτων; Τῶν θεοπνεύστων Γραφῶν. Ὑποπόδιον· « Ὑψοῦτε Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν, καὶ προσκυνεῖτε τῷ ὑποποδίῳ τῶν ποδῶν αὐτοῦ, ὅτι ἅγιός ἐστι. » Τόπος· « Εἰσελευσώμεθα εἰς τὰ σκηνώματα αὐτοῦ, προσκυνήσωμεν εἰς τὸν τόπον, οὗ ἔστησαν οἱ πόδες αὐτοῦ. Εἰ δώσω ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, C καὶ τοῖς βλεφάροις μου νυσταγμόν· ἕως οὗ εὕρω τόπον τῷ Κυρίῳ, σκήνωμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ. » Τοῦτον αἰνιττόμενος τὸν σταυρὸν, Ἰακὼβ ὁ πατριάρχης, ἐναλλάξ ποτε τὰς χεῖρας τοῖς ἐγγόνοις ὑποθείς, συμβολικῶς προεμήνυσε. Τοῦτον ὁ αὐτὸς προτυπούμενος, « ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου τῷ Ἰωσὴφ προσεκύνησε. » Σταυροῦ τύπον ἐπεῖχεν ἡ ῥάβδος τοῦ αὐ-

æneum serpentem publice notavit (49). Non amplius serpens mordens, in via calcaneum observat [n]; non amplius æneus serpens [o] mordentium serpentium morsibus aspectu medetur; non amplius « Maledictus omnis qui pendet in ligno [p]. » Quomodo et qua ratione? Benedicto puero Jesu, Dei Filio, maledictionem in benedictionem commutante. Non amplius exsecranda crux, cum maledictum cruci affixum et a Christo sublatum fuerit, substituta in ejus locum benedictione.

Hæc crux omnium nobis bonorum auspicatio et insinuatio (50) fuit. Hæc crux Domini multis appellata est nominibus. Crux dicitur, virga directionis, regni, virtutis, hæreditatis. « Thronus tuus, Deus [q], in sæculum sæculi : virga directionis, virga regni tui [r]. — Redemisti virga hæreditatem tuam (51). — Virgam virtutis tuæ emittet tibi Dominus ex Sion [s]. » Baculus : « Virga tua, et baculus tuus, ipsa me consolata sunt [t]. » Lignum vitæ : « Lignum vitæ est omnibus qui complectuntur eam, et iis qui incumbunt in eam (52) sicut in Dominum, secura [u]. » Lignum : « Et erit tanquam lignum, quod plantatum est [v]. » Ubinam plantatum? David edocet : « Secus decursus aquarum [x]. » Qualium aquarum? A Deo inspiratarum Scripturarum. Scabellum : « Exaltate Dominum Deum nostrum, et adorate scabellum pedum ejus, quoniam sanctus est [y] (53). » Locus : « Intremus in tabernacula ejus, adoremus in loco, ubi steterunt pedes ejus. Si dedero somnum oculis meis, et palpebris meis dormitationem; donec inveniam locum Domini, tabernaculum Deo Jacob [z]. » Hanc crucem patriarcha Jacob [a], cum permutatas olim manus nepotibus imponeret, symbolice præsignificavit. Hujus idem figuram exprimens, « adoravit super summitatem virgæ [b], » Joseph. Crucis typus fuit ejusdem patriarchæ Jacob virga, cum transivit

[n] Gen. XLIX, 17. [o] Num. XXI, 8. [p] Deut. XXI, 23. [q] Psal. XLIV, 7. [r] Psal. VII, 3. [s] Psal. CIX, 1. [t] Psal. XXII, 4. [u] Prov. III, 8. [v] Psal. I, 3. [x] ibid. [y] Psal. XCVIII, 5. [z] Psal. CXXXI, 4, 5, 7. [a] Gen. XLVIII, 14. [b] ibid. 15.

COMBEFISII NOTÆ.

(49) *Publice notavit.* Ἐστηλίτευσεν. Ita ex Grets. retinuimus, quanquam obscurius est, nec satis exprimat quid hic Andreas illa voce velit. Ipse autem D Andreas, orat. 2, clare explicat, ut τὸ, ἐστηλίτευσε sit, palam traduxit et ignominiose habuit, ut typum, non ipsius Christi, sed typi antitypum, et typum peccati sua illa rubigine; quem proinde sua in cruce elevatione, et crucis exaltatione, ipse submoverit : quæ sane explicatio singularis et nova videri possit; juxta eam vero recte intelligitur, Ezechiæ regis in ejus confractione religio, non tantum ut honores quos ut Deo et idolo Judæi adhibebant, amoliretur; verum etiam, ut quos tanquam divinæ imagini, velut etiam arcæ et aliis; si quidem ad hoc a Deo, penes quem jus erat instituendi, positiva lege, institutus erat.

(50) *Omnium nobis bonorum auspicatio et insinuatio.* Εἰσαγωγεύς. Velut fons omnium benedictionum, et introductio totius boni. Minus exprimit Grets. *Omnibus nos bonis cumulavit.*

(51) *Redemisti virga hæreditatem tuam.* Sic etiam Theodor. aliis legentibus, *Virgam hæreditatis tuæ :* Sym. Σκῆπτρον κληρονομίας σου· *Sceptrum hæreditatis tuæ.*

(52) *Et iis qui incumbunt in eam*, etc. Ita Syxt. Clarius vero : *Qui illi inniluntur, sicut Domino :* nempe, Sapientiæ, de qua ibi ut quæ ipsa subsistens, sit ipse Dominus. Pie vero detorquet Andreas ad crucem, cui et ipsi inniti, sit Domino, non ligno materiali, inniti. Absit enim, ut velut ipsi seorsim cruci, quæ res inanimis sit, innitamur, spemque in ea ponamus, quemadmodum olim gentiles in suis idolis; sed innitimur in ea, Domino Jesu, quem vel ut imago nobis exhibeat, vel ut sacrum quid et quædam ejus reliquiæ, conjunctum moraliter habeat, Gretserus *truncatam auctoritatem* non potuit bene reddere.

(53) *Quoniam sanctus est.* Ὅτι ἅγιός ἐστι. Sic etiam Syxt. et Hieronymus : nec debuit facile mutari, reddente Gretsero, ut habent Latina : *Quoniam sanctum est.* Hunc defectum notarunt viri amici doctique, in novella unius Patrum editione, cujus auctorem, reverentiæ causa, non nomino.

Digitized by Google

Jordanem ; ait enim : « In virga mea transivi Jordanem [e]. » Et paulo ante, crucis signum ostensum est Abrahamo, inter media arietis [d] cornua expressum (54), quando typicum sacrificium, crucifixi repræsentationem, per ovem mystice peragebat.

Crucis figuram gessit et Isaac [e], assumptis sacrificii lignis, sequens celeri pede patrem, qui ad cum ipsum sacrificandum properabat. Crucis virtutem habuit virga Mosis [f] in serpentem conversa, et transformans Ægyptiorum virgas, has quidem devorans, illis autem flumen cruentans ne biberent : et aliquando quidem ranas ex aquis ex improviso educens, aliquando vero locustas, et cyniphes, et tenebras palpabiles, et quæcunque ad Ægyptiorum plagas pertinent, efficiens. Crucis typum gessit eadem Mosis virga [g], quando mare Rubrum huc et illuc divisit, ita ut aquæ, tum ipsi, tum populo, muri instar velut concretæ essent. Crucis signum exhibuit columna ignis et nubis [h], quibus deducebat Deus errantem Israelem, ex Ægypto profugum. Crucis figuram formabat et Moses in monte [i], manus in altum extendens, cum oppugnante Josue alienigenam Amalec, ille quidem ab Aarone et Hur sustinebatur, Israel vero prævalens vinceret. Crucis typum continebat et virga [j], quæ in deserto percussit petram, fecitque ut velut feta flumen pareret. Quid vero Isaias, serra lignea sectus medius (55), an non crucis exprimebat typum? Omitto dicere Agagitem [k] crucifixum (56), et Sisaram clavo suffixum [l], perspicue crucem præmonstrasse. Sed et Eliæ melotem ausim dicere crucis virtutem significare, quando Jordanis aquas in duas partes divisas sicco pede transivit [m]. Elisæi miraculum quo loco ponemus, cum ligno aquæ immisso, ex fluminis profundo securis ferrum sustulit, levi, id quod grave erat, attollens [n]? Quid virga quæ nuces progenuit [o], nonne clare crucem depingit?

τοῦ πατριάρχου Ἰακώβ, ὡς διέβη τὸν Ἰορδάνην· φησὶ γάρ· « Ἐν τῇ ῥάβδῳ μου διέβην τὸν Ἰορδάνην. » Καὶ μικρῷ πρὸ τούτων, σταυροῦ σημεῖον παρεδείκνυτο τῷ Ἀβραάμ, μέσον τῶν τοῦ κριοῦ κεράτων τυπούμενον· ὅτε τὴν ἐν τύπῳ θυσίαν, πρόδειγμα τοῦ σταυρωθέντος, διὰ τοῦ προβάτου μυστικῶς ἐπετέλει.

Σταυροῦ τύπον ἐπλήρου καὶ Ἰσαάκ, τὰ ξύλα τῇ θυσίας ἀναλαβών, καὶ τῷ πατρὶ θυσίαν ἑαυτὸν ἐπειγομένῳ προτροπάδην ἑπόμενος. Σταυροῦ δύναμιν ἡ ῥάβδος εἶχε Μωσέως εἰς ὄφιν μεταβληθεῖσα, καὶ μεταμορφοῦσα τὰς Αἰγυπτίων ῥάβδους, καὶ τὰς μὲν καταπιοῦσα, τοῖς δὲ τὸ ποτάμειον ἐξαιμάττουσα ῥεῖθρον, ὅπως μὴ πίωσι· καὶ πὴ μὲν βατράχους τῶν ὑδάτων ἐξέρπειν, πὴ δὲ ἀκρίδας, καὶ σκνίπας, καὶ σκότος ψηλαφητὸν σχεδιάζουσα, καὶ ὅσα τὰς Αἰγυπτίων συμφορὰς περιίστησι. Σταυροῦ τύπον ἡ αὐτὴ τοῦ Μωσέως εἶχε ῥάβδος, ὅτε τὸ Ἐρυθραῖον ἔνθα καὶ ἔνθα διασχίζοντι πέλαγος, τεῖχος αὐτῷ τε καὶ τῷ λαῷ συνεπάγη τὰ ὕδατα. Σταυροῦ σημεῖον ἐπεῖχεν ὁ στύλος τοῦ πυρὸς καὶ τῆς νεφέλης, οἷς ὡδήγει ὁ Θεὸς τὸν ἀλήτην Ἰσραὴλ, ἐξ Αἰγύπτου φυγαδευόμενον. Σταυροῦ σχῆμα διέσωζε καὶ Μωσῆς αὐτὸς ἐπὶ τοῦ ὄρους ὑψοῦ τὰς χεῖρας ἀνέχων, ὅτε πολεμοῦντος τοῦ Ἰησοῦ τὸν ἀλλόφυλον Ἀμαλὴκ, ὁ μὲν ὑπὸ Ἀαρὼν καὶ Ὢρ ἐστηρίζετο, Ἰσραὴλ δὲ δυναμούμενος ὑπερίσχυε. Σταυροῦ τύπον ἐπλήρου καὶ πατάξασα ῥάβδος ἐν ἐρήμῳ τὴν πέτραν, καὶ κυοφόρον τὴν ἐγκύμονα δείξασα. Τί δὲ καὶ Ἡσαΐας ξυλίνῳ πρίονι διχῇ διαιρούμενος, οὐ σταυρικὸν ἐσχημάτισε τύπον; Ἐῶ λέγειν τοῦ Ἀγγὲ τὴν σταύρωσιν, καὶ Σισάρα τὴν ἐν πασσάλῳ καθήλωσιν, τὸν σταυρὸν φανερῶς δηλούσας. Ἀλλὰ καὶ τὴν μηλωτὴν Ἠλίου φαίην ἂν ἔγωγε σταυροῦ δύναμιν ὑποφαίνουσαν, ὅτε τὸ Ἰορδάνειον ῥεῖθρον διχῇ διαστήσας, ὡς ἐπὶ ξηρᾶς διεπέρασε γῆς. Τὸ δὲ Ἐλισσαίου θαῦμα ποῦ θήσομεν, ὅτε τῷ ὕδατι τὸ ξύλον ὑποθεὶς, τῆς ἀξίνης ἐκ βάθους ἀνεῖχε ποταμοῦ τὸ σιδήριον, τῷ ἐλαφρῷ, τὸ βαρὺ ἀνελόμενος; Τί δὲ ἡ ῥάβδος, ἡ ἐκφύσασα κάρυα, οὐ προδήλως τὸν σταυρὸν ὑπογράφει;

[c] Gen. xxvii, 10. [d] Gen. xxii. [e] Gen. xxii, 6. [f] Exod. vi, 3; vii, 12. [g] Exod. xiv, 21. [h] Exod. xiii, 21. [i] Exod. iv, 11. [j] Exod. xvii, 6. [k] Esther, vii, 10. [l] Judic. iv, 21. [m] IV Reg. i, 8. [n] IV Reg. vi, 6. [o] Num. xvii, 9.

COMBEFISII NOTÆ.

(54) *Inter media arietis cornua expressum.* Velut nimirum ipse totus, cornibus, quibus victima futurus hærebat, signum crucis præferret. Videndum schol. ad cap. illud xxii Gen. in voce *Sabec.*

(55) *Serra lignea sectus medius.* Traditione Hebræorum quam SS. PP. et Ecclesia admittit, habemus hanc Isaiæ serrationem ; nec enim ita cum Hieronymo timuerim exprimere, cum ad Hebr. ii, ubi Vulg. secti sunt : legit, *serrati sunt* : quod omnino videtur respicere Isaiam ita a Manasse occisum. Plures locos affert Corn. Procem. in Isa., ac vere ita constans traditio est, ut temerarium sit ei contraire, quidquid Abul. IV Reg. xxi, q. 17.

(56) *Agagitem crucifixum.* Τοῦ Ἀγγὲ σταύρωσιν. Malui sic ponere, quam retinere quod Greiserus posuerat. Aggæum, quasi de Aggæo propheta esset sermo. Nam nihil ejusmodi habent historiæ de sancto viro, sed læta omnia, velut eo qui primus Hierosolymis cecinerit *Alleluia* : ut Epiph. nempe primus a reversione a captivitate, suscitatus a Deo lætus nuntius ædificandæ domus Domini socio Zacharia, strenue exsequentibus Zorobabele et Jesu pontifice. Hic ergo Ἀγγὲ, Aman est, typus et ipse crucifixi ; non Christi, sed diaboli, cruci Christi affixi, et in ea triumphati traductique ; quemadmodum et Sisara suffixus clavo tempora, cui proinde merito ab Andrea conjungitur. Passim legimus in libro Esther, Aman illum de stirpe Agag, et Agagitem : ubi Græca semel tantum, quod colligere licuit, Βουγαίου habent, magna vocis deflectione ac depravatione. Potuit codex Andreæ habere suum illud Ἀγγὲ, quod Latinis proximius est; vel certe voluerit exprimere Hebraicum הָאֲגָגִי quod dempto ה emphatico, ipsum ejus Ἀγγὲ sit. Aliter scribitur Aggæus propheta nempe חַגַּי.

Digitized by Google

Μέγα ἀληθῶς ὁ σταυρὸς, καὶ πολλαχοῦ τῆς Γραφῆς μαρτυρούμενος ἢ προτυπούμενος, καὶ τῶν δι' αὐτοῦ τελουμένων ὁσημέραι θαυμάτων προδιαγράφων τὰ ὑποδείγματα. Προσκυνεῖτε τὸν σταυρὸν, ὅτι δι' αὐτοῦ τὸν Κύριον ἔγνωμεν. Προσκυνητὸς ὁ σταυρὸς, ὅτι ἐν αὐτῷ τὸν σταυρούμενον εὐλογοῦμεν. Προσκυνητὸς ὁ σταυρὸς, ὅτι δι' αὐτοῦ τὴν εὐλογίαν ἐλάβομεν, καὶ τῆς κατάρας ἠλευθερώμεθα. Προσκυνητὸς ὁ σταυρὸς, ὅτι δι' αὐτοῦ τὴν πικρὰν τοῦ ξύλου τῆς παρακοῆς ἐξεμέσαντες γεῦσιν, τοῦ γλυκασμοῦ τῆς σωτηρίας γεγεύμεθα. Ηὐλόγηται τὸ ξύλον, δι' οὗπερ ηὐλογήθη τὰ ἔθνη. Ηὐλόγηται τὸ ξύλον, ἐν ᾧ Θεὸς σωματικῶς ἐξετάθη. Καὶ τί τούτου παραδοξότερον, Θεὸν σταυρούμενον βλέπειν, καὶ τοῦτο μετὰ λῃστάς; Ηὐλόγηται τὸ ξύλον, δι' οὗ λῃστὴς τὸν παράδεισον ᾤκησε, καὶ ἡ τοῦ ξύλου γεῦσις τὴν πικρὰν ἐξεκρούσατο γεῦσιν· οὗ τί θαυμασιώτερον; Ὅτι ὃν ἔκλεισεν ἁλοὺς ὁ Ἀδὰμ, τοῦτον ἤνοιξε λῃστὴς ἐπιγνούς· καὶ οὗ ἐκεῖνος ἐξόριστος γέγονεν, οὗτος κλητὸς ἐνεγράφη πολίτης. Εὖγε τῆς καταλλήλου παραλλαγῆς! Ἐξῆλθε κλέπτης, καὶ ἀντεισῆλθε κλέπτης· ὁ μὲν διὰ παράβασιν· ὁ δὲ, δι' ἐπίγνωσιν. Ὁ μὲν ὑπαχθεὶς τῷ πτερνίσαντι· ὁ δὲ, συσταυρωθεὶς τῷ ποιήσαντι.

Ηὐλόγηται τὸ ξύλον, ἐξ οὗ κιβωτὸς κατεσκευάσθη, κόσμον κατακλυσμοῦ συμβολικῶς διασώζουσα. Ηὐλόγηται τὸ ξύλον, ἐξ οὗ πατὴρ Ἀδὰμ μὴ γευσάμενος πρότερον, τῆς ζωῆς τὸν θάνατον ἀντηλλάξατο· προπετείᾳ γεύσεως, τοῦ ξύλου τῆς γνώσεως καθαψάμενος. Εἶτα μεταλαβὼν ὕστερον, τῆς ποιότητος ἥσθετο, καὶ τὴν ἀνάκλησιν ηὗρατο. Ηὐλόγηται τὸ ξύλον, δι' οὗ βραχίων ὑπερήφανος κάμπτεται, καὶ αὐχένες ἐχθρῶν ὑποκύπτουσι, καὶ νῶτα δίδωσι βάρβαρος, καὶ φεύγει Σκύθης μηδενὸς διώκοντος. Τοιγαροῦν ὑψώσατε τὴν φωνὴν σὺν ἐμοὶ σήμερον, καὶ μετὰ [50]-[50] τῆς Γραφῆς τῷ τοῦ σταυροῦ θησαυρῷ προσκυνήσωμεν [51] λόγια. Θησαυρὸν δέ φημι τοῦ σταυροῦ, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν Χριστὸν, ᾧ καὶ πρέπει μᾶλλον τὰ

A Magna profecto res crux est, tot Scripturæ locis testata et præfigurata, et ea quæ virtute illius quotidie patrantur miracula, prius describere, et prædelineare consueta. Adorate crucem, quia per eam Dominum cognovimus. Adoranda crux, quia in ipsa crucifixum benedicimus. Adoranda crux, quoniam per ipsam benedictionem accepimus, et a maledicto liberati sumus. Adoranda crux, quoniam per ipsam, cum amarum ligni inobedientiæ evomuissemus cibum, suavitatem salutis degustavimus. Benedictum lignum, per quod gentes benedictæ sunt. Benedictum lignum, in quo Deus corpore extensus est. Quid autem hoc admirabilius? Cernere Deum in cruce pendentem, et quidem inter latrones? Benedictum lignum, per quod B latro paradisum inhabitavit; et ligni esus, amarum expulit edulium; quo quid admirandum magis? Nam quem locum clausit deceptus Adam, hunc aperuit latro, ad veri Dei agnitionem evectus, et a quo ille loco extorris factus est, hujus ille, invitatus, ascriptus est civis. O congruam permutationem! Egressus est fur, et loco ejus ingressus est fur: ille quidem ob prævaricationem, hic vero ob agnitionem. Ille seductus ab eo qui illum supplantaverat, hic vero simul crucifixus cum eo, qui ipsum crearat.

Benedictum est lignum, ex quo arca fabricata est, mundum in diluvio symbolice conservans. Benedictum est lignum, ex quo cum latro comedisset, C deliciis cumulatus est. Benedictum lignum, ex quo cum Adam communis parens non prius comedisset (57), mortem cum vita commutavit, velut qui nimia præcipitantia, lignum scientiæ gustasset. Tum demum, ligni ejusmodi factus particeps, qualitatem sensit, atque in pristinum revocationem invenit. Benedictum est lignum, per quod curvatur brachium superbum, et cervices inimicorum inflectuntur, datque terga barbarus, et Scytha fugit nemine persequente. Quapropter hodie vocem mecum attollite, crucisque thesauro inferamus (58)

VARIÆ LECTIONES.

[50]-[50] Leg. τά. [51] Leg. προσοίσωμεν.

COMBEFISII NOTÆ.

(57) *Ex quo cum Adam non prius comedisset.* Μὴ γευσάμενος πρότερον. Ut peccatum fuerit in præpostero usu rei non malæ, et bene congruo tempore, juxta quod exponit Gregorius Theologus, Orat. in Christi Natalem, p. 619; quem hic asse- D ctatur Andreas noster, ut et ipse palam satis Methodius, in iis quæ de hac arbore, ac pœna mortalitatis ex ejus usu, in qua misericordia sit, in Excerptis ejus quæ damus ex lib. *De resur.* scripsit. Prius ergo gustandum lignum crucis quam scientiæ, quia θεωρίας, quæ est illa scientiæ arbor, Μόνοις ἐπιβαίνειν ἀσφαλὲς τοῖς τὴν ἕξιν τελειοτέροις· οὐ καλὸν δὲ τοῖς ἁπλουστέροις ἔτι, καὶ τὴν ἔφεσιν λιχνοτέροις. *Iis solis*, inquit, *tutus est ad contemplationem ascensus qui habitu perfectiori sunt: haudquaquam autem bona est, simplicioribus adhuc animis, atque appetitu avidiori præditis.* Quæ allegorica, non offecerint sensui pure historico. Male Gretzerus τὸ, πρότερον, sequentibus annectit, ac clarum satis explicatum Andreæ sensum totum destruit. Sequentia etiam μεταλαβὼν ὕστερον. ποιότητα ἥσθετο, simplicius reddidimus, *qualitatem sensit*: non ut ipse, *pinguedinem*, velut esset πιότητα, quod nec ipsum displicet: nam et ea gloriatur oliva Judic. IX, 9. Sensit ergo qualitatem arboris crucis, hoc est, quid illa, quanquam austerior videatur, habeat boni; vere bonorum conciliatrix ubi etiam ea aliquis peccato amisit, quemadmodum ipse Adam amiserat, postmodum per eam, et pœnitentiam ἀνάκλησιν εὑρών, *instauratus ac in integrum restitutus.*

(58) *Crucisque thesauro inferamus*, etc. Vitiosum textum correximus, notatis in margine. Significat autem ea ex divinæ Scripturæ oraculis elogia, non tam in crucem, quasi propter ipsam, quam in eum quem ipsa thesaurum suum habet et quo est pre-

Digitized by Google

Scripturæ oracula. Thesaurum vero appello crucis, Christum Filium Dei, ad quem nostra præstiterit referre ceu ex divinis eloquiis elogia, dicendo: « Omnes gentes quascunque fecisti, venient et adorabunt coram te, Domine, et glorificabunt nomen tuum; quoniam magnus es tu, et faciens mirabilia, tu es Deus solus [p]. »

πρὸς ἡμῶν ἀνατείνεσθαι λόγια, « Πάντα τὰ ἔθνη, λεγόντων, ὅσα ἐποίησας, ἥξουσι καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιόν σου, Κύριε, καὶ δοξάσουσι ὄνομά σου· ὅτι μέγας εἶ σὺ, καὶ ποιῶν θαυμάσια· σὺ εἶ ὁ Θεὸς μόνος. »

ORATIO XI.

In exaltationem venerandæ crucis.

Moveamus hodie, charissimi, labia, ut cinyram (59). « Assumamus psalterium et citharam [q]. » — « Psallamus Deo, psallamus sapienter [r]. » Canamus ea quæ ad exaltationis gloriam pertinent. Ostendamus in quot Scripturæ locis, res et vox exaltationis reperiatur, videamusque, si quo modo intelligere valeamus inde crucis exaltationem, magnam et cœlestem, ejusque inventionem non temere celebrari in Dei Ecclesiis, quæ sunt in universa terra. Exaltatur ergo crux ex terræ recessibus educta, quæ paulo ante propter invidiam celabatur. Exaltatur crux, non ut gloriam accipiat (quam enim majorem consequi posset gloriam, quam quod Christus in ea fuerit fixus?), sed ut glorificetur Deus, qui in ea adoratur, et per eam prædicatur. Exaltatur crux, ut cornu nostrum secum attollat. Exaltatur crux, ut humiliet superbum. Exaltatur crux, ut alliget fortem, et per nos vasa ejus diripiat. Exaltatur crux, ut ostendat inanem esse Judæorum invidiam, ne thesaurus vitæ in terra defossus maneat, ut nos margaritam reciplamus, quam qui Dominum crucifixerunt, vel inviti patefecerunt.

Quoniam enim fieri nequibat, ut perpetuo lateret vitæ thesaurus, multifariam vero miseri examinati, et a sua ipsorum convicti malitia, non poterant perpetuo latere oculum, qui nunquam

ΛΟΓΟΣ ΙΑ'.

Εἰς τὴν ὕψωσιν τοῦ τιμίου σταυροῦ.

Κινήσωμεν, ἀγαπητοὶ, σήμερον, ὡς κινύραν τὰ χείλη. « Ἀναλάβωμεν ψαλτήριον καὶ κιθάραν. » — « Ψάλλωμεν τῷ Θεῷ, ψάλλωμεν συνετῶς. » Ἄδωμεν τὰ τῆς ὑψώσεως ἔνδοξα. Δείξωμεν ποσαχοῦ τῆς Γραφῆς τὸ τῆς ὑψώσεως ἀναφαίνεται σχῆμα, εἴ πως ἐντεῦθεν, καὶ τοῦ σταυροῦ τὴν ὕψωσιν μάθωμεν, μεγάλην οὖσαν καὶ ὑπερκόσμιον, καὶ τὴν τούτου εὕρεσιν μὴ μάτην ἐν ταῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν Ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ τελουμένην. Ὑψοῦται τοίνυν σταυρὸς, ἀπὸ γῆς φανερούμενος, ὁ πρὸ βραχέως διὰ φθόνον κρυπτόμενος. Ὑψοῦται σταυρὸς, οὐχ ἵνα δόξαν λάβοι (τίνος γὰρ ἂν τύχοι μείζονος δόξης Χριστοῦ τοῦ ἐν αὐτῷ προσπαγέντος;), ἀλλ' ἵνα δοξασθῇ Θεὸς, ὁ ἐν αὐτῷ προσκυνούμενος, καὶ δι' αὐτοῦ κηρυττόμενος. Ὑψοῦται σταυρὸς, ἵνα τὸ κέρας ἡμῶν ἑαυτῷ συνυψώσῃ. Ὑψοῦται σταυρὸς, ἵνα ταπεινώσῃ τὸν ὑπερήφανον. Ὑψοῦται σταυρὸς, ἵνα δήσῃ τὸν ἰσχυρὸν, καὶ δι' ἡμῶν αὐτοῦ διαρπάσῃ τὰ σκεύη. Ὑψοῦται σταυρὸς, ἵνα κενὸν δείξῃ τῶν Ἰουδαίων τὸν φθόνον· ἵνα μὴ λάθῃ κατὰ γῆς ὁ θησαυρὸς τῆς ζωῆς τεθαμμένος· ἵνα τὸν μαργαρίτην ἡμεῖς ἀπολάβωμεν, ὃν οἱ σταυρωταὶ, καὶ ἄκοντες ἐφανέρωσαν.

Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἦν εἰς τέλος λαθεῖν τὸν θησαυρὸν τῆς ζωῆς, πολυειδῶς δὲ οἱ τάλανες ἐξεταζόμενοι, καὶ ὑπὸ τῆς σφῶν ἐλεγχόμενοι κακίας, λήσειν εἰς τέλος οὐκ ἔμελλον τὸν ἄπληστον [88] ὀφθαλμὸν· τί

[p] Psal. LXXXV, 9, 10. [q] Psal. LXXX, 3. [r] Psal. XLVI, 8.

VARIÆ LECTIONES.

[88] *Al.* ἄληστον.

COMBEFISII NOTÆ.

tiosa; Christum, inquam, mundi in ea talentum et pretium esse conferenda, ut vere non sistunt ea in cruce, quæ non possit, velut res inanimis, absolutum honorem: et quo se ei creatura rationalis propter ipsam, propriamque ejus excellentiam subjiciat, terminare, qua de re Theologi in p. Porro oportet vel hic terminatam primam Orat. de cruce, ut sit istud modicum cum subjuncto loco psal. ἀντὶ ἐπιφωνήματος, et quasi vice moralis reflexionis, vel desiderari multa; quibus id obiter propositum Andreas exsequatur, ac vel finiat orationem, vel sequenti conserat. Crediderim ego esse alterum, et sequentem vere alteram, ac qualem dividunt aliqui codices, edidimusque cum Gretz., sed ita tamen, ut posterior cujusdam potius continuationis rationem habeat, quam novi prorsus tractatus, eo modo quo alii aliique sermones Bernardi eodem argumento, quibus titulus: *Sermo secundus unde supra; Sermo tertius*, etc. ut τὸ, ὡς μικρῷ πρόσθεν: initio secundæ, sit ἀντὶ, *πρώην*, *Il n'y a guère*, velut superiori oratione, et paulo ante habita; forte eodem die. Quo nihil vetat eumdem iterum apud eosdem et eadem concione, ac ceu diviso sermone orare, quo vegetior auditoris animus brevitate maneat, avidiorque singula velut pauca arripiat.

(59) *Ut cinyram.* Volunt lexicographi esse instrumentum musicum, sed querulum; præcipue colligentes ab etymo et nominis derivatione, nempe ἀπὸ τοῦ κινύρομαι· quod est, *lamentor querulis vocibus*. Verum Andreas, ut lætitiæ organum assumit, sicut etiam sumitur II Mach. IV, ubi describitur altaris dedicatio, postquam gentes profanassent facta ἐν ᾠδαῖς καὶ κιθάραις καὶ κινύραις. Et XIII, post contritum inimicum, et captam tandiu infensam arcem Jerusalem, describitur triumphalis lætissimusque ingressus μετὰ αἰνέσεως, καὶ βαΐων, καὶ ἐν κινύραις καὶ ἐν κυμβάλοις, καὶ ἐν νάβλαις· velut cinyræ primum haberent locum in ejusmodi instrumentis musicis. Num vero voluerint sancti, si vere querulum organum est, eo significare, quidquid justo læti accidit, in mortali hac vita, non effusioris gaudii argumentum oportere accipi, quodque vel pro incolatus molestia, sponsique absentis tristitia secundum Deum, querulusque ad ipsum planctus, non castiget et condiat? Haud certe innoxium mel, si multum incautius editur.

Digitized by Google

ποιεῖ ὁ Θεὸς, ὁ ἐν αὐτῷ καὶ δι' αὐτοῦ τὴν παγκόσμιον σωτηρίαν τῆς γῆς ἐν μέσῳ κατεργασάμενος; » Τῇ μὲν βασιλίδι, ὡς μικρῷ πρόσθεν ἔφαμεν, πόθον ἐνίησι ζέοντα· τοῖς δὲ, φόβον ἐμβάλλει, ὅλην αὐτῶν ἐκταράσσοντα τὴν ζωήν. Οἱ δ' ἐπειδὰν τῆς ἐρεύνης τὸ ἀπαραίτητον εἶδον, ἑκούσιον τὸ ἀβούλητον δείξαντες, πεφανερώκασι τὸ πολυτίμητον τοῦ Δεσπότου σημεῖον. Ὁ δὲ προῆλθεν, ὥσπερ ἐξ ἄλλου τινὸς στερεώματος τῶν τῆς γῆς ὑποχθονίων ἡλίου δίκην, τὰς Δεσποτικὰς ἐξαστράπτων ἀκτῖνας. Προῆλθε τοίνυν ἐκ τῆς γῆς ἀδύτων, τὸ τοῦ Δεσπότου σημεῖον, δι' οὗ κευθμῶνες ᾅδου κατασεισθέντες, ψυχὰς τὰς αὐτόσε κατεχομένας ἀπολελύκασι. Προῆλθεν ὡς ἐκ παστάδος νυμφίος, τῶν χοϊκῶν θαλάμων, ὁ τοῦ Κυρίου σταυρὸς, δι' οὗ τῷ Χριστῷ νυμφευθεῖσα ἡ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησία, τὴν πολύγονον Ἑλλήνων ἀθεΐαν ἀπέθετο. Προῆλθεν ὁ νοητὸς τῶν πιστῶν μαργαρίτης, τῷ στεφάνῳ τοῦ Χριστοῦ, λυχνίτου δίκην ἐμπεπορπημένος, ἵνα καταστράψῃ τὴν σύμπασαν οἰκουμένην. Προῆλθεν ὁ κόσμος τῆς Ἐκκλησίας, ὁ τοῦ Κυρίου σταυρὸς, ὅλην αὐτὴν κοσμήσων τὴν περίγειον κτίσιν. Προῆλθεν ὡς ἐκ φρουρᾶς ὁ ἀνεύθυνος, ἵνα τοὺς ὑπευθύνους ἀνακαλέσηται· ἐκ τῶν δεσμῶν, ὁ ἀκράτητος, ἵνα τοὺς δεσμίους λυτοὺς ἀπεργάσηται· ἐκ τῶν σκοτεινῶν χωρίων, τοῦ φωτὸς ἡ λυχνία, ἵνα τὴν νύκτα λύσασα τῆς ἀγνωσίας, τὸ φῶς ἐκλάμψῃ τῆς ἐπιγνώσεως.

A clauditur, quid facit Deus, qui in cruce, et per crucem universi mundi « salutem in medio terræ operatus est »? » Imperatrici quidem, ut paulo ante diximus, ardens immittit desiderium : illis autem timorem incutit, qui totam illorum vitam conturbaret. Illi vero, cum viderent fieri non posse ut ab inquisitione [crucis latentis] desisteretur, ostendentes se sua sponte facere, quod faciebant inviti, imprimis venerandum Domini signum manifestarunt. Illa autem, tanquam ex alio quodam processit firmamento : nempe ex terræ penetralibus, instar solis Dominicos radios emittens. Processit itaque e terræ adytis Domini signum, per quod inferorum concussæ cavernæ, absolverunt animas, quæ illic detinebantur. Processit B tanquam ex cubili sponsus, e terrenis thalamis crux Domini, per quam Christo desponsata, quæ ex gentibus Ecclesia est, deposuit multiplicem gentilium impietatem. Processit intelligibilis illa fidelium margarita, coronæ Christi instar lychni : tis gemmæ ac carbunculi (60) infixa, ut universum terrarum orbem irradiet. Processit ornamentum Ecclesiæ, crux Domini, ut universam terrestrem naturam condecoret. Processit tanquam ex custodia insons, ut sontes revocaret ex vinculis, quæ teneri nequit et vinciri, ut vinctos vinculis exsolveret ; ex tenebricosis locis lucerna lucis, ut disjecta ignorantiæ nocte, lux cognitionis affulgeret.

Εἰκότως οὖν ἡ Ἐκκλησία τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου συγχαίρουσα, τὸν ἑαυτῆς χιτῶνα στολίζεται, καὶ τὸ νυμφικὸν ἐκκαλύπτουσα κάλλος, ἀποσεμνύνει τῆς ἡμέρας τὸ πρόσωπον. Εἰκότως καὶ ὁ πολὺς οὗτος λαὸς συναγήγερται σήμερον, ἵνα καὶ τὸν σταυρὸν φανερωθέντα θεάσηται σήμερον, καὶ τὸν Χριστὸν ἐν αὐτῷ συνυψούμενον προσκυνήσῃ θεώμενος. Ἐφανερώθη γὰρ, ἵνα ὑψωθῇ· ὑψοῦται δὲ, ἵνα φανερωθῇ. Τίς; Ὁ πρὸ μικροῦ μὲν ἐν τόπῳ κρανίου κρυπτόμενος, πανταχοῦ δὲ νῦν προσκυνούμενος. Τοῦτον ἑορτάζομεν σήμερον· τοῦτον πανηγυρίζομεν· τοῦτο τῆς παρούσης ἑορτῆς τὸ κεφάλαιον. Τοῦτο ἡ τοῦ μυστηρίου φανέρωσις. Ἀλλ' ὥρα λοιπὸν, καὶ τὴν ὕψωσιν αὐτοῦ τοῦ σταυροῦ Γραφικαῖς μαρτυρίαις πιστώσασθαι. Τοῦτο γὰρ μικρῷ πρότερον ὑπεσχόμεθα, κἂν ὅτι προδραμὼν ὁ λόγος, τὰ ἐν μέσῳ παρῆκεν. Ἔδει γὰρ, ἔδει φανερὸν γενέσθαι τὸ

C Jure igitur Ecclesia, cruci Domini gratulans, veste sua amicitur, et sponsæ ostentans pulchritudinem, diei hujus cohonestat præsentiam. Merito etiam ingens hæc multitudo hodie congregata est, ut et crucem patefactam hodie contempletur, Christumque simul in illa exaltatum videns adoret (61). Patefacta enim est, ut exaltetur : exaltatur vero ut manifestetur. Quænam? Illa videlicet, quæ paulo ante in loco Calvariæ absconditabatur, nunc autem ubique adoratur. Huic hodie festum diem dedicamus; hujus gratia in unum convenimus. Hoc præsentis festi caput est; hæc mysterii declaratio. Sed jam tempus monet ut exaltationem ipsius crucis Scripturæ testimoniis confirmemus. Hoc enim paulo superius polliciti sumus, etiamsi præcurrens oratio, ea quæ in medio erant, præter- D iit. Oportebat enim, oportebat absconditum et

[a] Psal. LXXIII, 12.

COMBEFISII NOTÆ.

(60) *Instar lychnitis gemmæ et carbunculi.* Δίκην λυχνίτου. Sic apte cohæret priori illi quod explicat προῆλθεν ὁ τῶν πιστῶν νοητὸς μαργαρίτης. Minus vero ut reddiderat Gretzerus : *Instar lampadis.* Inaudita certe metaphora, ut dicatur lampas infigi regiæ coronæ, seu etiam aliquid in modum lampadis; ac non magis lapis pretiosus, maxime carbunculus, totus emicans fulgorem igneum, qualem Græca vox exprimit.

(61) *Videns adoret.* Προσκυνήσῃ θεώμενος. Ita C. Marg. quæ lectio visa est probatior. Videns nimirum crucem exaltatam, et palam expositam adorationis causa, in ea fidei oculis Christum videat, et una adoret; quæ est ratio festi Exaltationis crucis, ante ejus etiam reductionem a Perside, eo nomine celebris; ut velut ἐγκαινισμὸς et triumphalis dies, ab ipsa inventa, semper Ecclesiis fuerit; aucta tamen plurimum religione, a secunda illa ejus positione per Heraclium Hierosolymis. Refert Andreas ad ipsa Constantini tempora hunc ritum elevandæ crucis, et exhibendæ populo ad adorationem; quo modo etiamnum Taurini sacrum sudarium, aliisque locis sacra alia pignora, manibus pontificum quandoque monstrantur.

Digitized by Google

vitale illud lignum patefieri et e sublimi, instar civitatis super montem positæ, vel instar lucernæ super candelabrum elatæ, universo mundo demonstrari.

Ea de causa, cum primi primitus Christiani, prima regni sceptra suscepissent, totius pariter Ecclesiæ triumpho, velut ex edita quadam specula, jusserunt eam in altum extolli, et ostendi toti cœtui. Et hoc est quod nunc faciunt qui clavum susceperunt pontificium. In excelsum Ecclesiæ locum conscendentes, et hanc gloriosissimam et maxime adorandam crucem in altum extollentes, elevant, et sæpe in sublime extendentes, populis ostendunt, tantum non clamantes : Ecce inventus est qui absconditus fuerat, sacer thesaurus. Ecce signaculum, in quo signati sumus. Ecce crux, per quam Crucifixo cogniti sumus (62). Ecce cornu, « in quo inimicos nostros ventilabimus [t]; » in quo pedicas et plagas inimici sine damno pertransimus, quo confisi, « ictus dæmonum, infantium jacula [u] » arbitramur. Ecce hodie « ante oculos ex adverso vitam pendentem [v] » conspicamur. Audiamus ergo Prophetam : « Exaltate Dominum Deum nostrum, et adorate scabellum pedum ejus, quoniam sanctum est [x] (63). » Canamus cum Davide Davidica modulamina : « Exaltare super cœlos, Deus, et super omnem terram gloria tua [y]. » — « Exaltare qui judicas terram [z]. » — « Exaltetur manus tua [a]. » — « Firmetur manus dextera tua, et exaltetur manus tua [b]. » — « Ne obliviscaris pauperum tuorum in finem [c]. » — « Sed in beneplacito tuo exaltetur cornu nostrum [d]. » Ingrediamur in ipsum Scripturarum paradisum. Decerpamus et mutuemur inde, tanquam flores, ea, quæ huic tempori sunt opportunissima. Accipiamus viæ duces prophetas, qui de crucis exaltatione vaticinati sunt.

Sit autem primus Moses famulus Dei et legislator, qui [e] æneum illum serpentem exaltavit, non ut glorificaretur, sed ut publice notaretur (64), et ut inter æris rubiginem, vitiique virus collatione instituta, veluti in judicio, ostenderet æris cum malo convenientiam. Exaltatus est igitur æreus ille serpens, non ut præfiguratio vel figura crucis, sed ut typi antitypus, vel typus metaphorice acceptus. Elevavit et ipse Moyses aliquando manus [f],

κεκρυμμένον καὶ ζωηρὸν ἐκεῖνο ξύλον, ἐν μετεώρῳ καθάπερ τινὰ πόλιν ἐπ' ὄρους κειμένην, ἢ λύχνον ἐπὶ λυχνίαν ὑψηλὴν τεθῆναι τῷ σύμπαντι.

Οὗ δὴ χάριν, οἱ πρῶτοι πρῶτον Χριστιανῶν τὰ πρῶτα τῆς βασιλείας ἀνελόμενοι σκῆπτρα, ἐπὶ θριάμβου πάσης ὁμοῦ τῆς Ἐκκλησίας, ὥσπερ ἐκ τινος ὑψηλόφρου σκοπιᾶς ἐπιτετράφασι τοῦτο μετάρσιον αἴρεσθαι, καὶ ἅπαντι τῷ πληρώματι διαδείκνυσθαι. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὅπερ νῦν οἱ τῶν ἀρχιερατικῶν οἰάκων ἐπειλημμένοι ποιοῦσιν. Ἐπὶ τὸν ὑπερβάθμιον τόπον τῆς Ἐκκλησίας ἀνιόντες, καὶ τὸν ὑπερένδοξον τουτονὶ καὶ πολυπροσκύνητον σταυρὸν εἰς ὕψος ἀνέχοντες, ὑψοῦσί τε, καὶ πολλαχοῦ ἐπὶ μετεώρου προσανατείνοντες, τοῖς λαοῖς ἐπιδείκνυνται, μόνον οὐχὶ βοῶντες· Ἰδοὺ τὸ κεκρυμμένον εὕρηται τῆς σωτηρίας θησαύρισμα. Ἰδοὺ ἡ σφραγίς, ἐν ᾗ ἐσφραγίσθημεν. Ἰδοὺ ὁ σταυρός, δι' οὗ τῷ Σταυρωθέντι ἐγνώσθημεν. Ἰδοὺ τὸ κέρας, « ἐν ᾧ τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν κερατιοῦμεν· » ἐν ᾧ τοῦ ἐχθροῦ τὰς παγίδας ἀβλαβῶς διαβαίνομεν· ἐν ᾧ πεποιθότες, « νηπίων βέλη τὰς πληγὰς τῶν δαιμόνων » ἡγούμεθα. Ἰδοὺ σήμερον ὁρῶμεν « τὴν ζωὴν κρεμαμένην ἀπέναντι. » Ἀκούσωμεν οὖν τοῦ προφήτου λέγοντος· « Ὑψοῦτε Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν, καὶ προσκυνεῖτε τῷ ὑποποδίῳ τῶν ποδῶν αὐτοῦ, ὅτι ἅγιόν ἐστιν. » Εἴπωμεν μετὰ τοῦ Δαβὶδ, τὰ τοῦ Δαβὶδ τερετίσματα· « Ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανούς, ὁ Θεὸς, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα σου. » — « Ὑψώθητι, ὁ κρίνων τὴν γῆν. » — « Ὑψωθήτω ἡ χείρ σου. » — « Κραταιωθήτω ἡ δεξιά σου· ὑψωθήτω ἡ χείρ σου. » — « Μὴ ἐπιλάθῃ τῶν πενήτων σου εἰς τέλος. » — « Ἀλλ' ἐν τῇ εὐδοκίᾳ σου, ὑψωθήτω τὸ κέρας ἡμῶν. » Εἰσέλθωμεν εἰς αὐτὸν τὸν τῆς Γραφῆς παράδεισον. Ἐρανισώμεθα, καθάπερ ἄνθη, τὰ τῷ καιρῷ χρησιμώτατα. Λάβωμεν ὁδηγοὺς τοὺς προφήτας, τοῦ σταυροῦ τὴν ὕψωσιν μηνύοντας.

Καὶ πρῶτος ἡμῖν ἀγέσθω ὁ Μωσῆς, ὁ τοῦ Θεοῦ θεράπων καὶ νομοθέτης, τὸν χαλκοῦν ἐκεῖνον ὑψώσας ὄφιν· οὐχ ἵνα δοξασθῇ, ἀλλ' ἵνα στηλιτευθῇ, καὶ τῷ ἰῷ τοῦ χαλκοῦ, τὸν ἰὸν τῆς κακίας, ἀντιπαραθεὶς, ὡς ἐν συγκρίσει, τὸ τοῦ χαλκοῦ παραδείξῃ διάλληλον. Ὑψώθη οὖν ὁ χαλκοῦς ἐκεῖνος ὄφις, οὐχ ὡς προτύπωσις ἢ τύπος ὢν τοῦ σταυροῦ, ἀλλ' ὡς τύπου ἀντίτυπος, ἢ τύπος τροπικῶς λαμβανόμενος. Ὕψωσε καὶ αὐτὸς Μωϋσῆς τὰς χεῖράς ποτε εἰς τύπον τοῦ

[t] Psal. XLIII, 6. [u] Psal. LIV, 22. [v] Deut. XXVIII, 66. [x] Psal. XCVIII, 5. [y] Psal. CVII, 6. [z] Psal. XCIII, 2. [a] Psal. X, 12. [b] Psal. LXXXVIII, 14. [c] Psal. LXXIII, 19. [d] Psal. LXXXVIII, 18. [e] Num. XXI, 9. [f] Exod. XVII, 11.

COMBEFISII NOTÆ.

(62) *Per quam crucifixo cogniti sumus.* Τῷ σταυρωθέντι ἐγνώσθημεν. Scientia approbationis, ipsi, qui Deus ipse sit, ea conciliati.

(63) *Quoniam sanctum est.* Ὅτι ἅγιόν ἐστι. Altera orat. est ἅγιος, ut n. 16 notavimus. Num voluerit Andreas utramque lectionem exprimere, vel altero loco mendum irrepserit, non possum asserere.

(64) *Sed ut publice notaretur.* Ἵνα στηλιτευθῇ Explicuimus, n. 12. Solum superesse videtur τὸ, ἢ τύπος τροπικῶς λαμβανόμενος. Quod Grets. reddit : *Typus metaphorice acceptus.* Quanquam vero retinemus, ut qui non edimus novam versionem, potius tamen fuerit, *typus moraliter.* Velut dicat fuisse antitypum typi, ac figuram, figuræ adversam, sive figuram peccati crucifixi, quæ est moralis crucifixio, quam in nobis futuram, Christi crucifixione, velut ipse, ceu vetus Adam, in crucem per Christum actus, concomitanter, ut vocant, præsignarit.

Digitized by Google

σταυρωθέντος Χριστοῦ, καὶ τοῦ νῦν ὑψωμένου σταυροῦ. « Στήτω ἥλιος κατὰ Γαβαών, καὶ ἡ σελήνη κατὰ φάραγγα Αἰλών, » καταναλίσκων Ἰησοῦς ποτε τὸν Ἀμαλὴκ ηὔχετο, οὐχ ἵνα μόνον τοῦ σταυροῦ τὴν ἡμέραν, καθ' ἣν τὸ σκότος ἐφ' ὅλην τὴν γῆν ἐξετάθη μηνύσῃ, οὐδ' ἵνα τὸ τῆς δυνάμεως ὕψος τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸν κατ' ἐχθρῶν ὑψωθέντα βραχίονα κατ' ἐκείνην πιστώσηται τὴν ἡμέραν, ἀλλ' ἵνα καὶ τοῦ σταυροῦ τὴν ὕψωσιν προμηνύσῃ, καὶ τὴν ἐν αὐτῷ τοῦ Ἡλίου τῆς δόξης ἄνοδον προτυπώσῃ. Προσάγει καὶ Ἀβραὰμ εἰς τύπον τοῦ μυστικοῦ θύματος τὴν θυσίαν, ἀλλὰ τῇ ἐξ ὕψους φωνῇ παραχρῆμα πεισθείς, τὸν ἐν φυτῷ Σαβὲκ ὁραθέντα κριὸν, ἐν ὑψηλῇ τοῦ ὄρους περιωπῇ συμβολικῶς ἔθυσε, τὴν ἐφ' ὕψους τοῦ σταυροῦ προτυπούμενος ἔπαρσιν.

Ἦράν ποτε εἰς ὕψος τὰς χεῖρας οἱ περὶ Ἀζαρίαν ἐν τῷ τῆς Βαβυλωνίας καμίνου πυρὶ, προσευχόμενοι, καὶ τὴν εἰς ὕψος ἀρθεῖσαν φλόγα τοῦ πυρὸς τῆς καμίνου κατέσβεσαν· τῇ τῶν χειρῶν ἐκτάσει, τὸν ὑφούμενον σταυρὸν σχηματίζοντες. Ὕψωσέ ποτε Ἰωνᾶς τὴν φωνὴν, σταυροειδῶς ὑψώσας τὰς χεῖρας, καὶ τὴν ἐξ ὕψους αὐτίκα δύναμιν ἐπεσπάσατο, ἐξεμεθεὶς τοῦ θηρίου ἀλωβήτως. Ὕψωσέ ποτε τὸν ἀκινάκην Ἰουδὴθ ἡ περιβόητος κατὰ τῆς Ὀλοφέρνου κεφαλῆς καθεύδοντος, τοῦ σταυροῦ προτυποῦσα τὴν ὕψωσιν, καὶ τὴν σωτηρίαν τῷ Ἰσραὴλ κατειργάσατο. Ὕψωσεν ἐν λάκκῳ λεόντων ποτὲ Δανιὴλ τὴν φωνὴν πρὸς τὸν Ὕψιστον, τοῦ σταυροῦ τὴν ὕψωσιν προτυπῶν, ὅτε τὸ ἄριστον ὁ προφήτης Ἀμβακοὺμ αὐτῷ προσηγάγετο διαρπασθεὶς ἐν ῥοπῇ. Τί δὲ τῷ Ἱερεμίᾳ δοκεῖ, λέγοντι ἐκ προσώπου Κυριοκτόνων, « Δεῦτε καὶ ἐμβάλωμεν, λεγόντων, ξύλον εἰς τὸν ἄρτον αὐτοῦ, καὶ ἐκτρίψωμεν ἀπὸ γῆς τὴν ζωὴν αὐτοῦ; » Τί δὲ τοῦ Ἡσαΐου βούλεται τὰ παραπλήσια, λέγοντος, πῇ μέν· « Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἦχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείραντος αὐτὸν, ἄφωνος· » καὶ, « Ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη, ὅτι αἴρεται ἀπὸ γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ· » πῇ δὲ, « Καὶ αὐτὸς ἁμαρτίας πολλῶν ἀνήνεγκε. » Ποῦ, εἰ μὴ ἐν τῷ τοῦ σταυροῦ ξύλῳ; εἰς ὃν καὶ τὸν ἄρτον ἐμπερονήσαντες, οὐ μεθῆκαν, εἰ μὴ καὶ εἰς ὕψος ἀνέθεσαν, εἰς μαρτύριον τῶν ὁρώντων, καὶ τύπον τῆς προκειμένης ὑψώσεως. Τοῦτο δὲ τί ποτ' ἂν εἴποιμεν εἶναι, ἢ τοῦ σταυροῦ τὴν ὕψωσιν καὶ ἀνάδειξιν; ὥσπερ καὶ τὴν τοῦ προβάτου σφαγὴν, ἀνε[νε]χθέντος ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, καὶ προσπήξαντος τοῦ κύσμου τὰς ἁμαρτίας, ᾧ καὶ αὐτῷ τοῦ σταυροῦ τὴν ὕψωσιν καταφανῶς παραδείκνυσι. Καὶ ἄλις τὰς Γραφικὰς μαρτυρίας ἐπάγειν, τοῦ σταυροῦ προαναφωνησάσας τὴν ὕψωσιν, ὡς ἂν μὴ προσκορὴς ὁ λόγος γένοιτο τοῖς πολλοῖς.

Ἡμεῖς δὲ, τὸν Χριστὸν ἐν αὐτῷ προσκυνοῦντες, κατανοῶμεν τῆς αὐτοῦ δυνάμεως τὸ μέγεθος, καὶ ὅσα δι' αὐτοῦ περὶ ἡμᾶς οἰκονόμηται θαύματα, καθά

in figuram crucifixi Christi, et ejus, quæ nunc exaltatur crucis. « Stet sol contra Gabaon, et luna contra vallem Ailon [g], » precatus est quondam Jesus consumens Amalec : non tantum ut crucis diem, qua tenebræ super universam terram diffusæ sunt [h], prænotaret, neque ut die illo confirmaret altitudinem potentiæ Dei, et brachium adversus hostes elevatum, sed ut et crucis exaltationem præsignificaret, et in ea ejus qui sol gloriæ est, ascensum præfiguraret. Offert et Abraham [i] in figuram mysticæ victimæ sacrificium : sed continuo voci ex alto demissæ obtemperans, arietem, quem in planta Sabec (65) viderat, in excelso montis fastigio symbolice sacrificavit, præfigurans crucis in altum elationem.

Sustulerunt olim manus in altum, Azarias et socii in Babyloniæ fornacis [j] ne precantes, et elatam in altum ignis flammam exstinxerunt, manuum extensione crucem exaltatam adumbrantes. Elevavit aliquando Jonas vocem [k], manibus in crucis formam sublatis, et statim virtutem ex alto attraxit, sine noxa ex bellua ejectus. Elevavit aliquando celeberrima illa Judith [l] acinacem in Holophernis dormientis caput, crucis præfigurans exaltationem, salutemque Israeli peperit. Elevavit aliquando in lacu leonum Daniel vocem ad Altissimum, crucis exaltationem prædelineans [m], quando prandium propheta Habacuc attulit, in momento temporis raptus. Et quænam sententia Jeremiæ, ex persona eorum qui Dominum occiderunt, dicentis : « Venite, mittamus lignum in panem ejus, et deleamus de terra vitam ejus [n]. » Quid autem illa Isaiæ sibi volunt his similia, dicentis, alicubi quidem : « Tanquam ovis ad occisionem ductus est, et quasi agnus coram tondente se, mutus [o]. » Et, « In humilitate ejus judicium ejus sublatum est, quoniam tollitur de terra vita ejus [p] : » alicubi vero : « Et ipse peccata multorum tulit [q]. » Ubi, nisi in crucis ligno? in qua et panem cum affixissent, non prius dimiserunt quam in altum erexissent, in testimonium spectatorum et in figuram hodiernæ exaltationis. Hoc vero quid aliud esse censebimus, quam crucis exaltationem et ostensionem : sicut et occisionem ovis in crucem sublatæ, et affigentis peccata mundi quo ipso crucis exaltationem perspicue demonstrat. Et satis quidem fuerit hactenus adduxisse Scripturæ testimonia, quæ crucis exaltationem prænuntiarunt, ne forte multis oratio tædium et satietatem afferat.

Nos vero Christum in illa adorantes, intelligamus potentiæ ejus magnitudinem, et quanta per illam circa nos, divina dispensatione, sint perpe-

[g] Jos., x, 12. [h] Matth. xxvii, 45. [i] Gen. xxii, 13 seqq. [j] Dan. iii, 24. [k] Jonæ ii, 2. [l] Judith, xiii, 9. [m] Dan. xiv, 30. [n] Jerem. xi, 19. [o] Isa. liii, 7. [p] ibid. 8. [q] ibid. 12.

COMBEFISII NOTÆ.

(65) *In planta Sabec.* Ita LXX, ubi Vulg. *Inter tepres hærentem*, etc., in quem vocem ad eum locum Gen. xxii Nobilius et alii, ipseque Andreas priori orat ut n. 17.

Digitized by Google

trata miracula, sicut dicit divinissimus David : « Deus noster Rex ante sæcula, operatus est salutem in medio terræ [r]. » Quod autem in medio terræ Calvariæ locus situs sit, nemo dubitet. Necesse erat, ut quasi in plani circuli descriptione, infigeretur in medio universæ terræ salutare signum ut velut alter e cœlo resplendens sol, justitiæ ille medio cœlo Sol invectus tanquam ex quodam crucis firmamento, lucifluos suos radios, occidens in cruce, vibraret illis qui *in terræ pulvere* (66) detinebantur [s]. Crux hæc et lignum aspectabile est, et signum crebro in Scriptura appellatur. Quid enim est, quod David ait ? « Fac mecum signum in bonum [t]. » Et : « Signetur super nos lumen vultus tui, Domine [u]. » Et : « Dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant a facie arcus [v] ; » vel quod ipse Dominus in Evangelio clamat : « Et tunc videbunt signum Filii Dei [x]. » Et ante hæc : « Signum quærit generatio ista; et signum non dabitur eis, nisi signum Jonæ prophetæ [y] ; » quod et ipsum per crucem demonstratur. Symeon autem, qui Deum ulnis tulit, Virginem benedicens, quando Deum sub imagine infantis excepit, quid sibi vult his verbis : « Hic positus est in ruinam et in resurrectionem multorum in Israel, et in signum, cui contradicetur [z] ? » Nonne crucem (67) signi nomine perspicue significavit ?

Quin et virtus crux nominatur. Quid enim dicit David? « Notam fecisti in populis virtutem tuam [a]. » Sed et brachium : « Redemisti in brachio tuo populum tuum [b]. » Quod autem Christi virtus sit crux, audi Paulum dicentem : « Verbum crucis, pereuntibus quidem stultitia est, nobis autem qui salvamur, virtus Dei est [c]. » Audi vero et ipsum Christum dicentem ad Moysem : « Indurans indurabo cor Pharaonis, ut ostendam in illo omnem virtutem meam [d], » virtutem hic significans eam, quæ per virga n Moysis, non sine crucis typo , demonstrata fuit, multorum utique mirabilium effectricem, per quam admiranda sua illa prodigia exhibebat. Sic nos de cruce sentire et existimare edocti sumus; sic populum fidelem perpetuo adhortamur colere et venerari crucem. Per illam enim quasi per sagenam captæ sunt gentes, ac fides ubique disseminata est. Hac cum Christi discipuli, tan-

A φησι Δαβὶδ ὁ θειότατος· « Ὁ Θεὸς ἡμῶν βασιλεὺς πρὸ αἰώνων, εἰργάσατο σωτηρίαν ἐν μέσῳ τῆς γῆς. » Ὅτι δὲ ἐν μέσῳ τῆς γῆς ὁ Κρανίου κατεστήρικται τόπος, ἀμφιβαλλέτω μηδείς. Ἔδει γὰρ ὥσπερ ἐν ἐπιπέδῳ κύκλου διαγραφῇ κατὰ μέσης τῆς γῆς ἁπάσης ἐμπαγῆναι τὸ σωτήριον ξύλον, ἵν' ὡς ἄλλος τις οὐρανοφεγγὴς ἥλιος, ὁ τῆς δικαιοσύνης μεσουρανῶν Ἥλιος, οἷον ἔκ τινος τοῦ σταυροῦ στερεώματος, τὰς ἑαυτοῦ φωτοειδεῖς ἀκτῖνας, καὶ τοῖς « ἐν γῇ χώματος [ss] » κατεχομένοις, δύνας, ἐν τῷ σταυρῷ καταλάμψειεν. Οὗτος ὁ σταυρὸς καὶ ξύλον ἐστὶν ὁρατὸν, καὶ σημεῖον παρὰ τῇ Γραφῇ πολλαχοῦ καλεῖται. Τί γάρ ἐστιν ὃ φησιν ὁ Δαβίδ· « Ποίησον μετ' ἐμοῦ σημεῖον εἰς ἀγαθόν. » Καί, « Σημειωθήτω ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, Κύριε. » Καί,

B « Ἔδωκας τοῖς φοβουμένοις σημείωσιν τοῦ φυγεῖν ἀπὸ προσώπου τόξου, » ἢ ὅπερ καὶ αὐτὸς Κύριος ἐν Εὐαγγελίοις βοᾷ· « Καὶ τότε ὄψονται τὸ σημεῖον τοῦ Θεοῦ. » Καὶ πρὸ τούτου· « Σημεῖον ἐπιζητεῖ ἡ γενεὰ αὕτη, καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτοῖς, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου, » ὃ καὶ αὐτὸ διὰ τοῦ σταυροῦ παραδείκνυται; Συμεὼν δὲ τὴν Παρθένον εὐλογῶν, ὁ θεοδόχος, ὅτε τὸν νηπιοφανῆ Κύριον ὑπεδέξατο, τί βούλεται λέγων· « Οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ εἰς σημεῖον τὸ ἀντιλεγόμενον; » Οὐ τὸν

C σταυρὸν διὰ τοῦ σημείου τρανῶς παρυπέφηνεν;

Ἀλλὰ καὶ δύναμις ὁ σταυρὸς καλεῖται. Τί γάρ φησιν ὁ Δαβίδ; « Ἐγνώρισας ἐν τοῖς λαοῖς τὴν δύναμίν σου. » Ἀλλὰ καὶ βραχίων· « Ἐλυτρώσω ἐν τῷ βραχίονί σου τὸν λαόν σου. » Ὅτι δὲ καὶ δύναμις Χριστοῦ ὁ σταυρὸς, ἄκουε Παύλου λέγοντος· « Ὁ λόγος τοῦ σταυροῦ, τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις μωρία ἐστίν· τοῖς δὲ σῳζομένοις ἡμῖν, δύναμις Θεοῦ ἐστιν. » Ἄκουσον δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ πρὸς Μωσῆν λέγοντος· « Σκληρύνων σκληρυνῶ τὴν καρδίαν Φαραὼ, ἵν' ἐνδείξωμαι ἐν αὐτῷ πᾶσαν τὴν δύναμίν μου· » δύναμιν ἐνταῦθα λέγων, τὴν διὰ τῆς ῥάβδου Μωσέως εἰς τύπον τοῦ σταυροῦ προδειχθεῖσαν, παντοδύναμον ἔνδειξιν, δι' ἧς τὰ παράδοξα τῶν τεραστίων αὐτοῦ παρεδείκνυ. Οὕτως ἡμεῖς περὶ τοῦ σταυροῦ, καὶ νοεῖν καὶ φρονεῖν δεδιδάγμεθα. Οὕτω τὸν πιστὸν λαὸν τοῦ Θεοῦ τιμᾷν τὸν σταυρὸν, καὶ σεβάζεσθαι δι' ὅλου προτρέπομεν. Δι' αὐτοῦ γὰρ ἐσαγηνεύθη τὰ ἔθνη· ἡ πίστις πανταχοῦ κατεσπάρη. Τούτῳ γὰρ οἱ Χριστοῦ μαθηταὶ,

D

[r] Psal. LXXIII, 12. [s] Dan. XII, 2. [t] Psal. LXXXV, 17. [u] Psal. IV, 7. [v] Psal. LIX, 6. [x] Matth. XXIV, 30. [y] Matth. XII, 39. [z] Luc. II, 34. [a] Psal. LXXVI, 15. [b] ibid. 16. [c] I Cor. I, 18. [d] Exod. IV, 21 ; VII, 3 ; IX, 12.

VARIÆ LECTIONES.

[ss] Vide 16. γῆς χώμασι, ut apud Dund.

COMBEFISII NOTÆ.

(66) *In terræ pulvere.* Ἐν γῇ χώματος. Verba sunt Danielis paululum commutata. Velut dicat, *in terra aggesta, et tumulis terræ*, quomodo Gretz. reddiderat. Sic porro detentis et dormientibus illuxit Sol ille occidens in cruce, cum animas exspectantes ejus redemptionem, claustris inferni disruptis, ac vectibus confractis victor ipse per crucem, Dominus Jesus, carcere eduxit.

(67) *Nonne crucem*, etc. Sic plane legendum interrogative series tota exigit, eoque mutavimus τὸ, οὖ, in οὐ · adjecta nota interrogationis. Gretzerus vero : *Cujus signum*, etc.,sed nulla cohærentia. Paulo etiam superius τὸ, ἧ, quod ipse comparativum facceperat, accepimus ipsi disjunctivum, quomodo accipiendum vidisset ipse Gretzerus, si locos inter quos medium ponitur, et quibus eodem modo crux, signi nomine non nihil obscurius et symbolice designatur, tantillum attendisset. Sic sane interpretes, innumera contra judicium peccant.

Digitized by Google

καθάπερ ἀρότρῳ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν τὴν ἄγονον γεωργήσαντες, ἀειθαλῆ τε τῆς Ἐκκλησίας τὰ λήϊα δείξαντες, πολύχουν τῶν εἰς Χριστὸν πεπιστευκότων τὸν ἄμητον ἐκομίσαντο. Τούτῳ ῥωννύμενοι μάρτυρες, καὶ πίπτοντες, τοὺς βάλλοντας ἔτυπτον. Δι' αὐτοῦ Χριστὸς ἐπεγνώσθη, καὶ τῶν πιστῶν ἡ Ἐκκλησία διὰ παντὸς τὴν Γραφὴν ἀναπτύξασα, τὸν αὐτὸν εἰσάγει Χριστὸν τὸν τοῦ Θεοῦ Υἱὸν, καὶ αὐτόθεον καὶ αὐτοκύριον, μεγαλοφώνως ἐμβοῶντα· « Εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι. » Δι' αὐτοῦ τὰ τῶν Χριστιανῶν ἄνθεϊ, καὶ πανταχοῦ ἐπεκτείνεται. Δι' αὐτοῦ βασιλεία κρατύνεται, πολιτεία στηρίζεται, πολέμιοι πίπτουσι, ὀφρὺς Βαρβάρων ἀλίσκεται, Ἰσραὴλ κατασφάττεται, κεραυνοῦνται δαίμονες· ὅτι ἐν αὐτῷ καὶ δι' αὐτοῦ πιστεύομεν σώζεσθαι, καὶ αὐτός ἐστι τὸ « σημεῖον τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου· » καὶ, « Ἐν αὐτῷ πᾶσα σὰρξ, » κατὰ τὸ γεγραμμένον, « ὄψεται τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. » Καὶ, « Ὄψονται οἱ Ἰουδαῖοι [καὶ κόψονται] εἰς ὃν ἐξεκέντησαν. » Ἡμεῖς δὲ, ὅσοι τῷ φωτὶ αὐτοῦ ἐπορεύθημεν, σὺν αὐτῷ δοξασθησόμεθα, καὶ συμβασιλεύσομεν τῷ Θεῷ, τῇ Τριάδι σὺν ἀγγέλοις περιχορεύοντες· τῇ ἐν Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, καὶ ἁγίῳ Πνεύματι προσκυνουμένῃ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A quam aratro, infecundam hominum naturam coluissent, et uberem virentemque Ecclesiæ segetem effecissent, eorum, qui in Christum crediderunt magnam messem reportarunt. Hac confirmati martyres, cum etiam caderent ac occiderentur (68) incessentes ferientesque, verberabant. Per illam Christus agnitus est, fideliumque Ecclesia Scripturam perpetuo evolvens, eumdem inducit Christum Dei Filium, et ipsum per se Deum, ipsumque per se Dominum, magna voce clamantem : « Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me [a]. » Per ipsam florent res Christianorum, et in omnem partem propagantur. Per ipsam regum imperium firmatur, respublica stabilitur, cadunt hostes, supercilium Barbarorum deprimitur, Ismael interficitur, dæmones fulmine percelluntur, quoniam in ipsa et per ipsam nos salvos fore credimus; estque ipsa « Signum Filii hominis [f] ; » atque in ea, sicut scriptum est : « Videbit omnis caro salutare Dei nostri [g]; » et : « Videbunt Judæi, et plangent, in quem confixerunt [h] ! » Nos vero, qui in lumine ejus ambulamus, cum ipsa glorificabimur, et regnabimus simul cum Deo, circa Trinitatem cum angelis choreas ducentes : quæ adoratur in Patre, et Filio et Spiritu sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum Amen.

ΛΟΓΟΣ ΙΒ'.

Εἰς τὴν κοίμησιν τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου.

ORATIO XII.

In dormitionem sanctissimæ Deiparæ Dominæ nostræ. (69)

(Interprete Combefisio.)

Ὅσοι τὸ σεπτὸν τοῦτο τῆς Θεοτόκου κατειλήφατε τέμενος, δεῦρό μοι, λιπαρῶ, συνεπαμύνασθαι σήμερον περὶ τὸν λόγον κάμνοντι, καὶ πρὸς τὸ ὕψος καὶ βάθος ἀμηχανοῦντι τοῦ θαύματος. Εἶθ' οὕτως συναναβάντες ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς κεφαλίδος, τὸ δὴ λεγόμενον, εἰς Θεοῦ μυστήρια παρακύψωμεν, καὶ λόγων ἐπιταφίων ἀκούσωμεν.

Quotquot in venerabile hoc Dei Genitricis templum concessistis, adeste, rogo, hodie auxilio. laboranti in sermonis agone, nec miraculi altitudinem profunditatemque valenti satis assequi. Tum vero pariter ad summum rei caput, quod dicitur, ascendentes, in Dei sacramenta velut incumbendo oculos inferamus (70), ac sermones funebres audiamus.

[a] Luc. IX, 23. [f] Matth. XXIV, 30. [g] Isa. XL, 5. [h] Zachar. XII, 10.

COMBEFISII NOTÆ.

(68) *Cum etiam caderent et occiderentur.* Καὶ πίπτοντες. Nihil clarius, et in martyres, morte sua, ceu in Christi prælio prosternente hoste, victores, aptius. Nam est proprium eorum qui occisi cadunt in bello τὸ, πίπτειν· quomodo statim sequitur : πολέμιοι πίπτουσι. Ubi Gretz. *Cadunt inimici;* melius, *hostes.* Hic autem plane perperam : *Et huic procidentes :* velut crucis adorationem, non mortem martyrum victoriosam auctor diceret. Sic nuper fucum fecit in eadem pene materia adorationis sacrarum rerum, non nihil ampullata nova neoterici cujusdam unius veterum Patrum versio : ut inde petitum adversus Calvinistam argumentum, collato textu, nonnullo certe arguentis, atque utinam non Ecclesiæ Christi, contemptu, explosum sit. Non desunt vera, ut debeamus corrogare ementita præsiola : quanquam nec Gretz. nec illi, quem honoris causa sileo, piis utique viris et religiosis, quidquam studio iis in rebus male commissum putandum sit.

(69) Triplici encomio egregie Andreas festivissimam Dei Genitricis Dormitionem, longe maximam ejus solemnitatem, devotissimus cliens celebrat : totaque modestia, quid pia traditione jam olim Ecclesia pie teneat : quod et sæculo fere posteriore Damascenus Germanusque postmodum luculenter fecere, enarrat atque exornat. Vix alio titulo inveniatur apud etiam medii ævi, nec ita antiquos scriptores sacros, ea Dominæ nostræ solemnitas, sic etiam Martyrologio Romano antiquo, Adone, et aliis vocitantibus : velut non satis fiduciæ esset, ut quod Deus nonnihil obscurum voluisset, præmaturum, inquam, Assumptionis Mariæ in corpore glorioso triumphum, ipso festi palam nomine profiteri et asserere viderentur. Qua in re indulgentior fuit posterorum pietas; quam et ego indulgentiam, dum et ipsa modestia sit, ac intra limites piæ credulitatis, quam solam Deus, non tantum venerandæ illi antiquitati, sed et potiori jure secutis nobis, permisisse videtur, constiterit : qui velim sobrius esse, ac pietate quam sensu abundare, haud gravate probaverim ac laudaverim.

(70) *Velut incumbendo oculos inferamus.* Παρα-

Digitized by Google

Salutaris ergo Sermo ille ac optimus, Sermo, A inquam, subsistens, ac major substantia, ubi totam pro nobis in terra carnis dispensationem gessisset, ac olim de ipso prædicta implesset, nosque in seipso ac se in nobis totum ipse exhibuisset, cœlum deinceps ac terram gloria implevit, suaque sanctimonia creata universa ditavit. At vero per crucem congressus, mali superavit auctorem; luctatusque cum morte, quam ea in nos tyrannidem exercebat labefactavit, atque inferni obscuram regionem infernalemque regiam, omnium voraci ejus ventre occluso, ut ne deinceps deiformes sanctorum animas ceu potentia mancipante susciperet, evertit. Par porro quod existimo erat, ut ne prorsus antiquæ maledictionis jura abolerentur. Quippe divina voce decretum manarat, ut qui semel B e terra educti essent, in terram reverterentur, nondum natura quæ fuisset tracta e terra, libertatem a servitute in ortu interituque posita, consecuta. Plane autem par erat, ut « qui per omnia factus esset fratribus similis [i] » absque peccato, omnia naturæ velut insignia, in se ipse ostenderet : qui ea de re, Deus exsistens, impensiori in humanum genus studio factus esset homo, gustassetque affectiones humanas, ut suam in nos homines necessitudinem proderet, si quando ejus affectionibus, qui ab affectionibus esset immunis, immunes ipsi et liberi ab affectionibus redderemur. Propterea etiam interitionis periculum sustinuit facere; ac subire mortem, atque ad tristem inferni regionem venire, ut ipsi infernalibus exempti vinculis, C in incorruptionem transferremur. Verum enimvero haudquaquam ideo sumus vitaturi mortem naturalem, siquidem gratia tantum, non autem per naturam suscepto esse, immortales sumus reconcinnati (71).

Ὁ τοίνυν σωτήριος καὶ ὑπεράγαθος Λόγος, ὁ ἐνυπόστατός τε καὶ ὑπερούσιος, πᾶσαν τὴν ὑπὲρ ἡμῶν οἰκονομίαν ἐπὶ γῆς μετὰ σαρκὸς ἐμπολιτευσάμενος, καὶ τὰ πάλαι περὶ αὐτοῦ κεχρησμῳδημένα πληρώσας, δείξας τε ἡμᾶς ἐν αὐτῷ, καὶ ὅλον αὐτὸν ἐν ἡμῖν, πεπλήρωκε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν δόξης, καὶ τῆς ἁγιστείας αὐτοῦ τὴν σύμπασαν κατεπλούτισε κτίσιν. Νενίκηκε δὲ, διὰ σταυροῦ συμπλακεὶς τὸν ἀρχέκακον, καὶ τῷ θανάτῳ προσπαλαίσας, τὴν καθ' ἡμῶν ἔλυσε τυραννίδα· ᾅδου τε τὸν ἀφεγγῆ χῶρον, καὶ τὰ ἐκεῖ καθεῖλε βασίλεια, τὴν παμφάγον αὐτοῦ συγκλείσας γαστέρα, πρὸς τὸ μὴ τὰς θεοειδεῖς τῶν ἁγίων ψυχὰς ἔτι κατ' ἐπικράτειαν δέχεσθαι. Ἐχρῆν δὲ, οἶμαι, μὴ πάντη τῆς ἀρχαίας ἀρᾶς ἀποπαυθῆναι τὰ ὁροθέσια. Θεοῦ γὰρ ἦν φωνὴ, τοὺς ἅπαξ ἀπὸ γῆς παραχθέντας, εἰς γῆν ἐπανάγεσθαι· ὅτι μὴ τῆς ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ δουλείας ἡ πρὶν ἀπογαιωθεῖσα φύσις τέως ἀπηλευθέρωτο. Ἔδει δὲ « τὸν κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθέντα χωρὶς ἁμαρτίας, » πάντα ἐν αὐτῷ τὰ τῆς φύσεως παραδεῖξαι γνωρίσματα· ὃς διὰ τοῦτο, Θεὸς ὤν, ὑπὲρ φιλανθρωπίας ἐγένετο ἄνθρωπος· καὶ παθῶν ἀπεγεύσατο πρὸς ἔνδειξιν τῆς πρὸς ἡμᾶς οἰκειώσεως, εἴ πως τοῖς τοῦ ἀπαθοῦς πάθεσιν ἔξω παθῶν κατασταίημεν. Ταύτητοι καὶ φθορᾶς πεῖραν λαβεῖν κατεδέξατο, καὶ θανάτῳ προσομιλῆσαι, καὶ τὴν ἀμειδῆ τοῦ ᾅδου χώραν καταλαβεῖν, ἵν' ἡμεῖς τῶν ἐντεῦθεν ἀποδραμόντες δεσμῶν, εἰς ἀφθαρσίαν μεταχωρήσαιμεν. Ἀλλ' οὐ παρὰ τοῦτο τὸν φυσικὸν ἐκφευξόμεθα θάνατον· εἴγε κατὰ μόνην τὴν χάριν, ἀλλ' οὐ κατὰ τὴν φύσιν, τὸ εἶναι λαβόντες, ἀθάνατοι διεπλάσθημεν.

Quorsum vero hæc loquor, fratres, ac qua de causa huc sermonis provectus sum? Quod si nimirum, siquidem debeamus præclari illius transitus sacramenta attingere, necesse sit, ut aliquantulum sermonem reducamus ad omnium nostrum Dominum herumque ac Deum Jesum Christum, tumque ordine subjecto argumento orationem aptemus ac conseramus. Quoniam ergo necessarium hominibus incumbebat ut semel morerentur, resque omnino humano generi indeprecabilis erat, D quod maxime id a principio, ferente Victore, inobedientiæ crimen et transgressio sententiæ accepisset, ideirco etiam Dominus semel mortuus est, unius illius communis mortis pretium factus, ut omnes plane ab amara mortis servitute eximeret,

Πρὸς οὖν τί ταῦτά φημι, ἀδελφοὶ, καὶ ὅτου χάριν εἰς τούτους νῦν προήχθην τοὺς λόγους; Ὅτι εἰ μέλλοιμεν τῶν κατὰ τὴν ὑπερφυᾶ μετάστασιν μυστηρίων ἐφάπτεσθαι, ἀνάγκη μικρὸν αὐτοῦ ποιῆσαι τὸν λόγον ἀναγαγεῖν, ἐπὶ τὸν πάντων ἡμῶν Δεσπότην καὶ Κύριον καὶ Θεὸν Ἰησοῦν Χριστὸν, εἶθ' οὕτως ὅ τι ἀκολούθου τάξεως συναψαζεῦξαι πρὸς τὸ προκείμενον. Ἐπειδὴ γὰρ ἐξ ἀνάγκης ἀπέκειτο τοῖς ἀνθρώποις ἅπαξ ἀποθανεῖν, καὶ ἦν τοῦτο πάντη τῇ καθ' ἡμᾶς ἀπαραίτητον φύσει, τῷ μάλιστα διὰ τῆς παρακοῆς ἄνωθεν τοῦτον δέξασθαι παρὰ τοῦ πλάστου τὸν ὅρον· διὰ τοῦτο δὴ, καὶ ὁ Κύριος ἅπαξ ἀπέθανεν, ἑνὸς γενόμενος θανάτου ἀντίλυτρον, ἵνα πάντας ἁπλῶς ἀπαλλάξῃ τῆς πικρᾶς τοῦ θανάτου δουλείας, καὶ, ᾗ φησιν ὁ Ἱεροφάντης, « Τοὺς ὅσοι φόβῳ θανάτου δια-

[i] Hebr. II, 17.

COMBEFISII NOTÆ.

κύψωμεν. Vox signantissima, ad modum exprimendum, quo velut levius oculorum jactu, ac quadam ex adverso protensione, divina in corpore positi, vix medicum i spectamus. Τό, φύσις πρὶν ἀπογαιωθεῖσα. D. 7, male redditum est : nam est, velut olim in terram versa, seu addicta· quæ in terram verteretur.

(71) *Immortales sumus reconcinnati.* Διεπλάσθημεν. Secunda per Christum formatione, et reformatione ad esse immortale, quod absolute per gratiam est, eoque par est differri velut indebitum. Potest esse metaphora a membris luxatis et quassatis, quæ subinde medica arte reconcinnantur, quo sensu citatur ex Galeno. Paulo post l. C. corrigendum ut in errat. mota interrogatione. D. 4, d. τὸ, *temporalem* : ut quod auctoris sententiam nimis restringat, et ad mortem, de qua forte non loquitur.

Digitized by Google

παντὸς τοῦ ζῆν ἔνοχοι ἦσαν δουλείας. » Τί νῦν οὐ τεθνηξόμεθα τὸν θάνατον ἐκεῖνον; ἀντιφήσαιεν ἄν τινες ἴσως. Ναὶ τεθνηξόμεθα [54]. Πλὴν οὐ μενοῦμεν ἐν αὐτῷ δεδηλωμένοι καθὰ καὶ πρότερον, ὅτε τῷ θανάτῳ κατειχόμεθα δέσμιοι τῷ τῆς ἁμαρτίας γραμματείῳ. Καὶ εἰ οὕτως, οὐδ' ἀποθανεῖν εἰκότως τοῦτο λέγοιτ' ἄν. Εἰσὶ γάρ, εἰσί τινες, οἳ καὶ τοῦτον διαφεύξονται μὲν, ἀλλαγήσονται δὲ, κατὰ τὴν ἱερὰν ἐκφαντορίαν. Θανάτου δὲ τυραννὶς καὶ θάνατος ἐκεῖνος ὄντως ἐστὶν, ὅτε μηκέτι συγχωρηθῶμεν ἀποθανόντες ἐπανελθεῖν εἰς ζωήν. Ὁπόταν δὲ καὶ τεθναίημεν, καὶ μετὰ τὸ θανεῖν εἰσαῦθις ζήσωμεν, καὶ ζωὴν τὴν ἀμείνω· οὐ θάνατος προδήλως τοῦτό ἐστιν, ἀλλὰ κοίμησις, καὶ πρὸς τὴν δευτέραν ζωὴν ἐπάνοδος, διὰ τῆς τῶν γηΐνων παντελοῦς ἀποπαύσεως, τοὺς μετιόντας ἐντεῦθεν ἐκεῖ προάγουσα καὶ προπέμπουσα. Ἦν δὴ σαφέστερον ὁ Παροιμιαστὴς ἐνδεικνύμενος, « Θάνατος, φησὶν, ἀνδρὶ ἀνάπαυσις. » Συνέκλεισε γὰρ ὁ Θεὸς κατ' αὐτοῦ, τοῦ μηκέτι τυχὸν ἐνεργεῖν ὅ τι καὶ πέφυκε. Θάνατος δὲ τί ποτ' ἂν ἄλλο νοοῖτο, ἢ ψυχῆς χωρισμὸς ἀπὸ σώματος, τὴν μὲν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως διὰ τῆς τοιᾶσδε τῶν μερῶν διαζεύξεως, εἶτα συμπήξεως προσκαλούμενος· τὴν δὲ εἰς ἀφθαρσίαν καὶ εἰς λῆξιν τὴν ἀμείνω μετάβασιν, διὰ τῆς ἐλπίδος πιστούμενος, τοῦ μηκέτι δουλεύειν ἡμᾶς τῇ ἁμαρτίᾳ, κατὰ τὴν ἐν σαρκὶ πρὸς τὰ αἰσθητὰ δηλονότι ἐμπαθεστάτην ζωήν;

Εἰ οὖν αὐτὸς ὁ ζωῆς καὶ θανάτου Κύριος, ἡ ζωὴ τῶν ἁπάντων, ἡ ἀνάστασις τῶν νενεκρωμένων, « τὸ φῶς τοῦ κόσμου, ὁ τῷ οἰκείῳ θανάτῳ καταργήσας τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, » οὐκ ᾤετο δεῖν, ὑπὸ φιλανθρωπίας καμπτόμενος, οὐδὲ τόνδε τὸν νόμον παραδραμεῖν ἀλειτούργητον· ἀλλ' ὡς ἂν κατὰ πάντα ἡμῖν ὁμοιωθῇ, δείξῃ τε ταύτην ἀναγκαίως εἰς γῆν πεποιῆσθαι τὴν κάθοδον, καὶ αὐτὸς ἡμῖν τὸν ἴσον εἵλετο δεσμὸν, « πορευθεὶς ἐν μέσῳ σκιᾶς θανάτου, » κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἐπὶ τρισί τε ἡμέραις ἐνδιατρίψας εἰς τὰ κατώτατα μέρη τῆς γῆς, ἔνθα τῶν ἤδη θανόντων αἱ ψυχαὶ προκατείχοντο σειραῖς ἀφύκτοις σφιγγόμεναι, αἷς καὶ εὐηγγελίσθη κατὰ τὸν μακάριον Πέτρον· « Καὶ τοῖς ἐν φυλακῇ γὰρ πνεύμασι πορευθεὶς ἐκήρυξε· » πῶς οὐκ ἂν εἴη τοῦτο σαφὲς καὶ παντελῶς ἀναντίῤῥητον, ὡς καὶ νῦν ἁπάντων τῶν ἀνθρώπων, καὶ μέντοι καὶ τῶν ἁγίων αἱ ψυχαὶ τὸν ἀειδῆ τόπον ἐκεῖνον διέρχονται μὲν, οὐ

et, ut divinus ait interpres, « Omnes qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti [j]. » Num enim, objecerint forte aliqui, non sumus mortem illam morituri? Sic plane sumus morituri. Haudquaquam tamen velut olim, in ea servituti addicti, cum peccati libello teneremur vincti: atque adeo sit qui nec morituros merito dixerit. Plane enim sunt, qui et hanc quidem temporalem mortem sint evasuri, quanquam et ii, juxta sacram Pauli doctrinam, sunt immutandi. Ea porro mortis tyrannis ac vera mors est, quando semel mortuis non sit concessa ad vitam regressio. Quando autem et moriamur, iterumque a morte vivamus, ac vitam meliorem, palam est non id mortem esse, sed dormitionem, atque ad vitam alteram reversionem, quæ omni modo a terrenis quiete, hinc migrantes illo provehat atque præmittat. Quam sane requiem clarius significans Proverbiorum scriptor (72), « Mors, inquit, viro requies est [k]. » Eo enim adegit Deus (73), ut ne quid forte operetur eorum, quæ nata sit operari. Quid autem mors aliud habeat intelligi, quam separatio animæ ac corporis, ut ea partium disjunctione, ac postmodum commissione, spem quidem resurrectionis provocet, speque transitum in incorruptionem ac meliorem sortem, ut ne amplius serviamus peccato, pro vitæ nimirum carnalis rebus sensui subjectis addictissimæ ratione, astruat?

Cum igitur ipse vitæ mortisque Dominus, vita universorum, dormientium resurrectio, « Lumen illud mundi [l], » is « Qui morte sua, eum destruxisset, qui mortis imperium habebat [m], » inflectente sua illa clementia ac in hominum genus propensiori studio, nec sibi ipse committendum putaverit ut ne ea non defungeretur lege, sed ut nobis per omnia assimilatus huncce sibi in terram descensum, necessarium ostenderet, et eamdem sibi nobiscum salvam voluerit legis districtionem, « ambulans in medio umbræ mortis [n], » sicut scriptum est, dies tres moratus in infimis terræ partibus, quo loco prædefunctorum animæ inexodabilibus tenebantur constrictæ catenis, quibus etiam evangelizavit, juxta quod scribit beatus Petrus: « Et his qui in carcere erant, spiritibus veniens prædicavit [o]. » Cum, inquam, ita in Christo habeat, qui non perspicuum sit ac extra omnem

[j] Hebr. II, 15. [k] Eccli. XXXVIII, 24. [l] Joan. VIII, 12. [m] Hebr. II, 14. [n] Psal. XXII, 4. [o] I Petr. III, 19.

VARIÆ LECTIONES.

[54] Decst Θάνατον.

COMBEFISII NOTÆ.

(72) *Proverbiorum scriptor.* Ὁ Παροιμιαστής. Forte alium locum ex Proverbiis aut Ecclesiaste respicit, ut variant in illis plurimæ lectiones. Locus quem ascripsimus margini ex Jesu Sirach, 38, omnino similis est: Ἐν ἀναπαύσει νεκροῦ κατάπαυσον τὸ μνημόσυνον αὐτοῦ· *In requie mortui*, nempe morte, *quiescere fac memoriam ejus*: nec forte alio Andreas respexit. Nihil enim novi ut velut Salomonis citentur libri omnes sapientiales, velut magnam partem ex iis quæ ipse scripsisset, quanquam alio digerente confecti.

(73) *Eo enim adegit*, etc. Συνέκλεισε κατ' αὐτοῦ, τοῦ. *Velut conclusit adversum eam, ut*, etc., in contrarium versis ejus machinamentis, quod in sequentibus deducit.

Digitized by Google

plane controversiam, nec modo ullas esse hominum animas, tametsi justorum, quæ tristem illum locum non permeent (74), quanquam non detineantur, excepto si quæ vita molliori, mortem sibi quæ est ex peccato consciverint? Quæ enim divinis se legibus mancipantes, cœlestem carne in spiritu exhibuerunt vitæ rationem, ad lucida plane loca sacro illi sanctorum statui congrua, transmittuntur; ad loca, inquam, quæ Dominus inspectat, ejusque oculi ac oraculum semper aspiciunt. Quorum pulchritudinem, fusaque spatia atque immensum beatam positionem, addiderim vero et speciem quam nec intellectus satis assequatur, clarius merito ac sublimius viderint, qui nobis propinquiores Deo, præsentis vitæ exacto cursu, quietem acceperunt, atque adeo, quibus gubernante sapienter omnia providentia, fuit paratum. Quamobrem, sunt quidem animæ sanctorum transituræ inferni portas, sicut probatum est : « Non enim est discipulus supra magistrum p. » Haud tamen puto, velut olim detinendas fore, quum juxta quod scriptum est, « peccatum regnabat cum morte q. » Porro sunt pertransituræ (audi cordate et intelligenter) non ita ut interitioni tradantur, sed ut et illic novum scrutentur doceanturque sacramentum divinæ dispensationis; Christi, inquam, in infernum descensum, quem Jesus vitæ auctor, sua ipse sponte, ubi a passione et interitu immunis crucis sustinuisset mortem, nostri causa molitus est. Ad hæc vero ut eorum quæ illic fuere consummata mirabilem rationem accuratius didicerint, quanta nimirum et qualis parta sit Christo, confractis æternalibus vectibus, congressione, victoria. Hæc igitur ex sacris docti sumus oraculis, nec aliena a dicendorum ratione examinata præmisimus.

Puto autem valde consequens ac commodum, ut et vestigando, quæ ad sacræ hujus semper Virginis occultam gloriosamque dormitionem spectant, bonorum ac contemplationis divinorum amantibus apponam. Quippe ut quod est vere fateri oporteat, et ad hanc usque progressa est mors naturalis, non tanquam velut carcere cohibuerit, quemadmodum accidit in nobis, aut ve sibi subjecerit, apage, nisi quantum oportuit, ut somnum illum ceu exstaticum quemdam, ut ita dicam, impetum experiretur, quo a terrenis ad bona illa in spe posita, in deiformem quemdam statum immutati transmittimur : ac qualis exempli causa fuit primus ille somnus, quem primus dormivit homo, cum costa ad humanæ speciei completionem subtracta, quod deesset abstractæ

A κατέχονται δὲ, πλὴν τῶν ὅσαι τῇ κατὰ τὸν βίον ῥᾳστώνῃ τὸν δι' ἁμαρτίας θάνατον ἑαυταῖς ἐπεσπάσαντο; Ὅσαι γὰρ δήπου τυχὸν τοῖς θείοις νόμοις ἑαυτὰς ὑποζεύξασαι, τὴν ἐν οὐρανοῖς πολιτείαν ἐν πνεύματι διὰ σαρκὸς ἐπεδείξαντο, πρὸς τόπους δῆλον φωτοειδεῖς πρέποντας τῇ τοιᾷδε τῶν ἁγίων ἱερᾷ καταστάσει μετατιθέμεναι, παραπέμπονται, οὓς ἐπισκοπεῖ Κύριος, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ καὶ τὸ λόγιον διαπαντὸς ἐπιβλέπουσιν. Ὧν τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος, καὶ τὴν εἰς ἄπειρον μακαριότητος θέσιν, προσθήσω δ' ὅτι καὶ τῆς ὑπὲρ νοῦν ὡραιότητος, ἴδοιεν ἂν εἰκότως αὐτοὶ τρανώτερόν τε καὶ ὑψηλότερον, οἳ μᾶλλον ἡμῶν Θεῷ πλησιάζοντες, κάνταῦθα τοῦ δρόμου λήξαντες, τὴν ἐκεχειρίαν ἐδέξαντο, οἷς καὶ μᾶλλον ἡτοίμασται παρὰ τῆς πάντα σοφῶς διεξ- B αγούσης Προνοίας. Ὥστε διελεύσονται μὲν αἱ τῶν ἁγίων ψυχαὶ, καθὰ δέδεικται, διὰ τῶν τοῦ ᾅδου πυλῶν. « Οὐ γάρ ἐστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον. » Οὐ μὴν, οἶμαι, κατασχεθήσονται καθὰ καὶ πρώην, ὅτε, κατὰ τὸ γεγραμμένον, « ἐβασίλευσε σὺν τῷ θανάτῳ ἡ ἁμαρτία. » Διελεύσονται δὲ (ἄκουε συνετῶς) οὐχ ὥστε διολεσθῆναι, ἀλλ' ὥστε διερευνῆσαι καὶ μυηθῆναι κἀκεῖ τὸ ξένον τῆς θείας οἰκονομίας μυστήριον (λέγω δὲ τὴν εἰς ᾅδου κατάβασιν, ἣν ὑπὲρ ἡμῶν ἑκὼν ὁ ζωαρχικὸς Ἰησοῦς ἐποιήσατο, τὸν διὰ σταυροῦ θάνατον ὑπομείνας, ὁ ἀπαθὴς καὶ ἀνώλεθρος), προσέτι καὶ τῶν ἐκεῖσε τελεσθέντων τὸν ὑπερφυᾶ λόγον ἐκδιδαχθῆναι, ὅση τε καὶ οἵα διὰ τῆς συμβολῆς ἡ νίκη γέγονε τῷ Σωτῆρι, τοὺς αἰωνίους καθαιροῦντι μοχλούς. Ταῦτα τοίνυν πρὸς τῶν ἱερῶν λογίων C μεμνήμεθα, καὶ οὐκ ἀπὸ σκοποῦ τῶν ῥηθησομένων ἡμῖν προεξήτασται.

Ὡς οἶμαι, λίαν ἀκόλουθόν τε καὶ πρόσφορον, καὶ τὰ ἐπὶ τῇ κρυφίᾳ καὶ περιδόξῳ τῆς ἱερογενοῦς ταύτης Ἀειπαρθένου κοιμήσει διαψηλαφήσαντα, προσθεῖναι τοῖς ἐρασταῖς τῶν καλῶν καὶ φιλοθεάμοσι. Καὶ γὰρ εἰ χρὴ λέγειν τἀληθῆ, καὶ μέχρις αὐτῆς ὁ φυσικὸς τῶν ἀνθρώπων ἐχώρησε θάνατος· οὐ μὴν καθείρξας, ὡς ἐν ἡμῖν, ἢ χειρωσάμενος· ἄπαγε· ἢ ὅσον αὐτοῦ ὕπνου πεῖραν λαβεῖν, ἐκείνου τοῦ πρὸς τὰ ἐλπιζόμενα τῶν τῇδε ἡμᾶς, ὥσπερ τινὸς ἐκστατικῆς, ἵν' οὕτως εἴπω, φορᾶς, πρὸς θεοειδῆ μεταποιουμέ- D νους κατάστασιν παραπέμποντος· ὡς, φέρε εἰπεῖν, τὰ κατὰ τὸν πρῶτον ὕπνον ἐκεῖνον, ὃν ὁ πρῶτος ὕπνωσεν ἄνθρωπος, καὶ τὴν πλευρὰν ἀφῃρέθη πρὸς τὴν τοῦ καθ' ἡμᾶς εἴδους συμπλήρωσιν, καὶ τοῦ ἀφαιρεθέντος μέρους τὸ λεῖπον ἀπείληφε. Τούτῳ, οἶμαι, τῷ τρόπῳ καὶ αὕτη φυσικῶς ἀφυπνώσασα, θα-

p Matth. x, 24. q Rom. v, 21.

COMMENTARII NOTÆ.

(74) *Quæ tristem illum locum non permeent.* Est, ἀειδῆ· *Tenebrosum, obscurum.* Videtur nonnihil nova et singularis doctrina, quanquam, ut ipsemet auctor exponit, nihil absonum habeat; ut scilicet magis specie triumphi quam pœnæ, eo deducantur justorum animæ, non illic detinendæ, sed Christi tantum magnalia in inferno inspecturæ, ac velut eum secuturæ, ejusque ad inferos descensum imitaturæ; quod non prohibet, ne vel tunc, si dignæ sunt, et nihil expiandum habeant, fruantur divina visione : præterquam quod descensus iste velut momento esse potest; tametsi Andreas minus consentire videtur, cui totum tempus, quo Mariæ anima fuit extra corpus, ad tertium circiter diem, ejusdem apud inferos velut necessaria peregrinatio iis lustrandis, est.

Digitized by Google

νάτου μὲν ἀπεγεύσατο, οὐ μὴν δὲ ἔμεινεν κάτοχος, ἢ δσον τοῖς φυσικοῖς εἶξαι θεσμοῖς, καὶ τὴν οἰκονομίαν πληρῶσαι, ἣν ἐξ ἀρχῆς ἡ πάντων διήκουσα περὶ ἡμᾶς ἐπήξατο Πρόνοια· καὶ δὴ καὶ τὸν τρόπον δεῖξαι σαφῶς, ὅπως τὴν ἐκ τῶν φθαρτῶν πρὸς τὰ ἄφθαρτα μεταβατικὴν ὑπηλλάξατο κίνησιν· ἐπεὶ μηδὲ ἄλλως ἦν θεμιτὸν, ἢ τῆς τοιᾶσδε τῶν μερῶν διαζεύξεως προσφυῶς γενομένης, τὴν ῥέουσαν ζωὴν μετακρούσασθαι. Εἰ γὰρ οὐκ ἔστι, κατὰ τὸ λόγιον, ἄνθρωπος ὃς ζήσεται καὶ οὐκ ὄψεται θάνατον· ἄνθρωπος δὲ καὶ ἀνθρώπων ἐπέκεινα καὶ ἡ νῦν ὑμνουμένη, δέδεικται δήπου τρανῶς, ὡς καὶ αὕτη τὸν ἴσον ἡμῖν ἐκπεπλήρωκε νόμον τῆς φύσεως, εἰ καὶ μὴ καθ' ἡμᾶς ἴσως. ἀλλ' ὑπὲρ ἡμᾶς, καὶ τὴν αἰτίαν ὑπὲρ ἧς τοῦτο πάντως παθεῖν ἐναγόμεθα. Οὕτω μοι νοήσεις αὐτῆς εἰς ᾅδου κατάβασιν· ἧς τοσαύτη γέγονεν ἐπ' αὐτῆς, κατά γε τὸν ἐμὸν ὅρον καὶ λόγον, τῇ διαστάσει τῶν μερῶν ἡ τοῦ καιροῦ ἐπικράτεια, ὅσης ἐδεῖτο τῆς φυσικῆς κινήσεως ἡ περίοδος, ἐν τοῖς ἀγνώστοις χωρίοις πεῖρᾳ τὴν γνῶσιν λαβεῖν, πρώτως τούτοις ἐπιβατεύουσαν, καὶ οἷα δι' ἀλλοδαπῆς καὶ ἀτριβοῦς πορείας διήκουσαν. Πλεως δὲ εἶης ἡμῖν αὐτὴ, θεηδόχε καὶ ζωοτόκε Παρθένε, τῶν ἀνεφίκτων κατατολμῶσι, καὶ τῶν περὶ σὲ κρυφίων διερευνωμένοις μυστηρίων τὸ βάθος, καὶ τὰς τῷ ἀκαταλήπτῳ τῶν τοῦ Θεοῦ κριμάτων βυθῷ περὶ σὲ πεπηγυίας ἐγχειροῦσι κατανοεῖν θεουργίας· αἷς καὶ τὸ μόνον προσατενίσαι τῇ κατὰ νοῦν θεωρίᾳ, δέος ἐμποιεῖ καὶ αὐτοῖς γε τοῖς ὑψηλοῖς τὴν διάνοιαν, μή τί γε τοῖς σαρκωδεστέροις ἡμῖν, καὶ τῷ κωδίῳ τὸν θῆρα περικαλύπτουσι.

partis recepit. In hunc arbitror modum soporata et ipsa equidem gustavit mortem, haud tamen detenta mansit, nisi tantum ut naturæ cederet legibus, ac dispensationem impleret, quam a principio in hominum genus, omnia pervadens Providentia fixisset, ac voluisset immotam: atque adeo, ut et palam modum proderet, quo tendentem a rebus corruptioni obnoxiis ad res incorruptas motum identidem mutasset: quando nefas alioqui erat, ut nisi illa partium velut a natura disjunctione, fluxam vitam mutando depelleret. Cum enim, juxta divinum oraculum [r], non sit homo qui vivat, et non sit visurus mortem: fuerit autem etiam homo quam celebramus, ac major homine; probatum utique perspicue manet, eamdem et ipsam nobiscum naturæ legem implesse; quanquam forte non ea qua ipsi, sed altiori et supra hominem ratione, ac præter eam qua id ipsi omnino cogimur sustinere. Sic tu mihi, ejus ad inferos descensum cogita, cujus in ea tanta, quod sentio et loquor, partium disjunctione temporis mora obtinuit, quantam motus naturalis ambitus exigebat, ut quæ primum ignota illa loca incederet, ac velut peregrinum inviumque iter conficeret, experimento in eis quid ea haberent cognosceret. Ignoscas vero, o Dei susceptrix Virgo et mater vitæ, qui inaccessa præsumamus, tuorumque sacramentorum arcanam scrutemur profunditatem, ac Dei judiciorum incomprehensa abysso, in te firmata dispicienda assumamus divina opera: quibus vel sola mentis contemplatione intentio etiam sublimiori intelligentia præditis, metum injicit, nedum nobis magis carnalibus, quique ovina pelle belluam contegamus.

Πλὴν δσον δεῖξαι κοινωνήσασαν ἡμῖν τῶν κατὰ φύσιν θεσμῶν, ταῦτα πρὸς ἡμῶν δέει πολλῷ προδιεληπται. Τὰ δὲ ὑψηλότερα τῶν ἐπὶ σοὶ τελεσθέντων μεγαλουργημάτων, ἅτε τῇ πείρᾳ τὴν πρὸς αὐτὰ κοινωνίαν παθοῦσα, αὐτὴ ἂν εἰδείης μᾶλλον, ὦ πανολβία, θειότερόν τε καὶ καθαρώτερον, ἢ ὡς ὁ ἡμέτερος διεξέρχεται λόγος. Καὶ πρό γε πάντων, αὐτὸς ὁ μονογενής σου Υἱὸς, ὁ τοὺς αἰῶνας συστησάμενος, καὶ σοί γε δόξαν εὐπρεπῆ περιθεὶς καὶ λαμπρότητα, διὰ τὴν ἐκδανεισθεῖσαν αὐτῷ τῆς σαρκὸς πρόσληψιν καὶ οὐσίωσιν· καὶ τοσαύτην, ὅσην οὐκ ἄν τις τῶν καθ' ἡμᾶς, οὐδ' αὐτῶν τάχα τῶν ὑπερεχόντων ἀγγέλων, νῷ διαλαβεῖν ἐξισχύσειεν. Ἀλλ' ἔστω ταῦτα διαπαντὸς τῇ θείᾳ μυστικῶς κρυφιότητι τιμώμενά τε καὶ συντηρούμενα, καὶ τὸν οἰκεῖον τῆς ἀληθείας λόγον ἀκράδαντον ἔχοντα, μέχρι τῆς τελευταίας τῶν ὄντων ἀποκαταστάσεως. Ὡς ἂν δὲ ἡμᾶς τῶν σῶν ἐνθέων ἀμοίρους διηγημάτων μὴ ἀποπέμψειας, δίδου λόγον ἡμῖν, ὡς Λόγου Μήτηρ, καὶ τῆς ἐπὶ σοὶ τελεσθείσης ἀποικίας τὸν τρόπον γνώρισον ἡμῖν. Ἕστηκε γὰρ εἰσέτι πᾶς ὁ τῶν θείων ἀκροατὴς, τὰ ὦτα προσκεκλικώς σοι, φωνῆς τε τῆς σῆς ἐπαΐειν, καθὰ καὶ πρότερον τῆς θείας ὁ Ἰσραὴλ ἐφιέμενος. Ἦν εἰς ὕψος διάρασα, καὶ πλέον ἢ σάλπιγγος γεγωνότερον, Ἐγὼ,

Cæterum, ea hactenus, quo tantum easdem nobiscum subiisse naturæ leges conficeremus, nec nisi multo timore præeunte disputavimus. Sublimiora autem in te effecta magnalia, ut quorum ipsa communionem experimento senseris, tumet melius noveris, o beatissima, diviniusque ac purius quam nostra oratio enarrare possit, præque universis, ipse unigenitus Filius tuus. Ipse, inquam, qui constituit sæcula, congruamque tibi gloriam et splendorem, pro commodata carnis assumptione substantia, adhibuit; idque ea excellentia, qua non tantum humanus animus, sed nec forte eminentium angelorum intellectus ullus complecti possit. Enimvero maneant hæc divina semper obscuritate mystice occultiusque honorata pariter et conservata, veramque propriam rationem inconcussam, ad usque supremam rerum in integrum restitutionem, retineant. Ut ne nos tamen divinarum tuarum rerum expertes dimiseris, verbum largire ceu Verbi Mater, modumque edoceas, quo tua illa migratio habuit. Hactenus enim stat omnis divinorum auditor, auribus in te acclinis vocemque tuam, qua olim Israel ratione divinam, audire cupit. Qua in altum, ac tuba pene-

[r] Psal. LXXXVIII, 49.

Digitized by Google

trabilius elata : Ego inquit, nihil immutavi eorum quæ essent juris naturæ ; omnibus vero decore ac cognata ratione patratis, « anima quidem magnifico Dominum, et spiritu exsulto [s], » corpore autem transmutor, principium ac finem eam faciens deitatis gratiam, quam divinissimus ille in meo arcane utero incarnatus ostendit, cum scilicet in se ipse divinitatem indutum hominem reformavit, nobisque participatione spiritus a terra in cœlos corpore rediens, quos nunquam reliquisset, concessit. Qui paterna qua prosequitur hominem, cura movente, « respexit quidem humilitatem ancillæ suæ [t], » statim decernens ut primam Evæ maledictionem auferret : visitavit autem sua in carne apparitione eos qui in tenebris et umbra mortis sederent, Oriens ipse ex alto orientis, pedesque nostros direxit in viam pacis [u]. Nam cum Deus veritate esset, nova naturæ conceptione et nativitate inducta, mirabili quadam ratione ex virginalibus meis sanguinibus homo factus est, ut innovatis naturis vetera quidem tollerentur, eorumque loco inducerentur nova et quæ non veterascunt, efficerenturque omnia nova, novaque revera creatura nova hac laudatissimaque Verbi incarnatione.

φησιν, οὐδὲν τῶν ἀνθρωπίνων παραμείψασα κατὰ φύσιν θεσμῶν, πάντα δὲ καινοπρεπῶς τε καὶ προσφυῶς διανύσασα, « τῇ μὲν ψυχῇ μεγαλύνω τὸν Κύριον, » καὶ ἀγαλλιῶμαι τῷ πνεύματι, τῷ σώματι δὲ μεταλλάττομαι καὶ μορφοῦμαι τὴν ἐν χάριτι θέωσιν, ἀρχὴν ἐκείνην καὶ πέρας ποιουμένη τὴν θέωσιν, ἣν ἀπορρήτως τῇ μήτρᾳ τῇ ἐμοὶ σαρκωθεὶς ὁ ὑπέρθεος, ἐπεδείξατο, ἡνίκα δηλαδὴ τὸ ἀνθρώπινον ἐν ἑαυτῷ θεούμενον ἀνέπλαττε, καὶ ἣν ἡμῖν κατὰ μέθεξιν Πνεύματος ἐχαρίσατο, τῶν ἀπὸ γῆς χωρίων εἰς οὐρανοὺς ἀνιὼν μετὰ σώματος, οὓς οὔποτε καταλέλοιπεν. Ὃς τῇ περὶ τὸν ἄνθρωπον κηδεμονίᾳ καμπτόμενος, « ἐπέβλεψε μὲν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ, » τὴν πρώτην εὐθὺς Εὔας ἀρὰν ἐξᾶραι προθέμενος, ἐπεσκέψατο δὲ τῇ διὰ σαρκὸς ἐπιφανείᾳ τοὺς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένους, Ἀνατολὴ ἀφ' ὕψους ἀνατολῶν, καὶ κατεύθυνε τοὺς πόδας ἡμῶν εἰς ὁδὸν εἰρήνης. Θεὸς ὢν γὰρ ἀληθῶς, ἄνθρωπος ἐκ παρθενικῶν αἱμάτων ὑπερφυῶς ἐξ ἐμοῦ κεχρημάτικε, ξένην τῇ φύσει σύλληψιν καὶ γέννησιν εἰσαγαγών· ἵνα τῇ καινοτομίᾳ τῶν φύσεων, ἀρθῇ μὲν τὰ παλαιὰ, ἀντεισαχθῇ δὲ τὰ νέα, καὶ μὴ παλαιούμενα, καὶ γένηται πάντα καινὰ, καὶ καινὴ πρὸς ἀλήθειαν κτίσις, διὰ τῆς καινῆς ταύτης καὶ ἀξιεπαινετωτάτης τοῦ Λόγου σαρκώσεως.

Quando enim prioribus sæculis auditum est, ut femina Dei Mater effecta sit? Vel quando Deus feminæ filius dictus est? Aut quando humana forma superior facta Cherubinis, divina se editione ac partu manifestavit, resque universas gubernavit? Quis cœlestes ac terrestres adoratores docuit, ut lutum deitatem indutum, ac pulverem sublime elatum, unum ambo proprium Numen indivise adorarent? Quis humilem humique depressam infimam hominum vilitatem, naturæ terminos deificationis gratia supergressam, ad cœlos subvexit, novataque via terrenis ignota, cœlos pervios, quo et homines angelis concives fierent, ostendit? Hæc itaque in me palam præcessere magnalia, hisque ego tantam gloriam et splendorem sum consecuta. Quocirca merito « beatam ex hoc me dicent omnes generationes : fecit (enim) mihi magna qui potens est, et sanctum nomen ejus [v]. » Quid enim ad majestatem majus, quam ut vocer simque Dei mater? Meæ autem ab humanis in alias et cœlestes sedes migrationis, clariorem certa conjectura notitiam habueritis a loco unde translata terreni hujus tabernaculi, virginalis, inquam, et assumpti a Deo corpusculi, conspersio migravit, ex qua simplex Jesus compositionem ascivit. Nam quisquis velit dicta omnia certo conjecerit ex visis. Prostant ergo ob eorum oculos qui fideli animo divina contemplantur, apertæ quædam imagines, vivique ac loquentes characteres translationis meæ : nempe hoc ipsum sepulcrum, in petra excisum, quod

Ποῦ γὰρ ἐν τοῖς πρὸ ἡμῶν ἤκουσται γυνὴ Θεοῦ Μήτηρ γενομένη ποτέ; ἢ Θεὸς γυναικὸς υἱὸς χρηματίσας; ἢ ἀνθρωπεία μορφὴ τῶν Χερουβὶμ ὑπεράνω, θεϊκοῖς ἐμφανίζουσα τόκοις, καὶ τὸ πᾶν διεξάγουσα; Τίς τὸν πηλὸν θεωθέντα, καὶ τὸν χοῦν ὑψωθέντα, τοὺς ἄνω καὶ τοὺς κάτω προσκυνητὰς, ἓν ἄμφω Κύριον σέβας ἀδιαιρέτως προσκυνεῖν ἐξεπαίδευσε; Τίς τὴν ταπεινὴν καὶ χαμαίζηλον ἀνθρώπων ἐσχατιὰν, τῇ θεώδει τοὺς ὅρους ὑπερνηξαμένην τῆς φύσεως, εἰς οὐρανοὺς ἀνεβίβασε, καὶ βατοὺς τοὺς ἀβάτους παρέδειξε, τρίβον καινίσας τοῖς ἐγχθονίοις ἀγνώριστον, ἵνα καὶ ἀγγέλοις συμπολῖται ἄνθρωποι ἀναδειχθῶσι; Ταῦτα τοίνυν ἐπ' ἐμοὶ τὰ μεγαλεῖα καταφανῶς προελήλυθε, καὶ τούτοις ἐγὼ τηλικαύτην ἀπεκληρωσάμην δόξαν τε καὶ λαμπρότητα. Ὅθεν εἰκότως « ἀπὸ τοῦ νῦν μακριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί· πεποίηκε [γάρ] μοι μεγαλεῖα ὁ δυνατὸς, καὶ ἅγιον τὸ ὄνομα αὐτοῦ. » Καὶ τί γὰρ μεγαλειότερον τοῦ μητέρα κεκλῆσθαι καὶ εἶναι Θεοῦ; Τῆς γε μὴν ἀποικίας ἣν ἐξ ἀνθρώπων πεποίημαι, σαφέστερον τὴν γνῶσιν αὐτόθεν τεκμαίροισθε, ὅθεν τοῦ γηρῶ μου σκήνους μετατεθὲν ἀπῳκίσθη τὸ φύραμα τοῦ παρθενικοῦ λέγω καὶ θεολήπτου σώματος ἐξ οὗπερ ὁ ἁπλοῦς Ἰησοῦς συνετέθη. Ἔξεστι γὰρ τῷ βουλομένῳ παντὶ, τὰ εἰρημένα διὰ τῶν ὁρωμένων καταστοχάσασθαι. Πρόκεινται γοῦν κατ' ὀφθαλμοὺς τῶν θεωμένων τὰ θεῖα πιστῶς, εἰκόνες τινὲς ἐναργεῖς, καὶ χαρακτῆρες λάλοι τῆς ἐμῆς μεταστάσεως· ὁ τάφος οὗτος ἐκεῖνος, ὁ ἐν τῇ πέτρᾳ γλυφεὶς, ὃς μέχρι νῦν ἕστηκεν ἀσινὴς, τῆς ἐντυμβίου περιγραφῆς

[s] Luc. I, 46. [t] ibid. 48. [u] ibid. 78, 79. [v] ibid. 48, 49.

Digitized by Google

ἀκηρύκτῳ [84] φωνῇ διασημαίνων τὰ σύμβολα. A etiamnum consistens incolume, irrequieta voce (75) tumulationis meæ symbola commonstrat.

Τῆς γοῦν σωματικῆς ἐν αὐτῷ κατακλίσεως ἀψευδέστατοι μάρτυρες, τὰ ἐν τῇ πέτρᾳ κοιλώματα, τὰς τῶν μελῶν ἱερογραφοῦντες εὐπρεπεῖς ἐκτυπώσεις. Καὶ πρῶτος ὁ χειμάρρους ἐκεῖνος τῶν Κεδρῶν, ᾧ ταῦτα διαμπὰξ ἐμπεριείληπται, σαλπίζει διαπρυσίως τὰ θαύματα. Ἡ κοιλάς, φημὶ, τοῦ Κλαυθμῶνος [85], καθ' ἣν ὁ τάφος ἵδρυται τοῦ Ἰωσαφὰτ βασιλέως Ἰούδα, ἐν ᾧ τὸ μακάριον ἐκεῖνο τὸ πάθος τοῦ ἀπαθοῦς ἐλάμβανε τὰ προοίμια. Ἐκεῖ γὰρ θαμινὰ τοῖς μαθηταῖς ὁ Σωτὴρ συνηυλίζετο. Ἐκεῖ προσηύξατο θεὶς τὰ γόνατα πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς Πατέρα, τοῦ ἐπιθυμητοῦ ποτηρίου κατ' οἰκονομίαν ἄῤῥητον ποιούμενος τὴν παραίτησιν. Ἐκεῖ τῷ προδότῃ φιλωθείς, ἔκδοτος τοῖς θεοκτόνοις γεγένηται. Καὶ ταῦτα διὰ B πείρας μάθοιεν ἀληθέστερον οἱ ἐπὶ χώρας γινόμενοι. Ὁ οὖν ἄπιστος ἀπίτω, καὶ μανθανέτω δι' αὐτοψίας τῶν λεγομένων τὴν δύναμιν· ὁ πιστὸς ἀρκείσθω τοῖς λεγομένοις, καὶ κατανοείτω διὰ τῶν φαινομένων τὰ μὴ ὁρώμενα, καὶ θαυμαζέτω τὰ θαύματος ἄξια. Ἀλλ' ἡ μὲν ταφὴ τοιαύτη καὶ οὕτως ἔχουσα. Ὁ δὲ τῆς μεταστάσεως τρόπος, εἰ καὶ κοινὸς πρὸς ἅπαντας, ἀλλ' ἔστιν αὐτῷ καὶ ἰδιάζον ἀξίωμα, τὸ περιὸν ἔχον πρὸς τὸν καθ' ἕκαστον. Ἡ δέ τοι μετάθεσις κρείττων μὲν λόγου καὶ ἀκοῆς, πλὴν ἐκ παλαιῶν ἔχουσα παραδειγμάτων τὴν μίμησιν. Τίς δὲ ὁ τῆς καταπαύσεως τόπος; Ἆρ' αἰσθήσει ληπτὸς, ἢ διανοίᾳ χωρητός; Οὐμενοῦν. Πῶς γὰρ ἂν ὁρῷτο, καὶ παρὰ τίσι νοοῖτο, μὴ πεφυκὼς, πλὴν εἰ μὴ δι' ἀπαθείας κατ' ἀπειρό- C δωρον χάριν τὸν τῇδε φθάσασι χῶρον, καὶ τῆς ἐνταυθοῖ θεοειδοῦς καταστάσεως τρυφῆς ἠξιωμένοις; ᾗ φησιν ὁ ἐμὸς προπάτωρ Δαβίδ· « Ἐν τόπῳ σκηνῆς θαυμαστῆς, ἕως τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ. Ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως καὶ ἐξομολογήσεως ἦχου ἑορταζόντων. »

Τοιαῦτα μὲν ἡ Θεοτόκος, ἧς ἀπὸ γλώσσης ὁ γλυκασμὸς ἀποστάζει τοῦ πνεύματος, « καὶ ἡ χάρις ἐν χείλεσι κέχυται. » Ἡμᾶς δὲ τί δεῖ πρὸς ταῦτα εἰπεῖν, ἀδελφοὶ, ἢ θαυμάσαι τὴν ἀπειρομεγέθη καὶ τὰ ὅλα πανσόφως διέπουσαν Πρόνοιαν, « Ὦ βάθος πλούτου, λέγοντας, καὶ σοφίας, καὶ γνώσεως Θεοῦ! Ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ! » καὶ ὅσα ἐξῆς τοῦ λόγου. Θείας γὰρ D

Quod sane in eo corpore decubuerim, verissimi testes sunt cavitates illæ, quæ decoras sacrorum membrorum deformationes in petra repræsentant. Primusque torrens ille Cedron, quo hæc undique gyro clauduntur, clara ceu tubæ voce miracula prædicat. Illic, inquam, vallis Clauthmonis (76), in qua situm est sepulcrum Josaphat regis Juda, ubi beata illius passio, qui a passione immunis est, sumpsit exordia. Illic enim Salvator frequens versabatur cum discipulis suis [x]. Illic positis genibus Patrem precatus qui est in cœlis, ineffabili dispensatione deprecabatur desideratum calicem [y]. Illic proditore specie amicitiæ osculum infigente deicidis traditus est [z]. Ac rem certius experimento noverint, qui fuerint in ea regione. Qui itaque incredulus est, abeat, ipsoque coram visu eorum quæ dicimus vim agnoscat: fidelis autem dictis contentus, ex iis quæ conspicua sunt, quæ non videntur perspiciat, resque plenas miraculo admirationi habeat. Enimvero talis quidem sepultura est, eumque modum habens. At ratio transitus, quanquam ad omnes communis, habet nihilominus præcellentia singulorum propriam dignitatem. Porro superat quidem transitus iste vim sermonis auditusque, sic tamen ut exempla vetera imitetur ac referat. Verum quis locus requietionis? Sensune possit comprehendi, an mente capi? Minime sane. Qui enim videatur, aut a quibus animo concipiatur? Qui nisi iis, qui immensa quadam gratia affectionibus vacui, ad eum locum pervenerunt, quique deiformis illius status deliciis frui meruerunt, animo conspici haudquaquam possit. Quemadmodum ait avus meus David: « In loco tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei. In voce exsultationis et confessionis sonus epulantium [a]. »

Sic quidem Dei Genitrix, et cujus lingua distillat dulcedo spiritus: et « in cujus labiis gratia diffusa est [b]. » Nos autem, fratres, quid dicere ad hæc oportet, nisi ut admiratione veneremur immensum magnam universaque sapientissime disponentem providentiam dicentes: « O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei! quam inscrutabilia sunt judicia ejus, et impervestigabiles viæ ejus [c]! »

[x] Joan. XVIII, 2. [y] Matth. XXVI, 39. [z] ibid. 49. [a] Psal. XLI, 5, 6. [b] Psal. XLIV, 3. [c] Rom. XI, 33, 34.

VARIÆ LECTIONES.

[84] Ἀκηρύκτῳ, tacita, secreta. [85] Κλαυθμῶν, fletus.

COMBEFISII NOTÆ.

(75) *Irrequieta voce.* Ἀκηρύκτῳ φωνῇ. Velut ducta metaphora a bello, quod ἀκήρυκτον, non indictum, ac præconis voce et solemni ritu ex gentium jure denuntiatum, truculentissimum esse solet, ac implacabile, velut ad internecionem. Vel etiam fuerit idem atque τὸ, ἀλαλήτως.

(76) *Quo, inquam, vallis Clauthmonis.* Retinuimus nomen illud cum interprete LXX, in Judic. II, et II Reg. V. Posset cum Hieronymo psal. LXXXIII, reddi *Vallis fletus.* Non omnes consentiunt, esse hanc vallem, vallem Josaphat, qua de re plura disputat Bonfrer Judic. II. De valle item Josaphat plura Adrich. Theatro terræ sanctæ. Quaresm. etiam tom. II *Elucidat. terræ sanctæ.* Ubi etiam de sepulcro Josaphat in ea valle, quod auctor hic memorat: ac bene ostendit non fuisse in eo tumulatum regem Josaphat, reclamante Scriptura; atque adeo aliunde nomen sortitam eam vallem, quam ab ejus sepultura; forte, ab ædificio aliquo, vel a judicio quod illic in idololatras exercuit, etc.

Digitized by Google

et quæ Scriptura deinceps habet. Plane enim divinæ sunt manus opera hæc, et quæ humani intellectus captum superent[d]. Ut vel tantum iis mentem defigere, valde etiam sublimi ac depurgato viris animo injiciat metum[e]; quanto potius terreno mihi ac humi repenti, quique nihil præter lutum materiamque, ac res fluxas et caducas, cogitare sufficiam, eoque nutem ac dubius æstuem, ne quid festæ diei majestas, sordenti meæ temeritatis imbecillitatisque imminutum sermone per injuriam vilescat?

Cæterum non defuerit, qui sciendi cupidus merito dubitet quæratque eurnam nemo, quod sciamus, theologorum doctorumque sacrorum, quæ ad Dei Genitricis intemeratum venerabilissimumque transitum spectant, conscripserit, aut aliquam nobis de ea re scripturam reliquerit: eo modo quo ii divina Evangeliorum composuerunt volumina, theologicasque expositiones tradiderunt. Id vero causæ respondemus, quod longo postea tempore Deo afflatæ (77) dormitio illa acciderit. Ferunt enim ubi ad extremam devenisset senectutem, migrasse ab humanis. Vel quia necdum ea tempora harum rerum explicationem permitterent. Nam neque congruum erat, ut cum primum conscribi cœpit Evangelium, mox seminatus œconomiæ ac incarnationis sermo hæc sibi disquirenda ac exponenda assumeret, quæ utique peculiari alio quam pro temporis ratione, et otio et opera indigerent. Verum si quidem ob eas rationes, nec scimus quid loquamur. Sin autem quia divino Spiritu afflati viri, ad usque tantum Verbi in carne nobiscum commorationem sermonem œconomiæ et spectantem ad sacramentum assumpti hominis produxerunt, nec aliud ulterius quam ascensionem a terra docuerunt, eo illis silentium indictum sit; etiam ipse morem gero. Enimvero, ut ne qui, dum interim multa loquimur, existimaverint omnino traditum silentio diei sacramentum, operæ pretium judicavi, ut ad propositæ rei intelligentiam et confirmationem, quod licuit invenire deinceps dicam. Quanquam enim res obscurius cognita sit, haudquaquam tamen mansit nihil omnino tradita sacris Eloquiis.

Dictum itaque est a quodam theologo et doctore, eoque sapienter ac scite in divinarum rerum scientiam exculto, cui etiam occultioris sacratiorisque supercœlestium mentium formationis angelicas informationes revelatas aiunt: insuper etiam cœlestis doctrinæ, quam admirabilis Paulus excellenti puritate doceri cœlitus meruit, expo-

Διαπορήσῃ δ' ἄν τις εἰκότως τῶν λίαν φιλομαθῶν ὅτου δὴ χάριν τὰ κατὰ τὴν ἄχραντον καὶ ὑπερκόσμιον τῆς Θεοτόκου μετάστασιν οὐκ ἴσμεν τῶν θεολόγων τινὰ συγγεγραφότα, ἢ ὁπωσοῦν ἡμῖν καταλείψαντα σύνταγμα, ὥσπερ οὖν αὐτοὶ τὴν θείαν τῶν Εὐαγγελίων πτυκτὴν συνέταξαν, καὶ τὰς θεολογικὰς ἐκφαντορίας παρέδοσαν. Καὶ λέγομεν· ὡς διὰ τὸ μακροῖς ὕστερον χρόνοις τῆς θεολήπτου [86] συμβῆναι τὴν κοίμησιν. Λόγος γὰρ αὐτὴν πρὸς ἔσχατον καταντήσασαν γῆρας, μεταστῆναι τῶν τῇδε. Ἢ τὸ, μὴ τοὺς καιροὺς τὴν τούτων τέως ἐπιτρέπειν διάληψιν· ὅτι μηδὲ προσῆκον ἦν, κατ' αὐτήν γε τοῦ Εὐαγγελίου τὴν συγγραφὴν, τὸν τῆς οἰκονομίας σπαρέντα λόγον αὐτίκα περὶ τούτων διαλαβεῖν· ἄλλης, ὡς εἰκὸς, δεομένων εἰδικῆς, ἢ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, σχολῆς τε καὶ πραγματείας. Ἀλλ' εἰ μὲν διὰ ταῦτα, οὐκ ἴσμεν ὅ τι καὶ φῶμεν. Εἰ δὲ διὰ τὸ μέχρι μόνον τῆς πρὸς ἡμᾶς ἐν σαρκὶ τοῦ Λόγου διατριβῆς παρατεῖναι τοὺς πνευματοφόρους ἄνδρας τῆς οἰκονομίας τὸν λόγον, καὶ πέρα μηδὲν τῆς ἀπὸ γῆς ἀνόδου καθυποφῆναι, τούτοις τὴν σιωπὴν ἐποίησε, κἀγὼ πείθομαι. Πλὴν ἀλλ' ἵνα μὴ τὰ πολλὰ λεγόντων ἡμῶν, οἰηθείέν τινες παντελεῖ παραδεδόσθαι σιγῇ τὸ τῆς ἡμέρας μυστήριον, καλὸν οἶμαι προσθεῖναι τῷ λόγῳ τὸ κατὰ δύναμιν εὑρημένον, πρὸς τὴν τοῦ προκειμένου σκοποῦ σύλληψιν καὶ βεβαίωσιν. Οὐ γὰρ εἰς τέλος μεμένηκε πρὸς τοῖς ἱεροῖς λογίοις ἀνέκδοτον, εἰ καὶ ἀμυδρότερόν πως τεθεώρηται.

Εἴρηται γοῦν πρός τινι τῶν θεολόγων ἱερολόγων, σοφῶς τε καὶ ἐπιστημονικῶς ἐξησκημένῳ τὰ θεῖα, ὥς φησι [87], καὶ τῆς μυστικῆς ἱεροπλαστίας τῶν ὑπερουρανίων νόων τὰς ἀγγελοπρεπεῖς ὑποτυπώσεις ἐκκεκαλύφθαι. Πρὸς δὲ, καὶ τὰς ἀπορρήτους ἐκφάνσεις, τὰς Παύλῳ τῷ θεσπεσίῳ δι' ὑπερβολὴν καθαρότητος ἐκφανθείσας ὑπηγορεῦσθαι, ὧν τὴν ὑπέρφωτον

[d] Prov. VIII, 9. sec. LXX. [e] IV Reg. VII, 11.

VARIÆ LECTIONES.

[86] Θεολήπτου proprie est a Deo assumptæ. [87] Φησί, ait, hoc est, aiunt, dicitur, vulgo; vel melius lege φασί.

COMBEFISII NOTÆ.

(77) *Deo afflatæ.* Τῆς θεολήπτου. Vox Dionysiana in apostolos et primos illos discipulos et ἱεράρχας nostros: quam Andreas hic transfert in Mariam, et orat. 3 in animas sanctorum, et *juvenculas* illas Canticorum I et VI, vere θεοειδεῖς, ut idem vocat; Deo jam, quo beatæ fruuntur, perquam similes. I Joan. III, 2. Paulo ante dixit de ipso Mariæ corpore, eoque reddidimus, *a Deo assumptum.*

Digitized by Google

θεωνυμίαν τὸν κόσμον ἔχειν οὐ δυνατὸν, ὡς πάσης κρυφιότητος καὶ ἀφθεγξίας ἐπέκεινα. Τίς οὗτος, εἰπω βούλεσθε; ἢ παρεὶς τὴν προσηγορίαν, ἐκ τῶν προσόντων τἀνδρὶ δειγμάτων γνωρίσω τοῦτον ὑμῖν, ὡς ἐξ ὀνύχων τὸν λέοντα; οἶμαι δὲ μὴ λίαν ἀγνοεῖν τὸν ἄνδρα, τοὺς οὐκ ἀπείρως ἔχοντας τῆς ἀμφ' αὐτὸν εὐφυΐας. Ῥητέον οὖν τὴν προσηγορίαν τἀνδρὸς, εἴ πως καὶ δι' αὐτῆς ὁ λόγος τὸ ἀξιόπιστον ἔχοι.

A sita suggestaque arcana; quorum luce clariora divina nomina mundus nequit habere, ut quæ omnem obscuritatem et vim sermonis plane excedant. Vultis dicam quisnam iste sit, an prætermissa nominis appellatione, hunc vobis virum ex iis quæ insunt notis, tanquam ex ungue leonem, cognitum faciam? Porro arbitror non admodum ignotum virum, si qui ejus ingenii dexteritatem et divitias non penitus rudes ignorant. Dicendum itaque viri nomen, si quo modo inde sermo fidem habeat.

Διονύσιος οὗτός ἐστιν ὁ πολὺς τὰ θεῖα, καὶ μέγας τὰ κατ' οὐρανὸν ἀκούσματα, καὶ ὅσα τῆς ἀκατονομάστου θεωνυμίας ἐστὶν ἐνδάλματα καὶ εἰκάσματα. Ὃς ἐν τῇ *Περὶ θείων ὀνομάτων* ἱερωτάτῃ πτυκτῇ, πρὸς τῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ τῷ περὶ ταύτης, ἡ [88] τῆς εὐχῆς δύναμις, καὶ περὶ τοῦ μακαρίου Ἱεροθέου, καὶ περὶ εὐλαβείας καὶ συγγραφῆς θεολογικῆς, αὐτοῦ που τοῦ λόγου γενόμενος, καὶ τὰ κατὰ τὸν θεῖον ἐκεῖνον ἄνδρα παρεκβατικώτερον διεξιὼν, τάδε φησὶ πρὸς Τιμόθεον γράφων· « Καίτοι καὶ τοῦτο ἡμῖν ἐπιτετήρηται λίαν ἐμμελῶς, ὥστε τοῖς αὐτῷ τῷ θείῳ καθηγεμόνι κατ' ἔκφασιν σαφῆ διηυκρινημένοις, μηδ' ὅλως ἐγκεχειρηκέναι πρὸς ταυτολογίαν, εἰς τὴν αὐτὴν τοῦ προστεθέντος αὐτῷ λογίου διασάφησιν. Ἐπεὶ καὶ παρ' αὐτοῖς τοῖς θεολήπτοις ἡμῶν ἱεράρχαις, ἡνίκα καὶ ἡμεῖς, ὡς οἶσθα, καὶ αὐτὸς, καὶ πολλοὶ τῶν ἱερῶν ἡμῶν ἀδελφῶν, ἐπὶ τὴν θέαν τοῦ ζωαρχικοῦ καὶ θεοδόχου σώματος συνεληλύθαμεν· παρῆν δὲ καὶ ὁ ἀδελφόθεος Ἰάκωβος, καὶ Πέτρος ἡ κορυφαία καὶ πρεσβυτάτη τῶν θεολόγων ἀκρότης· εἶτα ἐδόκει μετὰ τὴν θέαν ὑμνῆσαι τοὺς ἱεράρχας ἅπαντας, ὡς ἕκαστος ἦν ἱκανὸς, τὴν ἀπειροδύναμον ἀγαθότητα τῆς θεαρχικῆς ἀσθενείας· πάντων ἐκράτει μετὰ τοὺς θεολόγους, ὡς οἶσθα, τῶν ἄλλων ἱερομυστῶν. Ὅλος ἐκδημῶν, ὅλος ἐξιστάμενος ἑαυτοῦ, καὶ τὴν πρὸς τὰ ὑμνούμενα κοινωνίαν πάσχων. Καὶ πρὸς πάντων ὧν ἠκούετο καὶ ἐωρᾶτο, καὶ ἐγινώσκετο καὶ οὐκ ἐγινώσκετο, θεόληπτος εἶναι καὶ θεῖος ὑμνολόγος κρινόμενος. » Ὦ μακαρίας ὄντως καὶ ψυχῆς καὶ γλώττης, τῆς ταῦτα μυηθείσης καὶ φθεγξαμένης! ὦ τίς ἂν μοι

Vir iste Dionysius est divina doctissimus, magnusque cœlestium rerum auditione, ac eorum quotquot ad innominabilium Dei nominum species tenuesque repræsentationes, quales mens humana ferre potest, pertinent. Is sacratissimo libro *De divinis nominibus*, cum ad tertium caput, ubi de virtute orationis, deque beato Hierotheo, ac de modesta cautione, nec non de divinarum rerum conscriptione disserit, ad certum ejus locum venisset, atque ea quæ spectant ad virum illum admirabilem, nonnulla digressione enarrasset, hæc ait ad Timotheum scribens: « Quanquam hoc a nobis diligenter observatum est, ut quæ divinus idem præceptor aperta expositione distinxisset, ea nullo modo tractaremus, iisdem repetendis ad eamdem sententiæ, quæ ab eo proposita esset, explanationem. Nam etiam apud ipsos numine afflatos antistites nostros, cum et nos, ut scis, et tu, et multi ex sanctis fratribus nostris, ad corpus quod vitæ principium (78) Deum suscepisset, intuendum convenissemus (porro etiam aderat Dei frater Jacobus, et Petrus summus ac præstantissimus theologorum vertex), placuissetque ut post spectaculum, sacri omnes antistites, pro suis quisque viribus, infinitæ virtutis bonitatem matris Dei imbecillitatis (79) laudibus efferrent, theologis, id est Apostolis, exceptis, sacros omnes alios præcones, ut te non fugit, superabat. Totus videlicet excedens, totus extra se raptus atque eorum quæ laudaret communione affectus,

VARIÆ LECTIONES.

[88] Forte νοῦ, τίς ἡ. Comb.

COMBEFISII NOTÆ.

(78) *Quod vitæ principium.* Τοῦ ζωαρχικοῦ σώματος. *Quod edidisset vitam.* Perion. cum sequenti καὶ θεοδόχου confundens. *Quod auctorem vitæ Deumque recepisset.* Bill. 2 Orat. Damasc. De Assumpt. qui ipse eumdem Dionysii locum affert: *Quod vitam inchoaverat.* Vitam utique gratiæ, ejus auctore concepto et edito: vel etiam, vitam Christum, ipsam per se vitam; is enim vere ex Maria, quanquam ut Mariæ solum Filius, sive ut homo, exque Mariæ corpusculo, initium habuit.

(79) *Imbecillitatis Matris Dei.* Τῆς θεαρχικῆς ἀσθενείας. [Mallem, *infinitam bonitatem divinæ imbecillitatis.* Galland.] Exponimus ut Andreas noster in sequentibus eruditissime exponit; vixque antequam etiam legissem, adduci poteram, ut torrenti aliter velut uno ore exponentium post D. Maximum, concederem: ut nimirum, aliud acciperem eam imbecillitatem, quam ipsam Mariam exanimem, qua visa, sacer ille cœtus, in ejusdem proruperit laudes, infinitæ in ea virtutis bonitatem celebrans, qua Deo vicina et major homine, velut Deo homini principium et mater, ipsa sic pro humana fragilitate, morti concessisset, ac corpore exstincta jaceret. Alii ergo, τὸ, θεαρχικῆς ἀσθενείας, ad Christum referunt, qui ipse θεαρχικός, ac supremus Deus, factus sit συγκαταβάσει, et se nobis inclinando, *imbecillitas*: verum id minus cohæret, cum solius Mariæ, et visi ejus corpusculi exanimis, cui sanctus ille conventus parentaret, mentio præcessisset, ac plane insistat Dionysius in sua illa phrasi, qua idem corpus ζωαρχικόν paulo superius dixit: plane enim utroque nomine idem voluit. Codex Sirl. quo usus est Bill. in 2 Orat. Damasc. de Assumpt. ἀντὶ, ἀσθενείας, habet ἐξουσίας. Regius tamen ex quo prodierint novæ eæ orationes, ac recognita Billii versio, exspectata Damasceni editione, cum Dionysii universis codicibus et Andrea nostro, habet ἀσθενείας.

Digitized by Google

ut ab omnibus qui ipsum audiebant et cernebant tum qui agnoscerent, tum qui non agnoscerent, divino numine correptus, ac divinus plane laudator esse censeretur. » O beatum plane et animum et linguam! animum inquam his eruditum, linguamque verba ejusmodi prolocutam. O quis dederit, ut eorum quæ divina quadam ratione celebrata sunt, extremos sonos auribus hauriam! Nam viris illis quanquam vita adeo sublimi, mentisque contemplatione sic a terrenis elevata, ita laudantem demirantibus, quanta putandum fuisse ab eo laudibus celebrata, ipsumque adeo quod laudibus celebrabat? Cæterum procedat oratio ad ea quæ reliqua sunt. « Sed quid tibi, inquit, de enim memet ipsius oblivio cepit, nonnullas etiam abs te audivisse me novi : tanto tibi studio est, ut ne divina negligentius persequaris. Verumtamen, quæ illic gesta sunt sacramenti plena, tum velut multis obscura, tum ut tibi nota, prætermittemus. »

A δοίη πρὸς τὰ ὦτα τῶν θεοειδῶς ὑμνηθέντων τὰ ἀπηχήματα; Εἰ γὰρ ἐκεῖνοι καίπερ οὕτω μετάρσιον εἰληχόσι τὸν βίον, καὶ ἀμιγῆ τῶν κάτω τὴν κατὰ νοῦν θεωρίαν, οὕτως ὁ ὑμνῶν ἐθαυμάζετο· πηλίκα ἦν τὰ ὑμνούμενα, μᾶλλον δὲ τὸ ὑμνούμενον; Πρὸς δὲ τὰ ἑξῆς ὁ λόγος χωρείτω· « Καὶ τί ἂν σοι, φησὶ, περὶ τῶν ἐκεῖ θεολογηθέντων λέγοιμι; Καὶ γὰρ εἰ μὴ καὶ ἐμαυτοῦ ἐπιλέλησμαι, πολλάκις οἶδα παρὰ σοῦ καὶ μέρη τινὰ τῶν ἐνθεαστικῶν ἐκείνων ὑμνῳδιῶν ἐπακούσας· οὕτως σοι σπουδὴ μὴ ἐκ παρέργου τὰ θεῖα μεταδιώκειν. Πλὴν ἀλλὰ τὰ ἐκεῖ μυστήρια, καὶ ὡς τοῖς πολλοῖς ἄῤῥητα, καὶ ὡς ἐγνωσμένα σοι, παραλείψομεν. »

In hunc nobis modum Dionysius loquitur; Dionysius, inquam, sublimis ille divinorum interpres, sublime volans cœlorum aquila (80), sacris divinorum imaginibus plenissimus animus. Operæ autem pretium arbitror, ut ne levius dicta prætereamus, sed quantum licuerit assequi, eis immoremur, ac sensorum profunda penetremus, unde et modo expressius declaretur clariusque quod volumus. Tu porro mihi venerabilis auditorum cœtus, eorum quæ dicenda sunt vim considera, ut sacramentorum eventum perspexeris, noverisque, quis et quantus conventus congregatus sit; ac sacro doctore ceu ex oracuło referente, atque miraculo præeunte.

B Ταῦτα ἡμῖν Διονύσιος, ὁ ὑψηλὸς τῆς θεολογίας ὑφηγητής· ὁ τῶν οὐρανῶν ὑψιπετὴς ἀετὸς, ὁ ἱερογραφικώτατος νοῦς. Ἄξιον δὲ οἶμαι μὴ παρέργως τὰ εἰρημένα παραδραμεῖν, ἀλλ' ὡς ἐφικτὸν ἐμμεῖναι τούτοις, καὶ εἰσδῦναι τῷ βάθει τῶν νοημάτων, ἐξ οὗ καὶ τὸ ποθούμενον ἐκτυπώτερον, καὶ νῦν ἐμφανέστερον παραδείκνυται. Σὺ δέ μοι σεμνὸν ἀκροατήριον σκόπει τῶν ῥηθησομένων τὴν δύναμιν, ἵνα συνῇς τῶν μυστηρίων τὴν ἔκβασιν, καὶ γνῷς τίς καὶ ποταπὴ τῶν συνειλεγμένων ἡ συνάθροισις, καὶ προχρηματίσαντος τοῦ ἱεροφάντου τὸ θαῦμα.

Age itaque velut a gradibus sempiterna memoria habendæ Sion descendentes; illuc enim haud ita pridem sermo subvexit (quippe illic Dei Mater agens in terris, domicilium habuit) : inde jam opportune virginale corpus illud pompæ funebri comites præmittamus. Dei siquidem Mater, in ejus manus deposita anima, in cujus manu nostrum omnium animæ positæ sunt, vitam in carne finivit. Tum vero, ubi ordine elatum funus erimus prosecuti, secuto a pompa cantico carmen funebre adjungamus. Sic enim nobis secundo cursu decurret oratio, et ea quæ dicta sunt liquido exponentur. Ut ergo hæc fuerint, veni, dilecte, vade et procede, lætissima ac maxime alacri animi perspicacitate, ad honorabile Gethsemani, tibique ipse, viva expressaque deformata imagine, iis quæ evenerunt dicta compone. Ubi enim gestis intenderis animum, haudquaquam prolixos sermones ceu subsidio necessarios ad veri cognitionem habueris. « Omnia enim præsentia intelligentibus, et recta invenientibus scientiam. »

C Φέρε τοίνυν ἐκ σταθμῶν ἀποβάντες τῆς ἀειμνήστου Σιὼν (αὐτοῦ γὰρ ὑπὸ τοῦ λόγου μικρῷ πρόσθεν ἀνήχθημεν· ταύτην γὰρ εἶχεν ἡ Θεομήτωρ ἐπὶ γῆς ἐνδιαίτημα), ἐπικαίρως αὐτόθεν ἄρτι τοῦ παρθενικοῦ προπομπεύσωμεν σώματος. Αὐτοῦ γὰρ εἰς χεῖρας, οὗ ἐν χειρὶ πάντων ἡμῶν αἱ ψυχαὶ, τὴν ἑαυτῆς παρακαταθεμένη ψυχὴν ἡ Μητρόθεος, τὴν ἐν σαρκὶ ζωὴν συνεπέρανεν. Εἶθ' οὕτως τὴν ἐξόδιον ἀκολούθως ποιησάμενοι πρόοδον, τῇ ἐφυμνίῳ προπομπῇ τὸν ἐπικήδειον ἐπισυνάψωμεν ἔπαινον. Οὕτω γὰρ καὶ κατὰ ῥοῦν ἡμῖν ὁ λόγος δραμεῖται, καὶ τὰ εἰρημένα, τρανὴν δέξεται τὴν ἐξάπλωσιν. Ἵν' οὖν τοῦτο γένηται, δεῦρο ἄπιθι καὶ πρόβαινε φαιδροτάτῃ καὶ θυμηρεστάτῃ ὀξυωπίᾳ τῆς διανοίας, ἀγαπητὲ, ἐπὶ τὴν εὐλαβεστάτην Γεθσημανὴ, καὶ ἀνατύπωσαι σεαυτῷ εἰκόνα ἐμφανῆ, τῇ ἐκβάσει τῶν πραγμάτων τὰ εἰρημένα συγκρίνων. Οὐ γὰρ δεήσῃ μακρῶν λόγων εἰς ἐφόδιον D γνώσεως, τοῖς ἔργοις ἐνατενίζων· « Πάντα γὰρ ἐνώπια τοῖς συνιοῦσι, καὶ ὀρθὰ τοῖς εὑρίσκουσι γνῶσιν. »

Illic igitur pulchrum quoddam ornatumque templum, magnifico splendidoque cultu decorum oc-

Αὐτοῦ δὴ τοίνυν εὑρήσεις περικαλλές τι καὶ κεκοσμημένον ἀνάκτορον, πολυτελῆ τε καὶ λαμπρὸν

COMBEFISII NOTÆ.

(80) *Sublime volans cœlorum aquila.* Ὁ τῶν οὐρανῶν ὑψηλοπετὴς ἀετός. Simili epitheto exornat Chrysost. hom. de falsis prophetis edita a Vossio Latine, ac Græco adjecto a Ducæo : quanquam minus sapiat Chrysostomum, nec Græca edita nominent Areopagitam : forte tamen habuit Vossii codex.

Digitized by Google

περικείμενον κόσμον. Ὑπὸ τοῦτον τὸν ὑπερφερῆ τε καὶ ἱερότευκτον οἶκον, κατανόησον τὸν νυμφοδόχον καὶ παρθενικὸν τῆς Θεοτόκου σηκόν. Περίβλεψαι δὲ τοῖς τῆς πίστεως ὄμμασι τῶν ἱερογράπτων τῆς βασιλίδος μελῶν τὴν κατάκλισιν. Ἦν οὐκ εἰς μακρὰν τῆς κηδείας, μεταθέντος αὐτῆς τοῦ ἱεροῦ σκήνους, αἱ κατ' αὐτῆς κοιλανθεῖσαι τῆς πέτρας ὑπογλυφίδες, ἀχειροτεύκτως ἐνετυπώσαντο. Εὑρήσεις αὐτόθι καὶ τὴν καταντήσασαν χρησίμως τῶν ἱερομυστῶν ἄθροισιν, τῇ κατὰ νοῦν θεωρίᾳ μυστικῶς ἐρευνώμενος· συμπαρεῖναι γὰρ τότε φησὶν ὁ ἱεροφάντης, κατ' εὐδοκίαν ἄφραστον, οὐκ εὐαριθμήτων ἱεροφόρων ἀνδρῶν ἄγυρμα. Ὡς ἂν οὖν τῆς διανοίας τῶν εἰρημένων ἀψώμεθα, φέρε τῇ μυσταγωγίᾳ τοῦ θείου χειραγωγούμενοι Πνεύματος, συλλήπτορα τοῦ λόγου τὴν Μητέρα τοῦ Λόγου ποιώμεθα. Παρέσται γὰρ ἀγαθοδότις οὖσα, διδάξουσά τε καὶ συνετιοῦσα πλέον, ἢ ὅσον ἡμεῖς παραιτούμεθα. Ἀλλά μοι καὶ αὐτὸς παρείης, ὑφηγητά, μύστα καὶ θεωρὲ τῶν ἀλήπτων, καὶ τῆς σκηνῆς τῆς ἀληθινῆς ἱεροθύτα, καὶ τοῖς σοῖς ἐμφιλοχωρεῖν ἐθέλοντι χειραγωγὸς εἶης, καὶ πρὸς τὴν τοῦ ζητουμένου δύναμιν ἀπλανῶς καθοδηγοίης μου τὴν διάνοιαν τῇ ἐποπτίᾳ τῆς μυστικῆς ἀντιλήψεως. Δείκνυσι τοίνυν διὰ τῶν ἑαυτοῦ λόγων ἡμῖν ὁ θεσπέσιος, ὡς ἅπας σχεδὸν τῶν ἱερῶν ἀποστόλων ὁ θίασος, περὶ τὸ σεπτὸν ἐκεῖνο καὶ μέγα τῆς Θεομήτορος συνεγήγερτο θέατρον, καὶ τοὺς ἀνὰ πᾶσαν διεσπαρμένους τὴν γῆν μαθητὰς, ἅμα τότε συνειλεγμένους, ὧν εἷς ἦν καὶ αὐτὸς σὺν Τιμοθέῳ καὶ Ἱεροθέῳ τοῖς θεοσόφοις. « Ἡνίκα γὰρ, φησὶ, καὶ ἡμεῖς, ὡς οἶσθα, καὶ αὐτὸς, καὶ πολλοὶ τῶν ἱερῶν ἡμῶν ἀδελφῶν, ἐπὶ τὴν θέαν τοῦ ζωαρχικοῦ καὶ θεοδόχου σώματος συνελήλυθαμεν. » Ζωαρχικὸν δὲ σῶμα οὐδ' ἂν ἄλλο νοήσοιμεν, πλὴν τοῦ θεοδόχου καὶ παρθενικοῦ σκήνους, ἐξ οὗ καὶ τὸ πρόσλημμα θεώσας ὁ ὑπερούσιος, καὶ εἰς οὐσίαν ἀληθῶς ἐλθὼν, ὑπὲρ οὐσίαν οὐσιώθη. Οὐ γὰρ τὸ Δεσποτικόν· ὅτι μὴ πρὸ τοῦ πάθους παρῆσαν οἱ μετὰ τὸ πάθος πιστεύσαντες. « Θεολήπτους δὲ ἱεράρχας, » τοὺς θιασώτας οἶμαι τῶν μαθητῶν, ὡς προέδρους τοῦ λόγου, σαφῶς ἐνταῦθα παραδηλοῖ. Καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν, εἰ τὸ ἐξάραν Ἠλίαν πνεῦμά ποτε, καὶ διφρελάτην οὐρανοῦ πυρφόρον ἀναλαβὸν ἅρτι, τότε κἀκείνους ἐξαπίνης συνήγαγε διὰ νεφέλης ἐν πνεύματι. Ῥᾷστα γὰρ πάντα Θεῷ, καθὼς ἐν τῷ Ἀμβακοὺμ καὶ τῷ Δανιὴλ ἔγνωμεν.

Τούτους δὲ ὅσους ἂν οἴει τότε, ἀγαπητὲ, ἄλλους ἄλλοθεν ὀπαδοὺς αὐτόθι συνενεχθέντας; τοῦτο γὰρ δηλοῖ τό· « Καὶ πολλοὶ τῶν ἱερῶν ἡμῶν ἀδελφῶν. » Ὡς δῆλον εἶναι μηδὲ τῶν ἑπτάκις δέκα, τῶν ὕστερον ἀναδεδειγμένων Χριστοῦ μαθητῶν, ἡμοιρηκέναι τὸ θεόλεκτον ἐκεῖνο συνέδριον. Εἰκότως γὰρ τοὺς μὲν ὡς πρωτουργοὺς τοῦ μυστηρίου καὶ φιλοθεάμονας, ἐνίους δὲ καὶ μετ' αὐτοὺς εὐθὺς, ὡς τὰ δεύτερα τῆς θεολογίας φέροντας, Πνεύματι θείῳ συνελασθέντας

A curret. Sub ea præcellenti sacraque domo, tu mihi quod sponsam recepit, ac virginale Dei Genitricis considera adytum. Circumspice vero fidei luminibus decubantis reginæ depicta membra (brevi a funere sacro ejus translato tabernaculo) nulla manuum opera cavante ipsa, cælaturis petræ deformata. Sacrorum item doctorum cœtum opportune occurrentem mentis contemplatione spiritaliter scrutatus, illic loci inveneris. Ait enim sacer interpres, ineffabili Dei beneplacito ac providentia, numerosam Deo afflatorum virorum multitudinem, una tunc adfuisse. Ut igitur sensum dictorum apprehendamus, age, ductrice divini Spiritus doctrina sacra, Sermonis Matrem, sermoni patronam et adjutricem asciscamus. Plane enim ad-

B erit velut boni largitrix, ac supra quam petimus docebit. Sed et ipse interpres sacer, doctorque et spectator rerum comprehensione majorum, verique tabernaculi sacerdos, mihi adsis, nec tuis libenter immoranti, ceu manu ductorem tete abnueris, mentemque meam ut vim quæsiti sine errore perspexerit, inspectione ac tutela spiritalis auxilii direxeris. Significat itaque verbis suis vir admirabilis, totum ferè apostolorum sacratum chorum, ad venerabile illud magnumque Dei Matris coactum spectaculum, discipulosque per universam terram dispersos, una tunc fuisse congregatos. De quorum ipse numero fuit, cum divine sapientibus Timotheo atque Hierotheo : « Cum et

C nos, inquit, ut nosti, et tu, et multi ex sanctis fratribus nostris, ad corpus quod vitæ principium dedisset, Deumque suscepisset, contuendum convenissemus. » Cæterum nullum aliud cogitaverimus dictum zoarchicum corpus, præter illud quod vitam edidisset, ac virginale tabernaculum ; ex quo etiam assumptam carnem, is qui major substantia est, divinitate donavit, totaque veritate ad substantiam veniens, altiori supra substantiam modo substantiam induit. Non enim ejusmodi corpus illud Dominicum fuerit. Nam non adfuissent ante passionem, qui post passionem credidissent. « Deo autem afflatos sacrorum antistites, » eos puto clare hoc loco significatos, qui essent e discipulorum choro, tanquam verbi præfectos. Nec

D quidquam mirum, ut Spiritus qui quondam extulisset Eliam, aurigamque cœli igniferum assumpsisset, eos etiam per nubem in spiritu id temporis momento congregaverit. Nam sunt omnia Deo facilia, quemadmodum in Habacuc et Daniele novimus [1].

Tu vero, dilecte, quam multos putas ex aliis partibus illic societate congressos? Id enim significat quod ait : « Et multi ex sanctis fratribus nostris. » Ut palam sit neque septuaginta postremum creatos Christi discipulos defuisse electo illi a Deo cœtui atque concilio. Par enim erat ut tum illi, velut qui primarii in mysterio essent ac spectaculi amantes, tum alii post eos quidam eisque proximi, ut qui secundas in theologia fer-

[1] Dan. XIV, 23 seqq.

Digitized by Google

rent, divino compellente Spiritu, actutum subque id momentum temporis congregarentur. Hoc enim significat ex iis quæ adjicit : « Aderat autem etiam Dei frater Jacobus, et Petrus, summus ac præstantissimus theologorum vertex. » Plane vero fuerit ut quis admiretur cogitans ut ita subito convenerunt.

A ὑπόγυιον ἀχθῆναι. Τοῦτο γὰρ οἷς ἐπιφέρει δηλοῖ· « Παρῆν δὲ καὶ ὁ ἀδελφόθεος Ἰάκωβος, καὶ Πέτρος ἡ κορυφαία καὶ πρεσβυτάτη τῶν θεολόγων ἀκρότης. » Θαυμάσειε δ' ἄν τις, αὐτῶν τὸ ἀθρόον τῆς συνελεύσεως ἐννοῶν.

Ubi porro omnes pariter ad urbem Hierosolymam convenissent (circumstabat vero immensum quoddam agmen), quid acciderit, quæve sint gesta sequentibus declarabitur. « Ac tum, inquit, placuit, ut post spectaculum sacri omnes antistites, pro suis quisque viribus, infinitæ virtutis bonitatem imbecillitatis Matris Dei laudibus efferrent. » Age enimvero, videamus, siquidem videre liceat intellectualibus oculis, quodnam illud sit spectaculum, ac quanta pulchritudo, quænam item theologia, in speciei Deum delectantis laudes effusa. Lucidum itaque ac plane decorum spectaculum, quod id temporis Deo afflatis viris illuxit, ut equidem explico, illustrissima fuit virginalis tabernaculi ceu a Deo effulgentia, quam Deiparæ corpus illud, ceu vitæ principium totumque luminosum viderunt. Corpus, inquam, supra nos ac humanam sortem, et nostram; quo nobis divinioris vitæ principium, primitias nostras quas sibi ipse mirabiliter ex virginali utero velut subitario opere conflavit, vitæ principium faciens, vitæ princeps auctorque Jesus, concessit. « Quod si delibatio sancta, juxta Apostolum, plane et massa : et si radix sancta, utique et rami [g]. » Est ergo Deiparæ corpus vitale ac ceu vitæ initiativum, quod ipsam totam deitatis vitalem vitæque initiativam plenitudinem in se suscepit. Corpus, inquam, pretiosum virginitatis monile, præcellens cœlum, Deo culta terra, delibatio massæ humani ex Adam generis in Christo deitate donatæ, simillima principis speciei atque decoris repræsentatio; arcanorum Dei judiciorum a Deo obsignatus thesaurus; domicilium virtutum; spiritalis mirabilium divinæ in nos dispensationis sermonum liber; inexplicabilis profunditas inevacuatæ plenitudinis ejus, « qui omnia implet in omnibus [h]; » turris firmissima absconditæ spei; incorruptionis intellectum superantis thesaurus; regia Verbi principium omne superantis stola; terrenum cœlestis Regis palatium; celebris divinorum cum hominibus contractuum officina; congruentissima divinæ humanationis materia; divine perfectum ejus qui omnia efficit optimique artificis lutum, ex quo more humano propter homines, ex toto vereque ad substantiam accedens qui substantiam superat, substantiam indutus est.

B

C

D

Οἳ ἐπειδὰν κατὰ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἅμα πάντες συνεληλύθασιν (ἄπειρον δέ τι στίφος ἦν ἀμφ' αὐτοῖς), τί γέγονε, καὶ τίνα πεπραγμάτευται, τὰ ἑξῆς δηλώσει. « Εἶτα γὰρ ἐδόκει, φησὶ, μετὰ τὴν θέαν ὑμνῆσαι τοὺς ἱεράρχας ἅπαντας, ὡς ἕκαστος ἦν ἱκανὸς, τὴν ἀπειροδύναμον ἀγαθότητα τῆς θεαρχικῆς ἀσθενείας. « Ἀλλὰ τίς ἡ θέα, καὶ τὸ κάλλος ἡλίκον, ἢ τίς ἡ ἐφύμνιος θεολογία τῆς θεοτερποῦς ὡραιότητος, φέρε ἴδωμεν, εἴπερ οἷόν τε ταύτην νοεροῖς ἰδεῖν ὀφθαλμοῖς. Θέα φωτοειδής τε καὶ εὐπρεπὴς ἡ τότε τοῖς θεολήπτοις φανεῖσα εἴη ἄν, ὡς ὁ ἐμὸς λόγος, ἡ παμφαὴς τοῦ παρθενικοῦ σκήνους θεολαμπία, καθ' ἣν τὸ ζωαρχικὸν καὶ ὁλόφωτον ὡράτο τῆς Θεοτόκου σῶμα, τὸ ὑπὲρ ἡμᾶς, καὶ ἡμέτερον· δι' οὗ ζωῆς ἡμῖν θειοτέρας ἀρχὴν ὁ ζωαρχικὸς Ἰησοῦς ἐχαρίσατο, τὴν ἡμετέραν ἀπαρχὴν ζωῆς ἀρχὴν ποιησάμενος, ἣν ἐκ παρθενικῆς ἑαυτῷ νηδύος ὑπερφυῶς ἐσχεδίασεν. « Εἰ δὲ ἡ ἀπαρχὴ ἁγία, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, καὶ τὸ φύραμα δῆλον· καὶ εἰ ἡ ῥίζα ἁγία, καὶ οἱ κλάδοι δήπουθεν. » Ζωαρχικὸν ἄρα τῆς Θεοτόκου τὸ σῶμα, ὅλον αὐτὸ τῆς θεότητος τὸ ζωαρχικὸν εἰσδεξάμενον πλήρωμα, τὸ πολυτίμητον τῆς παρθενίας κειμήλιον, ὁ ὑπερφερὴς οὐρανὸς, ἡ θεογεώργητος γῆ, ἡ ἀπαρχὴ τοῦ ἐν Χριστῷ θεωθέντος Ἀδαμιαίου φυράματος, τὸ πανόμοιον τῆς ἀρχικῆς ὡραιότητος ἔνδαλμα, ὁ θεοσφράγιστος τῶν ἀπορρήτων τοῦ Θεοῦ κριμάτων θησαυροφύλαξ, τὸ τῶν ἀρετῶν ἐνδιαίτημα, ἡ νοητὴ τῶν θείων τῆς περὶ ἡμᾶς οἰκονομίας λόγων πυκτή· ὁ ἀνερμήνευτος τῆς ἀκενώτου πληρώσεως « τοῦ πάντα ἐν πᾶσι πληρουμένου » βυθὸς, ὁ ἀβράγης πύργος τῶν ἀποκρύφων ἐλπίδων, τῆς ὑπὲρ νοῦν ἀφθορίας ὁ θησαυρὸς, ἡ βασίλειος τοῦ ἀνδρωθέντος ὑπερανάρχου Λόγου στολὴ, τὸ ἐπίγειον τοῦ οὐρανίου Βασιλέως παλάτιον, τὸ περιώνυμον τῶν θείων πρὸς ἡμᾶς συναλλαγμάτων ἐργαστήριον, ἡ παναρμόνιος τῆς θεϊκῆς ἐνσωματώσεως ὕλη, ὁ θεοτελὴς τοῦ παντουργοῦ καὶ ἀριστοτέχνου πηλὸς, ἐξ οὗ καθ' ἡμᾶς δι' ἡμᾶς ὁλικῶς καὶ ἀληθῶς εἰς οὐσίαν ἐλθὼν ὁ ὑπερούσιος οὐσιώθη.

Ac plane beatos revera oculos labiaque eorum, qui hæc celebraverunt! Quæ vero lingua mystica illa ac sacratiora spectacula interpretari queat? Quodnam autem illud spiritalis lucis perspicuissimum vehiculum? Fuit hæc lampas illa, per quam justitiæ solem altiori supra naturam ratione natura suscepit. Hæc intellectuale speculum est paterni

Καὶ ὢ μακαρίων ὄντως ὀμμάτων, καὶ χειλέων τῶν ὑμνηκότων αὐτά! Τίς δ' ἂν ἐκεῖνα τὰ μυστικὰ θεάματα γλώσσῃ διερμηνεύσειε; Τίς ὁ τοῦ νοητοῦ φωτὸς τὸ φανότατον ὄχημα; Ἐκείνη ἡ λαμπὰς ἦν, δι' ἧς τῆς δικαιοσύνης τὸν ἥλιον ἡ φύσις ὑπὲρ φύσιν ἐδέξατο. Ἐκείνη τὸ νοερόν ἐστι κάτοπτρον τοῦ πατρικοῦ ἀπαυγάσματος. Ἐκείνης τῇ λαμπρότητι τὸν πρὸ

[g] Rom. xi, 16. [h] Ephes. iv, 10.

Digitized by Google

ἑωσφόρου Θεὸν ἐνελάμφθημεν· αὕτη ἐστὶν ὁ θρόνος ὁ ὑψηλὸς καὶ ἐπηρμένος, ἐν ᾧ Κύριος Σαβαὼθ καθήμενος, τῷ διορατικωτάτῳ τῶν προφητῶν Ἡσαΐᾳ τεθέατο. Αὕτη τὸ βασιλικὸν ὑπάρχει τοῦ οὐρανίου γένους ἀξίωμα, τὸ πάσης ἱεροθύτου λατρείας ἁγιαστήριον, τὸ νοερὸν τῶν θείων ὁλοκαυτωμάτων θυμίαμα, ἡ λαβὶς τοῦ καθαρτικοῦ ἄνθρακος, ἡ Λευϊτικὴ ῥάβδος, ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαί, τὸ Δαυϊτικὸν σκῆπτρον, ἡ μήτηρ τοῦ πλάσαντος, ἡ τίτθη τοῦ τρέφοντος, ἡ πύλη τῆς Ἀνατολῆς Χριστοῦ, τοῦ ἐξ ὕψους ἀνατολῶν ἀνατείλαντος, ὁ βραχὺς κόλπος τοῦ τὸ πᾶν περιέχοντος, τὸ ἄσπιλον ἔνδυμα τοῦ ἀμνοῦ καὶ ποιμένος, ἡ ἀπειρόζυγος δάμαλις τοῦ μόσχου τοῦ σιτευτοῦ, ὁ καθαρώτατος πόκος τῆς οὐρανίου δρόσου, ἡ παρθένος γῆ τοῦ τὸν Ἀδὰμ ἀναπλάσαντος, ὁ οὐρανὸς τοῦ τὴν γῆν οὐρανώσαντος, τὸ μέγα τῶν προφητῶν ὅραμα, ὃ πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως φαντασθέντες οἱ ἅγιοι, τὰς μυστικὰς θεοπλαστίας συμβολικῶς ἐδιδάσκοντο, καὶ τὸ μέγα τῆς οἰκονομίας ἐτυποῦντο μυστήριον. Ὁ μέγας ἐν μικρῷ κόσμῳ, τοῦ τὸν κόσμον οὐκ ὄντα παραγαγόντος πρὸς ὕπαρξιν, τὸν τῆς αὐτοῦ μεγαλειότητος ἄγγελον.

Ἀλλὰ τὴν οὕτω τετιμημένην καὶ λελαμπρυσμένην Θεῷ, τῷ πάντων γενεσιάρχῃ καὶ συνοχεῖ τῶν ὅλων, πῶς οὐκ ἦν ἀποθαυμάζειν ἐπὶ κλίνης κειμένην ὁρῶντας, τῶν σωματικῶν ἀποπαυθεισῶν αὐτῇ τότε δυνάμεων; Τοῦτο γάρ, οἶμαι, δηλοῖ φάσκων ὁ ἱεροφάντης· « Τὴν ἀπειροδύναμον ἀγαθότητα τῆς θεαρχικῆς ἀσθενείας. » Καὶ γὰρ ἦν δέους μεστὸν τὸ ὁρώμενον· ἡ ζωηφόρος, νεκρόφορος· ἡ θεόμιλος, ἄφωνος· ἡ ὡς ἐν κιβωτῷ τῇ μήτρᾳ τὴν ζωὴν δεξαμένη, νεκρὰ καὶ ἄπνους ἐπὶ κλίνης κειμένη. Ἄπερ εἰ καὶ ξένα τῆς φύσεως, ἀλλ' οὐκ ἀθαύμαστα. Μυστήρια γὰρ ἦν ἐκεῖ νοητὰ, τῷ γε νοητῶς ὁρᾷν δυναμένῳ τὰ θεῖα· τόκος καὶ παρθενία, λόγοι προνοίας καὶ κρίσεως, ὑπεροχῆς καὶ ὑφέσεως, μεγέθους καὶ ταπεινώσεως. Ἐκεῖ σωματοειδὲς ἀμαυροῦν τοῦ ἡλίου τὰς λαμπηδόνας. Ἐκεῖ θνητότης ἀείζωος, τὰς τῶν ὁρώντων ὄψεις περιαυγάζουσα. Πλοῦτος ἐκεῖ τὸν οὐρανὸν ὅλον πληρῶν καὶ τὰ ἐπίγεια. Θέαμα καινὸν καὶ πάντων θεαμάτων ἀξιολογώτατον. Τί τοῦτο τὸ μητρῷον σκῆνος ἐπὶ στιβάδος κείμενον, ἐξ οὗ Θεὸς, ἀγαλματοφορῶν τὸ ἡμέτερον ἀνδρικῶς προελήλυθε, καὶ τὸ κεφάλαιον, ἐν ᾧ τῆς ἀπογαιωθείσης φύσεως ἀναμορφωθὲν ἐθεώθη τὸ φύραμα; Καὶ ἡ μὲν θέα τοιαύτη καὶ οὕτως ἔχουσα· καὶ τάχα γε κρείττων, ἢ ὡς αὐτοὶ μετρίως συνδιεξήλθομεν. Ὁ ὕμνος δὲ τίς; καὶ τὰ ὑμνούμενα οἷα, Χριστὸς παρήτω καὶ διδότω λόγον ἡμῖν, ὡς Λόγος καὶ σοφία καὶ δύναμις, καὶ τὸν ἡμέτερον ὁδηγείτω νοῦν, ἐπὶ τὰ φανὰ τῶν θείων ὑμνῳδιῶν ἀπαυγάσματα· οἷς τρα-

splendoris. Ejus nos claritate, Dei qui ante luciferum est claritate sumus illustrati [i]. Hæc sublime illud solium est et elevatum, in quo sedens Dominus Sabaoth, prophetarum acutissimo Isaiæ visus est [j]. Hæc, cœlestis generis regalis dignitas, totius sacri cultus et sacrificii sanctuarium, spiritalis divinorum holocautomatum thymiama, forceps carbonis expiatorii, virga Levitica, radix Jesse, sceptrum Davidicum, Fictoris mater, alentis nutrix, porta Orientis Christi, Orientis ex alto orientis (81), angustus sinus omnia complectentis, vestis sine macula Agni pariter et Pastoris, vitula jugi expers saginati vituli, mundissimum vellus cœlestis roris, terra virgo instauratoris Adæ, ejus cœlum qui terram et cœlos fecit; magna illa prophetarum visio, quam multifarie multisque modis sancti imaginantes, sacratiores divinas imagines symbolice docebantur, magnumque dispensationis sacramentum figuraliter intelligebant. Magnus ille in parvo mundus, ejus qui mundum ex nihilo creavit, suæ ipsius magnificentiæ nuntium.

Enimvero qui non mirarentur, qui sic Deo omnium auctori omniaque continenti, honoribus prælatam, lecto jacentem aspicerent, exstinctis plane viribus corporis? Hoc enim doctorem sacrum iis verbis significare arbitror [k]: « Infinitæ virtutis bonitatem imbecillitatis thearchicæ, » hoc est divinæ, ac Dei matris, et velut principii. Plane enim erat timore plenum spectaculum. Vitæ mater exportata mortua (82); ut assueta Dei colloquio muta esset, et quæ velut in arcam Vitam in vulva suscepisset, mortua et sine spiritu jaceret in lecto. Ac licet essent res ejusmodi præter naturæ modum, haud tamen minus admirationem habebant. Quippe illic sacramenta erant mentis oculo aspectabilia, si quis mentalibus oculis divina videre potis erat. Nempe partus atque virginitas, Providentiæ rationes atque judicii, excellentiæ et dejectionis, magnitudinis et humilitatis. Solis illic fulgores obscurabat corporea species. Illic immortalis mortalitas intuentium collustrabat facies. Divitiæ illic totum cœlum ac terram replebant. Erat spectaculum novum, atque inter spectacula omnia maximi habendum. Quantum illud ut Dei matris tabernaculum, ex quo Deus humanam indutus imaginem virique processisset specie, caputque illud, in quo sumptæ e terra naturæ reformata conspersio divinitatem induisset, capulo depositum prostaret? Ac quidem ejusmodi fuit spectaculum, et ita habens, aut forte etiam augustius, quam ne-

[i] Psal. cix, 3. [j] Isa. vi, 1. [k] S. Greg. *Orat. in Christi Nativ.*

COMBEFISII NOTÆ.

(81) *Orientis Christi, orientis*, etc. Abest ejusmodi æquivocatio in Græco; ubi proprium Oriens aliter exprimitur, quam vel cœli pars, vel participium. Dicitur Christus Ἀνατολὴ et Oriens, Zach. III, 9; VI, 12; ac Luc. I, 78.

(82) *Exportata mortua.* Νεκρόφορος. Ita series petit legendum, ut stet antithesis, quam activum νεκροφόρος (sive capulus dicatur, sive ipse mandens funeri et libitinarius) non ita servat, variato subjecto in quo contraria admirationem habeant; quod in reliquis auctor observat.

Digitized by Google

bis modice enarrare licuerit. Cæterum quale et quantum fuit canticum? qualiave cantico celebrata? Adsit Christus, ac nobis sermonem præbeat, tanquam ipse Sermo et sapientia et virtus, seque nostris mentibus ducem ad præclaros divinorum canticorum splendores exhibeat : quibus se utinam semper explicet noster animus et cogitatio, quibus etiam illustremur ipsi ac conservemur, in ipso Christo Domino nostro, cui cum Patre omnipotenti, ac vivifico Spiritu gloria sit et potestas, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A νοῦσθαι ἡμῶν εἴη διαπαντὸς τὴν διάνοιαν, καὶ ὑφ' ὧν ἐλλαμφθείημέν τε καὶ συγκρατηθείημεν ἐν αὐτῷ Χριστῷ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ παντοκράτορι Πατρὶ καὶ τῷ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ORATIO XIII.

In dormitionem sanctissimæ Deiparæ Dominæ nostræ.

ΛΟΓΟΣ ΙΓ'.

Εἰς τὴν κοίμησιν τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου.

(Combef. p. 131.)

Sacramentum est hodierna celebritas, cui ratio et argumentum Dei Genitricis dormitio, vimque totam sermonis superat. Sacramentum est, hactenus quidem paucis celebratum (83), quod tamen omnes honori ac desiderio habeant. Nostra porro solemnitas et celebris conventus, sacramenti declaratio, sive explicatio est : ac quamvis libens silentium verbis anteponat, vim tamen faciente desiderio, etiam modicum aliquantulum cedens, quanquam non habentibus fiduciam, ac nec propriam ignorantibus infirmitatem, aut quam modice longæ taciturnitatis arcano defuncturi simus, loqui permittit. Festo ergo conventu ac lætitia publica celebrandum donum, non tenebris obruendum : non obruendum, inquam, velut recens inventum, sed quod ad suum illum decorem redierit, celebrandum. Non enim quo nonnulli majorum perspectum minus habuerint, etiam modo sileri debuerit, imo quod non prorsus effugerit, sancte fuerit celebrandum. Sit ergo unus hodie cœlestium terrestriumque communis festus conventus, parique lætitia cum angelis homines gaudeant, ac lingua omnis saliat, Areque illud Deiparæ accinat. Hoc enim etiam Gabriel olim sacramenti fecit exordium, cum dispensatione ineffabili, quod theologiæ totius et divinorum clarissimum est [1], divina Jesu in hominem fictio (84), novum decora ratione formaretur, in virginali naturæ officina. Ac omnino operæ pretium est, ut nunc iterum, ceu præcipuum honorarium, munus hoc offeramus Reginæ hominum. Plane enim congruit, ut vel migranti dicamus *Ave* : quippe sola conciliato gaudio parentis primæ fugavit tristitiam. « Clangamus tuba in Sion [m], assumamus psalterium et ci-

B Μυστήριον ἡ παροῦσα πανήγυρις, ὑπόθεσιν ἔχουσα τῆς Θεοτόκου τὴν κοίμησιν, καὶ λόγων ὑπεραίρουσα δύναμιν. Μυστήριον, οὐ παρὰ πολλοῖς μὲν ἤδη τελούμενον, παρὰ πᾶσι δὲ νῦν καὶ τιμώμενον καὶ στεργόμενον. Καὶ τοῦτο ἡμῶν ἐστιν ἡ πανήγυρις, ἡ τοῦ μυστηρίου φανέρωσις, ἤτ' οὖν ἐξάπλωσις. Εἰ καὶ προκρίνειν ἐθέλουσα τῶν λόγων τὴν σιωπὴν [88], ὑπὸ τοῦ πόθου βιάζεται, καὶ μικρὸν ὅσον αὐτοῖς ὑπενδίδωσι τοῦ λέγειν παραχωροῦσα· καίπερ οὐκ ἔχουσι τὸ θαρρεῖν, οὐδὲ τὴν ἑαυτῶν ἀγνοοῦσιν ἀσθένειαν, ἢ ὅπως ἂν μετρίως ἀφοσιώσωνται τῇ μακρᾷ σιωπῇ τὸ ἀπόρρητον. Πανηγυριστέον οὖν τὸ δῶρον, ἀλλὰ μὴ συγχωστέον· μὴ ὅτι πρόσφατον ἔχει τὴν εὕρεσιν, ἀλλ' ὅτι πρὸς τὴν οἰκείαν ἐπανῆλθεν εὐπρέπειαν. Οὐ γὰρ ἐπείτοι τισὶ τῶν πρὸ ἡμῶν οὐ διέγνωστο, ἤδη καὶ σιωπᾶσθαι ἄξιον· ἀλλ' ὅτι μὴ πάντη διέφυγε, κηρύττεσθαι ὅσιον. Οὐκοῦν γενέσθω μία κοινὴ σήμερον οὐρανίων καὶ ἐπιγείων πανήγυρις, καὶ ἀγγέλοις συνευφραινέσθωσαν ἄνθρωποι, καὶ πᾶσα γλῶσσα χορευέτω καὶ προσφδέτω τῇ Θεοτόκῳ τὸ *χαῖρε*. Τοῦτο γὰρ καὶ Γαβριὴλ πρότερον ἐποιεῖτο [89] τοῦ μυστηρίου προοίμιον, ὅτε τὸ πάσης θεολογίας ἐκφανέστατον, ἡ καθ' ἡμᾶς Ἰησοῦ θεοπλαστία, κατ' οἰκονομίαν ἄρρητον, ἐν τῷ παρθενικῷ τῆς φύσεως ἐργαστηρίῳ καινοπρεπῶς διεπλάττετο. Καὶ χρή γε πάλιν ἡμᾶς ὥσπερ τι γέρας ἐξαίρετον τοῦτο τῇ Βασιλίδι τοῦ γένους προσαγαγεῖν χαριστήριον· ὅτι δὴ πρέπει καὶ μεταστάσῃ λέγειν αὐτῇ τὸ *χαῖρε*. Μόνη γὰρ ἡμῖν τὴν χαρὰν εἰσοικίσασα, τὴν λύπην ἐξήλασε τῆς προμήτορος. « Σαλπίσωμεν οὖν σάλπιγξιν ἐν Σιών· ἀναλάβωμεν ψαλτήριον καὶ κιθάραν. » Ἄσωμεν τῇ Μητρὶ τοῦ Θεοῦ, ᾄσωμεν οὐκ ἐπιθαλάμιον, ἀλλ' ἐπιτάφιον ἀνακρουόμενοι μέλος. Φιλοπευστήσει δ' ἄν τις εἰκότως τῶν λίαν ἐπεσκεμμένων· Ὅτου δὴ χάριν

[1] Dionys. div. *De div. nom.*, cap. 1. [m] Joel, II, 2.

VARIÆ LECTIONES.

[88] *Al.* ἀρετήν. [89] *Al.* ἐποιήσατο.

COMBEFISII NOTÆ.

(83) Aggreditur Andreas alterum in sanctæ Mariæ Dormitionem encomium, cujus statim exordio, sacramenti obscuritatem queritur, dum ait : Οὐ παρὰ πολλοῖς ἤδη τελούμενον, paucis olim celebratum, et quo pauci majorum fuerint initiati, quanquam nec ii defuerint, ut 1 orat.

(84) *Divina Jesu in hominem fictio.* Ἡ καθ' ἡμᾶς Ἰησοῦ θεοπλαστία. Sunt Dionysiana, II *De divin.* ubi Perion : *Divina Jesu ex natura nostra fictio :* quibus materiam explicat loco finis, quem τὸ, καθ' ἡμᾶς, ceu terminum ad quem fictionis illius significat, et ipsi expressimus.

Digitized by Google

τῆς Σιὼν ἐπεμνήσθης, ὦ τῆς παρούσης ἱερᾶς ὑμνολόγε φαιδρότητος; Ἀλλ' οὐκ ἀσκόπως [60], φαίην ἄν πρὸς αὐτόν· Ὦ οὗτος, τῆς παναγεστάτης ἐμνήσθην Σιών· ἐν ταύτῃ γὰρ τὸ μέγα τοῦτο μυσταγώγηται τῆς Θεοτόκου μυστήριον. Ἐν ταύτῃ τὰς κατακλίσεις τῶν ἱερῶν γονάτων τοῦ πανάγνου σώματος, αἱ πρὸς τοὔδαφος κατεστρωμέναι πλάκες διωλύγιον ἀνακράζουσι· ἐπεὶ καὶ ταύτην εἶχε παρ' ὅλον αὐτῆς τὸν τῆς παροικίας καιρὸν ἐνδιαίτημα· κἀκεῖσε τοῖς φυσικοῖς λειτουργήσασα νόμοις, τοῦ βίου τὸ πέρας ἐδέξατο, λαθοῦσα κἀνταῦθα τὸν ἄρχοντα τοῦ σκότους, ὡς ἐν τῷ τίκτειν ἀπέδρα τὰ μητέρων· ἡ ἀγιώνυμος, ἡ θεόκλητος, ἡ ὑπεράμωμος, ἡ δόξης καὶ χάριτος τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἀναπιπλᾶσα, τῷ μεγαλείῳ τῆς θεοπρεποῦς αὐτῆς μεταστάσεως· ἧς εἰ καθεξῆς ἅπαντα βουληθείην ἐπεξελθεῖν τῷ διηγήματι, ὑπαρξιν, ἢ σύλληψιν, ἢ γέννησιν οὐκ ἂν εὕροιμι καιρὸν τῷ λόγῳ [61] σύμμετρον, ἢ λόγου δύναμιν παρισουμένην τοῖς πράγμασιν. Ὅτι μὴ πάντα συντεμεῖν εἰς ἅπαξ οἷόν τε τὰ ἐκείνης σεμνολογήματα· λέγω δὲ τὴν εὐκληρίαν τοῦ γένους, τὸ κατ' ἀμφότερα τῶν τεκόντων ἐπίσημον, αὐτόθεν τὸ ἱερατικὸν, τὸ βασιλικὸν ἐντεῦθεν ἀντανισχόντων ἀξίωμα, τὴν ἀπαιδίαν, τὴν στείρωσιν, τὰς ὑπὲρ αὐτῆς ἐντεύξεις, τὰς ἐπισύχνους θυσίας, αἷς τὸν Θεὸν ἐλιπάρουν, ἱκέτευον, ἠντιβόλουν, τὰ τῆς στειρώσεως ὑπαλλάξαι δεσμά· γονίμους ἐξ ἀγόνων δειχθῆναι τοὺς ἄπαιδας· δοτὸν ἐξ ἀκαρπίας ἐκφύσαι καρπόν. Εἶτα στειρώσεως ἔκστασιν, ἐπαγγελίας συμπλήρωσιν, καὶ μικρῷ πρὸ τούτων, τὰ δι' ὀνείρων θεάματα, τὰ καθ' ὕπαρ ἀκούσματα, ὅσα κοινῶς ἄμφω καὶ ἰδίως, κρείττοσιν ὄψεως ἐπιφροσύναις θεοκλυτούμενοι, κατ' ἔλλαμψιν θείαν ἐχρησμῴδοῦντο οἱ ἅγιοι. Πρὸς ἐπὶ τούτοις, τὸ γόνιμον, τὴν εἰς γένεσιν πρόοδον, τὰ σπάργανα, τὴν εἰς τὸ θεῖον ἀνάκτορον ἄφιξιν, ὡς ἀνετέθη Θεῷ τὸ καλλιέρημα, ὡς ἐν τοῖς ἀδύτοις οἷα χρυσοῖς θαλάμοις ἐποιχομένη, τροφῆς

tharam [n]; » canamus Dei Genitrici, canamus, non nuptiale sed funebre pulsantes melos. Fuerit vero, qui admodum perspicax et accuratus dicere aveat, quæratque, Cujusnam vero gratia, sacræ hujus lætitiæ sacer orator, meministi Sion? Cui ego ad rem haudque ab scopo responderim : Heus tu, memini sanctissimæ Sion, quod in ea docti simus magnum hoc Dei Genitricis sacramentum. In ea stratæ ad pavimentum tabulæ, sacrorum castissimi corporis genuum recubitus, clara constantique voce clamant. Toto enim incolatus sui tempore (85) eam habuit domicilium, illicque naturæ obsecuta legibus, finem vitæ accepit : vel hic tenebrarum latens principem, quemadmodum in partu evitarat quæ sunt matrum propria : illa, inquam, sacra nomine, illa a Deo vocata, immaculatissima illa, illa denique, quæ augusti sui transitus magnificentia, cœlum terramque gloria et gratia replevit; cujus res omnes si narrando velim ordine prosequi, nimirum esse, conceptionem, nativitatem, haudquaquam occurrat tempus quod sermoni sufficiat, aut sermonis vis, quæ res exæquare possit. Non enim omnia ejus præconia velut compendio in unum contrahi possunt : nempe claritudo generis, parentum utrinque nobilitas, hinc sacerdotalem, illinc regiam pari gloria retinentium dignitatem; orbitas prolium, sterilitas, supplices ad Deum pro ea preces, crebra sacrificia, quibus flagitabant Deum, supplicabant, obsecrabant, ut sterilitatis mutaret vincula, ut ex infecundis, qui prole destituti essent, fecundos præstaret, ut concessum a sterilitate fructum liceret procreare. Tum vero, sterilitatis excessus atque mutatio, impleta promissio pauloque anteriores visiones per somnia, auditæ vigilantibus voces, quotquot Sancti, tum communiter ambo, tum quisque privatim ceu Nu-

[n] Psal. LXXX, 3.

VARIÆ LECTIONES.

[60] *Al.* ἀπὸ σκοποῦ. [61] *Al.* τοῦ λόγου.

COMBEFISII NOTÆ.

(85) *Toto enim incolatus sui tempore*, etc. Videtur aliter docere concilium Ephes. p. II, act. 1, ut nimirum, cum Joanne Theologo quondam habitaverit Ephesi : sic sibi videtur Binius colligere, ex illis verbis synodi epist. ad Clerum populumque Constant. : Ὅθεν καὶ Νεστόριος, φθάσας ἐν τῇ Ἐφεσίων, ἔνθα ὁ Θεολόγος Ἰωάννης, καὶ ἡ Θεοτόκος Παρθένος, ἡ ἁγία Μαρία. *Quare et Nestorius, cum in Ephesiorum civitatem pervenisset, in qua Joannes Theologus, et Deipara Virgo, sancta Maria* : unde et margini ascripsit : « Aliqui subintelligunt : *aliquando habitaverunt;* » verum est ea auctoritas infirmior; planiusque intelligatur, vel *ædes habent*, quod ab aliis ait subintelligi; vel, *celebri honore habentur, et patroni sunt ac tutelares;* quod ego magis existimo, et est planius, velut alludat sancta synodus ad ipsos Constantinopolitanos quibus scribebat, eorumque civitatem Virgini sacram, et παρθενόπολιν, innuatque nihil ipsi in ea parte cedere metropolim Ephesinam, quam Joannes, qui in sua suscepisset Mariam, Jesu e cruce commendante in ea Mariæ observantia instituisset : eoque perstringat hæresiarchæ putentissimi procaciam, qui necdum sua illa, seu potius Mariæ Constantinopoli, in Mariam putidum os blasphemus aperuisset, sed et Ephesi, vere Mariana item civitate, *ultro seipsum a sanctorum Patrum et episcoporum cœtu abalienasset :* quod statim sequitur in ea epistola, velut nimirum in blasphemia in Mariam obstinatior, et qui Patrum monitis obsequi nollet. Magis certe videtur, quam tradit Andreas noster, Hierosolymis Mariæ constantia, e tantæ matris gravi decore : ut sicut dispersis omnibus fidelibus, in persecutione, quæ fuit a morte Stephani, constantes stationem Hierosolymis tenuerunt Apostoli, qui sua illa constantia, novellæ Ecclesiæ nutanti firmamento essent; ita iisdem ad verbum Dei disseminandum in orbem dispersis, illic item Maria, cui ea prædicandi provincia, sexu minus congruo, non esset credita, ad fidelium pariter et solatium et firmamentum, ad usque dormitionem consisteret; sive ante illam, Joannes pro apostolico munere sit profectus Ephesum, sive, quod verius apparet, non nisi ab illa, ubi jam Paulus Timotheusque prima fidei fundamenta in ea jecissent.

Digitized by Google

minis familiari afflatu, præ visu certiora (86), illustrante Deo, responsa referebant. Ad hæc item fecunditas, processus ad ortum, panni, adventus in Dei templum, ut Deo ceu hostia consecrata sit, ut sacris adytis tanquam aureis invecta thalamis (87), ambrosiam et divinam escam sumeret, non communem perciperet : tum vero sublimis hinc contemplatio (88), ab statu puerili provectio, ætatis mutatio, ac si qua sunt consummatæ perfectionis indicia, quibus quantum liceret velut pubescens, ad ea quæ superant naturam, congrua ratione ac proportione contenderit. Mitto dicere sacramenta in conceptionis ignotissimæ occulta ratione, post item divinæ Jesu apparitionis eximiam ineffabilemque editionem, puta, incorruptionem, partum absque muliebribus, incontaminatum inviolabilemque virginalem thesaurum, lactis novo miraculo copiam, expiationem legalem, editas in templo prophetias, quibus propheta, legis Deique susceptore Symeone vaticinante, futurarum rerum oracula susciperet. Tum deinceps toleratas persecutiones, fugam in Ægypto, ex Ægypto regressionem, viæ circuitus, moras in terra, probra præcuntia cruci, molestias sub ipsum crucis tempus, secuta a cruce signa, ac eidemum, per vitam ejusmodi gesta dictaque; vitam, inquam, sine macula et impollutam, omnique immensum purissima sanctitate plenissimam : quam mundus haudquaquam valens capere, ac neque sermone sustinens explicare velut « sacramentum regis [c], » ad extremum inevulgatam servavit, iis tantum, ceu quædam expressa signa et characteres sacramenti aperiens, qui divina quadam ratione novissent comparare divina : quibus, velut accessu ad Deum valde purgatis, sanctissima illa, tacite ignotoque modo spiritalibus revelatis exuviis, partem aliquam occulti intus sacri splendoris, velut obiter ostendit. Utinam vero etiam ipsis, quotquot præsentis diei splendida luce illustrati sumus, lucentissima luminis illius apparitione dignis habitis, mysticæ inspectionis illius radium, mundo obtutu videre

A ἀμβροσίας, οὐ κοινῆς μετελάμβανεν. Εἶτα οὖν ἐντεῦθεν τὴν ἀναγωγήν, τὴν ἐκ παιδὸς αὔξησιν, τὴν μεθηλικίωσιν, καὶ ὅσα τῆς ἐντελοῦς ὁλοκληρίας ὑπάρχει μηνύματα, οἷς ὡς θεμιτὸν ἠδῶσα, τοῖς ὑπὲρ φύσιν ἀναλόγως ἐπανετείνετο. Ἐῶ λέγειν τὰ ἐν τῇ κρυφίᾳ τῆς ὑπεραγνώστου κυοφορίας μυστήρια, τὰ μετὰ τὴν ὑπερφυᾶ καὶ ἄῤῥητον τῆς Ἰησοῦ θεοφανείας ἀπότεξιν, ὡς φέρε εἰπεῖν, τὴν ἀφθορίαν, τὴν ἄνευ λοχείας ὠδῖνα, τὸ ἄσπιλον, τὴν ἀσυλίαν [a] τοῦ παρθενικοῦ θησαυρίσματος, τὴν ξένην ἐν θαύμασι γαλουχίαν, τὴν νομικὴν κάθαρσιν, τὰς ἐν τῷ ἱερῷ προφητείας, αἷς ὑπὸ προφήτῃ νομοδόχῳ καὶ θεοδόχῳ τῷ Συμεὼν, ἐχρησμῳδεῖτο τὰ μέλλοντα. Εἶτα ἐξῆς, τὰς διώξεις, τὴν ἐπ' Αἴγυπτον φυγαδείαν, τὴν ἐξ Αἰγύπτου παλινοδίαν, τὰς περιφοράς, τὰς ἐν γῇ

B διατριβάς, τὰ πρὸ τοῦ σταυροῦ ὀνείδη, τὰς ἐπὶ τῷ σταυρῷ ἀνίας, τὰ μετὰ τὸν σταυρὸν δείγματα, καὶ τέλος, τὰ κατ' ἐκεῖνον αὐτῇ τὸν βίον πεπραγμένα καὶ πεφασμένα, τὸν ἀκηλίδωτόν τε καὶ ἄχραντον, καὶ πάσης ἀπείρως ὑπερπλήρη καθαρωτάτης ἁγνότητος, ὃν ὁ κόσμος χωρεῖν μὴ δυνάμενος, ἀφερμηνεύειν τε τῷ λόγῳ μὴ καρτερῶν, ἀνέκφορον ὡς ἄνπερ « βασιλέως μυστήριον » διὰ τέλους τετήρηκε· μόνοις γνωρίσας τοῦ μυστηρίου τούτου τὰ ἀπομόργματα, τοῖς τὰ θεῖα θείως συγκρίνειν δεδιδαγμένοις, οἷς ὡς μάλα κεκαθαρμένοις τῇ πρὸς τὸ Θεῖον ἐγγύτητι, δι' ἀφθεγξίας καὶ ἀγνωσίας ὑπεραφθέγκτως, ἡ ὑπεράγιος τὸ νοερὸν ἀνακαλύψασα δέρος, μέρος τι παρέδειξε τῆς ἔνδον κρυφιομύστου λαμπρότητος. Εἴη δὲ καὶ

C ἡμᾶς τοὺς ὅσοι τῇ παρούσῃ λαμπροφορίᾳ περιελάμφθημεν, τῆς ὑπερφαοῦς ἐκείνης φωτοφανείας ἀξιωθέντας, καθαρῶς ἰδεῖν· ἢ μετρίως γοῦν δέξασθαι τὴν ἀκτῖνα τῆς μυστικῆς ἐποπτείας, καὶ ταῦτα μυηθῆναι σαφῶς, εἰ καὶ μὴ τὰ κατ' ἐκεῖνον τὸν ὑπεράφραστον βίον· ἄγνωστα γάρ· ἀλλὰ τῶν οἷς προκαθεζόμεθα σήμερον, τοὺς λόγους ἐκδιαχθῆναι καθ' ὅσον οἷόν τε. Δεῦρο γοῦν, ὦ φίλοι μύσται τοῦ λόγου, καὶ συνερασταὶ τῶν καλῶν καὶ φιλοθεάμονες. Καλῶ γὰρ ὑμᾶς μεγάλῳ καὶ ὑψηλῷ κηρύγματι· τοῦ λόγου τὴν ἐποψίαν ἀναπετάσαντες, συμβολικοῖς ἔτι κεκαλυμμένην ὑφάσμασι, τὴν ἔνδον εὐπρέπειαν ὑμῖν διαζεί-

[c] Tob. XII, 7.

VARIÆ LECTIONES.

[a] *Al.* τὸ ἀσύλητον.

COMBEFISII NOTÆ.

(86) *Ceu Numinis familiari afflatu, præ visu certiora*, etc. Κρείττοσιν ὄψεως ἐπιφροσύναις θεοκλυτούμενοι ἐχρησμῳδοῦντο. Velut potiorem gradum prophetiæ alteri subjungat : altius quippe, et ad ἐπιφροσύνην mentemque prophetæ erudiendam, ac velut ad prudentiam componendam, potius, ut quis in vigilia, auditu divina percipiat, quam ut in somnis imaginarie videat, ut scite D. Thom. 2-2, q. 174, art. 2. Vel etiam κρείττοσιν ὄψεως ἐπιφρόσυναις θεοκλυτούμενοι : quod prophetia, quanquam obscurior, ipsam visionem, quæ certior sensibus aliis existimatur, certitudine superet, juxta quod Petrus ait, II Petr. I, 19 : *Habentes firmiorem propheticum sermonem*, etc.

(87) *Ut sacris adytis, tanquam aureis invecta thalamis*, etc. Iisdem fere verbis eam Mariæ de cœlo, D et ministerio angelico administratam annuam describit Orat. in Mariæ Natalem, ac pluribus prosequuntur German. et Georgius Nicom. orat. Εἰς τὰ εἰσόδια et Mariæ Præsentationem, ut nostri vocant. Sed et in majori Sanctæ Mariæ templo Parisiis ea res ad chorum sculpta visitur, antiquo satis schemate.

(88) *Sublimis hinc contemplatio*. Ἐντεῦθεν τὴν ἀναγωγήν. Videtur τὸ, ἐντεῦθεν respicere quod proxime præcedit : ut ex ea alimonia miram utriusque hominis in Maria perfectionem colligat ac deducat : eo exposuimus τὸ, ἀναγωγήν· quomodo Budæus apud Dionysium exponit. Posset forte planius reddi, *reductio, relatio ;* nempe a templo, ubi Josepho, annis et ætate gradiuscula, tradenda fuit.

Digitized by Google

ξωμεν, τοῦ ἡλίου τὰς λαμπηδόνας ὑπερπηδοῦσαν τῷ κάλλει τῆς ἀγλαΐας. Ἐνταῦθα δὲ τοῦ λόγου γενόμενος, καλὸν οἶμαι πρότερον ἑνίους τῶν τῇδε προασφαλίσασθαι, ὡς ἂν μὴ τυχὸν ἀνίπτοις, τὸ δὴ λεγόμενον, ἢ ἀνάγνοις ποσὶ τοῖς ἁγίοις προσβάλλοιμεν [63]· ὅτι μὴ πᾶσιν ἐπίσης εἰσιτητὸς ἡ βατὸς ὁ τῶν ἁγίων χῶρος· πλὴν τοῖς διὰ καθαρότητα νοῦ τῶν ὑλικῶν πάντων ὑπεραναβᾶσι, καὶ πάντα περάσασιν ὅσα ὑπὸ τὴν αἴσθησιν· οἷς ἂν μάλιστα καὶ ἡ παναγεστάτη τοῦ Θεοῦ σκηνὴ τὰς διεξόδους ἀναῤῥιπίζουσα, παραχωρεῖ φιλοτίμως τὴν εἴσοδον, καὶ τῆς νοητῆς πανδαισίας, ἐφ' ἣν ἐστιάθημεν, φιλοφρόνως ἐπιδαψιλεύεται τὰ ὀψώνια. Εἰ γὰρ τοῖς πρὸς τῷ Σινᾷ μὴ κατ' ἀξίαν δρεῖ προσδῆναι τολμηρῶς αὐτομολοῦσιν, ἀστραπαὶ καὶ βρονταὶ, καὶ δείματα, καὶ σαλπίγγων ἤχοι, καὶ ἀπειλαὶ φρικώδεις ἐνέσκηπτον, ὡς δὲ καὶ τοῦ ἱεροῦ τῶν τοίχων ἐφάπτεσθαι τοῖς πολλοῖς οὐκ ἦν ἀσφαλὲς, καὶ διὰ τοῦτο δεῖσθαι δευτέρων τοίχων τῶν ἔξωθεν· ἦν δὲ διὰ σπουδῆς καὶ μέγα τὸ προκαθαίρεσθαι τῆς τῶν ἁγίων ἐπαφῆς, καὶ τῶν ἱερῶς τελουμένων προδιαστέλλεσθαι· καὶ ταῦτα τῇ σκιᾷ λατρεύουσιν ἔτι, καὶ τῶν τυπικῶν παραπετασμάτων ἐξηρτημένοις· πόσην ἂν μάλιστα δέον, τοὺς τῆς ἀληθείας τὸ φῶς ἔναυλον ἔχοντας, σπουδὴν ἐπιδείκνυσθαι, τῇ μεγαλοπρεπεῖ ταύτῃ καὶ ὑπερμεγέθει τῶν τοῦ Θεοῦ χαρισμάτων σκηνῇ προσφοιτᾷν ἐπειγομένους· πρὸς ἣν ὑπεραγνώστως, ὑπὲρ νοῦν, ὑπεραῤῥήτως, εἰς κένωσιν ἑαυτὸν καθεὶς ἐπεδήμησε, καὶ μήτραν παρθενικὴν ὁ μηδαμοῦ χωρητὸς ἀστενοχωρήτως ἐσκήνωσεν, ὅλην δι' ὅλου τὴν ἐν γενέσει φύσιν ὑπερβᾶσαν τῇ καθαρότητι, κἀντεῦθεν ὥσπερ ἔκ τινων ἱερῶν ἀδύτων, τὴν ἑαυτοῦ μεμυσταγώγηκε σάρκα. Τίς; Ὁ ἀπροσδεής, καὶ ὅλην πρὸς ἑαυτὸν ἀνατεθεὶς τὴν ἀνθρωπίνην ἐσχατιάν. Ἐπὶ ταύτῃ τῇ θεοτυπώτῳ σκηνῇ, ὁ νόμος ἅπας, καὶ οἱ προφῆται, πραγματικῶς ἐκπεπλήρωνται· καὶ ταύτῃ, τὰ σκιώδη τῶν τυπικῶν προχαραγμάτων ἠμαυρώθη μορφώματα, λυθέντων τῶν ἐσόπτρων τῇ ἀληθείᾳ. Τούτων δὲ ἱκανῶς τῷ λόγῳ προπαρεσκευασμένων, ἄγε δὴ τῶν τύπων ἀφέμενοι, ἐπ' αὐτὴν ἀναδράμωμεν τὴν ἀλήθειαν· μᾶλλον δὲ τοῖς ἀδύτοις προσβάλωμεν.

Μέχρι γὰρ τίνος, τοῦ λόγου τοῖς προαυλίοις ἐνδιατρίβοντες, τὸ πρὸ τῆς εἰσόδου κάλλος θαυμάζομεν, ἐξὸν καὶ συνεισιέναι τῇ Μητρὶ τοῦ Λόγου, καὶ τὸ κάλυμμα διασχόντας εἰς τὰ τῶν ἁγίων Ἅγια παρακύψαι, καὶ μυηθῆναι τὰ μείζω καὶ τελεώτερα; Εἰ γὰρ τὰ προαύλια [τῶν ἁγίων τοιαῦτα, καὶ τὰ προπύλαια]

A liceat, aut certe vel modicum capere, atque hæc palam discere; ac sin minus, quæ spectant ad ineffabilissimam illam vitam; sunt enim ea ignota: at saltem eorum, quibus præsidemus hodie, quantum res sinit, doceri rationes. Adeste ergo, amici auditores, unaque bonorum ac spectaculi spiritalis amantes. Vos enim magno sublimique voco præconio; sermonis explicata facie, symbolicis hactenus obtecta involucris, positum intus decorem, solis fulgores venustate gratiæ exsuperantem ostendam. Cum porro hucce oratio provecta sit, operæ pretium arbitror, ut ante omnia præmoneam, ut ne qui forte illotis, quod dicitur, profanisve pedibus, sacra invaserimus. Non enim æque omnibus accessus perviusque est sanctorum locus;

B sed iis tantum, qui mentis puritate, concreta materiæ omnia supergressi sunt, transieruntque si qua cadunt sub sensum: quibus maxime sanctissimum Dei tabernaculum transeuntibus auram faciens, magnifice ingressum concedit, ac spiritalis, omni dapum genere, in quo epulaturi invitamur, instructi convivii cibos, larga manu perbenigne largitur. Nam si iis, qui ausu temerario, minus digni montem Sina [p] adire præsumerent, fulgura ingruebant, fulminaque, ac terrores, sonitusque tubarum, et voces terribiles; ut nec plerisque, murorum templi accessus tutus erat, eoque fuerit opus, externo alio murorum ambitu [q]: eratque sanctum magnumque, ut priusquam sacra contingerent, mundarentur, sibique sacris operaturi

C prævia cautione prospicerent, idque, cum umbræ adhuc servirent, atque a figuralibus velamentis penderent: quam rogo maximo studio eniti debuerint, apud quos veritatis lumen inhabitat, qui ad magnificum hoc ac prægrande donorum Dei tabernaculum accedere festinent: ad quod nimirum occultissima ratione, supra quam vel ceperit animus, vel lingua enarraverit, sese demissione evacuans peregrinatus sit, ac Virginis uterum, qui nusquam potest capi, ut capiente non arctaretur, tabernaculi instar inhabitaverit: uterum, inquam, omnem omnino in ortu positam, eximia sua munditia superantem naturam: ac inde ceu ex sacris quibusdam penetralibus, suam ipsius initiavit docuitque carnem. Quis ille? Qui nimirum nullo indiget, totamque nihilominus sibi ascivit extremam humanam vilitatem. In hoc designato fictoque a Deo tabernaculo, lex tota et prophetæ re ipsa completa sunt, eaque umbratiles figuralium designationum formæ, speculis veritate solutis, obscuratæ sunt. His porro ita velut ad sermonis præludia satis enarratis, age modo, missis figuris, ad veritatem ipsam accurramus, atque adeo adyta penetremus.

D Quandiu enim velut in sermonis vestibulis hærentes, præambulum ingressui decorem miramur, quibus liceat cum Sermonis Matre una ingredi, disjectoque velo in Sancta sanctorum paulisper intueri, ac majora doceri et perfectiora? Cum enim tanta sint sanctorum atria, tantoque decore et

[p] Exod. XIX, 12. [q] Ezech. XL, 17; XLII, 7 seqq.

VARIÆ LECTIONES.

[63] *al.* προσβάλοις.

Digitized by Google

mole templi vestibula, ut mentis oculos, excellenti perstringant pulchritudine, quanta, rogo, fuerit majestate adytorum locus, intimaque inaspectabilium inaccessibiliumque penetralia, iis solis et oculis conspecta, et labiis efferenda, qui ceu in speculo Domini gloriam clarissime contemplantur [7], quæque Seraphicæ forcipis carbone mundata sunt [8] : ac iis demum qui summam affectionum vacuitatem attigerunt. Quare si quo modo recte consulenti morem geritis, carnis quidem affectionibus vale remittentes, mundique, quam potest maxime, a carnali omni amicitia, infimaque confusione, divinæ deinceps beatæque procedentis illustrationis desuper affulgente lumine, cum Deipara cucurreritis. Jam enim et actione claros et sermone, omnique parte virtutum decore fulgentes, etiam Christus ipse, munda illa initiatio, lumen illud semper vivum, ipse, inquam, a Patre Sole, tanquam radius a luce, Sol absque principio egressuque refulgens, in unum congregatos, mystice epulari velit. Ac palam ostendit eo quod Matrem suam semper virginem, e cujus utero, ipse Deus exsistens, humanam induit formam, hodierna die ceu Reginam humani generis, a terrenis sedibus transfert, sacramenti virtute, velut quidem obscuriori, ut tamen non omnino incommunicabilis relicta sit. Nihil enim hic, præter terminos nobis a principio constitutos; nec sanctissima, nova et præter naturam, aut nata est aut vixit lege, quandiu inter homines super terram versata est, quanquam ut in aliis (89), in hoc quoque mirabilem rationem velut diversam, habuit, vita partuque, ac demum transitu ab humanis, supra humana, universisque revera ortum habentibus naturæ magnificentia superatis. Enimvero, jam tempori congrua pariter celebraturi procedamus. Quippe fausta omnia diei festo occurrunt, parique lætitia exsultant. Vide enim quisquis meos audis sermones, quanta sint quæ videntur : tribuum regina, Ecclesia, inquam, fidelium, hodierna die, Reginam humani generis, omnium Rege ac præside Deo, regio apparatu in cœlorum regiam assumente, triumpho deducit, ac si quid pulcherrimum, et lætissimum habet, dono offert. Hodie, qua pulvis cœlesti gloria elatus est, pulverem exuit, inditumque ab ortu velamen deponit, ac terræ, quod terræ cognatum est, reddit. Vitæ auctrix ad novam migratione excurrit vitam, locumque vitæ immortalis, a carnali omni et vitiosa affectione sejunctum, ingreditur : ac demum, quod oculis conspicuum est corporalibus abstractum, una cum spiritu, velut spiritaliter abit, quibus novit ratio-

mis vero laudabile et gloriosum est, quod hodierno die celebratur. Præsens enim memoria martyris, non solum eorum quæ Dominus passus est, imitationem continet, athletico certamine decorata, et verni temporis splendore pulchrior facta ; verum etiam hilaritatem, quæ ex sublimioribus Domini diebus festis proficiscitur, abunde participat. Hic enim inter hos dies, tanquam inter duos soles, proprio motu in orbem actos ac mundum lustrantes (43), velut luna quædam interjectis utriusque splendoribus illustratur, et radiis Christum imitantibus orbem terrarum illustrat. Prior quidem ordine lucet (43'), illustrissimoque speciei fulgore præoritur, ac vel statim consequentem, aut continuam potius, Georgii solemnitatem habet, dies ille festus ac toto mundo celebratus, omniumque splendidissimus ac præcipuus ; Salvatoris, inquam, Christi veri Dei, et nostri Domini, ac martyrum principis, crucem passi ac resurgentis ; qui propter nos homo factus est, et propter nostram salutem « Testimonium martyr reddidit sub Pontio Pilato [d], » quemadmodum ait Apostolus ; quique iis quæ est passus, victoriam nobis contra mortem largitus est : eaque ipsa vicissim apte consertam ac consequentem habet, ejusdem Christi ad cœlos assumptionem, quo die humanam nostram

μάλα πάντων ἐπιλοξότερον, τὸ σήμερον ἡμῖν ἑορταζόμενον. Ἡ γὰρ παροῦσα τοῦ μάρτυρος μνήμη, οὐ μόνον τοῦ Κυριακοῦ πάθους περιέχει τὴν μίμησιν, τοῖς ἀθλητικοῖς ἀγῶσι κατακεκοσμημένη, καὶ ταῖς ἐαριναῖς ἐξαυγείαις κατακαλλυνομένη, ἀλλά γε καὶ αὐτῶν τῶν ὑπεράγαν ὑπερηρμένων Δεσποτικῶν ἑορτῶν καταπλουτεῖ τὴν φαιδρότητα. Μέση τούτων ὥσπερ ἡλίων δυάδος, τῇ οἰκείᾳ κινήσει περιπολούντων, ἐστηριγμένη σελήνη, ταῖς ἐξ ἀμφοῖν τε λαμπηδόσι καταστραπτομένη, Χριστομιμήτοις ἀκτῖσι καταυγάζει τὴν οἰκουμένην. Προλάμπει μὲν οὖν αὐτῆς τῇ τάξει, καὶ προανίσχει τῇ ἐκφανεστάτῃ τῆς ὥρας αἴγλῃ, συνανατέλλουσαν καὶ παραχρῆμα ἑπομένην ἢ καὶ συνημμένην ἔχουσα, ἡ παγκόσμιος καὶ ὑπερέκλαμπρος καὶ πασῶν προηγουμένη πανέορτος ἑορτῶν ἑορτή· λέγω δὴ τοῦ σωτηρίου πάθους καὶ τῆς ἀναστάσεως Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ καὶ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀρχηγοῦ τῶν μαρτύρων, τοῦ δι' ἡμᾶς σαρκωθέντος, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν « μαρτυρήσαντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, » κατὰ τὸν Ἀπόστολον· καὶ τῷ οἰκείῳ πάθει, τὴν κατὰ τοῦ θανάτου νίκην ἡμῖν χαρισαμένου. Ἑφεπομένην ἔχουσα [91] μετ' αὐτὴν ἁρμοδίως, καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν αὐτοῦ, καθ' ἣν τὴν ἡμετέραν οὐσίαν ἐν ἑαυτῷ τῷ Πατρὶ « συνεκάθισεν. » Οὐ συντυχίαν δέ τινά φημι τῶν ἡμε-

[d] I Tim. vi, 13.

VARIÆ LECTIONES

[91] Leg. ἔχουσαν

COMMENTARII NOTÆ.

que Athanasii nominibus, conferantur, victoria Ariano concessa. Hoc tantum rationis allatum invenio, ac vix invenio ut dicam rationem, quam etiam suasionem et congruentiam vocant, et quæ tantum possit esse nonnulli adminiculo. Quid enim isthæc ὁμωνυμία ad propositum ? Undenam vero Athanasianum privilegium, ut ita suum illud consecraverit nomen, ut neque antecessorum neque posterorum aliquis, malus, magusve Athanasius esse potuerit ? Aut certe non potuerit esse, cum quo Georgius martyr, infamis ipse Georgii nomine, esset pugnaturus ? Si ita habet, sim et ego Athanasius, desinantque Græci cum primis Georgio devotissimi Georgii nomen prolibus indere et sibi asciscere, ne se eo, non studiosos Georgii martyris, sed Ariomanitas, et partium scelesti illius Georgii, vel ut Metaphrastes in Athanasio vocat, Gregorii, ostendant ; aut certe desinant censuræ ita frivolæ, nec nobis soli videamur homines aut spirituales, quibus sic liceat dijudicare omnia.

Quod porro spectat ad Georgii gesta, constat quædam esse reprobata a Gelasio : contendit tamen Lipomanus esse illa alia quam quæ ipse edidit, tum ex Metaphraste, tum Pisicratis, Græcis frequentata : cui lubens assentior, quamquam non ejus fundamento quod nimirum a Græcis recipiantur, et legantur in Ecclesiis, quod constat minus castigatos in historiis, nec respuere omnino apocrypha : sed quia nihil peculiarius in eis occurrat, quo meruerint ejusmodi censuram. Solum enim habent quædam miracula velut durando tormentis Georgio, quibus plura haud ita dissimilia legimus in probatis plurium martyrum Actis : ac plane constat plures majora supra hominem passos, quorum constantiam, ut tyranni modis omnibus labefactare conabantur, ascribentes magiæ Dei opera, ita Deus certabat virium instauratione invictam omnino reddere. Sic palam quisque viderit in Vincentio diacono, Clemente Ancyrano, Catharina Alexandrina, Lucia Syracusana, etc., quorum gesta omni veneratione merito suscipit Ecclesia. Putat Baronius invenisse se in sua tandem bibliotheca, vetustissimo codice ejusmodi acta reprobata, penes quem stet fides : sed et talia quædam exstare perhibent in quibusdam Ecclesiis in Gallia, sed mihi non visa. Qua de re hactenus. In plerisque corrigimus Lipomani interpretem, seu potius novam versionem adornamus, ut est ille revera minus accuratus, apud quem tamen videri possunt Latina, quæ non possumus Græca repræsentare defectu codicis ; in quo perquirendo minor fuit sollicitudo, quo res videretur minoris momenti, ratione jam initio insinuata.

(43) *In orbem actos ac mundum lustrantes.* Sic exprimimus τὸ, περιπολοῦντας, dictum de solibus, quod jejunius interp. Lipom. *Se vertentes.* Propriissime in astra dicitur, quæ circa polos rotentur. Plutar. in Symposio 7 sapientum : Καθάπερ τὸν ἥλιον ἅρμασι, λέγουσι περιπολεῖν, ἄλλοτε ἄλλην ἐπινεμόμενον τοῦ οὐρανοῦ χώραν.

(43') *Prior quidem ordine lucet.* Προλάμπει αὐτῆς τάξει. Clara littera, ut reddidimus, qua significat omnimodam antecessionem festi Dominicæ resurrectionis, ad festum Georgii, quod ei velut comes oriatur, aut proximum ab ipso sequatur. Interpres nescio quam auroræ antecessionem exprimit, sed ea nihil ad propositum, vel ad Andreæ mentem. Quod paulo inferius sequitur ἡ παγκόσμιος, κ. τ. ἑ., sic melius reddideris : *Tota illa celebrata mundo, splendidissimaque ac universis præstantissimis solemnitatibus, festivissima solemnitas.*

Digitized by Google

τέρων, ἀλλὰ θείας ἀγάπης οἰκονομίαν, καὶ θείων πραγμάτων ἐναργῆ οἰκειότητα, οὕτω τοῦ μαρτυρηθέντος, ὑπερβάλλον τῆς ὑπὲρ τὸν μαρτυρήσαντα στοργῆς αὐτοῦ διαδεικνύντος ἡμῖν· ὡς μὴ τοῖς πάθεσι μόνον τὴν πρὸς αὐτὸν ἐμφέρειαν ἀποσώζειν, ἀλλὰ μὴν καὶ τῇ τοῦ πάθους ἡμέρᾳ. Ὁμοίως γὰρ καὶ τῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ μαρτυρικῶν ἐξάρχει πανηγύρεων, μόνῃ μετὰ τὴν ἀναστάσιμον, τῆς ἐαρινῆς προκαθημένη λαμπρότητος. Ἐπεὶ οὖν οὕτω τερπνὰ τῆς ἀθλητικῆς ταύτης πανηγύρεως τὰ μεθόρια, ἄξιον καὶ αὐτῆς λοιπὸν ὑποδεῖξαι τὸ κάλλος. Κάλλος δὲ πανηγύρεως, ἡ λόγος σωτήριος, ἢ πρᾶξις ἔνθεος. Ἔλλησι γὰρ καὶ Βαρβάροις, καὶ πᾶσιν ὧν ἡ πλάνη τῶν εἰδώλων κατεκράτει, τοῦτο σεμνότης· ἦν καὶ χαρὰ ἑόρτιος, τὸ διὰ πάσης ἀσχημοσύνης τε καὶ ἀκρασίας θεραπεύειν τοὺς δαίμονας. Ἡμεῖς δὲ, οἷς τρόπαιον τοῦ σταυροῦ κατὰ τοῦ θανάτου δεδώρηται, τοὐναντίον· τὸ διὰ πάσης αὐτοὺς καταισχύνειν ἀθλήσεως. Ἔνθεν ἡδονῶν ἔκλυσις ὡς αἰσχρὰ, ἐμισήθη· καὶ πόνος ἀρετῶν καὶ θάνατος ὑπὲρ εὐσεβείας, τοῖς πιστοῖς ὡς ἡδὺς προεκρίθη. Ἔνθεν ἡ πλάνη τῶν εἰδώλων ἐσβέσθη, καὶ τὰ πλήθη τῶν μαρτύρων ἀνέλαμψαν. Ἔνθεν οὐρανὸς τὰ ἐπίγεια γέγονε, δίκην ἀστέρων τοῖς ἁγίοις κατακοσμούμενα· καὶ πανημέριος ἑορτὴ τὴν οἰκουμένην κατέχει, τὰ τούτων τρόπαια, καὶ τὰ τούτων λείψανα τιμῶσαν· τοὺς τούτων ἀγῶνας πανηγυρίζουσαν· ἀγῶνας δὲ λέγω· οὓς ὁ μὲν κοινὸς ἐχθρὸς κακούργως ἐνεστήσατο· τὴν προσκύνησιν καὶ τὸ ἀκοινώνητον ὄνομα φιλονεικῶν διὰ μέσου τῶν εἰδώλων αὐτὸς ἀπενέγκασθαι· ὁ δὲ πάντων Θεὸς, Σωτήρ τε καὶ σταδιάρχης, φιλανθρώπως συνεχώρησε, κατ' αὐτοῦ νικητὴν τὸ ἀνθρώπινον ἀναδεῖξαι βουλόμενος· ἵνα ὑφ' ὧν ὡς Θεὸς ἐζητεῖτο προσκυνεῖσθαι, ὑπὸ τούτων ὡς νεκρὸς γελᾶται πατούμενος. Ἐπεὶ οὖν τῆς εἰδωλομανίας ὁ ζόφος, τηνικάδε κατὰ πάσης χεθεὶς τῆς οἰκουμένης, μικροῦ καὶ τὴν ἀοίκητον ἔπλησε, σχεδὸν ἁπάντων πρὸς τὴν ἀσέβειαν αὐτομολούντων· καὶ πάντες ἀφεγγεῖ λήθῃ τοῦ ὄντως Θεοῦ παραδοθέντες δέσμιοι, σκότους καὶ μακρᾶς νυκτὸς πεδῆται ἀποδειχθέντες, περὶ πολλοῦ τὸ σέβειν ἐποιοῦντο τοὺς δαίμονας· καὶ φάσμασιν ὡς θαύμασιν ἐκδειματούμενοι, δεισιδαιμονέστεροι καθ' ἑκάστην ἐδείκνυντο· οἵ τε τῆς ἀσεβείας ἀρχηγοὶ καὶ σπουδασταὶ, Διοκλητιανὸς καὶ Μαγνέντιος, καὶ οἱ κατὰ πόλιν τούτων ὑπασπισταὶ, συῶν ὁρμήματι τῇ ἀσεβείᾳ προχωρήσαντες, ἐπιμελῶς ἐπὶ τὰ πονηρὰ κατεγίνοντο· « Καὶ οὐκ ἦν ἀνάνευσις ἐν τῷ θανάτῳ αὐτῶν· » πορευόμενοι γὰρ ἐπορεύοντο τῷ φωτὶ τοῦ πυρὸς αὐτῶν· « Οὔτε μὴν στερέωμα ἐν τῇ μάστιγι αὐτῶν, » τοῦ Θεοῦ μακροθύμως ἀνεχομένου, ὅπως οἱ δίκαιοι φανῶσι, καὶ μὴ

naturam in seipso Patri « consedere fecit [e]. » Istud porro, non humanarum rerum fortuitus eventus, sed dilectionis Dei œconomia, ac manifesta divinorum operum cognatio est : sic nimirum ipso, cujus causa martyrium susceptum fuit, summum suum, prudente amorem, in eum qui illud suscepit : plane ut athleta, non iis solum quæ est passus, sed et ipsa passionis die, ejus similitudinem exprimeret. Simili quippe modo etiam alias omnes, toto anno martyribus sacras celebritates hæc antecedit (44); quæ sola post Christi resurrectionis festum diem, vernо tempori ac splendori præsideat. Sic igitur lætis athleticæ celebritatis confiniis, operæ pretium est, ut et ejus deinceps, decus explicemus. Celebritatis autem decus est, tum salutaris oratio, tum divina aliqua actio. Græcis quidem et Barbaris, omnibusque aliis, quibus idolorum error dominabatur, dici festi honestas et jucunditas ea erat, ut omni turpitudine et intemperantia, dæmones colerent. Nobis vero, quibus crucis tropæum contra mortem donatum sit, secus omnino : ut nimirum, omni eosdem certamine, probro afficiamus ac expugnemus. Quamobrem voluptatum dissolutio, ut quid turpe invisa est : labor autem virtutum, morsque pro pietate suscepta, ut dulcis præoptatur. Hinc factum est ut idolorum error exstinctus sit splenduerintque martyrum populi : ut item terrena, viris sanctis ceu stellis perornata, cœli instar evaserint : atque, ut orbem terræ, quotidiana quædam jugisque celebritas, martyrum tropæa ac eorum reliquias honorantem, publicisque conventibus eorum certamina celebrantem, nomenque illud incommunicabile, idolis mediis vindicare : universorum autem Deo, Salvatore illo ac stadii præside, pro suo in humanum genus propensiori affectu permittente, quo humanam naturam victricem adversus illum ostenderet ; ut a quibus studebat, tanquam Deus adorari, iisdem instar proculcati cadaveris, ludibrio esset. Quoniam igitur insani idolorum cultus caligo eo tempore per omnem terrarum orbem effusa, vel eas propemodum partes quæ non habitantur, omnibus fere ad impietatem deficientibus, repleverat : omnesque cæcæ ejus, qui Deus revera esset, oblivioni, vinculi traditi (45), atque tenebrarum et longæ noctis compedibus irretiti, cultum dæmonum plurimi faciebant ; ac vanis spectris, tanquam miraculis perterrefacti, in dies efficiebantur superstitiosiores : tum nimirum, impietatis duces et amatores studiosissimi, Diocletianus, inquam,

[e] Ephes. II, 6.

COMBEFISII NOTÆ.

(44) *Hæc antecedit.* Μαρτυρικῶν ἐξάρχει πανηγύρεων. Velut annus ecclesiasticus et celebritatum series, more Hebræorum a Paschate, et Resurrectionis festivissimo die, incipiat : quanquam Græci annum a Septembri inchoant, Latini a Decembri et præviis Natalis Domini feriis. Ita Græci, imperatoris indictiones secuti.

(45) *Cæcæ ejus, qui Deus revera esset oblivioni vinculi traditi.* Deo nimirum tradente exigentibus peccatis : quomodo videmus in ipsis qui Christiani essent, accensum jam divinæ scientiæ lumen exstingui. Longe aliter interpres Lipomani vel alio exemplari, vel ipse a se, minus congrue, ut solet.

Digitized by Google

et Magnentius [f], tum eorum per urbes singulas satellites, suum instar ad impietatem proruentes, rebus pessimis studio intenti erant : « Nec erat declinatio (46) in morte eorum [g], » ambulabant enim ambulantes in lumine ignis sui ; « Neque firmamentum erat in plaga eorum [h], » sustinente Deo longanimiter, ut qui justi essent, manifesti fierent ; ac ne imperfecta hominum natura, frumento una cum zizaniis exciso, vita decederet. Tunc, velut stella quædam, lætum pietatis fulgorem interdiu emittens, illustris hic et omnium voce decantatus Georgius illuxit : re ille, et nomine dulcis ; Georgius, inquam, qui et nomine divinam actionem ; actioneque gratiam nomini respondentem in seipso ostendit. Qui Isachar imitatus, divinæ agriculturæ « bonum desideravit [i]. » Qui laboriosam culturam adamavit, ac juxta quod scriptum est, ipse « a Deo creata rusticatio » effectus esti. Qui a teneris unguibus, ut bonus agricola laboravit, fructumque centuplo copiosiorem, suo tempore Domino reddidit. Qui aratro virtutis, suavem pietatis sulcum recta via duxit, ob idque aptus regno cœlorum probatus est. Qui cum lacrymis sementem jecit, et cum exsultatione messem collegit. Qui luctu semina sparsit, gaudensque manipulos reportavit. « Terra (bene culta) quæ venientem in ipsam Spiritus sancti pluviam sæpius ebibit, herbamque generat iis opportunam [k] » qui fide decerpunt. Pratum illud odoratissimum, in quo pietatis flores abunde floruerunt, ex quibus favi mellis sponte procedunt, quorum dulcedo, animi sanitas est. Lignum utile, juxta Spiritus sancti fluvios plantatum, ac perpetuo virens ; quodque semper maturum ferat virtutis fructum [l], excolendis eorum animis, qui sincere percipiunt. Feracissimus palmes veræ illius vitis, cujus Pater cœlestis agricola [m], spiritalem nobis jucunditatem, ad affectiones et vitia curanda, animæque et corporis instaurationem, per eum excolat. Divinorum fluentorum fons, quo, animus silvescens irrigatus, excolitur ; fidemque, spem, et charitatem, ternarium virtutum Trinitati amabilem, fructum profert. Divinarum cogitationum cultor, ac Dei ager, in quo pietatis gratia exculta fuit, ac miraculorum copia, in omnium

A ἀσυντελὴς ἡ ἀνθρώπου φύσις ἀπέλθοι, τοῦ σίτου τοῖς ζιζανίοις συνεκκοπέντος. Τότε ἂν, τότε, ὥσπερ ἡμεροφανὴς ἀστὴρ φαιδρὰν τὴν εὐσέβειαν διεκλάμπων, ὁ λαμπρὸς οὗτος καὶ περιβόητος ἀνεφάνη Γεώργιος· τὸ γλυκὺ καὶ πρᾶγμα καὶ ὄνομα. Γεώργιος ὁ τῷ ὀνόματι τὴν ἔνθεον πρᾶξιν, καὶ τῇ πράξει τὴν φερώνυμον χάριν ἐν ἑαυτῷ δεικνύς. Ὁ τὸν Ἰσάχαρ μιμησάμενος, καὶ « τὸ καλὸν » τῆς θείας γεωργίας ἐρωτικῶς « ἐπιθυμήσας. » Ὁ τὴν ἐπίπονον ἐργασίαν ἀγαπήσας, καὶ κατὰ τὸ γεγραμμένον, αὐτὸς ἀποδειχθεὶς « γεωργία ὑπὸ Ὑψίστου » ἐκτισμένη. Ὁ κοπιάσας γεωργὸς ἐξ ἀπαλῶν ὀνύχων, καὶ ἐν καιρῷ τὸν καρπὸν ἑκατοστεύοντα ἀποδοὺς τῷ δεσπότῃ. Ὁ τῷ ἀρότρῳ τῆς ἀρετῆς ἀτρέπτως τὴν γλυκεῖαν τῆς εὐσεβείας ὀρθοτομήσας αὔλακα, καὶ

B διὰ τοῦτο εὔθετος ἀναδειχθεὶς ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Ὁ σπείρας ἐν δάκρυσι, καὶ ἐν ἀγαλλιάσει θερίσας. Ὁ ἐν κλαυθμῷ βαλὼν τὰ σπέρματα, καὶ ἐν χαρᾷ φέρων τὰ δράγματα. « Ἡ [εὐγεώργητος] γῆ, ἡ πολλάκις πιοῦσα τὸν ἐπ' αὐτὴν ἐλθόντα ὑετὸν τοῦ Πνεύματος, καὶ τίκτουσα σωτήριον βοτάνην » τοῖς ἐν πίστει δρεπομένοις. Ὁ λειμὼν ὁ εὐωδέστατος, ἐν ᾧ τῆς εὐσεβείας τὰ ἄνθη πλουσίως ἐβλάστησεν, ἀφ' ὧν γεωργεῖται κηρία ἀνήροτα, ὧν τὸ γλύκασμα, ψυχῆς ἴασις. Τὸ εὔχρηστον δένδρον, τὸ παρὰ τοῖς ποταμοῖς τοῦ Πνεύματος πεφυτευμένον, καὶ τεθηλὸς διηνεκῶς, ἀεί τε τὸν καρπὸν τῆς ἀρετῆς ὥριμον φέρον, εἰς ψυχικὴν γεωργίαν τῶν πιστῶς μετεχόντων. Τὸ εὔφορον κλῆμα τῆς ἀληθινοῦς ἀμπέλου, οὗ γεωργὸς ὁ Πατὴρ ὁ οὐράνιος, γεωργῶν

C ἡμῖν δι' αὐτοῦ πνευματικὴν εὐφροσύνην, εἰς ἴασιν παθῶν, καὶ ἀνακαινισμὸν ψυχῆς τε καὶ σώματος. Ἡ τῶν θείων ναμάτων πηγή· ἀφ' ἧς ἀρδευομένη χερσομανήσασα ψυχὴ, γεωργεῖται καὶ καρποφορεῖ, πίστιν, ἐλπίδα, καὶ ἀγάπην· τριάδα ἀρετῶν, τῇ Τριάδι ἐράσμιον. Ὁ τῶν θείων ἐννοιῶν γεωργὸς, καὶ τοῦ Θεοῦ γεώργιον, ἐν ᾧ ἐγεωργήθη τῆς εὐσεβείας ἡ χάρις, καὶ γεωργεῖται πᾶσι τῶν θαυμάτων τὰ πλήθη. Οἶδε γὰρ, οἶδε καὶ ἡ προσηγορία δημοσιεύειν Θεοῦ χάριν, καὶ ἀρετὴν ἀνθρώπων, ὡς ἐπὶ τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ Σάρας· Ἰσαάκ τε, καὶ Ἰακὼβ, καὶ Μωσέως, καὶ ἑτέρων πολλῶν μεμαθήκαμεν. Οὗτος ὁ τῷ ὀνόματι καὶ τῇ πράξει Γεώργιος· οὗτος ὡς ῥόδον ἐν μέσῳ ἀκανθῶν τὸ τηνικαῦτα ἀνέτειλε, καὶ

D ὡς κρῖνον εὐωδιάζον τὴν εὐσέβειαν, μεταξὺ τῶν

[f] scr. Maximianus aut Maximinus. [g] Psal. LXXII, 4. [h] ibid. [i] Gen. XLIX, 15. [j] Eccl. VII, 16. [k] Hebr. VI, 7. [l] Psal. I, 3. [m] Joan. XV, 1.

COMBEFISII NOTÆ.

(46) *Declinatio.* Ἀνάνευσις. Sic constanter LXX, ubi Vulg. *Respectus :* Conjicit Genebr. legendum ἀνάδεσις· quod satis Hebræo congruit, minus tamen probatur conjectura. Accipit auctor sensu planiori, ut significetur felicitas mortis impiorum, deducta in bonis canitie ad annos maturos : quomodo non habet ἀνάνευσιν : ut rejiciatur ac renuatur ; sed potius desiderium : sic præcipue videbatur habere Diocletianus, vere non ita infelix in imperio quantum voluit diuturno, in quo tanta auctoritate ac velut imperatorum et Cæsarum pater decernebat, nisi eum superstitio miserum effecisset. Ex ea enim, ut hic auctor subtiliter indicat, liquetque ex sancti Sebastiani et aliorum Actis, processit, quam exercuit immanis illa in Christianos carnificina : velut et ipse, non malis omnino moribus haberet zelum, cæcum illum tamen quo nihil in potente maxime ac rerum domino, periculosius. Quod spectat ad Magnentium, non ille tyrannus, qui toto fere sæculo junior imperium ad breve tempus arripuit, est accipiendus, sed amicus quidam Diocletiani, in aula id temporis præcipuus, ipseque Christianis æque infensus, ut indicant gesta Georgii ad quæ Andreas alludit.

Digitized by Google

εἰδωλικοῦ βορβόρου ἀνέθαλεν. Ὡς κυπάρισσος ἐν χορῷ βάτων· ὡς ἐλαία κατάκαρπος ἐν ἐρήμῳ· καὶ ὡς φοίνιξ γλυκαίνων τοὺς ἐν πικρίᾳ· ὡς σελήνη πλησιφαὴς ἐν στυγνοτάτῃ νυκτί· ὡς πυρσὸς ἐν σκοτομήνῃ, τοῖς κατὰ τὸ πέλαγος τῆς ἀσεβείας πλανωμένοις· ὡς φωστὴρ ἑωθινὸς, ἐν μέσῳ ζοφερῶν νεφελῶν· ὡς ἥλιος ἐν γνόφῳ συνεχεῖ φαιδρὸν ἐκλάμπων σέλας. Εἰ δὲ καὶ ὅθεν ἔφυ, καὶ τὴν ἀπὸ γένους ζητεῖς εὐκληρίαν· τὰ πράγματα βοῶσι, Τέκνον αὐτὸν εἶναι Θεοῦ, καὶ τῆς ἄνω Ἱερουσαλὴμ τῆς ἐλευθέρας· « Ὅσοι γὰρ ἔλαβον αὐτὸν, φησὶν ὁ μαθητὴς καὶ παρθένος, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι, τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ· » ὁποῖος ἦν Γεώργιος, ἔργῳ τὸ γένος πιστούμενος.

A usum excolitur. Solet enim solet, etiam nominis ipsa appellatio, Dei gratiam, et hominum virtutem palam declarare : quod in Abraham et Sara, Isaac quoque et Jacob, ac Mose, aliisque pluribus, factum didicimus. Fuit hic et nomine et re Georgius. Hic, tanquam rosa in mediis spinis id temporis exortus est, et tanquam lilium [n], suavem pietatis odorem efflans, in medio idololatriæ cœno efflоruit. Velut cupressus, in campo rubis ac sentibus horrido, ut oliva fructifera in deserto, utque palma dulces reddens fructus olim amaros ; ut luna plena, tristissima nocte ; ut facula, obscura caligine, iis præferens lucem qui in impietatis pelago errarent; ut stella matutina, in medio atrarum nubium; ut sol denique, lætum, densa caligine, splendorem emittens. Quod si etiam unde sit ortus, ac generis nobilitatem quæris ; res ipsæ velut missa voce clamant, Dei Filium hunc esse ac supernæ illius Jerusalem, quæ libera est : « Quotquot enim receperunt eum, inquit discipulus ille virgo, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine ejus [o], » cujusmodi fuit Georgius, qui generis sui nobilitatem factis comprobavit.

Ἐπεὶ δὲ ποθεῖς καὶ τὴν ἐπίγειον αὐτοῦ μαθεῖν εὐγένειαν· πατρὶς αὐτῷ, ἡ Καππαδοκῶν χώρα· τροφὸς, ἡ Παλαιστηνῶν· Χριστιανὸς ἐκ προγόνων· νεάζων τῇ ἡλικίᾳ· πολιὸς τὴν σοφίαν· εὐθὺς τὴν καρδίαν· κατ' ἀμφότερα σφριγῶν κατὰ τῆς ἀσεβείας, ὁ μάρτυς τῆς εὐσεβείας· καλῶς τοῖς ὁπλιτικοῖς ἀγῶσιν ἐκ παιδὸς ἐνδιαπρέψας, καὶ ἀκριβῶς τὴν ἐν πολέμοις ἐξησκημένος ἀνδρείαν, ὡς καὶ τριβουνάτον ἐμπιστευθῆναι στρατιωτικοῦ καταλόγου, δεόντως τε τοῦτο διοικῆσαι, καὶ ἐν πολλοῖς πολλάκις ἀνδραγαθῆσαι, ἀμέλει πολλὴν ἀθροίσας ἐν ἑαυτῷ τὴν πολεμικὴν ἐμπειρίαν, καὶ μείζονος ὀρεγόμενος ἀξίας, μείζονος καὶ τυγχάνει. Λαβὼν γὰρ τὰ ἐκ πατέρων αὐτῷ προσόντα χρήματα, ἀνέδραμε πρὸς τὸν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ βασιλεύοντα, καὶ πάσχει τι, τῷ Κὶς υἱῷ παραπλήσιον. Ὁ μὲν γὰρ ὄνους ἀναζητῶν, βασιλείαν ἐπίγειον εὗρατο· ὁ δὲ κοσμικὴν ἀξίαν ἐπιζητῶν, οὐρανῶν βασιλείας ἐπέτυχε, μεῖζον τοῦ ἔργου τὸ πάρεργον ἐμπορευσάμενος.

B Quoniam vero et terrenam ejus nobilitatem scire cupis : patriam habuit Cappadocum regionem; altricem vero, Palæstinam; a proavis Christianus; juvenili ætate, sapientia canus, corde rectus, utroque adversus impietatem turgens vegetusque, pietatis martyr ; ita armorum a puero certaminibus clarus, tantaque diligentia et absolutione exercita bellica fortitudine, ut et militaris ordinis tribunatus ejus fidei commissus fuerit. Cumque digne administrando id muneris, atque in multis sæpe strenue agendo, multam demum rei bellicæ peritiam comparasset, majoremque gradum appeteret, majorem nimirum assecutus est. Quippe, acceptis opibus, si quæ parentum successione obvenerant, accurrit ad eum qui iis temporibus imperatorem agebat; eique, simile quidpiam accidit, atque olim filio Cis [p]. Ille enim cum asinas inquireret, terrestre regnum invenit : hic, mundani honoris gradum exquirens, regnum cœlorum sortitus est : majusque fuit, quod accessionis loco inexspectatum accepit, quam quod rei caput haberet propositum.

Παραγενόμενος γὰρ, καὶ ἰδὼν Θεὸν μὲν ὑβριζόμενον, δαίμονας δὲ θεραπευομένους, οὐκ ἤνεγκεν ὁ ζηλωτὴς τῆς εὐσεβείας· ἀλλ' ἐννοήσας τὸν Δαβὶδ λέγοντα· « Εἶδον ἀσυνετοῦντας καὶ ἐξετηκόμην· » καὶ, « Ἐξέτηξέ με ὁ ζῆλός σου, ὅτι ἐπελάθοντο τῶν λόγων σου οἱ ἐχθροί μου· » καὶ μνημονεύσας τοῦ Κυρίου φάσκοντος· « Πᾶς ὅστις ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· » πυρωθεὶς τῷ θείῳ ζήλῳ, καὶ θήξας ᾗ βέλος τὸν ἑαυτοῦ λογισμὸν, ἔσπευδεν ἁρπάσαι τὴν ἐπαγγελίαν· καὶ ἀνθομολογητὴν ἑαυτοῦ τὸν Θεὸν, διὰ τῆς εἰς αὐτὸν ὁμολογίας κτήσασθαι.

Cum enim illuc venisset, ac Deum contemni, dæmones vero coli vidisset, non tulit eam rem, vir pietatis zelo flagrantissimus : sed cum cogitaret illud Davidis dictum : « Vidi insensatos, et tabescebam [q]. » Et: « Tabescere me fecit zelus tuus, quia obliti sunt verba tua inimici mei [r]. » Recordatus etiam ejus, quod Dominus ait : « Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est [s]. » Divino zelo inflammatus, suamque cogitationem, velut telum quoddam, exacuens, festinavit divina promissa præripere ; ac Deum ipsum, per suam in eum confessionem, vicissim sui confessorem acquirere.

Ὅπως δὲ μέλλοντι τὴν στενὴν εἰσιέναι πύλην, μὴ στένηται αὐτῷ κώλυμα τῶν χρημάτων ὁ ὄγκος, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἰσχυρότερον ἑαυτῷ κατασκευάζῃ τὸ μαρ-

At ne illi per angustam portam introire molienti terrenarum facultatum cumulus impedimento foret, seque adeo ad martyrium majori fortitudine

[n] Addit Lipom. *ex fetida herba.* [o] Joan. I, 12. [p] I Reg. IX, 20. [q] Psal. CXVIII, 158. [r] ibid. 139. [s] Matth. X, 32.

Digitized by Google

obeundum instrueret, operæ pretium putavit, ut rite ac ordine (47), divino illo præcepto uteretur, quod olim certaminis Dominus ac arbiter, adolescenti diviti intimasset, dicens : « Si vis perfectus esse, vende quæ habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in cœlo : et veni sequere me [t]. » Sane, quod prior ille juvenis, animi mollitie et ignavia omisit ; alter hic avide animoque alacer implevit, divitiarum deposito ambitu, iisque, per manus pauperum inæstimabili coempto margarito regni cœlorum, ac inviolabili thesauro, in eo sibi parato, cordeque cœlestibus plene defixo. Ut sic autem, avaritiæ, quæ animo corruptela est, impulsorem diabolum, ceu velitari certamine evertisset, et primam hanc coronam adversus illum arripuisset, atque ad sublimioris victoriæ adjumentum, ea caput spiritaliter velut cinxisset, seque precibus pauperum ceu aggere communisset, iis se, victoriam victoriæ adjecturum fretus : confidens ut leo, sublata sua cruce, ad bellum contra impietatem, gerendum prosiliit. Probe siquidem noverat vir sapiens, « elecmosynis et fide (48) purgari, peccata [u] » quæ sunt impedimenta victoriæ. Præ omnibus vero, « elecmosynam a morte liberare [v] : » — « Super enim scutum potentiæ, et super lanceam roboris (49) adversus inimicum pugnabit pro te [x], » inquit Jesus filius Sirach. Sic denique, re exhibita misericordia, instar pugillis certamini præunctus, fiduciaque in aciem egressus, nullam præterea corpoream armaturam, sed Spiritus duntaxat, ut Paulus docet [y], induit. Nam succinxit lumbos in veritate, et induit loricam justitiæ, calceavitque pedes in præparatione Evangelii pacis : galeam item salutis assumpsit, in omnibus assumpto scuto fidei, quo exstinguantur omnia tela ignea nequissimi : ac gaudium spiritus, quod est verbum Dei.

Hac igitur invisibili spiritalique armatura, seipsum communivit, « Quoniam non adversus carnem et sanguinem bellum susceperat, sed adversus principatus et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum, contra spiritualia nequitiæ [z] ; » spiritalibus armis instructus adversus spiritalia : ac fere clamans apostolicum illud :

τύριον, ἀναγκαῖον ἔκρινε, τῇ θείᾳ κατὰ τάξιν ἐντολῇ χρήσασθαι, ἣν ὁ τοῦ ἀγῶνος Κύριος, ἤδη πρὸς τὸν πλούσιον ἀπεφήνατο νεανίσκον, φήσας· « Εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς· καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανοῖς· καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι. » Καὶ δὴ τοῦτο ὑπὸ τοῦ πρώτου νεανίσκου ῥᾳθυμίᾳ παραλειφθὲν, ὁ δεύτερος εὐθύμως ἀπεπλήρωσεν· ἀποθέμενος τὴν τῶν χρημάτων περιβολὴν, κατ' τούτοις διὰ χειρὸς τῶν πενήτων ἀγοράσας τὸν ἀτίμητον μαργαρίτην τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ ἐν αὐτῇ τὸν ἄσυλον [ἐν] ἑαυτῷ προευτρεπίσας θησαυρὸν, κἀκεῖσε τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν τελείως προσηλώσας. Οὕτω τε προανελὼν τὸν τῆς ψυχοφθόρου πλεονεξίας εἰσηγητὴν, καὶ τὸν πρῶτον κατ' αὐτοῦ ἁρπάσας στέφανον, αὐτόν τε τοῦτον εἰς ἐφόδιον καὶ σύμβολον ὑψηλοτέρας νίκης νοητῶς ἀναδησάμενος, εὐχαῖς τε πενήτων ἑαυτὸν καταχώσας, καὶ ταύταις νίκην νίκῃ προσθεῖναι καταπιστεύσας, οὕτως πεποιθὼς ὡς λέων, ἆρας τὸν ἑαυτοῦ σταυρὸν, πρὸς τὸν κατὰ τῆς ἀσεβείας ἐξήλατο πόλεμον. Οὐ [aa] γὰρ ἠπίστατο ὁ σοφὸς, ὅτι δὴ « Ἐλεημοσύναις μὲν καὶ πίστεσιν ἀποκαθαίρονται ἁμαρτίαι, » τὰ τῆς νίκης κωλύματα. « Ἐλεημοσύνη δὲ ἐκ θανάτου ὑπὲρ πάντα ῥύεται. » — « Ὑπὲρ γὰρ ἀσπίδα κράνους, καὶ ὑπὲρ δόρυ ὁλκῆς κατέναντι ἐχθροῦ πολεμήσει ὑπὲρ σοῦ, » φησὶν ὁ τοῦ Σιράχ. Ἀμέλει ταύτην ἔργῳ προαλειψάμενος ἀθλητικῶς, καὶ θαρσαλέως πρὸς τὴν παράταξιν ἐξιὼν, οὐχ ὑλικήν τινα περιέθετο πανοπλίαν, ἀλλὰ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἣν ὁ Παῦλος ὑπέδειξε. Περιεζώσατο γὰρ τὴν ὀσφὺν ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἐνεδύσατο τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης· καὶ ὑπεδήσατο τοὺς πόδας, ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ Εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης· καὶ περιεβάλετο τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου, ἐπὶ πᾶσιν ἀναλαβὼν τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως, τὸν σβεννύντα πάντα τὰ πεπυρωμένα βέλη τοῦ πονηροῦ· καὶ τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος, ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ.

Καὶ τὴν ἀόρατον καὶ πνευματικὴν ταύτην περιεφράξατο παντευχίαν, « Ἐπεὶ μὴ πρὸς αἷμα καὶ σάρκα τὸν πόλεμον ἤρατο, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας· » πνευματικοῖς πνευματικῶς ἀνθοπλιζόμενος· καὶ μονονουχὶ, τὸ ἀποστολικὸν ἀναβοῶν λόγιον· « Ἡμῶν

[t] Matth. xix, 21. [u] Prov. xv, 27. [v] Tob. xii, 9. [x] Eccli. xxix, 16. [y] Ephes. vi, 13. [z] Ibid. 12.

VARIÆ LECTIONES.

[aa] γὰρ εὖ.

COMBEFISII NOTÆ.

(47) *Ut rite ac ordine.* Κατὰ τάξιν. A minori illo procedendo ad majus. Præstat siquidem vita, terrenis facultatibus ei subsidio concessis : ut nisi iis spretis, haud facile præsumatur vita contemnenda, qua de re Greg. hom. 14 in Evang.

(48) *Et fide.* Καὶ πίστεσι. Deest quo plurale illud exprimamus ; significantur illo actiones veraces et fideles, ut bene Nobilius. Addiderim ego, quæ præcipue sunt ex instinctu fidei, et ordinis gratiæ, quorum exercitio fidelium nomen absolute merentur, qui Christiani vitam Christiane transigunt, soli digni qui participent, ejectis antiquo ritu subipsam sacrificii et communionis horam, diacono clamante, ὅσοι πιστοὶ, ut est in Basilii et Chrysostomi liturgia, sive ὅσοι πάντες, ut in liturgia Jacobi, una cum catechumenis, si quis moribus a professione discrepans, saltem negata precum communione, a fidelium consortio, Ecclesiastica censura, præcisus esset ; qua de re in Euchologiciis suis noster Goar.

(49) *Lanceam roboris.* Δόρυ ὁλκῆς. Altera lectio notata in Sixt. pro ἀλκῆς. Exponi hus cum Hesych. cui ὁλκὴ est δύναμις, ἰσχύς. Quamvis est mihi sat dubium. Interpres Lipomani eam vocem omisit.

Digitized by Google

τὰ ὅπλα, οὐ σαρκικὰ, ἀλλὰ δυνατὰ τῷ Θεῷ, πρὸς A καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων. » Αὐτίκα οὖν, ἄνωθεν σύμμαχον ἑαυτοῦ τὸν ἀγωνοθέτην ἐπικαλεσάμενος· θυμόν τε κινήσας τὸν κατὰ φύσιν, καὶ ζῆλον ἀναλαβὼν τοῦ Ἠλίου τοῦ προφήτου· καὶ ὀργῇ κεχρημένος δικαίᾳ, « Διὰ τῶν ὅπλων τῆς δικαιοσύνης τῶν δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν, » ἐχώρει κατὰ τῆς ἀδικίας· καὶ εὑρὼν αὐτοῦ που τοὺς ὀνόματι [βασιλεῖς, ὄντως δὲ [93]] βασιλευομένους ὑπὸ τῆς ἀσεβείας, κακῶς τῷ κράτει κατὰ τοῦ τὸ κράτος χαρισαμένου κεχρημένους, καὶ ἄπειρον εἶδός τε καὶ πλῆθος βασανιστηρίων, οὐ κατὰ τῶν ἀδικούντων, ἀλλὰ κατὰ τῶν εὐσεβούντων δημοσίᾳ προθεμένους· παντοίων τε φυλῶν, ἐθνῶν, καὶ γλωσσῶν ἐξωπλισμένων, κύκλῳ αὐτοὺς περιεστηκότων, δημηγοροῦντας ἀθέμιτα, καὶ ἀπειλοῦντας· εἴ ὀνομάσοι τις τὸν Χριστὸν, B τούτοις αὐτὸν ἀνηλεῶς ἐκδαπανώμενον ἀποθνήσκειν· ζέσας οὖν τῷ θείῳ Πνεύματι, « ἐτρόμησε τοὺς νεφροὺς » κατὰ τὸν Μακκαβαῖον ἐκεῖνον, « καὶ ἀνῆνεγκε θυμὸν κατὰ τὸ κρῖμα· » καὶ οἷα λέων βρύξας ἰσχυρὸν καὶ βλοσυρὸν ὁρῶν, ἐκκόψας τὴν ἀπειλὴν, εἰς μέσον αὐτῶν εἰσεπήδησε, Χριστιανὸν ἑαυτὸν διαπρυσίως ἀναγορεύων, καὶ φανερῶς τὴν τῆς εὐσεβείας ἐμφανίζων εὐγένειαν. Ὢ ψυχῆς ἀληθῶς θεοφόρου, νενικημένης τῷ θείῳ ἔρωτι, καὶ ὅλης « ἐξεστηκυίας Θεῷ! » Ὢ μακαρίας φωνῆς, ἣν ὁ φερώνυμος τοῦ Χριστοῦ Γεώργιος, θεόθεν τὰ σπέρματα λαβὼν, καὶ ἐν πολλῷ τῷ χρόνῳ καλῶς ἐν καρδίᾳ γεωργήσας, τελείαν εὐκαίρως τῷ Δεσπότῃ ἀπέδωκεν! Ἦν ἀὴρ μὲν δεξάμενος, ἠγιάσθη· ἄγγελοι δὲ οὐρανόθεν ἐπεκρότησαν, ἀρχάγγελοι δὲ ἐπευφήμησαν· καὶ πᾶσαι τῶν οὐρανῶν αἱ Δυνάμεις ὑπερηγάθησαν [94]. Ὁ δὲ πάντων Θεός τε καὶ Δεσπότης ἀποδεξάμενος, πρέπειν τῇ προθυμίᾳ τὴν συμμαχίαν ἐδικαίωσε, καὶ τὸν ἀμάραντον αὐτῷ τῆς νίκης ἡτοίμασε στέφανον. Τὸ δὲ στῖφος τῶν ἀσεβῶν ἐξεπλάγη, καὶ ὁ τούτων στρατηγὸς διάβολος ἀκούσας, καιρίαν πληγὴν ἐδέξατο. Ὁ μέντοι γενναῖος ἀθλητὴς, ἐπέμενε λαμπρᾷ καὶ ἰσχυρᾷ τῇ φωνῇ Θεὸν ὁμολογῶν τὸν Χριστὸν, δαίμονας δὲ τοὺς παρ' αὐτῶν προσκυνου-

« Arma nostra, non carnalia sunt, sed potentia Deo, ad destructionem munitionum [a]. » Statim ergo, cum e cœlo adjutorem sibi eum evocasset, qui ipse agonotheta ac certaminum præses esset, iramque a natura inditam provocasset : assumpto zelo Eliæ prophetæ, justeque exandescens : « Per arma justitiæ a dextris et sinistris [b], » injustitiam adortus ; ac loco quodam, imperatores illos nomine, re autem vera impietatis imperio mancipatos ac servos, inveniens : quippe qui imperio abuterentur adversus eum qui concessisset ; nec non infinita tormentorum genera, foro publico adversus eos proposita ; non qui rei essent, iniquive aliquid admisissent, sed qui pietatem colerent : omnis ætatis et generis tribubus, gentibusque, et linguis, circum, armis, impia concionantes stipantibus, ac fore comminantes, ut si quis Christum nominasset, iis dire absumptus periret : eo, inquam, spectaculo, divino effervens Spiritu, « contremiscentibus renibus, » quemadmodum Machabæo illi, « affectusque furore secundum judicium [c] : » ac leonis instar, fortiter rugiens, terribilique aspectu ; minans, infringens interpellansque, medius eorum insiliit (50) ; clara se voce Christianum renuntians, pietatisque ingenuitatem quanta esset manifeste ostendens. O vere Deo afflatum animum quem sibi divinus amor ira devicisset, quique totus « excessisset Deo [d] ! » O beatam vocem, quam pro nominis sui ratione (51) edidit ceu Christi arvum Georgius, accepta de cœlo semente, multoque tempore bene in corde excultam, perfectam congruo tempore Domino reddidit ! Vocem, inquam, quam suscipiens aer sanctificatus est, angeli e cœlo intonuerunt, archangeli faustis ominibus sunt prosecuti, omnesque cœlorum Virtutes supra modum admirati sunt : quam et universorum Deus Dominusque probans, consentaneum censuit, ut tantæ alacritati auxiliator accederet, ac cujus merito, immarcescibilem victoriæ coronam athletæ præparavit. Impiorum autem caterva obstupuit, audiensque eo-

[a] II Cor. x, 4. [b] II Cor. vi, 7. [c] I Mach. II, 24. [d] II Cor. v, 13.

VARIÆ LECTIONES.

[93] Adjecta ex conjectura, et Lipom. [94] *Ισ.* σθησαν

COMBEFISII NOTÆ.

(50) *Medius eorum insiliit.* Εἰς μέσον αὐτῶν εἰσεπήδησε. Nempe imperatorum, ad certam utique necem, victima Christi spontanea, quem fidei fervorem maxime exigebant deploratissima illa Christianis tempora. Sic Romæ Sebastianus, eidem se Diocletiano, cum primo allatam necem miraculo evasisset, improperaturus crudelitatem, ultro iterum, strata publica repræsentavit. Sic Maximinum, sub ipsis sacrificiis et publica concione Catharina corripuit, etc. Vix vero fuerit, qui Georgio nostro, viro tanto et militari, in ea martyrii ultronea inchoatione, præviisque ad ipsum ab Andrea enarratis, gloriosius habuerit. Atque utinam, tantæ illi certaminis luci, nullas apocrypha aspersissent tenebras ; mirum certe quam utriusque Ecclesiæ ejus devotissimæ, recrearet faciem : quanquam in istis probatis ab Andrea, acri viro ingenio, sanctoque, D satque antiquo, vix sit quo hæreamus, quidquid nobis obtrudat Baronius ; cui ut displicuit magia, in Athanasii nomine, debuit eadem ratione displicere sanctitas, in Georgii, idque Cappadocis ; quo Pseudo-Alexandrinum illum Georgium ex patria etiam, propinquis referat : ut sit et ipse Georgius, si Baronio placet, persona quam commentiti sint Ariani, non præcipuus martyr.

(51) *Pro nominis sui ratione*, etc. Ὁ φερώνυμος τοῦ Χριστοῦ Γεώργιος. Velut idem sit atque γεώργιον, cujus rationem habuerit, edenda magnifica illa confessionis voce, quam olim cordis gremio, divina satione mandatam, arvi instar fovisset. Interpres Lipom. *Quam edidit Christi nomen ferens Georgius* : insulsa certe expositio. Quis enim vel Christum, Georgium, vel Georgium, Christum, quod illa sonant contra Græcam fidem, audivit ?

Digitized by Google

rum imperator diabolus, lethalem plagam accepit. Cæterum generosus athleta, clara fortique voce, Christi Dei confessioni insistens, quos illi adorarent, dæmones dicebat; errantes pronuntians et desipientes, sycophantas deorum qui non essent; turpia potius ostendens, loqui quam confiteri Deum; blasphemos compescens, hortansque ut uno et solo vere Deo agnito pœnitentiam agerent, ac demum illud Scripturæ crebro inferebat: « Dii qui non fecerunt cœlum et terram, dispereant [c]. »

At illi, omni fraudum genere utentes, omnibus modis athletam tentabant nihil non dicentes, nihil non facientes: ac modo, blanda adulatione, sermones suos super oleum molliebant; modo etiam, nudis minarum jaculis feriebant. Simulabant laudare se pulchritudinem, junctamque prudentiæ ingenuitatem, ac probatam bellis gerendis fortitudinem. Auctores erant, ut juvenem ætatem miseratus, haudquaquam mortem immaturam, vitæ hujus dulci usuræ, furentis instar præferret. Divitiarum pariter ac dignitatum munera non vulgaria proponebant. Tum vero, tormentorum genera mortisque vias plurimas edicentes, iis omnibus longam ac plenam dolore, ceu cautela, comminabantur mortem, si monitis acquiescere renuisset. At firmus ille imperculsusque Christi miles, qui olim Deo magis quam hominibus obediendum, nec quidquam observantia in Deum valentius atque urgentius, didicisset; nihil mutatus autve attonitus, subdolas adulationes responsorum austeritate (52) redarguens, a se repellebat: fraudulenta vero promissa ut vilia quædam pro nihilo faciens, respuebat: impiaque consilia instar veneni pestiferi propulsabat: minas animi gravia quæque ferre parati alacritate irridebat: atque ut nihil cunctarentur, sed statim facto periculo, num res ita haberet certius explorarent, urgebat; illud identidem clamans: « Meus amor crucifixus est (53). » Atque ut verbo dicam, erat undique hostibus inexpugnabilis: « Quis vero, inquiebat, separabit me a charitate Christi? an angustia? an persecutio? an fames?

Οἱ δὲ παντὶ εἴδει δολιότητος χρώμενοι, διὰ πάντων τὸν ἀθλητὴν ἐξεπείραζον· τί μὲν οὐ λέγοντες; τί δὲ οὐ πράττοντες; ποτὲ μὲν ἀπαλύνοντες τοὺς λόγους αὐτῶν ὑπὲρ ἔλαιον, τῇ θωπείᾳ· ποτὲ δὲ, καὶ γυμναῖς αὐτῶν ταῖς βολίσι τῶν ἀπειλῶν κατατοξεύοντες. Τὸ κάλλος ἐπαινεῖν, πρὸς τῇ συνέσει καὶ τὴν εὐγένειαν, καὶ τὴν ἐν πολέμοις ἀνδρείαν ἀποθαυμάζειν ὑποκρινόμενοι. Τὴν νεότητα κατοικτείρειν, καὶ μὴ θάνατον ἄωρον τῆς ἡδείας ταύτης ζωῆς μανικῶς προκρίνειν συμβουλεύοντες. Χρημάτων ἅμα καὶ ἀξιωμάτων δωρεὰς οὐ τὰς τυχούσας προτείνοντες. Εἶτα βασάνων εἴδη καὶ πλήθη θανατηφόρα ἐπαγγελλόμενοι, μακρόν τε καὶ ὀδυνηρὸν αὐτῷ διὰ πάντων ἔσεσθαι προσεπαπειλοῦντες θάνατον, ἂν ἀνανεύσειε πρὸς τὴν παραίνεσιν. Ὁ δὲ στερρὸς καὶ ἀκατάπληκτος τοῦ Χριστοῦ στρατιώτης, πειθαρχεῖν Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις ἤδη πεπεδευμένος, μηδέν τε βιαιότερον εἶναι τῆς πρὸς Θεὸν εὐπειθείας, κατ' οὐδένα τρόπον περιτραπεὶς ἢ ὑποπτήξας, τὰς μὲν ὑπούλους κολακείας ἐλέγχων τῇ αὐστηρίᾳ τῶν ὕβρεων ἀπετρέπετο· τὰς δολερὰς δὲ ὑποσχέσεις ὡς ἀτίμους ἐξουδενῶν, διέπτυε· τὰς ἀσεβεῖς συμβουλίας, ὡς θανατηφόρον ἰὸν ἀπεκρούετο· τὰς ἀπειλὰς τῇ ἑτοιμότητι τοῦ πάντα παθεῖν ἐξεγέλα· καὶ μηδὲ μέλλειν, παραυτίκα δὲ πειράσαντας πληροφορεῖσθαι τοῦτο κατήπειγεν, « Ὁ ἐμὸς ἔρως, βοᾶν, ἐσταύρωται. » Καὶ ἁπαξαπλῶς, ἀπανταχόθεν ἀχείρωτος ἦν τοῖς πολεμίοις. « Τίς δὲ χωρίσει με, λέγων, ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; θλῖψις; ἢ στενοχωρία; ἢ διωγμός; ἢ λιμός; ἢ γυμνότης; ἢ κίνδυνος; ἢ

[c] Jerem. x, 12.

COMBEFISII NOTÆ.

(52) *Responsorum austeritate.* Ita potius secuti interpretem Lipoman. quam nostrum codicem, ubi est ὕβρεων, quo subtilis Andreas significare voluerit despicientiam ac velut contumeliam, qua sanctus martyr ejusmodi vere ipsi ludicra, excipiebat. Sic Petrus Simoni, oblata pecunia delinire tentanti: *Pecunia tua tecum sit in perditionem*, etc. (Act. VIII, 20). Sic alter Andreas, Ægeo, ubi obstinationem in idololatria comperisset: *Audi, fili mortis, et stipula æternis parata suppliciis*, etc. Sancte aliquando acuenda ira, nec mussitandum timentis specie, ubi ad defectionem a Deo, malis hominum artibus, pulsamur.

(53) *Meus amor crucifixus est.* Potest duplici illo sensu accipi quo apud Ignatium in Epistola ad Rom.: vel ut amor ille intelligatur Christus, cui se confixum cruci ac commortuum dicat Georgius; vel ipse amor noster et sensualis, quo crucifixo et mortuo, nihil timeantur tormenta: Dionysius, cap. 4 *De divin. nom.* ceu ex Ignatio, priori sensu citat; qui tamen non potuit ex illa epistola accipere, quæ sit posterius scripta quam liber ille Dionysii, nempe sub Onesimo, Timothei successore in sede Ephesina, ad quem Dionysius eum librum scribit. Ita dubium format Maximus ad eum Dionysii locum, ubi gravis ille censor interpretum Dionysii Lanselius, ipseque Maximi scholiastæ interpres. τὸ, Ζητητέον πῶς ἐπὶ Ὀνησίμου τοῦ μετὰ Τιμόθεον Ἰγνατίου διαλεγομένου καὶ γράφοντος Ῥωμαίοις. *Quærendum quomodo Ignatio cum Onesimo, qui fuit post Timotheum disputante, et Romanis scribente*, etc. Ubi enimvero illa Ignatii cum sanctissimo collega disputatio? Quonam autem grammatico traditum, τὸ, ἐπί τινος, puta ἐπὶ Λουδοβίκου ιδ' διαλέγεσθαι, perinde esse atque, cum aliquo, cum Ludovico XIV, v. gr. nostro, quem Deus annis et virtute augeat, disputare? Quod autem is jam episcopus esset, ex ejusdem Ignatii epistola ad Ephesios, aliisque liquet. Maestræus etiam citat ex Orig. Prol. in Cantica, ubi tamen non invenio.

Digitized by Google

μάχαιρα; Πέπεισμαι γὰρ, ὅτι οὔτε θάνατος, οὔτε ζωὴ, οὔτε Ἄγγελοι, οὔτε Ἀρχαὶ, οὔτε Ἐξουσίαι, οὔτε Δυνάμεις, οὔτε ἐνεστῶτα, οὔτε μέλλοντα, οὔτε τις κτίσις ἑτέρα δυνήσεται χωρίσαι με ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ. » — « Ἐμοὶ γὰρ τὸ ζῆν, Χριστὸς καὶ τὸ ἀποθανεῖν, κέρδος. »

A an nuditas? an periculum? an gladius? Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque Potestates, neque Virtutes, neque instantia, neque futura, neque creatura alia poterit me separare a charitate Christi [e]. » — « Mihi (enim) vivere Christus est, et mori lucrum [f]. »

Οὐ μέχρι δὲ λόγων ἐν αὐτῷ ἡ πρὸς τοὺς ἐναντίους συμπλοκὴ, ἀλλὰ καὶ ἔργοις αὐτοῖς σοφῶς ἅμα καὶ δραστηρίως ἀντιπαρετάττετο· οἷα κραταιὸς ἀγωνιστὴς τὴν ἰσχὺν καὶ τὴν ἀνδρείαν, οὐ μόνον ἐκ τοῦ τύπτειν τοὺς ἀντιπάλους, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ φέρειν στερρῶς τὰς παρ' αὐτῶν πληγὰς ἐπιδεικνύμενος σώματι καὶ πνεύματι, τῷ μὲν πάσχων, τῷ δὲ ἀντιπλήττων. Οἱ μὲν γὰρ μάστιξι κατήκιζον τὸ σῶμα· ὁ δὲ τῇ ὑπομονῇ γενναίως τούτων ὑπερεκράτει, ὡς αὐτοὺς βασανίζεσθαι μᾶλλον, οὐκ ἰσχύοντας ἀνῦσαι ὅπερ ἠβούλοντο, ἢ τὸν μαστιζόμενον. Ἀμέλει κοντῷ τὸν Ἅγιον κρουσθῆναι κελεύουσι· τοῦ δὲ κοντοῦ μολίβδου δίκην ἀποστραφέντος, εἰς ἔλεγχον τῆς αὐτῶν ἀστοχίας, τῆς ἐλπίδος ἀποτυχόντες, ἐφ' ἑτέραν ἐτρέποντο κόλασιν, καὶ δεινοτέραις τιμωρίαις καθυποβάλλειν ἐπειρῶντο τὸν ἀθλητήν· λίθου παμμεγεστάτου ἐν τῇ εἱρκτῇ παννύχῳ κατὰ γαστρὸς ἐπιβολῇ, πρὸς τῇ ἐν ξύλῳ τῶν ποδῶν ἀσφαλείᾳ, ἄλλαις τε ὅσαις καὶ ὅπως δεινοτέραις. Αἷς ὑπερκαμόντι τῷ ἀθλητῇ καὶ σχεδὸν ἐκλείποντι, τέλος τὸ σφοδρότερον προσῆγον· ἐπὶ τροχοῦ τοῦτον ἀναλαβόντες, οὕτως καταλύσειν οἰόμενοι τοῦ γενναίου τὴν ἔνστασιν· περὶ ὃν τὴν ὀσφὺν σκορπίου δίκην κατακαμπτόμενός τε καὶ κατατεινόμενος ὁ μεγαλόφρων, καὶ τῇ ἀντιστρόφῳ συνελίξει γενναίως τὸ πνεῦμα στενοχωρούμενος, ἐξαρθρος μὲν ἐγίνετο· κατὰ πᾶν μέλος κλώμενος, περιλακιζομένων αὐτοῦ τῶν σαρκῶν· ἅμα δὲ καὶ ταῖς ἀκμαῖς τῶν ὑφηρμοσμένων ὀργάνων, εἰς πολλὰ τὸ σῶμα κατατμηθείς, καὶ ὀχετοῖς αἱμάτων φοινίξας τὰ κολαστήρια, ἤδη νεκρὸς τοῖς τυφλοῖς νομισθείς, ἐπὶ σχήματος ὑπ' αὐτῶν κατελήφθη, πολλὰ τοὺς αὐτῶν ἀνυμνούντων ἐπὶ τούτοις θεούς τε καὶ δαίμονας.

Atqui non sermone tantum cum adversariis congressus est, sed et re ipsa, pari prudentia ac efficacitate conflixit; instar nimirum fortis pugilis, corporis pariter spiritusque robur et fortitudinem non solum feriendis adversariis ostentans, verum etiam plagis illatis obfirmate ferendis; ut altero pateretur, altero reperciteret. Illi sane, corpus dire virgis cædebant; ipse patientia sic strenue superabat, ut cæso ipso magis cruciaretur, cum minime valerent assequi quod volebant. Denique jubent Sanctum vecte percuti: cumque victis plumbi instar, ad eorum inane propositum arguendum, aversus dellexisset; spe decepti, ad alia tormenta conversi sunt, ac conati gravioribus tormentis athletam subjicere, ingentis omnino molis lapidem, noctem totam, detenti in carcere, ventri imposuerunt; excerpta lignea etiam compede, ac aliis compluribus dirioribusque tormentis adhibitis. Quibus cum athleta nimium laborasset ac fere defecisset, postremo quod immanissimum erat, adhibuerunt, nimirum sic rati fracturos generosi animi pugnacem renitentiam: in rotam extulerunt; qua vir magnanimis, in modum scorpii deflexus lumbos atque distentus, vehementiusque adversa rotatione spiritu angustiatus, totus quidem membris omnibus confractis, circumquaque diruptis carnibus, luxatus est: simulque acutis subsertorum instrumentorum cuspidibus in multas partes concisus corpus, ac carnificina rivis sanguinis cruentata, jam mortuus cæcis hominibus creditus, ita ut erat (54), multis ea de re canticis deos suos ac dæmones celebrantibus, fuit relictus.

Ἀλλ' ἔτι μᾶλλον ἠσχύνθησαν, ὑγιῆ μετ' οὐ πολὺ καθορῶντες, τὸν ἐν νεκροῖς ἐλπισθέντα. Τῆς γὰρ ἁπάντων ζωῆς Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος, ὁμοῦ καὶ τῶν τραυμάτων, καὶ τῶν κολαστηρίων τοῦτον ἀπαλλάξαντος, καὶ τοὺς φύλακας εἰς τέλος καταπλήξαντός τε καὶ ἀπελάσαντος· αὖθις κραταιοτέρων ἐφιέμενος ἄθλων, δρομαῖος ὁ νικηφόρος τοῖς ἀσεβέσιν ἐνεφανίζετο, ἔργῳ καὶ λόγῳ δημοσιεύων τοῦ Χριστοῦ τὴν ἀνίκητον δύναμιν. Ἦν γὰρ ὄντως ἰδεῖν θέαμα φοβερὸν καὶ ἔκπληκτον, ἐξίσου καὶ πιστοὺς ἐπιστηρίζον, καὶ ἀπίστους ἐπιστομίζον. Οἱ δὲ τῷ ἀδοκήτῳ καταπλαγέντες, καὶ ὡς οὐ

Cæterum majori pudore suffusi sunt, cum brevi post sanum viderunt, quem credidissent mortuum. Cum enim Christus, ipse omnium vita, verus Deus et Salvator, et a vulneribus, et a tormentis pariter liberasset, custodesque extremum perterrefactos abegisset: iterum victor ille, validiora certamina subire cupiens, se festinus impiis coram sistit, invictam Christi potentiam factisque ac verbis ostentans. Erat enim revera spectaculum illud formidolosum atque horribile, quod pariter et confirmaret fideles, et infidelibus ora obstrueret. Illi porro re inopinata perculsi, et perserutando cer-

[e] Rom. VIII, 35-38. [f] Philipp. I, 21.

COMBEFISII NOTÆ.

(54) *Ita ut erat.* Ἐπὶ σχήματος. Velut eo, ac sic tragico habitu, quod Galli dicimus: *En cette posture.* Referunt ista, acta Sebastiani, non absimili miraculo, a morte quam tyrannus putaret inflixisse, sospitis. Nihil item majoris miraculi in hac occurrit, quam Catharinæ rota, eadem facilitate restituente Deo lacerarum contusumque ac luxatum Georgii corpus, qua dissolvit Catharinæ machinam, ne ita afficeret.

Digitized by Google

tiores facti vere cum esse quem viderent, cum par esset ut eos gestorum pœniteret, deterioribus tormentis virum strenuum implicant. Nimirum, exstincta viva calce (55), seu verius loquendo, accensa, margaritum illud rationale, ea obruunt, ut tanti miraculi novitas, fidem adimere non paucis videatur. Ut, inquam, tale corpusculum, quod facile natura corrumpi possit, tam vehementi et ad comburendum comparato calcis bullientis incendio, vel paululum potuerit resistere, usque adeo tamen ab eo incolume, ut ne vel crines ambustio læsione invaserit; utve animal, quod ex tenui aere spiritum ducendo, naturalem vitam continet, materia ad obstruendum nata absque respiratione obrutum, non etiam vita privatum sit. At si quis talibus adversari voluerit, penset is, ut Jonas ubi in ventre ceti triduo vixisset, intactus extractus sit; Jeremiasque, ut in cœni lacum demersus, eo velut sepulcro emerserit : quo item modo pueri in media camini flamma tenuem aerem spirarent, ac « neque odor ignis in eis remanserit [6] ? » ac si qua ejusmodi mirabilia facta et prodigia, per ætates singulas immensæ gloriæ Dominus, per suos servos effecit, citiusque in hac nobis etiam parte consenserit, ac fidem habens, dixerit : Vere, « mirabilis Deus in sanctis suis [h]. » Hoc siquidem, sit : atque « Hæc mutatio est dexteræ Excelsi [i]. »

Verum me tempus, multoque magis oratio ipsa deficiet, propter dicendi imperitiam, si velim singulatim ac per partem tormentorum omnium publice et in carceribus generoso Christi militi illatorum, formamque et speciem ac intolerabilem dolorem, vim omnem sermonis exsuperantem, perscribere : itemque eorum qui cruciabant immanitatem atque sævitiam, moresque crudelissimos, nec non athletæ in tormentis tolerantiam et constantem animum, utque in illo quotidie impleretur Paulinum illud : « Quasi morientes, et ecce vivimus [j]. » Dies totos noctesque, protractas in certaminibus preces, qua supplices, « ad eum qui posset salvum facere [k] : » qua in gratiarum actionem ob collata auxilia, ad hæc, et eorum qui dii habebantur, repentinam signo crucis profligationem; dæmonumque ipsorum lamentabilem contestationem (56), palam confitentium se non deos, in eorum probrum qui insensate adorarent : tum propositas interim quæstiones atque oppositiones, quæ in se multam ha-

ψευδὴς ὁ φανείς, ἐρευνῇ πληροφορηθέντες, δέον μεταμελεῖσθαι, χείροσιν ἀνάγκαις τὸν εὐγενῆ περιέβαλλον. Ἀσβέστῳ σβεννυμένῃ, κρεῖττον δὲ εἰπεῖν, ἐξαπτομένῃ, τὸν λογικὸν μαργαρίτην ἐγκαταχώσαντες, ἔνθα καὶ ἀπιστεῖσθαι δοκεῖ τοῖς πολλοῖς τὸ παράδοξον. Πῶς τὸ φύσει εὐκατάφθαρτον σαρκίον, ἐν οὕτω λάθρῳ καὶ καυστικῷ τῆς ἀσβέστου βρασμῷ, κἂν πρὸς ὀλίγον διήρκεσε, μέχρι καὶ τριχῶν διαμεῖναν παντελῶς ἄκαυστόν τε καὶ ἀλώβητον· ἢ τὸ ἐν τῇ ἀναπνοῇ τοῦ λεπτοῦ ἀέρος τὴν κατὰ φύσιν ζωὴν ἔχον ζῶον, ἐν τῇ φύσει παρεμπλαστικῇ ὕλῃ κατακρυβὲν, ἀναπνοῆς ἐστερημένον, τῆς ζωῆς οὐκ ἐστερήθη. Εἰ δέ τις τοῖς τοιούτοις ἀντιτιθεῖ λογισμοῖς· πῶς ὁ Ἰωνᾶς ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους, τριήμερον διαβιοὺς ἄθικτος ἀνεμάθη; καὶ Ἱερεμίας ἐν τῷ λάκκῳ τοῦ βορβόρου καταχωσθεὶς, ἀνεπίταφος ἀνηνέχθη· καὶ παῖδες μέσον καμίνου φλογὸς, λεπτὸν ἀνέπνεον ἀέρα, « οὐδ' ὁσμὴ πυρὸς ἦν ἐν αὐτοῖς, » καὶ ἄλλα ὅσα παράδοξα τεράστια καθ' ἑκάστην γενεὰν ὁ μεγαλόδοξος εἰργάσατο Θεὸς διὰ τῶν δούλων αὐτοῦ· θᾶττον ἡμῖν κἀν τούτῳ συνομολογήσειε, καὶ πιστεύσας ἐρεῖ· Ὄντως, « θαυμαστὸς ὁ Θεὸς ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ. » Φύσις γὰρ τοῖς οὖσι, τὸ τῷ κτίσαντι δοκοῦν· καὶ, « Αὕτη ἡ ἀλλοίωσις τῆς δεξιᾶς τοῦ Ὑψίστου. »

unumquodque naturam habet, quod auctori visum

Ἀλλ' ἐπιλείψει με ὁ λόγος, καὶ μᾶλλον ὁ χρόνος, τῇ ἀμαθείᾳ τῶν λόγων, εἰ βουληθείην ἁπάσης βασάνου δημοσίᾳ τε καὶ ἐν φρουραῖς προσαχθείσης τῷ γενναίῳ τοῦ Χριστοῦ στρατιώτῃ, σχῆμά τε καὶ εἶδος καὶ ὀδύνης τὸ ἀφόρητον, πάντα λόγον ὑπερβαῖνον, ἰδίᾳ καὶ ἀνὰ μέρος ἀναγράφειν· τῶν τε κολαζόντων τὸ ἀπηνὲς καὶ σκληρὸν καὶ ὠμότατον· τοῦ τε ἀθλητοῦ τὸ τληπαθὲς καὶ ἀνένδοτον· καὶ ὅπως ἐφ' ἑκάστης ἐπληροῦτο ἐπ' αὐτῷ τὸ, « Ὡς ἀποθνήσκοντες· καὶ ἰδοὺ ζῶμεν. » Τάς τε παννύχους αὐτοῦ καὶ μεθημερινὰς ἐν τοῖς ἀγῶσιν εὐχάς· τὰς μὲν ἱκετηρίους « πρὸς τὸν δυνάμενον σώζειν, » τὰς δὲ εὐχαριστηρίους, ὑπὲρ ὧν ἀντελάβετο· καὶ ἐπὶ τούτοις, τὴν τῶν νομιζομένων θεῶν τῇ σημειώσει τοῦ σταυροῦ ἀθρόαν παντελῆ στροφὴν, αὐτῶν τε τῶν δαιμόνων τὴν θρηνώδη κατάθεσιν, τὸ μὴ εἶναι θεοὺς αὐτοὺς ἀρ.δήλως ὁμολογούντων, εἰς αἰσχύνην τῶν ἀναισθήτως αὐτοῖς προσκυνούντων· εἶτα τὰς ἐν μέσῳ προτάσεις καὶ ἀντιθέσεις, πολλὴν ἐχούσας τὴν τραγῳδίαν· πρὸς τούτοις τὰς νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν,

[6] Dan. III, 94. [h] Psal. LXVII, 36 [i] Psal. LXXVI, 11. [j] II Cor. VI, 9. [k] Hebr. V, 7.

COMBEFISII NOTÆ.

(55) *Exstincta viva calce.* Ἀσβέστῳ σβεννυμένῃ. Aquæ nimirum injectione, qua provocatus ignis consopitus in lapidis fortius excocti poris, vehementi ebullitione ac importabili æstu statim erumpit, ut videatur potius calcis accensio quam exstinctio, ut bene Andreas ait. Imperite admodum interpres Lipom.: *Materia eum obruunt quæ asbestos dicitur; hoc est quæ non exstinguitur; sed tunc certe fuit exstincta.*

(56) *Lamentabilem contestationem.* Κατάθεσιν. Quomodo videtur habuisse codex Lipomani cujus interpres reddit, *consensionem;* velut fuerit συγκατάθεσιν· nec Surius bene corrigit, *confessionem.* significat extortam illam confessionem dæmonum et idolorum percontante Georgio, qua velut deposuerunt veritatem, seu deposito tradiderint, quod habet illa vox : velut intelligantur ea confessione, depositam homini Dei scientiam, quam præstigiis suis furati essent, postlimimio reddere et reponere; sic est ubique accuratus Andreas. Illa postmodum verba : *Quid mores, et eorum quæ ab utraque parte dicebantur, sententiam, velut in tabula expensam?* non habet Regius codex.

Digitized by Google

Ægyptum fuga, unde ipse fugisti, aut sine ut hic habitem. Væ mihi a te, Nazaræne! Quandiu non quiescis a nobis persequendis? Quandiu impugnare non desinis? Sine ut tabernaculo meo delicier; sin autem abibo in montem; non enim ultra persequentem fero; quocunque siquidem abiero, illic te priorem invenio; non sustineo tuam, Christe, virtutem; non valeo resistere servis tuis: Quippe, uno me confodiunt jaculo; ac ceu nubem, uno abigunt invocato nomine. Non jam fero vexationem; victus sum; fui superatus; deinceps recedo, et in desertum pergo. Lassatus sum quærendo domicilium, inventoque, velut inquilinus deturbor. Væ, væ, Nazaræne! Multa est tua virtus, inenarrabilisque potentia. Fac quod velis. Mihi siquidem hic loci consistere non licet.

Hæc, iisque plura malignus spiritus ad beatum dixit, validissimis tremoribus subsultantem virum ostendens. At Dei famulus Patapius digito in aere crucis figuram exprimens, leniori ad eum voce: Spiritus nequam et immunde, exi ab eo qui est creatus ad Creatoris imaginem. Exi, ac fuge, quo te Christus cum complicibus relegandum sanxit. Hic Nazaræus, quem haud libens Christum confessuses, ipse, inquam, qui per me cruce te percussit, extorrem præcepit esse. Ipse te persequitur, o plane miser, invitumque expellit. Ubi hæc justus dixisset, nequam spiritus puerum discerpsit, illisitque, atque ab ejus ore fumi instar exivit, ac ceu furia in aerem se vorticibus attollentem aufugit; cœpitque verba ejuscemodi clamore in sanctum jactare: Haud plane me latuisti, Patapi. Non enim te fugante abeo, sed Christo cujus ministrum agis. Ille me humilis factus nudavit; ipsum veritus recedo. Porro adolescentior, velut in se reversus, confestim surrexit, advolutusque ad viri sancti pedes, fletu gratias egit, dixitque: Gratias tibi, serve Dei altissimi, Patapi, quod me Christus, medicus ille infirmorum, per te curaverit. Ubi ergo beatus vir ejus frontem digito consignasset, ad propria dimisit gaudentem ac laudantem Deum, eumque glorificantem, qui omnibus sanctis suis, large tribuit quo morbis medeantur.

De sanata femina quæ mamma laborabat.

Nobis itaque in medium procedat mulier olim affecta mamma; quæ se medicis ubivis gentium occurrissent, recuperandæ sanitatis gratia, tradens, suis ipsius facultatibus insumptis nihil inde ad morbi levamen comparasset. Hæc mammæ, enato ad papillam cancro, ac jam fere toto exeso membro, acerbissimis doloribus implicatur. Multum ergo excruciante morbo, direque absumente, nihil occurrebat quod solatium afferret. Demum ubi

οἰκουμένην ἀνέδραμες; Ἢ δίωξον ἐμὲ ὅθεν σὺ ἀπέδρασας, ἢ ἔασόν με οἰκῆσαι ἐνταῦθα. Ὦ ἀπὸ σοῦ, Ναζωραῖε! Ἕως πότε οὐκ ἠρεμεῖς ἀφ' ἡμῶν; Μέχρι τίνος πολεμοῦν οὐκ ἀφίστασαι; Ἔα, κατατρυφήσω μου τοῦ σκηνώματος· εἰ δὲ μή, εἰς τὸ ὄρος πορεύσομαι· οὐ γὰρ στέγω ἔτι ὑπὸ σοῦ διωκόμενος. Ἔνθα γὰρ ἂν πορεύσωμαι, ἐκεῖ σε προλαβόντα εὑρίσκω. Οὐ φέρω σου, Χριστέ, τὴν δύναμιν· οὐκ ἰσχύω τοῖς σοῖς ἀντιπαλαίειν θεράπουσιν. Ἑνί με γὰρ ὅπλῳ τιτρώσκουσι, καὶ ἑνί με ὀνόματι, δίκην νεφῶν ἀπελαύνουσιν. Οὐκέτι στέγω τὴν κάκωσιν, νενίκημαι· ἥττημαι· ὑποχωρῶ τὸ λοιπὸν, καὶ εἰς τὰς ἐρήμους πορεύσομαι. Ἀπέκαμον ζητῶν οἰκητήριον, καὶ εὑρὼν, ὡς πάροικος αὐτοῦ ἀπελαύνομαι. Ὦ, ὦ Ναζωραῖε! Πολλή σου ἡ δύναμις, καὶ ἄφατος ἡ ἐξουσία. Ποίει ὃ θέλεις. Ἐμοὶ γὰρ ἐνταῦθα μένειν, οὐχ οἷόν τε.

Ταῦτα καὶ πλείονα τούτων τὸ πνεῦμα τὸ πονηρὸν, σφοδροτάτοις παλμοῖς ἐξαλλόμενον τὸν ἄνδρα δεικνὺς, πρὸς τὸν μακάριον ἔλεγεν. Ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ θεράπων Πατάπιος, τῷ δακτύλῳ τοῦ σταυροῦ τὸν τύπον ἀερόγραπτον ποιησάμενος, φωνῇ πραείᾳ πρὸς αὐτὸν διελέγετο· Πνεῦμα πονηρὸν καὶ ἀκάθαρτον, ἔξελθε ἐκ τοῦ κατ' εἰκόνα κτισθέντος τοῦ Κτίσαντος. Ἔξιθι καὶ ἀπόδραθι ἔνθα σε Χριστὸς μετὰ τῶν ὁμοίων κατέκρινεν. Αὐτὸς ὁ Ναζωραῖος, ὃν σὺ Χριστὸν οὐκ ἐκὼν καθωμολόγησας, αὐτός σε δι' ἐμοῦ τῷ σταυρῷ τυπήσας, ἐξόριστον γενέσθαι προστέταχεν. Αὐτός σε διώκει, πανάθλιε, καὶ ἀπελαύνει μὴ θέλοντα. Τοῦτο φήσαντος τοῦ δικαίου, ἐσπάραξε τὸν νεανίαν τὸ πνεῦμα, καὶ ἔρρηξε, καὶ ἐξῆλθεν ὡσεὶ καπνὸς ἐκ τοῦ στόματος, καὶ ὥσπερ τις ἐριννὺς εἰς τὸν ἀέρα κορυφούμενον ἀπεδίδρασκε, καὶ τοιαῦτα βοᾷν πρὸς τὸν ὅσιον ἤρξατο· Ὄντως οὐκ ἐλαθές με, Πατάπιε. Οὐ γὰρ εἶ σὺ ὁ διώκων με, ἀλλ' ὁ ὑπὸ σοῦ λειτουργούμενος Χριστός. Ἐκεῖνός με ταπεινώσας ἐγύμνωσε, κἀκεῖνον ὑποχωρῶ δεδιττόμενος. Ὁ δὲ νεώτερος, ὥσπερ εἰς ἑαυτὸν ἐλθὼν, ἀνέστη δρομαίως, καὶ ποσὶ τοῦ ὁσίου προσέπιπτε· καὶ κλαίων ηὐχαρίστει, καὶ ἔλεγεν· Εὐχαριστῶ σοι, δοῦλε τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου Πατάπιε, ὅτι με ὁ Χριστὸς ὁ τῶν ἀσθενούντων ἰατρὸς, διὰ σοῦ ἐθεράπευσε. Σφραγίσας οὖν αὐτοῦ ὁ μακάριος τῷ δακτύλῳ τὸ μέτωπον, ἀπέλυσεν εἰς τὰ ἴδια, χαίροντα καὶ αἰνοῦντα τὸν Θεὸν, καὶ δοξάζοντα, τὸν πᾶσιν ἀφθόνως τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ παρέχοντα τῶν παθῶν ἰάματα.

Περὶ τῆς ἰάσεως τῆς τὸν μαζὸν ἀλγούσης.

Ἀγέσθω τοίνυν εἰς μέσον ἡμῖν, ἡ τὸν μαζὸν ἐκ χρόνων ἀλγήσασα, καὶ πανταχῆ παισὶν ἰατρῶν ἑαυτὴν ἐκδοῦσα δι' ἄκεσιν, καὶ τὰ ἑαυτῆς ἀναλώσασα, μηδὲν δὲ τῆς νόσου πορισαμένη πρὸς δύησιν. Ταύτης καρκίνου τῷ μαζῷ κατὰ τῆς θηλῆς ἐκφύσαντος, καὶ ἅπαν ἤδη τὸ μόριον σχεδὸν καταδάψαντος[13], δριμυτάταις ἀλγηδόσιν ἐμπίπτει τὸ γύναιον. Ἐπὶ πολὺ οὖν ὑπὸ τοῦ πάθους σμυχόμενον καὶ χαλεπῶς ἀλισκόμενον, τόπον παρηγορίας οὐχ εὕρισκε. Τέλος,

VARIÆ LECTIONES.

[13] Ἴσ. καταδήξαντος.

Digitized by Google

περὶ τοῦ μακαρίου ἀκούσασα, δρομαίως πρὸς αὐτὸν παραγίνεται, καὶ τοῖς ποσὶ τὴν κεφαλὴν ὑποκύπτουσα, τῶν γονάτων ἐφήπτετο, καὶ τοιάδε γοερῶς ἀντιβολοῦσα, ἐδυσφόρει καὶ ἔλεγε· Δοῦλε τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων, Πατάπιε, ἴασαί με τὴν δύστηνον, τὴν πάσης ἔρημον βοηθείας. Δίδου δῶρον τὸ φάρμακον. Οὐδέν μοι γὰρ ὑπολέλειπται. Πάντα εἰς ἰατροὺς κατηνάλωσα, ἄλγος μᾶλλον ἢ φάρμακον ἐγκολπώσασα. Μεμνημένος οὖν τοῦ Κυρίου λέγοντος· « Δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε, » ἴασαί με, τὴν διττοῖς ὑποκειμένην ἕλκεσιν· ἀῤῥωστίᾳ καὶ πενίᾳ. Διὸ διπλῆν αὐτῶ τὴν ἀντίδοσιν· ἀλεξιφάρμακον ἴασιν, καὶ δόσιν ἀνάργυρον. Οὕτω γάρ σοι κελεύει διδόναι τὸ χάρισμα, καὶ οὕτω με λαμβάνειν παρακελεύεται. Ὁ δὲ μακάριος, ὥσπερ κατελεήσας αὐτὴν, ἀπεκρίνατο· Εἰ πιστεύεις τῷ τὴν ἐξουσίαν ἔχοντι, ἕξεις τοῦ πόθου τὸ πέρας. Εἰ πίστιν ἔχεις εἰλικρινῆ καὶ διάθεσιν, ἔσῃ ὑγιὴς καὶ ἀνάλγητος. Ἡ δὲ ταυρηδὸν ἐβόα, καὶ ἔλεγε· Πίστει προσέρχομαι, δέσποτα· πίστει τὴν ἴασιν κομίσομαι· μὴ οὖν ἀποστραφείην ἡ τάλαινα μὴ λαβοῦσά τοῦ ἕλκους τὴν ἴασιν· μὴ πάλιν οἴκαδε τὸν καρκῖνον κεκτημένη πορεύσομαι· οὐ γὰρ φέρω τὰς ἀλγηδόνας. Οὐ στέγω τοὺς αἰκισμούς· μέχρι βάθους καρδίας σπαράττει με· αὐτήν μου τὴν ψυχὴν ἐκτῆκαι τὸ νόσημα· ἀλλὰ δέομαί σου, ἐλέησόν με τὴν ἀθλίαν. Ὁ δὲ ῥαγδαίως αὐτὴν ὑπὸ τοῦ πάθους ἀλγυνομένην ἐωρακὼς, ἐπέτρεπεν ἐπιδεικνύειν τὸν τόπον τοῦ νοσήματος. Καὶ δὴ τὴν ἁγίαν αὐτοῦ χεῖρα ἐπιθεὶς τῷ μαζῷ, καὶ τὴν σφραγῖδα τοῦ σταυροῦ ποιησάμενος, ἔνθα τοῦ καρκίνου τὸ πάθος ἐτύγχανε, φησὶ πρὸς αὐτήν· Ὁ Θεός, ὦ γῦναι, εἰς ὃν σὺ πιστεύσασα πρὸς ἡμᾶς παραγέγονας, αὐτός σου τὴν πίστιν δεξάμενος, ἀνταμείψεται τοῦ πάθους τὴν ἴασιν· ἡ μὲν γὰρ πίστις σου, τολμηρά τε καὶ ζέουσα· τὸ δὲ πάθος, χαλεπόν τε καὶ δυσίατον. Ἀλλ' « Ἡ πίστις σου σέσωκέ σε, πορεύου εἰς εἰρήνην. » Καὶ ἀπῆλθεν ἡ γυνὴ, ὑγιῆ λαβοῦσα τὸν μαζὸν καὶ ἀνάλγητον, δοξάζουσα τὸν Θεὸν, τὸν ἀεὶ παρέχοντα τοῖς ἁγίοις τῶν ἰαμάτων τὴν δύναμιν.

A ad eam viri beati fama percrebuisset, festina ad eum venit, caputque inclinans ejus pedibus, genua apprehendit, ac lamentabiliter supplicans, in hunc modum quiritari cœpit, ac dicere : Dei universorum serve, Patapi, sana me miseram, omni plane auxilio destitutam. Gratis præbe remedium. Nihil siquidem reliquum est. Omnia insumpsi in medicos, dolore potius sinu collecto, quam remedio. Memor igitur Domini dicentis : « Gratis accepistis, gratis date [y] ; » sana duplici ulceri obnoxiam, ægritudini, inquam, et paupertati. Quamobrem rogo duplicem retributionem, nimirum medicamentum quod morbum depellat, dationemque pretio liberam. Sic enim ille præcipit ut des munus, hortaturque et monet ut eo modo ipsa accipiam. B At vir beatus, miserantis specie : Si credis, inquit, ei qui habet potestatem, intentum desiderio finem consequeris. Si habueris sinceram fidem ac affectionem, sana eris et a dolore immunis. Illa vero velut tauri sublato mugitu altum clamans, ait : Credens accedo, domine ; fide sanitatem reportabo ; ne ergo misera, non curato vulnere rediero ; ne iterum cancro laborans domum abiero ; non enim fero cruciatus ; non sustineo pœnam ; ad usque imum cor discerpit ; ipsam animam morbi vis tabefacit : sed rogo te ut miserearis mei miseræ. Is porro, ubi horribilius vidisset dolore cruciatam, jussit ut morbi locum ostenderet. Ac vero sacra manu mammæ imposita, crucisque signaculo, qua parte cancer exedebat, expresso, C ait ad eam : Deus, o mulier, in quem credens ad nos venisti, ipse tua suscepta fide probataque, sanam sospitemque a morbo efficiet. Sane quidem, est fides præstans accensaque, at morbus gravis, et difficilis curatu ; enimvero, « Fides tua te salvam fecit ; vade in pace [z]. » Abiitque mulier recepto sano ubere ac dolore vacuo, Deum glorificans, qui semper sanationum virtutem præbet sanctis suis.

Ταῦτα τοῦ ἁγίου Πατατίου τὰ θαύματα. Ταῦτα τῶν ἐκείνου πόνων τὰ ἔπαθλα· αὕτη ἡ μερικὴ τῶν ὑπ' αὐτοῦ γενομένων τεραστίων διήγησις. Τοιαύταις ἀμοιβαῖς τοὺς ἑαυτοῦ θεράποντας ὁ Δεσπότης φιλοτιμεῖται. « Ἐν γὰρ τῷ ὀνόματί μου, φησὶν, ὃ ἐὰν αἰτήσητε παρὰ τοῦ Πατρός μου, δώσει ὑμῖν. » Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν παρὰ Θεοῦ τῷ δικαίῳ δεδωρημένα, τοιαῦτα· τὰ δὲ μετὰ τὴν ἐνθένδε μετάστασιν, οἷα καὶ ὅσα· ἃ καὶ μέχρι τοῦ νῦν ᾄδεται τραγῳδούμενα· ἃ διὰ τὴν τοῦ λόγου παράτασιν, ἀρτίως ἐπιμνησθῆναι οὐκ ἔκρινα, μή πως τῷ πλήθει τῶν θαυμάτων εἰς ἀπιστίαν ἔλθοιέν τινες, ὅπερ οὐκ ἄμεινον. Ἀλλ' ἐκεῖνα στόμασι μὲν ἀνθρώπων ἀφέντες ᾀδόμενα, Θεῷ δὲ μόνῳ, τῷ δι' οὗ γεγόναστι γινωσκόμενα, ἐνταῦθα τὸν λόγον καταπαύσωμεν, μικρὰ πρότερον περὶ τῆς αὐτοῦ διαλεχθέντες πρὸς Θεὸν μεταστάσεως.

Ea sunt sancti Patapii miracula : hæc laborum ejus præmia. Hæc ab eo patratorum prodigiorum particularis narratio. Sic Dominus servis suis magnifice retribuit. « Si quid enim, inquit, petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis [a]. » D Ac quidem justo, dum esset in humanis, a Deo donata, ita habent ; ubi autem migrasset concessa, atque hactenus omnium decantata ore, qualia sunt ac quanta? Porro visum est ut ne modo cavendæ prolixitatis gratia, eorum mentionem inferam, ac ne miraculorum copia nonnullos in incredulitatem impellat, quod non admodum expedit. Relinquentes ergo hominum celebrata ore, Deoque soli, cujus sunt patrata virtute, cognita, finem hic dicendi faciamus, ubi duntaxat pauca quædam de ejus ad Deum transitu disseruerimus.

[y] Matth. x, 8. [z] Luc. VII, 50. [a] Joan. XVI, 23.

Digitized by Google

De viri justi ab humanis ad Deum migratione. A *Περὶ τῆς ἐκ τῶν ἔνθεν πρὸς Θεὸν τοῦ δικαίου ἐκδημίας.*

Hic itaque vir beatus, ubi sapienter omnia, atque ut Deo placitum esset, in vita gessisset, seque prudentem patremfamilias exhibuisset, totum se Dei vasculum atque ad eum transitum comparatum fecit. Quapropter, immarcescibili a Deo accepta corona, in æterna tabernacula, angelorum contubernalis effectus, apostolorumque consertus choris et sedibus, ac sanctorum comes, recipitur. Haud tamen ea prius contigere, quam vir admirabilis, patribus qui monasterium illud colerent, fratribus pariter atque senibus, « meliora ac salutaria » enarrasset. Quippe erant id temporis, mœsti omnes, vultu demisso, tristes cernui, ac quibus vita tædio esset. Qualia enim quantave lu- B gubriter ab eis decantata? Cur enim, inquit, pater, omnibus relictis, in alienam peregrinamque regionem migras? Quidni vero, prius ipsi migravimus, ac tu deinceps filiorum amans? Enimvero furto nobis sublatus es, qua nescimus ratione. Deprædatione amisimus thesaurum pretiosum. Quis deinceps nos ditaturus est, morbosve nostros curaturus? Hæc alii clamabant, alii se lacerantes lamentabantur, aliique modis aliis calamitatem funeste deplorabant, omnisque consolationis locus submotus erat.

Quid vero vir ille vere beatus? Cum se quidem jam defectum vidisset, proximeque ad Deum profecturum, huc illucque blande intuens, ait: Ne, C filii dulcissimi, super me fleveritis, nec vestrum patrem lamentis præmiseritis: imo precibus, quas eructetis ex imo corde, quo meorum delictorum absolutionem inveniam, fiduciamque ad immensum lumen illud decoris inaccessibilis, cum tremendo ejus tribunali sisti habuerim. Ne ergo, filii, lugeatis. Plane enim ad eum migro, qui vocat: vos autem, fratres patresque, « vobis attendite et universo gregi vestro [b]. » Scitis ut sim vobiscum conversatus, utque vobiscum vixerim ac ministraverim. Omnes ut meipsum dilexi; omnes paterne amavi fovique; nemo est cui me servum non addixerim, propter eum qui ita jussisset. Ubi vir beatus hæc disseruisset ac iis similia, simulque singulos pro ætatis D cujusque ac dignitatis modo, adhortatus esset, senes quidem ut patres (86), juvenes autem juxta quod eis conducibile erat, omnibusque quod cuique esset congruum præscripsisset, ac preces ad Deum consummasset, obdormivit in pace, tradens animam in manus angelorum, in ejus gloriam

Οὗτος τοιγαροῦν ὁ μακάριος ἅπαντα σοφῶς καὶ θεαρέστως κατὰ τὸν ἑαυτοῦ διαπραξάμενος βίον, καί τις φρόνιμος οἰκοδεσπότης ἀναδειχθεὶς, ὅλον ἑαυτὸν Θεοῦ δοχεῖον εἰργάσατο, καὶ πρὸς τὴν ἔνθεν ἐκεῖ μετάβασιν ἕτοιμον. Ἐντεῦθεν στέφανον ἐκ Θεοῦ δεξάμενος ἀμαράντινον, εἰς τὰς αἰωνίους σκηνὰς εἰσοικίζεται, καὶ γίνεται τῶν ἀγγέλων συνόμιλος· τῶν ἀποστόλων συγχορευτὴς καὶ συγκάθεδρος, καὶ τῶν ἁγίων συνέκδημος. Ἀλλ' οὐ πρότερον ἐκείνῳ ταῦτα συνέβαινε πρὶν ἂν ὁ θεσπέσιος τοῖς τὴν μονὴν οἰκοῦσι Πατράσι, ἀδελφοῖς τε καὶ γέρουσιν ἐξηγήσατο τὰ « κρείττονα καὶ σωτηρίας ἐχόμενα. » Ἦσαν γὰρ ἅπαντες τὸ τηνικαῦτα σκυθρωποὶ, κατηφεῖς, λελυπημένοι, κάτω νεύοντες, καὶ τοῦ ζῆν ἑαυτοὺς ἀποστεροῦντες. Οἷα γὰρ καὶ ὅσα τὰ παρ' ἐκείνων γοερῶς ἐπᾳδόμενα; Ἵνα τί γὰρ, Πάτερ, φησὶ, πάντας καταλιπὼν, εἰς ἀλλοδαπὴν καὶ ξένην χώραν μεθίστασαι; Τί μὴ πρότερον ἡμεῖς μετῳκίσθημεν, καὶ εἶθ' οὕτω σὺ, ὦ φιλότεκνε; Ἀλλ' ἐκλάπης ἀφ' ἡμῶν ὡς οὐκ ἔγνωμεν. Ἐσυλήθης ὁ θησαυρὸς ὁ πολύτιμος. Τίς ἔσται λοιπὸν ὁ πλουτίσων ἡμᾶς, ἢ ὁ θεραπεύσων τὰς νόσους; Ταῦτα οἱ μὲν ἐβόων, οἱ δὲ ἐθρήνουν σφαδάζοντες, καὶ ἄλλοι ἄλλως τὴν συμφορὰν ἐκτραγῳδοῦντες ἠλάλαζον, καὶ τόπος ἅπας παρηγορίας ἀπῴκιστο.

Τί δὲ ὁ μακάριος ἐκεῖνος ὄντως ἀνήρ; Ἤδη μὲν ἐκλελοιπότα ἑαυτὸν θεασάμενος, τῆς δὲ πρὸς Θεὸν ἕτοιμον ἐκδημίας, τῇδε κἀκεῖσε τὸ γλυκὺ ἐπανατείνας ὄμμα, ἔλεγεν· Μὴ κλαίετε ἐπ' ἐμοὶ, γλυκύτατα τέκνα, μηδὲ θρήνοις προπέμψητε τὸν ἡμέτερον Πατέρα. Ἀλλ' εὐχαῖς ἐκ βάθους ἐρευγομέναις καρδίας, ἵνα εὕρω λύσιν τῶν ἐπταισμένων μοι, καὶ παῤῥησίαν τὴν πρὸς τὸ ἀμήχανον φῶς τοῦ ἀπροσίτου κάλλους, ἡνίκα με παραστῆναι δεήσει τῷ φοβερῷ αὐτοῦ βήματι. Μὴ οὖν κλαίετε, τέκνα· ἐγὼ γὰρ πάντως πρὸς τὸν καλοῦντα μεθίσταμαι. Ὑμεῖς δὲ, ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, « προσέχετε ἑαυτοῖς, καὶ σύμπαντι τῷ ποιμνίῳ ὑμῶν. » Τὴν μεθ' ὑμῶν μου ἀναστροφὴν μεμαθήκατε· πῶς τε ὑμῖν συνδιῆξα, καὶ πῶς διηκόνησα. Πάντας ὡς ἐμαυτὸν ἠγάπησα· πάντας ἔστερξα· παντὶ ἐμαυτὸν κατεδούλωσα, διὰ τὸν οὕτω προστάξαντα. Ταῦτα καὶ τούτοις παραπλήσια διαλεχθεὶς ὁ μακάριος, ἅμα δὲ καὶ παραινέσας αὐτοῖς [13a] ἑκάστῳ κατὰ τὸ μέτρον τῆς τε ἡλικίας καὶ ἀξίας αὐτοῦ· τοῖς μὲν πρεσβύταις, ὡς γέρουσι [14]· τοῖς δὲ νέοις, ὡσαύτως πρόσφορα· καὶ πᾶσι κατὰ τὸν εἰκότα λόγον διαταξάμενος, καὶ τὴν πρὸς Θεὸν εὐχὴν ἐπιτελέσας, ἐκοιμήθη ἐν εἰρήνῃ, παραδοὺς τὴν ψυχὴν εἰς χεῖρας ἀγγέλων, εἰς δόξαν καὶ ἔπαινον τοῦ

[b] Act. xx, 28.

VARIÆ LECTIONES

[13a] αὐτῷ. [14] πατράσι.

COMBEFISII NOTÆ.

(86) *Senes quidem uti patres.* Manifesta allusio est ad Pauli doctrinam I Timoth. v, ex quo margini ascripsimus, ἀντὶ τοῦ, γέρουσι, τὸ, πατράσι. Plane vero, non eadem omnibus congruunt; ac magnum est tenere in his modum.

Digitized by Google

προσλαβόντος αὐτόν. Τὸ δὲ τίμιον αὐτοῦ καὶ ἱερώτατον λείψανον, οἱ τῆς ἁγίας μονῆς ἐς ταυτὸν ὁμόσε γενόμενοι, καὶ ἐν τιμῇ καὶ δόξῃ κηδεύσαντες, ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου προφήτου Προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου κατέθεντο· ἤτοι ἐν τῇ αὐτῇ εὐαγεστάτῃ τῶν Αἰγυπτίων μονῇ, ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς προπεμψάμενοι, δόξαν τε καὶ αἶνον ἀναπέμψαντες τῷ τῆς ζωῆς καὶ θανάτου τὴν ἐξουσίαν ἔχοντι.

A et laudem qui eum assumpsisset. Ejus porro pretiosas sacratissimasque reliquias, convenientes pariter sacri illius monasterii viri, honorabili ac glorioso funere prosequentes, in sancti prophetæ Præcursoris Baptistæque Joannis æde sacra, hoc est, in eodem ipso sanctissimo Ægyptiorum monasterio, psalmis et hymnis, canticisque spiritalibus præeuntibus, deposuerunt, gloriam et laudem ei submittentes, qui habet potestatem vitæ et mortis.

Ἡμεῖς οὖν, ἀγαπητοί, ἐπὶ πᾶσι τοῖς λεχθεῖσι τὸν Θεὸν ἀνυμνήσαντες, καὶ ταῖς ἄνω τῶν δικαίων μοναῖς τὸν ὅσιον τοῦτον οἰκῆσαι πιστεύσαντες, αὐτοὶ κατὰ τῶν παθῶν ἐνστησάμενοι τρόπαιον, εἰς τὸν τῆς ἀπαθείας καταντήσωμεν λιμένα· ἐκεῖνα μεθ' ἑαυτῶν συνεισφέροντες, τὰ ἐφ' οἷς τὸ Θεῖον ἀγάλλεσθαι πέφυκεν· ἐν ᾧ καὶ γενόμενοι, τῆς μετὰ τῶν ἀξίων τελείας καταπαύσεως τύχοιμεν, καὶ τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ πᾶσα δόξα, τιμή, κράτος, μεγαλοσύνη τε καὶ μεγαλοπρέπεια, ἅμα τῷ ἁγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Nos igitur, dilecti, in omnibus dictis laudantes Deum, dicta, sanctumque istum in cœlestibus justorum mansionibus habitare credentes, erecto adversus vitia animique perturbationes tropæo, in portum securum et a perturbationibus tutum occurramus; ea conferentes nobiscum, quibus Deus delectari solet: in quo etiam consummatam, cum iis qui digni sunt, requiem consequamur, ac promissa bona: gratia clementiaque Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri omnis gloria, potestas, magnificentia, ac decor, una cum sancto et vivifico Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

B

ΕΓΚΩΜΙΟΝ

Τὸν βίον δηλοῦν τοῦ μακαρίου Παταπίου τέλειον, ἀπὸ φωνῆς Ἀνδρέου ἀρχιεπισκόπου Κρήτης.

ENCOMIUM (87)

Quo declaratur vita beati Patapii, viva voce Andreæ archiepiscopi Cretæ.

Πάντα πιστεύειν ἄξιον τὰ ὄντως θεῖα καὶ ἀνθρώποις συμφέροντα. Πιστεύεται δὲ δι' ἀκοῆς τὰ τοιαῦτα, ὡς ὁ θεῖος χρησμός· ἀκοὴ γὰρ, διὰ λόγου· λόγος δὲ πάντως εἰπεῖν, ἐξ ἀγαθῆς προαιρέσεως προερχόμενος, δι' ἧς ὁ μισθὸς τοῖς μὴ νωθροῖς εὑρισκομένοις ἐν οὐρανοῖς ἀπόκειται. Οὐκοῦν ἐπειδὴ καὶ λόγος ἡμᾶς ἐν τῇ ἀγήρῳ προτρέπεται χώρᾳ, πρὸς ἀπόλαυσιν ἀγαθῶν καὶ δόξαν ἐν Θεῷ [15], μετὰ πολλῆς ἀκριβείας τὰ χείλη κινήσαντες, τοῦτον ὡς χρέος προσθήσωμεν· ἵν' οὐ μόνον ἡμεῖς ἀμοιβὴν ὑπὲρ τοῦ ἴσως κατάσχωμεν, ἀλλὰ καὶ πλέον ὑπὲρ ὧν [16]. Ἐπεὶ καὶ τούτου χάριν διαγράφονται πάντα· ὡς διὰ τῆς τοιαύτης λοιπὸν ἀκροάσεως, πολλάκις τινὲς τὸν ἴσον βίον

Sunt fide digna, si qua revera divina sunt ac hominibus conducibilia. Ejusmodi autem res, ex auditu creduntur, quemadmodum habet divinum oraculum: fides enim, per sermonem; sermo autem, ut ita omnino dicam, ex bona voluntate procedit; qua, iis qui non fuerint deprehensi segnes reposita est merces in cœlis. Quoniam igitur et sermo ad regionem nos immortalem, bonorumque fruitionem, ac divinam gloriam impellit, omni diligentia moventes labia, hocce sermonis debiti partem adjiciamus: ut non solum ipsi æquam recipiamus mercedem, sed et plures majoris aliquid emolumenti percipiant (88). Nam et ea de causa

C

VARIÆ LECTIONES.

[15] ἔνθεοι. [16] Leg. πλεῖον ὑπερώναντο.

COMBEFISII NOTÆ.

(87) Sonat titulus, non Andream, sed ejus studiosum, velut ab ejus ore acceptum, edidisse; quomodo exstant quædam in *Bibl. Gr.* Ἀπὸ φωνῆς Δαμασκηνοῦ· habeoque ex Regiis codicibus quædam Ἀπὸ φωνῆς Θεοδώρου ἀββᾶ, quæ videntur Leontii Byzantini, cujus etiam fuerit luculenta illa oratio in Mediam Pentecostem, iisdem Regiis codicibus nomine Leontii presbyteri Constant. Codex satis mendosus, quanquam antiquus. Est non minus laudando Patapio, quam illustrando Andreæ, quem ita Deus sollicitaverit ad sanctorum celebrandas laudes, velut olim Hieronymum nostrum ad Scripturæ lectionem, quem ejus maximum interpretem delegisset. Sic certe Andreas præcipuus fuit in declamandis maxime exornativis sermonibus, ut vel ipsi, quos paucos damus ex Regia gaza probant. Nec dubium exstare in Bibliothecis aliis, non paucos alios; maximamque partem, quos Metaphrastes ἀδεσπότους habet, nulliquc ascriptos, ejus fucrint; eo modo quo ille in laudem Georgii, ex fide Regii codicis ipsi vindicatus. Exordium magnam habet utilitatem: atque utinam sibi quisque scriptum editumque arripuerit, videritque quo possit exercere talentum, atque aliquid inferre in lucra Domini! Magnum certe et ego cum Andrea arbitror plerisque maxime clericis, hac in parte, creatum periculum, quibus sic infossa maneant obrutaque Dominica talenta, ac neglecta fratrum salus refectioque: qua de re ad Amphil. adducto Chrysostomo, titulo melius fuerit, ut τῷ, τέλειον, referat βίον vitam perfectam Patapii, cujus sit laudatio hæc.

D

(88) *Plures majoris aliquid emolumenti percipiant.* Sic nobis formavimus litteram, non tamen omnino fit satis, τὸ, ὑπὲρ τοῦ, fuerit ἀντὶ, ὑπὲρ αὐτοῦ, nempe λόγου. Ac proinde erit in sequenti, ὑπὲρ ὧν, oratione hiatu abrupta.

Digitized by Google

omnia perscribuntur : adeoque contingeт ut ex tali auditione, sibi nonnulli æquali morum honestate vitam comparent, quemadmodum ait quodam loco propheta (89) datam a Deo in adjutorium ejusmodi rem. Nam cum vita nostra sit tanquam via, utriusque vero ad eam gradiendam, ductor aliquis, ceu quis in propriis locis, itineris monstrandi ac ducatus peritus, eorum rudibus quæratur; quod scriptam spiritalem doctrinam præstare ad iter ejuscemodi ostensum est, bene desideratis.

Quia igitur solus ipse via est Dominus noster Jesus Christus [c], velut docti ab eo, quando et istud veritas est, siquidem etiam ab ipso habemus vitas, non gravabor ipso mihi sermonem hanc subministrante, viam vitæ in veritate ostendere. Ego (quippe operæ pretium est ut et deinceps quod mihi ex inobedientia commissum est, fatear crimen, seu potius, ut quod factum est, dicam oraculum mirabile) cum segnitiem velut mentis alumnam captassem, aperta increpatione fui objurgatus, ut servum nequam [d], qui male abscondissem talentum, audiverim. Nec me dico esse, velut non sim, aut jacto sermonis rudem : sed fore pronuntio, ut quantus quisque sit in bonis operibus sit, hoc est, sive videat in illis ac ipse perspicax sit, sive audiat et doctrina intelligat, velut qui occultaverit talentum, puniatur, si tacuerit : utque iterum, quisquis sermone provocando ad opus manifestaverit, a reatu liber justificandus sit, eo quod justificationes Dei occultare noluerit. Ita peccare mihi videtur. Sicut servus ille malignus, qui noluit vitam virtutibus illustrem prædicare. « Quis loquetur potentias Domini, inquit, auditas faciet omnes laudes ejus [e] ? » Viden' ut laus ejus ex narratione perspiciatur ? « Audite hæc, omnes gentes [f]. » Quorsum vero ? Quia « Dominus regnavit, decorem indutus est [g]. » Hoc est : Nos in seipso præclare disposuit, ac ceu necessarium ornatum gestavit. Idcirco in alio rursum propheta ait : « Exalta in fortitudine vocem tuam [h] (90). » Jubet exaltare vocem, velut non sit vox alia sublimior quam ut enarrentur divinæ artis opera : cujus rei propheta in psalmis testis est. Quanquam enim horrendum incarnationis ejus sacramentum singularem quamdam admirationem habeat, verum fuit exhibita tanta hæc misericordia, ut efficeremur digni omnes (91). Quippe rem

A ἐπικτήσονται· ὥς που καί φησιν ὁ προφήτης, πρὸς βοήθειαν τοιοῦτον δεδόσθαι χρῆμα εἰπὼν ἐκ Θεοῦ. Καὶ γὰρ ὥσπερ [17] ὁδὸς ὁ βίος μὲν ἡμῶν ἐνδείκνυται, χειραγωγὸς δὲ πρὸς ἀμφοτέρους πρὸς τοῦτον, καθάπερ τις ἐν τόποις ἰδίοις, τοῖς πρὸς πορείαν αὐτοῦ ἐν τούτοις οὖσιν ἀπείροις, ζητεῖται πρὸς ὁδηγίαν ἔμπειρος, οὕτως ἡ γραφομένη πνευματικὴ θεωρία πρὸς τὸ τὴν πορείαν ἐδείχθη ποιεῖσθαι, καλῶς ποθεῖσθε.

Ἐπεὶ οὖν μόνος αὐτὸς ὑπάρχει ὁδὸς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὡς ὑπ' αὐτοῦ διδαχθέντες· ἐπεὶ καὶ ἀλήθεια τὸ τοιοῦτον, ὑπὲρ ὧν καὶ τὸ ζῆν ἐξ αὐτοῦ ἐσχηκότες, τὴν ὁδὸν ὑποδεῖξαι ἐν ἀληθείᾳ
B τῆς ζωῆς, μὴ ὀκνήσωμεν, αὐτοῦ τὸν λόγον ἡμῖν χορηγοῦντος τοῦτον. Ἐγώ · λοιπὸν γὰρ ὁμολογῆσαι καλὸν καὶ τὸ διὰ παρακοῆς γενηθέν μοι ἁμάρτημα, μᾶλλον δὲ εἰπεῖν θαυμαστὸν ἄκουσμα · τὸν ὄκνον ὡς σύντροφον γνώμης ἐπιλαβόμενος, φανερῶς ὠνειδίσθην, ὡς δοῦλος εἰπεῖν ὀκνηρὸς, τὸ τάλαντον πονηρῶς ἀποκρύψαι. Καὶ οὐχ ὡς μὴ ὄντα με εἶναι, ἢ ἰδιώτην λέγω τοῦ λόγου · ἀλλ' ὅτι καὶ πᾶς ὅς ἐὰν γένηται ἐν ἀγαθοῖς ἔργοις · τοῦτέστιν εἴτε βλέπων ἐν τούτοις, εἴτε δὲ καὶ ἀκούων, ὁμοίως ὡς ἀποκρύπτων τάλαντον βλέπεται, εἰ σιγήσῃ · καὶ ὃς πάλιν πρὸς ἐργασίαν διὰ τοῦ λόγου εἰ φανερώσῃ, δικαιοῦται λυτρωθεὶς τῆς κατακρίσεως, δι' ὧν τὰ τοῦ Θεοῦ δικαιώματα ἀποκρύψαι ὡς φθονερὸς οὐκ ἠθέλησε δοῦλος. Οὕτω μοι δοκεῖ καὶ μάλιστα βίον ἐνάρετον γεγονότα· ὁ μὴ
C τὴν θέλησιν εἶναι θελήσας πρὸς τὸ ἀναγγεῖλαι. « Τίς λαλήσει τὰς δυναστείας τοῦ Κυρίου, φησὶ, ἀκουστὰς ποιήσει πάσας τὰς αἰνέσεις αὐτοῦ ; » Ὁρᾷς πῶς ἡ αἴνεσις αὐτοῦ ἐκ διηγήσεως βλέπεται ; « Ἀκούσατε ταῦτα, πάντα τὰ ἔθνη. » Ἆρα τίνος ἕνεκα ; ὅτι « Κύριος ἐβασίλευσε, καὶ εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο. » Τουτέστιν· Ἡμᾶς εἰς ἑαυτὸν κατορθώσας, καὶ ὥσπερ φορέσας ὡραϊσμὸν ἀναγκαῖον. Διὰ τοῦτο πάλιν φησὶν ἐν ἑτέρῳ προφήτῃ· [« Ὕψωσον ἰσχύϊ τὴν φωνήν σου. »] Ὑψοῦν τὴν φωνὴν ἐπιτρέπει, ὡς οὐκ ἔστιν ἐπάνω ταύτης ἑτέρα, φησὶ, τὸ εἰπεῖν τὰ αὐτοῦ δημιουργήματα. Καὶ τούτου μάρτυς ὁ ἐν Ψαλμοῖς προφητεύσας. Καὶ γὰρ εἰ καὶ τὸ φρικτὸν αὐτοῦ τῆς οἰκονομίας μυστήριον παραδόξως θαυμάζεται, ἀλλὰ
D διὰ τὸ γενέσθαι πάντας [18] ἀξίους ἡ τοιαύτη ἐδείχθη φιλανθρωπία; καὶ γὰρ ἄνω καὶ κάτω, δι' ὧν τὰ πάντα γεγόνασιν, ἡ ἡμετέρα δέδεικται φύσις. Δευτέρα μὲν ἐξ οὐρανοῦ · πρώτη δὲ πάλιν ὡς ἐκ τῶν

[c] Joan. XIV, 6. [d] Matth. XXV, 26. [e] Psal. CV, 2. [f] Psal. XLVIII, 2. [g] Psal. XCII, 1. [h] Isa. XL, 9.

VARIÆ LECTIONES.

[17] Leg. εἴπερ. [18] Ισ. πάντως.

COMBEFISII NOTÆ.

(89) *Quodam loco propheta.* Videtur respicere eum locum psal. CV, quem postmodum citat.

(90) *Exalta*, etc. Verba hæc prophetæ adjunximus, explendo sensui necessaria : quo etiam modo postmodum desiderari videntur verba Psalmistæ, nisi respicit paulo superius posita.

(91) *Ut efficeremur digni omnes.* Διὰ τὸ γενέσθαι πάντας ἀξίους. Quodam divinitatis consortio; atque ita ut idem quodammodo fit in nobis, atque factum est in Christo, quanquam analogia tantum, ut ipse Andreas Orat. de Transf. docte edisserit.

Digitized by Google

κάτω· ἐπεὶ καὶ οὐκ ἄλλη ἐνδείκνυται εἰς δόξαν αὐτοῦ.

Τί δ' ἔτι καὶ τὸ τοῦ προοιμίου αἴτιον, σαφηνίσωμεν ἐν συντόμῳ, ἵνα μὴ καὶ τὸν λόγον ἡμῶν ὡς οὐδὲν ἀποδείξωμεν, διὰ τῆς λοιπὸν ἐνθάδε ἀπολογίας. Ὁ δοξάζων Θεὸς τοὺς δοξάζοντας αὐτὸν ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἐν τούτῳ πάντως εὐδόκησε, δι' οὗ τελεῖται τὸ σέβας δοξάζεσθαι, καθὼς ἡ τῶν πραγμάτων ἀπέδειξε πεῖρα. Μνήμης λοιπὸν ἀναγράπτου μελλούσης τοῦ ὁσίου ἀναφανῆναι ἀνδρὸς, τῇ αὐτοῦ[19] εὐδοκίᾳ. Τῆς γὰρ ἐμῆς εὐτελείας καταντησάσης ποτὲ ἔνθα τὸ τίμιον αὐτοῦ ἐναπόκειται σῶμα· ὡς ἐξ Αἰγύπτου, φησὶν, αὐτοῦ γεγονότος, φημὶ τὸν τόπον, τοῦτο καταλείψας[20] ὄνομα μέχρι τοῦ δεῦρο καλεῖσθαι ἐν τῇ τοιαύτῃ μονῇ, τοῦ ἀληθῶς πάντα πιστεύσαντος τὰ τοῦ Θεοῦ. Καὶ μνήμης αὐτοῦ ἐκ τῶν ἐκεῖσε οἰκούντων εὐλαβεστάτων γυναικῶν τελουμένης, ἠρξάμην ὥσπερ οὐδὲν τῷ τοῦ ἁγίου ἐλλογίζεσθαι ὄνομα· ὅτι, τίς ἐστιν οὗτος ὁ ἐξ Αἰγύπτου φανεὶς ἡμῖν ἄνθρωπος, Πατάπιος τοὔνομα; Αὐτῶν δὲ καὶ ἐγκώμιά τινα προσφερόντων μοι, τοὺς λόγους ἐκείνου ποιούμενα, ἐξιλεοῦντό μοι καὶ τὴν αὐτοῦ μνήμην λαμπροτέραν ἐπιτελεῖσθαι δι' ἀναγράπτου αὐτοῦ βίου, καὶ συνευφραίνεσθαι· καὶ μετὰ τὴν σύναξιν λέγοντες, ὅτι Ἄξιός ἐστιν ᾧ παρέξεις τοῦτο. Θαυμάτων γὰρ θεϊκῶν ἔνδειξις ἐν αὐτῷ ἐγεγόνει, καὶ φωστὴρ ἐν ἡμῖν ἀνεδείχθη τοῖς τῶν ἁγίων ποθοῦσι τὰς μνήμας. Ἐμοῦ δὲ τὰ τοιαῦτα αὐτῶν ῥήματα εἰς οὐδὲν λογισαμένου, καὶ[21] ἐπιμένοντος ληρώδη εἶναι[21] ταῦτα τὰ ῥήματα, καὶ πάλιν λέγοντός μου· Τίς ἐστιν οὗτος ὁ ἐν ὑμῖν θαυμαζόμενος Πατάπιός τις Αἰγύπτιος; τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ ὥσπερ εἰς ἔκστασιν ἐλθὼν, ὁρῶ ἄνδρα τινὰ ὡραῖον μὲν τῷ εἴδει, θεοπρεπεῖ δὲ τῷ σχήματι ἠμφιεσμένον, καὶ ἐξαστράπτοντα ἄγγελον συγκατασχήματι μοναχικῆς θεωρίας, μετὰ πλήθους λευχειμονούντων ἀνδρῶν, ἐν ἱλαρότητι τὰ πρόσωπα πρὸς αὐτὸν ποιουμένους· καὶ ὡς ποθοῦντες προσεγγίζειν ἕκαστον αὐτῷ, τοῖς ὀφθαλμοῖς μου ἦσαν φαινόμενοι, ὥστε καμὲ τοῦ κινεῖσθαι μένειν σὺν αὐτοῖς ἡ πρόθεσις. Πάλιν δὲ, διὰ τὸ, φησὶ, μὴ εἶναί με γνωστὸν αὐτῷ, ὥσπερ ἐξ αἰδοῦς τινος κατεχόμενος, ἀκίνητος ἐν τῷ τόπῳ διέμενον. Εἶτα ἐμοῦ, φησὶ, μέσον αὐτῶν οὐκ οἶδα πῶς, γεγονότος, ὑπεδείκνυε τῷ δακτύλῳ τοῖς πᾶσί με ἐπιδεικνύων, καθάπερ ἐχθρόν τινα, προβαλλόμενός τις ἐξουσιαστὴς, κατακρίνων αὐτὸν

susdeque versatam, cujus gratia sint omnia creata, liquet humanam naturam : illam quidem a cœlestibus secundam; primam autem inferiorum, quando nec alia, ad Dei ostenditur gloriam (92).

Porro ut ne etiam nostra vilescat oratio, fuerit adhuc, sequenti hic defensione, nonnihil compendio elucidandum proœmii argumentum. Deus itaque eos glorificans, a quibus veritate glorificatur : et in hoc plane, in cujus memoriam Deo adhibemus cultum, voluntate, viri sancti voluit glorificari, ut rerum eventus palam fecit, quando scriptis deinceps mandata proditura est Dei memoria. Cum enim aliquando mea humilitas eo occurrisset ubi ejus sacrum corpus depositum est (quem locum, velut ejus qui patria Ægypto exisset ad hunc usque diem, in eo monasterio; ejus, inquit, vocatum dico, qui vere omnia quæ Dei sunt, credidisset), religiosissimæque feminæ illic degentes (93) ejus memoriam celebrarent, cœpi viri nomen tanquam nihili facere. Nam, inquiebam, quis hic nobis Ægyptius homo Patapius nomine? Cumque illæ de eo disserentes, mihi etiam quædam illius encomia proferrent, obsecrabant ut litteris consignata ipsius vita, illustriorem ejus memoriam facerem, ac communi lætitiæ indulgerem : dicentibus post collectam, esse dignum cur id præstarem : quippe divina in eo ostensa esse miracula, ac velut luminare exhibitum, iis qui sanctorum memoriis desiderio affecti essent. Cum ipse ejusmodi eorum verba non desinerem spernere, ac velut deliria hactenus reputans iterumque dicens : Quis hic in vobis admirationem habens Patapius Ægyptius? En tibi nocte illa, velut in extasim factus, video quemdam virum formosum specie; augusto et divinum aliquid præferente habitu indutum, monachalis visionis specie emicantem angelum (94), stipante in albis virorum turba, gratiose læteque in eum vultus tendentium : quique, velut singuli se ei adjungere desiderarent, sic ob oculos viderentur conspicui : ita ut mihi etiam insideret animo ut ad eum accederem. Iterum autem, inquit, tanquam qui ei ignotus essem, velut retinente quadam verecundia, immotus eodem loco manebam. Deinde, inquit, cum nescio qua ratione medius eorum factus essem, me digito omnibus monstravit, velut si quis potestate pollens, sibi hostem justa ratione damnans, in medium produ-

VARIÆ LECTIONES.

[19] *Isc.* Θεοῦ. [20] *Isc.* καταλείψαντα. [21] *Isc.* εἰπεῖν.

COMBEFISII NOTÆ.

(92) *Quando nec alia, ad Dei ostenditur gloriam.* Velut nulla exsistente inferiori natura, quæ ipsa in se, possit Deum laudare, et in qua imago eluceat, solo homine id proprium habente ex rationis dominio.

(93) *Feminæ illic degentes.* In monasterio quod esset ad inclusorium ubi ipse solitarius; ac media regia urbe eremita habitasset. Potuit ex viri devotione novum exstrui, nisi prius exstructum erat. Insolens videtur ut huic feminino masculina omnia jungantur, sed noluimus mutare. Infra tamen quandoque componit genera.

(94) *Monachalis visionis specie.* Συγκατασχήματι μοναχικῆς θεωρίας. Sic visum est corrigere ἀντὶ τοῦ, συγκαταστήματι. Videtur dictum ad eximiam viri majestatem, in specie illa et assumpto monachi habitu, declarandam; ut et angelus videretur, et appareret monachus, quem olim egisset. At nec συγκαστήματι displicet

Digitized by Google

cat. Justa porro damnationis causa ea erat : Ecce, inquit, fratres, vobis omnibus, sic plane Deo volente, factus sum amicus : huic autem homini, velut abortivus inventus sum, ita contumelia afficit : sive omnino ea se re vobis plane superiorem vult ostendere, vosque calumniatur novum se Pharisæum exhibens, sive sane id ex invidia in se ipse peccat : non reveritus quas mei studiosi pro me adhibent supplicationes, ut mihi scripto testimonium deferat, Deoque offerat, juxta ejus virilem maxime sapientiam nominisque appellationem : tanquam, inquam, cui mens sit instructa, suppetatque orationis facultas ad accuratam laudationem : quare etiam dignus Cretæ episcopus factus est, rationalium ei ovium spiritali pedo divinitus traditò atque aptato. Cæterum eam rem moliturus est sanctissimi Spiritus virtute. Enimvero, o viri, sana hæc mente audiens, tremore ac timore multo a somno excitatus sum; atque in me iterum reversus, decusso somno, laudem obtuli Deo. Cogitabam autem apud me quænam esset ista visio : plane siquidem habebat timorem comitem. Quidnam vero viri in me vellet infensum verbum, nisi omnino, quia ejus vitæ rationem velut nihilum habuissem. Quippe erant meæ aures plenæ incredulitate, existimantis delira quæ a feminis dicenda forent. Cogitans ergo esse omnino a Deo visionem hanc spiritalem, ac esse cœleste donum, me ipse desiderio provocavi, atque ad opus accinxi, quo viri senis acta litterarum monumentis, fidelibus traderem : id apud me statuens, ut primum meam dicerem incredulitatem, postmodum autem, quæ mihi magna a Deo innotuissent.

Adeoque accersita monasterii præfecta, omnibusque pariter sub regulari et monastica observantia militantibus, diligenter ab eis quam vir sanctus vitæ rationem tenuisset percontatus sum, ut deinceps, quantum assequi licuisset, narrare inciperem : hoc reputans fore ut universorum Deus in cœlo habitans, iis qui bonum operantur bona non deneget. Verum, monachalis ejus exercitationis consideratione omissa tacitaque, ad ea statim alacres processerimus, quibus evaserit magis conspicuus; ex novissimis, enarrantes priora. Quippe « melior est finis orationis, quam ejus initium [i]. » Id porro noverimus : nempe eos qui ex pietatis ratione vitam exigunt, in sæculo conversantibus nobis magis illustrare animum, quam qui scripto enarrant. Et hoc vero animos nobis roburque ad eloquendum adjecit, quanquam forte minus sufficimus ut pleraque viri justi facinora enarremus. Quando autem bonos ejus labores sermo præcurrit, quemadmodum juxta Dominicam vocem [j] nequit fieri, nec vero est rectum ut lucerna ardens sub lecto ponatur, sed ut ipsi basi

A εὐλόγως. Τὸ δὲ τῆς κατακρίσεως εὔλογον τοῦτο ἦν· Ἰδοὺ, φησὶν, ἀδελφοί μου, πᾶσιν ὑμῖν ἐραστὴς ἀπεδείχθην, Θεοῦ πάντως εὐδοκήσαντος· τῷ δὲ ἀνθρώπῳ τούτῳ, ὥσπερ ἔκτρωμα εὑρέθην λοιδορούμενος ἐξ αὐτοῦ· εἴτε οὖν αὐτὸς πάντως, ὡς πάντως ὑμῶν ὑπάρχων ἀνώτερος τοῦτο σημαίνει, καὶ ὑμᾶς διαβάλλων, νέος φανεὶς Φαρισαῖος, εἴτε μὴ ὢν διὰ[22] φθόνον, τοῦτο εἰς ἑαυτὸν κατεργάζεται, μὴ ἐντραπεὶς τὰς ὑπὲρ ἐμοῦ αὐτῷ προσαγομένας ὑπὸ τῶν ἐμὲ ποθούντων ἱκετηρίας, πρὸς τὸ ἐγγράφως μοι μαρτυρῆσαι, καὶ Θεῷ προσενέγκαι, κατὰ τὴν αὐτοῦ ἀνδρειοτάτην φρόνησίν τε καὶ ἐπωνυμίαν· νοῦ, φημὶ, ἠὐτρεπισμένου ἐν αὐτῷ ἀμέμπτου αἰνέσεως· διὸ καὶ Κρήτης ἄξιος ἐπίσκοπος γέγονε, παρὰ Θεῷ τῆς ποιμαντικῆς βακτηρίας τῶν λογικῶν προβάτων B κατηρτισμένος. Ἐπιχειρήσει δὲ τοῦτο τῇ δυνάμει τοῦ παναγίου Πνεύματος. Ἐμοῦ δὲ, ὦ ἄνδρες, ταῦτα σώῳ τῷ λογισμῷ ἀκροωμένου, σὺν τρόμῳ ἐξύπνησα ἐν φόβῳ πολλῷ· καὶ εἰς ἑαυτὸν ἐπανελθὼν, τὸν μὲν ὕπνον ἀποτιναξάμενος, αἶνον τῷ Θεῷ προσήνεγκα. Ἐνενόουν δὲ τί τὸ ὅραμα τοῦτο· ὅτι μὲν καὶ ἡ ὀπτασία συνέκφοβος· τὸ δὲ τοῦ ἀνδρὸς πρὸς ἐμὲ ἀντιτεῖνον ῥῆμα, τί ἄρα ἐστίν. Εἰ μὴ πάντως, ὅτι εἰς οὐδὲν ἐλογισάμην τὴν τοῦ ἀνδρὸς πολιτείαν. Ἀπιστίας γὰρ ἦσαν τὰ ὦτά μου γέμοντα, τὰ ῥηθησόμενα τῶν γυναικῶν ῥήματα . . . . Λογισάμενος οὖν ἐγὼ ὅτι ἐκ Θεοῦ πάντως ἐστὶν αὕτη ἡ πνευματικὴ ὀπτασία, καὶ ὅτι αὐτοῦ ἄνωθέν ἐστι τὸ δῶρον, ἀνεζωπύρησα τῷ πόθῳ, καὶ πρὸς τὸ δρᾶμα ἐξηυτρεπίσθην, ὅπως συγγραφῇ, τὰ τοῦ γέροντος τοῖς πιστοῖς παραδώσω· C τὰ παρ' ἐμοὶ πρῶτον πρὸς ἀπιστίαν εἰπεῖν λελογισμένος, ὕστερον δὲ, τὰ διὰ Θεοῦ αὐτῷ μεγάλα φανέντα.

Τότε προσκαλεσάμενος σὺν τῇ πρώτῃ, πάσας τὰς σὺν αὐτῇ οὔσας ἐν τῇ ἀσκήσει, ἐπυνθανόμην ἐν ἀκριβείᾳ παρ' αὐτῶν τὴν τοῦ ἀνδρὸς πολιτείαν· ὅπως λοιπὸν ἀρξάμενος διηγήσωμαι καθὼς κατέλαβον, τοῦτο ἡγησάμενος, ὅτι τοῖς ἐργαζομένοις τὸ ἀγαθὸν, οὐχ ὑστερήσει τὰ ἀγαθὰ, ὁ κατοικῶν ἐν τῷ οὐρανῷ Θεὸς τοῦ παντός. Ἀλλὰ, τὴν μὲν τῆς ἀσκήσεως αὐτοῦ θεωρίαν διὰ τοῦ λόγου ἀφέντες, ἐπὶ τὰ μᾶλλον εἰς ὄψιν φέροντα προθύμως χωρήσωμεν, ἐκ τῶν ἐσχάτων, τὰ πρῶτα διηγούμενοι. « Ἀγαθὴ γὰρ ἐσχάτη λόγου[23], ὑπὲρ ἀρχὴν αὐτοῦ. » Γνοίημεν δὲ ὅτι βίου D εὐσεβοῦς ἀναδεικνυμένου, πρὸ διηγήσεως ἐγγράφου, τοῖς ἐν τῷ βίῳ ἀναστρεφομένοις ἡμῖν, λάμπουσι καὶ φωτίζουσι τὴν διάνοιαν. Συνέβη δὲ καὶ τοῦτο ἡμῖν γενέσθαι τοῦ λόγου τὸ εὔτονον, ἴσως ἀποροῦντες τὰ πλεῖστα τοῦ δικαίου ἀνδρὸς κατορθωμάτων διηγήσασθαι. Καὶ ἐπειδὴ ὁ λόγος ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς αὐτοῦ προτρέχει πόνοις, ὥσπερ λύχνον καιόμενον, ἀδύνατον καὶ οὐκ εὐθές ἐστι, κατὰ τὴν Δεσποτικὴν φωνὴν, ὑποκάτω κλίνης τεθῆναι, ἀλλ' ἐπ' αὐτὴν βάσιν τὸν Χριστὸν ἐπιτεθῆναι, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν βλέπῃ τὸ φῶς, οὕτω τὰ τοῦ βίου αὐτοῦ ἐστι πρῶτον

[i] Eccle. vii, 9. [j] Matth. v, 15 seqq.

VARIÆ LECTIONES.

[22] Ἴσ. μὴν διά. [23] Apud Septuag. λόγων.

Digitized by Google

ἐγκαταλιπεῖν [21], καὶ οὕτως ἐπὶ τὰ μαρτυροῦντα τὸν βίον αὐτοῦ ἐν εὐφροσύνῃ ἡμᾶς βαδίζειν. Πάντως γὰρ ἔνθεν καὶ ταῦτα δειχθήσονται, ὥσπερ ἐν ὄψει ἔμπροσθεν εὑρισκόμενα. Οὐδεὶς γάρ ἐστιν, ὁ μὴ ἐπιστάμενος ἐκ τῶν μελλόντων ἀκούεσθαι τὸ, ποῦ ταῦτα, καὶ πόθεν, καὶ πῶς προέρχονται πρὸς φανέρωσιν. Οὐ γὰρ δύναται φῶς σκότει συγκοινωνεῖν· οὐδὲ πάλιν μέρος πιστῷ μετὰ ἀπίστου· οὔτε συγκατάθεσις ναῷ Θεοῦ μετὰ εἰδώλων· οὔτε συλλήβην εἰπεῖν, [συμφώνησις] Θεῷ πρὸς Βελίαρ. Συντρίβεται γὰρ ὡς γέγραπται τὸ σαθρὸν, ὑπὸ τοῦ ἰσχυροῦ, καὶ εἰς ἀφανισμὸν τὸ τούτου τέλος ἀποδείκνυται. Καὶ γὰρ τὰ τῶν ἀρετῶν βέβαια καὶ πάγια καὶ ἐρηρεισμένα πάντοτε διαμένοντα, καθὼς ὁ θεῖος ἀποδεικνύει λόγος, ἐκ τούτων μὴ συντριβόμενα, ἀναφαίνονται ὑπὸ τοῦ λόγου φυλαττόμενα. Τὰ δὲ τῆς κακίας ἴδια « ὡσεὶ καπνὸς ἐκλείπουσι, » κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ ὥσπερ ὁμοούσια τοῦ ἀσβέστου πυρὸς φανεροῦνται. « Πορεύεσθε » γὰρ, πρὸς τοὺς πράττοντας τὰ τοιαῦτα, « τῷ φωτὶ, φησὶ, τοῦ πυρὸς ὑμῶν καὶ τῇ φλογὶ ᾗ ἐξεκαύσατε. » Ἐντεῦθεν λοιπὸν, ἀδελφοὶ, ὥσπερ ἀπὸ πυρὸς λυτρωθῆναι βουλόμενοι διὰ τῆς ἀκροάσεως, ἐπὶ τὰ τοῦ ἀνδρὸς ὑπέρλαμπρα ἔργα, τὰς ἀκοὰς τῆς διανοίας συντείναντες, καὶ εἰς φῶς γνώσεως καταντήσαντες, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἐκδιδάσκει, ἀκουσώμεθα τί λαλήσει ἐν ὑμῖν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Αὐτοῦ γὰρ καὶ εἰσὶ καὶ λαλοῦνται, καὶ πρὸς τὸ λέγειν φαίνονται, ὡς τὸ ἀποστολικὸν γράμμα διδάσκει, ὅπως δοξάζωμεν ἐκτενῶς τὸν δόντα καὶ πάντοτε διδοῦντα ἐξουσίαν τοιαύτην, συνφθεγγόμενοι καὶ ἡμεῖς τῷ Εὐαγγελίῳ σὺν Θεῷ τοῖς ἀνθρώποις.

A Christo superimposita luceat, ut omnis qui credit in eum lumen videat : sic primum fuerint omittenda per vitam ab eo gesta, tumque læti ad ea processerimus quæ vitam ejusmodi testimonio illustrant. Plane enim futurum est ut et illa hinc innotescant, ac velut ob oculos coram occurrant. Nemo enim est, qui non statim ex audiendis intelligat quo res ejusmodi, et unde ac qua ratione in lucem declarandæ procedant. Nec enim communio aliqua esse potest luci ad tenebras, neque iterum pars aliqua fideli cum infideli, consensusve templo Dei cum idolis, aut denique conventio Dei ad Belial [k]. Quippe conteretur, juxta quod est scriptum [l], quod est debile detritumque, a forti : ejusque finis abolitio est. Cum enim ea quæ sunt B virtutis, firma, solida stabiliaque perpetuo maneant, quemadmodum divinus ostendit sermo, iis non conterentibus ac perdentibus, liquet a sermone conservari. Quæ autem sunt vitiorum, « tanquam fumus deficiunt, » juxta quod est scriptum [m] ; ac velut ejusdem rationis cum igni inexstinguibili ostenduntur. Ait enim ad eos qui talia agunt : « Ambulate in lumine ignis vestri, et in flamma quam succendistis [n]. » Quamobrem, dilecti, velut qui auditione studeamus ab igne liberari, mentis aures pariter intendentes in præclara viri opera, ac occurrentes ad scientiæ lumen, juxta quod Christus docet, audiamus quid loquatur in nobis Spiritus sanctus. Ipsius enim ea sunt et vocantur atque ut habeant dici manifesta fiunt, C velut docet Apostolus, ut eum jugiter laudibus celebremus, qui talem dedit potestatem, et est semper daturus, loquentes et ipsi sermonibus evangelicis cum hominibus.

Ταύτας τοίνυν τῶν ἐγκωμίων συλλαβὰς ὁ λεχθεὶς ἁγιώτατος ἐπίσκοπος ὡς εὐπρεπείας λόγους ἐπήξατο, φοβερῶς τὴν τάξιν ἐχούσας πρὸς διόρθωσιν τῶν ζηλοῦν ἐθελόντων τὸν ἀγγελικὸν βίον τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Παταπίου. Ἀλλ' ὅτι δόξαν καὶ τιμὴν ἀμφιάσαι τοῦτον, ὁ διδάσκων γνῶσιν τοῖς τῇ σοφίᾳ προσεδρεύουσι μόνος ἠθέλησε. « Κράτος γὰρ τῆς μεγαλοσύνης αὐτοῦ τίς ἐξαριθμήσει; » Αὐτὸς δῴη καὶ ἡμῖν λόγον ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματος, ὁ ζῶν εἰς τὸν αἰῶνα, ὅπως καὶ ἡμεῖς μετὰ πόθου τοῖς πιστοῖς παραδώσωμεν τὰ μετὰ θάνατον αὐτοῦ γεγονότα χαρίσματα. Λέγει οὖν ὁ Ἐκκλησιαστὴς Σολομών· « Δίκαιος, ἐὰν φθάσῃ τελευτῆσαι, ἐν ἀναπαύσει ἔσται. » Καὶ πάλιν φησί· « Δικαίων ψυχαὶ ἐν χειρὶ Κυρίου. » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Ἡ ἐλπὶς αὐτῶν ἀθανασίας πλήρης. » Διό φημι, ἀγαπητοὶ, ὅτι ἡ τῶν ἐντεῦθεν πρὸς τὰ ἐκεῖ μεταφοίτησις, τοῖς ἁγίοις πλοῦτος καὶ δόξα εὑρίσκεται. Εἰ γὰρ καὶ τὸ γεῶδες σκῆνος ἐξ ἧς γῆς διεπλάσθη ἐναποτίθεται, ἀλλ' οὐκ ἀπεσχισμένον ἔχει νοητῶς τὸ ὁμόφυλον. Σώζοιτο γὰρ τὸ κατ' εἰκόνα καὶ

Has itaque sermonis laudatorii syllabas præfatus sanctissimus episcopus, velut decoris verba composuit, quarum est terribilis ordo ad eorum emendationem, qui angelicam sancti Patris nostri Patapii vitam, cupiunt æmulari. Quia nihilominus voluit qui solus scientiam docet [o] sapientiæ studio assiduos, ut is gloriam et honorem indueret : Nam, « virtutem magnitudinis ejus quis enumerabit [p] ? » Ipse etiam sermonem nobis in oris apertione dederit [q], qui in æternum vivit ; ut et ipsi quæ post ejus mortem exhibita sunt divina munera, desiderio fidelibus tradamus. Ait igitur D Ecclesiastes Salomon : « Justus autem, si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit [r]. » Iterumque ait : « Justorum animæ in manu Dei sunt [s]. » Et post pauca : « Spes eorum plena est immortalitate [t]. » Quamobrem dico, dilecti, migrationem ab hac ad alteram vitam, divitias sanctis inveniri et gratiam ; quanquam enim tabernaculum hoc terrenum in terram deponatur ex qua fictum est,

[k] II Cor. VI, 16. [l] Matth. IX, 16. [m] Psal. LXVII, 3, [n] Isa. L, 11. [o] Psal. XCIII, 10. [p] Eccli. XVIII, 4. [q] Ephes. VI, 19. [r] Sap. IV, 7. [s] Sap. III, 1. [t] ibid. 4.

VARIÆ LECTIONES.

[21] *Isc.* ἐγκαταλαβεῖν.

Digitized by Google

haud tamen a suo illo contribule (95), mentis intelligentia, separatum est. Manserit enim quod est ad imaginem cognatioque cum spiritalibus virtutibus, ratione virtutis similiumque quibus recte olim vita composita est. Eritque rei testis Elisæi corpus [u], Qui enim vitales operationes potuit habere, quod Dei creantis virtute ex luto esset aptatum? Quid vero necesse est ut plures ejusmodi virtutes digne a Deo sanandis hominibus, velut inseparabili jure sanctis exhibitas dicam? Quamobrem, tu Sermo Patris qui mederis omnibus, ne pauperis sapientiam despicatui habeas : verum mihi gratiam præbe, « quia ego servus tuus sum, et filius ancillæ tuæ [v]; » da, inquam, gratiam enarrandi magnalia donorum tuorum : dæmones quippe terrèndi sunt audita tua voce, atque iis exagitantibus, in chaos abyssi sese sunt recepturi.

A συγγενὲς τῶν ἀΰλων δυνάμεων, δι' ἀρετῆς καὶ τῶν ὁμοίων πρὸς βίου διόρθωσιν. Καὶ ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει, μαρτυρήσει τὸ Ἐλισσαίου σῶμα, πῶς τὰς ἐνεργείας ζώσας ἔχει τὸ ἐκ πηλοῦ διηρτημένον τῇ δυνάμει τοῦ Δημιουργοῦ. Καὶ τί δεῖ μοι λέγειν τὰ πλείονα τῶν τοιούτων ἐνεργειῶν, τῶν ἀδιασπάστως ἐν τοῖς ἁγίοις ἀξίως πρὸς ἴασιν τῶν ἀνθρώπων ὑπὸ Θεοῦ γινομένων; Διό, Λόγε τοῦ Πατρὸς, ὁ πάντας ἰώμενος, μὴ ἐξουδενώσεις τὴν σοφίαν τοῦ πένητος· ἀλλ' αὐτός μοι δίδου χάριν, « ὅτι ἐγὼ δοῦλος σὸς, καὶ υἱὸς τῆς παιδίσκης σου, » ἐξηγήσασθαι τὰ μεγαλεῖα τῶν σῶν δωρημάτων. Φοβηθήσονται γὰρ ἀπὸ σοῦ ἀκούοντες δαίμονες, καὶ εἰς χάος εἰσέλθωσιν ἀδύσσου ὑπ' αὐτῶν ἐλαυνόμενοι.

Hic igitur inter sanctos admirandus Patapius, ubi diu in Ægyptiorum monasterio virtute ac labore claruisset, cœlorum tandem regnum adeptus est : gratiasque ejusmodi miraculorum operatus, depositus est sanctorum tabernaculis. Iis porro temporibus cum puella quædam, tumultibus sæculi abrenuntians, monasterium ingressa esset, atque in eo tempus modicum exegisset, quanquam minime hactenus cum aliis monastici instituti feminis perfecte religiosaque professione cooptari meruisset. Hæc igitur, malis adversarii suggestionibus infestantibus victa, furtim exivit e monasterio, meretricibusque adhæsit, ac se Dei hosti conjunxit, turpiter operata libidinem sui corporis, tota animi contentione versa, in immundam ac impotentem voluptatem. Post longum nihilominus tempus, qui omnem alit spiritum Christus Jesus, et « vult omnes salvos fieri [x], » viros quosdam religiosos ac feminas suscitat, qui ab eo fetore ac turpitudine recedendum monerent. Atque ut paucis dicam, inducentes hortamentis, venerabili intemeratæ Virginis ac Deiparæ templo, apud Petrum ceu deposito commendarunt : Dometiusque inter presbyteros illic agentes primus, vir religiosus nonestisque moribus, ejus regendæ ac instituendæ primam curam suscepit, ac si qui, quod spectat ad Deum, illi præerant.

B Οὗτος τοίνυν ὁ ἐπαινετὸς ἐν ὁσίοις Πατάπιος, ἐν τῇ μονῇ τῶν Αἰγυπτίων πολλὰ διαλάμψας δι' ἀρετῆς καὶ πόνου, τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν κατέλαβε, καὶ ταῖς τῶν ἁγίων ἐναπετέθη σκηναῖς, τὰς τοιάσδε τῶν θαυμάτων ἐργασάμενος χάριτας. Ἐν δὲ τοῖς χρόνοις τούτοις κόρη τις, ἀποταξαμένη τῶν βιωτικῶν θορύβων, εἰσῆλθεν ἐν μοναστηρίῳ, καὶ ἐκεῖ διέτριβε χρόνον ὀλίγον· οὐ μέντοι τῷ τελείῳ σχήματι τῶν μοναζουσῶν γυναικῶν τέως ἠξιωμένη. Αὕτη οὖν, ἐκ τῶν τοῦ ἐναντίου πονηρῶν ἐνθυμήσεων ἐνοχλουμένη, λάθρα ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ μοναστηρίου, καὶ ἐκολλήθη πόρναις, καὶ συνεζεύχθη τῷ ἀντιθέῳ, ἐργαζομένη αἰσχρῶς τὴν τοῦ σώματος τοῦ ἰδίου ἀσωτίαν, ἧς ὁ λογισμὸς ὅλος, πρὸς ἡδονὴν μυσαρὰν καὶ ἀκράτητον ἐτράπη. Χρόνου δὲ πολλοῦ προβεβηκότος, ὁ πάσης C πνοῆς τροφεὺς Ἰησοῦς Χριστὸς « ὁ πάντας θέλων σωθῆναι, » ἐξεγείρει τινὰς θεοσεβεῖς ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας, καὶ ἀπαναχωρεῖν αὐτὴν ἔλεγον ἀπὸ τῆς δυσωδίας ταύτης. Καὶ ἵνα συνελὼν εἴπω, παραινοῦντες ἤγαγον αὐτὴν, καὶ παρέθεντο τῷ σεβασμίῳ ναῷ τῆς ἀμωμήτου Παρθένου καὶ Θεοτόκου ἐν τοῖς Πέτρου. Καὶ ἐνάρχεται χειραγωγεῖν αὐτὴν Δομέτιος, ὁ τῶν ἐκεῖσε πρωτοπρεσβύτερος, ἀνὴρ θεόφρων καὶ εὔσχημος, καὶ ὅσοι ἂν κατὰ Θεὸν ἡγοῦντο αὐτῆς.

Cum hæc itaque sic gererentur, convertit Deus in frugem meliorem puellæ animum, et ut quæ erant adversarii in faciem projiceret. Ubi igitur in D se facta esset, virtutum spoliata splendore, bonisque omnibus luxuriosa vita abliguritis, ad misericordiarum Patrem revertitur. At illi, impigre urgent, quo in eis impleretur quod est scriptum :

Τούτων οὖν οὕτως γινομένων, μετάγει ὁ Θεὸς τῆς κόρης τὸν νοῦν πρὸς ἐπανόρθωσιν, καὶ προσρίπτειν τὰ τοῦ ἐναντίου εἰς πρόσωπον. Ἐν ἑαυτῇ δὲ γενομένη, ὑποστρέφει πρὸς τῶν εὐσπλάγχνων τὸν Πατέρα γεγυμνωμένη τῶν ἀρετῶν τὴν λαμπρότητα, πάντα κατασπαταλήσασα τὰ ἀγαθὰ ἐν ἀσωτίᾳ. Μετ' οὐ πολὺ δὲ ἀόκνως αὐτῇ ἐπειγόμενοι· ὅπως πληρωθῇ ἐν

[u] IV Reg. XIII, 21. [v] Psal. CXV, 16. [x] I Tim II 4.

COMBEFISII NOTÆ.

(95) *Haud tamen a suo illo contribule*, etc. Οὐκ ἀπεσχισμένον ἔχει νοητῶς τὸ ὁμόφυλον. Subtilis plane expositio unionis illius animæ ad corpus, etiam a separatione, ratione cujus non sint spernenda aut vacua virtute deposita terræ sanctorum corpuscula; velut perseverante, νοητῶς tamen, et morali existimatione, prima illa unione et commercio, non tantum ratione mutui prioris obsequii, sed et maxime ratione futuræ resurrectionis, ob cujus exspectationem, anima beata, jam velut habet quod exuit tabernaculum, affectuque inhabitat, ut in eo et colatur, et νοητῶς operetur. Sic docti Andreæ plane eruditus quanquam ἀνώνυμος discipulus. Eadem respicit D. Th. III p. q. 55, a. 6, cum Aug. quem refert : sed est hic Noster explicatior

Digitized by Google

αὐτοῖς τὸ γεγραμμένον· « Ἀδελφοί μου γάρ, φησιν, ἐάν τις ἐν ὑμῖν πλανηθῇ ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τῆς ἀληθείας, καὶ ἐπιστρέψῃ τις αὐτόν, γινωσκέτω ὅτι ἐπιστρέψας ἁμαρτωλὸν ἐκ πλάνης ὁδοῦ αὐτοῦ, σώσει ψυχὴν ἐκ θανάτου, καὶ καλύψει πλῆθος ἁμαρτιῶν. » Τοῦτον οὖν τὸν ἐν οὐρανοῖς μισθὸν ἀποκείμενον λοιπὸν κληρωσάμενοι[25] οἱ προρρηθέντες θεοσεβεῖς, ἦγαγον αὐτὴν εἰς μοναστήριον καταμικρὸν, βουλόμενοι τῇ παρακλήσει, κατὰ τὸ πρέπον, εἰσαγαγεῖν αὐτὴν καὶ περιορίσαι ἐν τῷ ἐκεῖσε ὄντι κελλίῳ· ἦν γὰρ ὁ τόπος τοῦ ἐκεῖσε ἀρχαίου ἐγκλειστηρίου ἡσυχαζούσης μιᾶς ἐν αὐτῷ· ὅπως μὴ δῆθεν πάλιν ἐκφύγῃ. Ἐπισκέψει οὖν θείᾳ αὐτῇ συνερχόμενοι, οὐ διέλιπον νουθετοῦντες. Συνέβη δὲ αὐτὴν μετ' οὐ πολὺ ἀῤῥωστίᾳ περιπεσεῖν. Ἔτι δὲ ὑπὸ τῆς νόσου πυκνῶς[26] βαρυνομένης, καὶ ἐν ἀπογνώσει ὁρῶσα ἑαυτὴν, ᾐτεῖτο τὰς ἀδελφὰς πρὶν ἢ ἀποδοῦναι τὸ πνεῦμα, ὅπως καὶ αὐτὴν ἐμβάλωσιν εἰς τὴν ἐγκλείστραν, καὶ ἐκεῖ τῆς τελευτῆς ἀξιωθῇ. Ἐπὶ πολὺ δὲ αὐτῆς ἱκετευούσης, ὅπως διὰ τούτου ἀποσβεσθῇ ἡ ἀναφθεῖσα φλὸξ τοῦ ἐναντίου, ὁ τῶν ἀποστατικῶν δυνάμεων πρωτοστάτης ἐκπέμπει πρὸς αὐτὴν ταραχώδεις καὶ ζοφεροὺς τῶν ἑαυτοῦ ἀγγέλων, ἐμφανῶς αὐτῇ κράζοντας· Τί τοῦτο θέλεις ποιῆσαι, ὦ ἡμετέρα; Ἐπίστρεφε πρὸς ἡμᾶς· οὐδὲν ὠφελεῖς. Ἐγένετο δὲ τοῦτο ἐφ' ἱκανοῦ, ὥστε τὴν γυναῖκα ἄφωνον κεῖσθαι. Τῶν οὖν εὐλαβῶν γυναικῶν τῶν ἐν τῇ μονῇ ταῦτα θεωρουσῶν, καὶ ἐν ἀθυμίᾳ γενομένων, ὁρῶσαι τὸ πτῶμα δεινὸν, εἶπον ἐν ἑαυταῖς· Πάντως ἀποδώσει τὴν ψυχὴν ἐν συντομίᾳ. Ἐπὶ πολὺ δὲ σαγηνεύειν αὐτὴν ἐθέλων ὁ ἀντίθεος, καὶ δεσμεύων αὐτῆς τὴν γλῶσσαν, ὅπως μὴ αἶνον πρόσφορως δώσῃ τῷ Θεῷ, εἶπον αἱ μονάζουσαι· Δεῦτε, προσκλαύσωμεν τῷ ἐξουσιάζοντι (συνάντημα γὰρ ἓν τοῖς πᾶσιν ἡμῖν), ὅπως δώσῃ τὴν ψυχὴν τῷ Θεῷ. Ἡμεῖς δὲ ποιήσωμεν τὸ αἴτημα αὐτῆς· καὶ εἰσήγαγον αὐτὴν εἰς τὴν ἐγκλείστραν.

[b] Psal. LXXXVIII, 49.

VARIÆ LECTIONES

[35] *Al.* γέννησιν.

Digitized by Google

sequaris ipsum. Quippe nemo tandem decretum hoc effugere potuit. Ne ergo cum liceat agere gratias, blasphemi simus in beneficum; neve afficiamus injuria et lacessamus eum qui assumpsit desideratum. Non enim migramus a potioribus ad deteriora, sed a corruptibilibus ad incorruptibilia, a visibilibus ad invisibilia, iisque tantum exspectata, qui vixerunt e ratione virtutis. Ipse igitur corpus nostrum assumpsit, non occultans in terra, sed suscipiens in cœlum, atque in loca quæ novit ipse, luminosa deposuit. Ipse suum ipsius depositum requirens, recepit. Ipse qui deposuisset, per auctoritatem repetiit. Tu quis es qui minutius supputes et exquiras, quæ Domino placent? Quis es, ut cum eo litiges, et judicio contendas? Vult enim jam exigere debitum. Non placet mortis terminum prorogare. An non habet potestatem temporum, qui tempora condidit: qua ut sistat, qua ut protrahat? Unde enim nobis ut sciamus judicia Domini, et sacramentorum abyssum: quamobrem alii quidem sint brevis vitæ, alii longioris: ac alii quidem juvenes, alii jam senes; alii ante tempus; aliique antequam ad lucem processerint, juxta quod Job ait: « Qui non viderunt lucem [1], » præmature rapiantur? Verum ne nos id turbet, nec quia videmus jacentem in lecto mortuum, lamentemur: sed cogitemus exegisse mutuum cum voluit, qui spiritum prius cuique commodaverat. Neque aliquem quocunque is modo migraverit, immodico luctu plangamus, ut ne eum qui jussit migrare, ad iram provocemus. Ne super illo tunicas dirumpamus; ne terram spargamus: ne carnem unguibus laniemus; ne laceremus capillos; ne caput nostrum probro afficiamus; ne in clamores inconditos erumpamus; ne blasphemetur spes nostra; ne efficiamur risui ludibrioque gentilibus; ne bonum resurrectionis injuriose habeamus; ne nostræ ingenuitatis jura esse velimus despicatui. In nos ipsos aspiciamus; intelligamus virtutem sacramenti; consideremus qui et quales simus, ac cujus gratia conditi; ubi item, et quomodo: utque omnibus, etsi non modo, at nihilominus omnibus sit abeundum. Quid relictis gratiarum actionibus, ad luctum currimus? Quidni abjecto luctu, procedimus ad cantica?

Paululum quiescite, fratres, et quæ dicuntur, audite. Silete, et consolamini, nec defuncto molesti estote. Oculos intendite in magnum hoc spectaculum. Videte quod celebratur, videntesque tacete, ac ne mysterium nostrum turbate. Tremendum est, fratres, quod videtur; horribile quod peragitur: angeli splendore micantes; sceptrigeri, terribili aspectu de cœlo venientes; exercituum chori albis induti, luminosa specie, ignem spirantes, flammigeri, ministerio seduli, circumversantes jacentem ociusque depositum exi-

[1] Job III, 16.

σιν. Οἶδας γὰρ, οἶδας σαυτὸν, ἐκεῖνῳ μετ' ὀλίγον ἑψόμενον· ὅτι μὴ τοῦτον οὐδεὶς τὸν ὅρον ἐν ἀνθρώποις διαφυγεῖν εἰς τέλος δεδύνηται. Μὴ οὖν παρὸν εὐχαριστεῖν, βλασφημῶμεν τὸν Εὐεργέτην· μηδὲ καθυβρίζωμεν τὸν προσλαβόμενον, τὸν ποθούμενον. Οὐ γὰρ ἀπὸ τῶν κρειττόνων ἐπὶ τὰ χείρονα ἡμῖν ἡ μετάβασις· ἐκ δὲ τῶν φθαρτῶν, πρὸς τὰ ἄφθαρτα, καὶ ἀπὸ τῶν βλεπομένων, ἐπὶ τὰ μὴ βλεπόμενα, καὶ μόνοις τοῖς ἐν ἀρετῇ βιώσασι προσδοκώμενα. Αὐτὸς τοιγαροῦν καὶ τὸν ἡμέτερον προσελάβετο, οὐκ εἰς γῆν κατακρύψας, ἀλλ' εἰς οὐρανοὺς ὑποδεξάμενος, καὶ πρὸς τόπους οὓς οἶδεν αὐτὸς φωτοειδεῖς ἀποθέμενος. Αὐτὸς τὴν ἑαυτοῦ παρακαταθήκην ἀναζητήσας, ἀπείληφεν· αὐτὸς ὁ παρέθετο, κατ' ἐξουσίαν ἀπῄτησε. Σὺ τίς εἶ δικαιολογούμενος, ἐφ' οἷς ὁ Δεσπότης ἀρέσκεται; Τίς εἶ δικάζων ἢ κρινόμενος πρὸς αὐτόν; Θέλει γὰρ ἄρτι, τὴν ὀφειλὴν εἰσπρᾶξαι· βούλεται μὴ παρεκτεῖναι, τῆς προθεσμίας τὸν χρόνον. Ἢ οὐκ ἔχει τὴν τῶν χρόνων ἐξουσίαν ὁ ποιητὴς τῶν χρόνων, πῇ μὲν συστεῖλαι τούτους, πῇ δὲ καὶ παρεκτεῖναι; Πόθεν γὰρ ἡμῖν τὸ γνῶναι κρίματα Θεοῦ, καὶ μυστηρίων ἄβυσσον, δι' ὧν οἱ μὲν ὀλιγόβιοι, τινὲς δὲ μακροχρόνιοι· καὶ οἱ μὲν νεάζοντες, οἱ δὲ, γεγηρακότες· ἄλλοι δὲ καὶ πρὸ ὥρας· καὶ πρὶν εἰς φῶς ἔτεροι προελθεῖν, τὸ τοῦ Ἰώβ· « Οἳ οὐκ εἶδον φῶς, » προαρπάζονται; Ἀλλὰ μὴ θρυλείτω τοῦτο ἡμᾶς, μηδ' ὅτι νεκρὸν ἐγκλίνιον βλέπομεν, σχετλιάζωμεν· ἀλλ' ἐννοῶμεν ὅτι τὸ δάνειον ὁ προκιχρὼν ἑκάστῳ τὴν πνοὴν, ὁπότε βεβούληται, εἰσεπράξατο. Μηδὲ θρήνοις τὸν ὅπως ποτὲ μεθιστάμενον, παρὰ τοῦ μέτρου κοπτώμεθα, ἵνα μὴ τὸν κελεύσαντα παροργίσωμεν. Μὴ διαῤῥήξωμεν ἐπ' αὐτῷ τοὺς χιτῶνας· μὴ καταπασσώμεθα γῆν· μὴ καταξάνωμεν σάρκα ὄνυξι· μὴ διασπαράξωμεν κόμην· μὴ τὴν κεφαλὴν ἡμῶν καταισχύνωμεν· μὴ βοὴν ἀσχήμονα ῥήξωμεν· μὴ βλασφημείσθω ἡμῶν ἡ ἐλπὶς· μὴ γενώμεθα γέλως παισὶν Ἑλλήνων, καὶ παίγνιον· μὴ τὸ τῆς ἀναστάσεως καλὸν καθυβρίσωμεν· μὴ τὰ τῆς εὐγενείας ἡμῶν κατευτελίσωμεν πάτρια· εἰς ἡμᾶς αὐτοὺς βλέψωμεν· γνῶμεν τοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν· ἐννοῶμεν τίνες καὶ ὅθεν ἐσμὲν, καὶ ὅτου χάριν παρήχθημεν, καὶ ποῦ καὶ ὅπως· καὶ ὅτι πάντες, κἂν μὴ νῦν, ἀλλὰ πάντες ὁδεύσομεν. Τί τοῦ εὐχαριστεῖν ἀποκλίναντες, τῷ θρηνεῖν ἐπιτρέχομεν; Τί μὴ τοῦ πένθους ἀφέμενοι, πρὸς τοὺς ὕμνους χωροῦμεν;

Ἡσυχάσατε μικρὸν, ἀδελφοὶ, καὶ τῶν λεγομένων ἀκούσατε· ἠρεμήσατε καὶ παράκλησιν δέξασθε, καὶ τὸν νεκρὸν μὴ ὀχλήσητε· ἀτενίσατε τῷ μεγάλῳ τούτῳ θεάματι· ἴδετε τὸ τελούμενον, καὶ ἰδόντες, σιγήσατε, καὶ μὴ ταράξητε ἡμῶν τὸ μυστήριον. Φοβερὸν, ἀδελφοὶ, τὸ ὁρώμενον· φρικωδέστερον τὸ τελούμενον· ἄγγελοι, λαμπροφαεῖς, σκηπτροῦχοι, κατάπληκτον ὁρῶντες, ἄνωθεν ἥκοντες· χοροὶ στρατιῶν λευχειμονοῦντες, εἶδος φωτὸς μεμορφωμένοι, πῦρ ἀποπνέοντες, φλογοφόροι, σπεύδοντες, περιστροβοῦντες τὸν κείμενον, καὶ τὴν παραθήκην ὀξέως

Digitized by Google

εἰσπράττοντες, καὶ ἡμεῖς οὐκ αἰδούμεθα; Τί ποιεῖς, ἄνθρωπε; ὁ κείμενος ἐξέστη· καὶ σὺ οὐκ αἰσχύνῃ; Ὁ κείμενος ἐξέστη, καὶ σὺ παίζεις; Ἐκεῖνος ἀγωνιᾷ, καὶ σὺ δαιμονιᾷς; Ἐκεῖνος κλονεῖται, καὶ σὺ οὐ φρίττεις; Ἐκεῖνος ψυχορραγεῖ, καὶ σὺ οὐ μορμολύττῃ; Ἐκεῖνος κρίνεται, καὶ σὺ οὐκ ἐξίστασαι; Ἐκεῖνος εἰσπράττεται, καὶ σὺ οὐ ναρκᾷς, τὴν ὁμοίαν ἐλπίζων ἐπαίτησιν; Ἐκεῖνος θαμβεῖται ὁρῶν ἃ μήπω ἑώρακε, καὶ σὺ οὐ φοβῇ καὶ συστέλλῃ σωφρονιζόμενος; Ἐκεῖνος θνήσκει, καὶ σὺ φρυάσσῃ; Ἐκεῖνος τελευτᾷ, καὶ σὺ ἐνθουσιᾷς; Ἐπίσχες μικρὸν, ἄνθρωπε; Ἄφες αὐτὸν ἀπελθεῖν ἐν εἰρήνῃ ἔνθα κέκληται. Ἔασον αὐτὸν ὁδεῦσαι τρίβον, ἣν οὐδέπω διώδευσε, καὶ ἧς οὐκ ἀναστρέψει, καὶ ἣν ὁμοίως πάντες, κἂν ὁ μὲν εὐθὺς, ὁ δὲ μετ' ὀλίγον, ὁδεύσομεν· εἰς γῆν σκοτεινὴν καὶ γνοφεράν, εἰς γῆν σκότους αἰωνίου, οὗ οὐκ ἔστι φέγγος, οὐδὲ ὁρᾷν ζωὴν βροτῶν. Ἔνθα καὶ ἡμᾶς εἶναι δεῖ πάντως, καὶ ταύτης πεῖραν λαβεῖν, ὁμοίως τοῖς « εἰς γῆν χώματος » καταβαίνουσιν.

A gentes, nec ipsi reverentia tenemur? Quid facis, o homo? Jacens, stupore nimio correptus est, nec tu confunderis? Jacens, horrore velut sensibus excessit; et tu ludis? Ille in agonia est; et tu dæmoniaci instar insanis? Ille turbatur; et tu non horres? Ille rigens animam agit; nec tu terreris? Ille judicatur; nec tu obstupescis? Ille ad rationes cogitur; nec tu torpes cui et ipsi ratio reddenda imminet? Ille pavet videns hactenus non visa; nec tu castigatior factus times et contraheris? Ille moritur; et tu superbis? Ille occumbit; et tu velut fanatico spiritu corriperis? Sustine modicum, o homo. Sine, abeat in pace, quo vocatus fuit. Sine incedat viam, quam necdum incessit, et ex qua B nunquam regressurus est; quamque omnes pariter, quanquam hi statim, illi, brevi post, incedere habemus: ad terram tenebrosam et caliginosam, terram sempiternarum tenebrarum, ubi non est splendor, nec est videre vitam mortalium; in qua et nos omnino oportet esse, ejusque periculum facere, simili iis ratione, qui descenderunt « in terram aggeris [m]. »

Ἀλλ' ἐρεῖς μοι τάχα τούτων ἀκούων, ἀγαπητέ. Τί οὖν; Διὰ τοῦτο οὐ δεῖ κλαίειν, ὅτι γῆ, καὶ γνοφώδης τὸν προλαβόντα διαδέχεται χῶρος; Καὶ πῶς μὴ θρηνήσω δικαίως τὸν εἰς τοιαύτην ἀπαγόμενον γῆν; εἴπερ γῆν δέον νοεῖν, τὴν τοιαύτην κατάστασιν. Πῶς οὐκ οἰμώξω καὶ ὀλολύξομαι, σκότος ἀκούων οἴκησιν καὶ κατάπαυσιν; Μὴ γὰρ, λιθίνην ἔχω τὴν καρδίαν ἐγὼ, ὡς τούτων ἀκούων μὴ θρηνεῖν; Εἰ γὰρ καὶ εἰς φῶς ἀκούων ἀπαχθησόμενον, ἀνεῖναι τῆς C λύπης οὐ καρτερῶ, πῶς ἀνέξομαι σιγᾷν σκότους ἀκούων οἰκήτορα, τὸν πρὸ μικροῦ συνοικήτορα; Πῶς μὴ γοερῶς ἀποδύρωμαι, ὃν οὐκέτι θεάσομαι; Καὶ εἴθε γε τὸ γλυκὺ τοῦτο φῶς καταλείψαντα, φωτοειδὴς ὑπεδέξατο χῶρος, ὡς ἄν τις τάχα βραχεῖα παραψυχὴ τοῖς ἀνιωμένοις προσκέοιτο.

Sed forsan dicas hæc audiens, dilecte: Quid vero? Nonne ideo flendum est, quod sit terra tenebrosa, quodque locus caliginosus suscipiat defunctum? Qui autem non merito lugeam eum qui ad terram ejusmodi abducitur? siquidem status ille, terra cogitandus sit. Qui non deplorem lamenterque, audiens tenebrarum domicilium et requiem? Num enim non debuerim esse corde lapideo, ut hæc audiens non lugeam? Si enim vel ad lucis regionem audiens abducendum, non possum a tristitia temperare, quomodo tacere habuerim, qui eum, quem paulo ante habui contubernalem, tenebrarum hospitem audiam? Qui non altis clamoribus eum deplorem, quem ultra non sim visurus? Atque utinam sane, dulci hac luce relicta, in locum lucidum esset susceptus; ut sic forte levis quædam consolatio mœrentibus suppeteret!

Βαβαὶ, τῆς παραλόγου τῶν λόγων ἀντιστροφῆς τε καὶ ἀνοίας, καὶ τῆς οὕτω κατεχούσης τὸν νοῦν ἀμβλυωπίας, εἰ δέον τοῦτο εἰπεῖν! Μὴ γὰρ οὐκ ἔδει θνητοὺς ὄντας ἡμᾶς ὑπαχθῆναι θανάτῳ; Μὴ μείζους ἔδει τοῦ ἑαυτῶν ἀναφανῆναι Δεσπότου; Εἰ οὖν καὶ αὐτὸς εἵλετο Κύριος ὢν τοῦ παντὸς καὶ Δεσπότης, καὶ φῶς τῶν ἐν σκότει, καὶ ζωὴ τῶν ἁπάντων, θανάτου γεύσασθαι, καὶ τὴν εἰς ᾅδου κατάβασιν ἐπι- D δεῖξασθαι, ὡς ἂν κατὰ πάντα ἡμῖν ὁμοιωθῇ χωρὶς ἁμαρτίας, καὶ τὸν ἀμειδῆ τοῦ ᾅδου χῶρον, τὸν ἀφεγγῆ λέγω καὶ σκοτομήνης πλήρη, νυκτοτριήμερον διελήλυθε, τί ξένον ἁμαρτωλοὺς ὄντας ἡμᾶς, καὶ νεκροὺς ἤδη τοῖς παραπτώμασι κατὰ τὸν μέγαν Ἀπόστολον, τοὺς ὑπὸ γένεσιν καὶ φθορὰν, θανάτῳ μὲν προσομιλῆσαι, καὶ ᾅδου τὰ σκοτεινὰ διὰ μέσης ψυχῆς ὑπελθεῖν καταγώγια, οὗ οὐκ ἔστι φέγγος ἰδεῖν, οὐδὲ ὁρᾷν ζωὴν βροτῶν, ὡς προλέλεκται; Μὴ γὰρ, ὑπὲρ τὸν Δεσπότην ἡμεῖς, ἢ τῶν ἁγίων κρείτ-

Papæ! alienam a ratione rationum contrarietatem et insipientiam; tantaque animum cæcitate circumventam, si ita loqui licet! Num vero par erat, ut ne mortales, morti subjiceremur? Num par erat, ut Domino nostro majores viderémur? Cum ergo ipse, universi totius Dominus herusque, eorumque lumen qui sunt in tenebris, ac vita universorum, mortem gustare voluerit, ac descendere in infernum, ut per omnia nobis similis, sine peccato, efficeretur, cum, inquam, tridui spatio, insuavem inferni regionem, locum illum obscurum ac nocte atra plenum pertransierit, quid mirum, si nos peccatores, et jam mortui peccatis, juxta quod ait magnus Apostolus [n], qui sumus obnoxii ortui et interitui, mortem oppetamus, mediaque anima adeamus, tenebrosa inferni habitacula in quibus non sit lucis splendor, nec videri possit mortalium vita, ut prædictum fuit? Nunquid enim

[m] Dan. III, 2. [n] Ephes. II, 5.

Digitized by Google

sumus supra Dominum ! Vel sumus meliores sanctis? qui eodem modo ac nos, dicta subierunt : quamquam eo nobis melius, quo et abundantiori virtute claruerunt.

Non ergo est moleste ferendum, sed agendæ gratiæ, ac precibus incumbendum : sobrietas ubique amplectenda, non indignandum, cum audimus inferni caliginosam domum. Sin autem tenebras illas quas Scriptura exteriores ponit [a], receperint, tunc plangendum lugendumque fuerit. Vel, ut melius dicam, neque tunc fuerit plangendum, aut molestius ferendum : sed orandum magis, gemitu obtestando Dominum ut eis loci illius statas pœnas temperet atque leniat : fueritque diversis precum generibus placandus judex, ut lenis illis exactor judexque mitissimus efficiatur; non exspectata oratione quam alii offerant, sed ita, ut ipse seipsum misericordia exoret, ut placatus blandusque, in judicii die, judicandis appareat; quando nemo fuerit, qui audeat exorare. Fuerit in ejusmodi intendendus luctus, augendaque suspiria, ac fundendæ copia lacrymæ : non super iis qui tanquam fideles moriuntur, gentilium more tristandum ac deplorandum. Nec id temere et absque judicio, neque velut ante tempus humanis exempti sint, sed si nullo viatico emigrarunt, quo illic gloria comparetur. Ac neque lamentari oportet, quod dulcem hunc solem reliquerint; sed quod vita præsenti, Solis justitiæ lumen, ne vel modicum receperint, tristari et plangere. Quin et hic quoque precandum est, ut et illi divina clementia misericordiam consequentur (10); utque nos timore eruditi, meliores evadamus. Neque quia mortuorum infernus tenebrosum domicilium est, ii deplorandi sint qui illo descendunt; imo pro illis, dum tenebrarum opera non portaverint, neque peccati caligine superati sint, lætandum : non velut inferni tristia effugerint, sed quod lumen illud noctem nescieus, quo innotescunt nostra et dijudicantur, illos sit suscepturum ; et, ut dicam quod est Scripturæ : « Super mortuum

τους; οἳ τὸν ὅμοιον ἡμῖν ὑπεληλυθασι τρόπον τὰ εἰρημένα· κἂν ὅτι κρεῖττον ἢ καθ' ἡμᾶς, ὅσῳ καὶ τὸ περιὸν ἐκείνοις τῆς ἀρετῆς ὑπερείληχεν.

Οὐκοῦν οὐ δυσφορεῖν δέον, ἀλλ' εὐχαριστεῖν καὶ προσεύχεσθαι, νήφειν τε διὰπαντὸς, καὶ μὴ δυσανασχετεῖν, ἀκούοντας τῆς εἰς ᾅδου σκοτοδινίας τὴν οἴκησιν. Ἀλλ' εἰ τοῦ σκότους ἐκείνου τοῦ παρὰ τῇς Γραφῆς ἐξωτέρου κειμένου μεταλάχοιεν, κόπτεσθαι δεῖ καὶ ὀλολύζειν. Ἢ τότε, κρεῖττον εἰπεῖν, μὴ κόπτεσθαι, μηδὲ ἀσχάλλειν, ἀλλ' αἰτεῖν καὶ ποτνιᾶσθαι τὸν Δεσπότην, φειδοῦς ἀξιῶσαι τούτους, τῶν ἐκεῖ κριτηρίων, εὐχῶν τε πολυτρόποις ἰδέαις ἐξιλεούσθαι τὸν κριτὴν, ἅσμενον γενέσθαι τούτοις ἑταστὴν καὶ δικαστὴν ἡμερώτατον· οὐ τὴν ἔξωθεν ἀναμένοντα δέησιν, ἀλλ' ἑαυτὸν δυσωποῦντα τοῖς κρινομένοις ἔλεω φανῆναι καὶ προσηνῆ κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς διαγνώσεως, ὅταν οὐκ ἔστιν οὐδεὶς ὁ δυσωπῆσαι τολμῶν. Ἐπὶ τῶν τοιούτων χρὴ μᾶλλον τὸν κλαυθμὸν ἐπιτείνειν, καὶ τὴν οἰμωγὴν ἐπαύξειν, καὶ καταῤῥεῖσθαι τοῖς δάκρυσιν· ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τῶν πιστῶς τελευτώντων, ἐθνικῶς ἀνιᾶσθαι καὶ κατοδύρεσθαι. Κἀκεῖνο δὲ οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ εἰ πρὸ καιροῦ τῆς μεθ' ἡμῶν παροικίας ἐξεληλύθασιν, ἀλλ' εἰ μὴ τῶν ἀγωγίμων τῆς ἐκεῖθεν δόξης μηδὲν ἑαυτοῖς συνειληφότες ἐκδεδημήκασι. Μηδὲ εἰ τὸν γλυκὺν τοῦτον καταλελοίπασιν ἥλιον, θρηνητέον αὐτοὺς, ἀλλ' εἰ μὴ τοῦ Ἡλίου τῆς δικαιοσύνης τῷ φωτὶ κατὰ τὸν τῇδε βίον κἂν ὀπωσοῦν ἐλλάμφθησαν, ἀλύειν χρὴ καὶ συγκόπτεσθαι. Μᾶλλον δὲ, κάνταῦθα προσεύχεσθαι, κἀκείνους οἰκτῳ τυχεῖν τῆς τοῦ Θεοῦ [16] φιλανθρωπίας, καὶ ἡμᾶς βελτίους γενέσθαι, τῷ φόβῳ στοιχειουμένους. Μηδὲ εἰ νεκρῶν ὁ ᾅδης σκοτεινόν ἐστιν οἰκητήριον, ἀπογνωστέον τοὺς αὐτόσε καθιεμένους· ἀλλ' εἰ τὰ νυκτὸς ἔργα μὴ φέροιεν, μηδὲ τῷ ζόφῳ τῆς ἁμαρτίας ἐάλωσαν, εὐθυμεῖν χρή· μὴ ὅτι τὰ ἐν ᾅδου στυγηρὰ διέφυγον, ἀλλ' ὅτι τὸ ἀνύκτερον ἐκεῖνο φῶς αὐτοὺς διαδέξεται, ᾧ φανεροῦται καὶ διαγινώσκεται τὰ ἡμέτερα· καὶ ὡς ἂν τὸ τῆς Γραφῆς εἴποιμι, « Κλαῦσον ἐπὶ νεκρῷ, διότι ἐξέλιπε φῶς. » Ἀλλὰ μὴ θρήνει μικρῶς· οὐ γὰρ ἐσβέσθη φῶς, ἀπὸ δὲ

[a] Matth. VIII, 22.

VARIÆ LECTIONES.

[16] *Al.* κριτοῦ.

COMBEFISII NOTÆ.

(10) *Ut illi, divina clementia, misericordiam consequantur.* Κἀκείνους οἰκτῳ τυχεῖν τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας. Ii nimirum, quos paulo ante dixerat recipere ac sortiri, quas dicit Scriptura tenebras exteriores : qui plane vix alii fuerint quam reprobi, et qui decedunt in peccato mortali : eoque apparet difficilior locus, nisi exponatur, eo modo quo theologi exponunt preces, quas Ecclesia frequentat in Officio defunctorum, quæ revera videntur idem sonare ; sed referuntur ad momentum egressionis animæ, quo uniuscujusque judicium secundum legem absolvitur. Forte vero intellexit Andreas, etiam damnatis nonnihil solatii accedere ex justorum precibus; fierique per eas ipsam eorum damnationem tolerabiliorem, ut loquitur August. in *Enchir.* cap. 108. Vel melius, et illa damnatio minuenda Augustini, et tenebræ exteriores Andreæ, nonnulla divinæ misericordiæ luce ex piorum precibus temperandæ, ad solas animas expiandas spectaverint, vera Deo nobisque charitate junctas, nonnulli tamen damnationi obnoxias, atque in tenebras exteriores missas, quanquam ad tempus, necdum eis oriente Sole justitiæ, quanquam desiderantibus impense, desiderioque quod maxime affligat. Plane, cui vita hæc tenebræ sit, comparatione ad vitam ad quam justorum animæ migrant, ut paulo superius; etiam purgandarum animarum status, tenebræ fuerint exteriores, dignæ illæ quas lugeamus deprecemurque, maxime amicis, juxta quod Ecclesia in Officio defunctorum, ceu ex persona et verbis sanctissimi Job exprimit.

Digitized by Google

σκότους μετῆλθεν εἰς φῶς. Εἴ γε τοῦ παρ' ἡμῖν αἰσθητοῦ, τὸ νοητὸν ἐκεῖνο διαφερόντως ὑπερανέστηκεν· ὧν, τὸ μὲν, δυοδεκάωρος διαδέχεται νὺξ, κατὰ περίοδον αὐτῷ γιγνομένη περὶ γῆν ἀποσκίασμα, καὶ χρονικὸν περιγράφει διάστημα· τὸ δὲ, οὐ σκότος, οὐ νὺξ, οὐκ ἀλαμπὴς ἡμέρα, οὐ χρόνου περίοδος· οὐκ ἐνιαυτὸς, οὐκ αἰὼν, οὐ κίνημα καὶ διάστημα περίστησιν· ἀλλ' ἀϊδίως ἐναυγάζον, τοῖς τῆς αὐτοῦ καταρυφῶσιν ἀϊδίου λαμπρότητος· ὥς που τὸ θεῖον Γράμμα φησί· « Φῶς δικαίοις διαπαντός· ὄνομα δὲ ἀσεβῶν σβέννυται· » τῶν μὴ τῷ φωτὶ τῶν τοῦ Θεοῦ προσταγμάτων ἐν τῷ σκοτεινῷ τοῦ βίου πορευθέντων χωρίῳ. Τοῦτο δὴ τὸ παρὰ τοῦ Ἰὼβ εἰρημένον· « Τίς ἂν με θείη κατὰ μῆνα ἡμερῶν τῶν ἔμπροσθεν, λέγοντος, ὧν με ὁ Θεὸς ἐφύλαττεν ἄτρωτον· ὡς ὅτε ἠῦγει ὁ λύχνος αὐτοῦ ἐπὶ κεφαλῆς μου. » Λύχνος γὰρ, νόμου τὸ φῶς. « Ὅτε τῷ φωτὶ αὐτοῦ ἐπορευόμην ἐν σκότει· » τοῦ παρόντος δῆλον αἰῶνος· κατὰ τὸν οὕτω ψάλλοντα· « Νὺξ φωτισμὸς ἐν τῇ τρυφῇ μου. Καὶ ἡ νὺξ ὡς ἡμέρα φωτισθήσεται· καὶ ὡς τὸ σκότος αὐτῆς, οὕτω καὶ τὸ φῶς αὐτῆς. » Οὐκοῦν· εἰ φῶς μέν ἐστιν ὁ Θεὸς, ὥσπερ οὖν ἐστι· « Καὶ σκοτία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν οὐδεμία· » — « Ἐν αὐτῷ δὲ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμὲν, » καὶ πρὸς αὐτὸν μεθιστάμεθα· πάντων δὲ ἡμῶν αἱ ψυχαὶ κατὰ τὸ λογικὸν ἐν χερσὶν αὐτοῦ, διημάρτηται ἡ περὶ τοῦ σκότους καὶ τῶν σκοτεινῶν τοῦ ᾅδου χώρων προτεθεῖσα παράλογος ἔνστασις, τῶν δι' ἐναντίας καὶ ἀντίθεσις. quod spectat ad rationem in ejus sunt manibus : plane peccat, fallaxque arguitur, adversariorum aliene a ratione proposita impugnatio, quod spectat ad tenebras, et caliginosa inferni loca.

A plora, defecit enim lux [p]. » At ne amare lamenteris; haud siquidem lux exstincta est, sed transit a tenebris ad lucem : quando luce hac sensibili, spiritalis illa immensum excellentior est : e quibus alteri quidem succedit nox duodecim horarum, terræ ei ambitu per circuitum facta umbraculum, circumscribitque diurnum spatium; alteram autem, neque tenebræ, neque nox, nec obscura dies, nec ambitus temporis, non annus, non sæculum, non motus spatiumve obsidet, sed æternum iis illucet, qui æterno ejus splendore affatim deliciantur, ut quodam loco ait Scriptura sacra : « Lux justis perpetuo; nomen autem impiorum exstinguitur [q]; » eorum nimirum, qui tenebroso hujus vitæ loco, lumine mandatorum Dei, non B ambulaverunt. Est id quod Job loquitur, dicens: « Quis utique me ponat juxta mensem priorum dierum, quibus me Deus custodiebat inviolabilem? sicut cum lucebat lucerna ejus super caput meum [r]. » Lucerna enim est lumen legis : « Cum lumine ejus ambulabam in tenebris [s] : » præsentis nimirum sæculi, juxta eum qui sic psallit: « Nox illuminatio in delictis meis. Et nox sicut dies illuminabitur : sicut tenebræ ejus, ita et lumen ejus [t]. » Itaque, siquidem Deus lux est, ut vere est « nec ullæ in eo sunt tenebræ [u]. » — « In ipso autem vivimus et movemur et sumus [v]; » atque eum migramus [w]; omnium vero nostrum animæ [x], plane peccat, fallaxque arguitur, adversariorum aliene a ratione proposita impugnatio, quod spectat ad tenebras, et caliginosa inferni loca.

Τοῦ τρόπου δειχθέντος κατ' ἐπιδρομὴν τῆς ἐν ᾅδου κατὰ περίοδον τῶν ψυχῶν διελεύσεως, δεῦρο οὖν, τῶν εἰρημένων ἀφέμενος, ἄνθρωπε, τὴν τοῦ ἡμετέρου σώματος διδάσκου διάλυσιν, μὴ τὴν τῆς ψυχῆς ἐρεύνα κατάστασιν μετὰ τὴν ἐκ τοῦ σώματος ἔξοδον, ὅτι μὴ πρὸς ἐμοῦ καὶ σοῦ ταῦτα ζητεῖν. Ἄλλος γὰρ ὁ ταῦτα εἰδώς. Εἰ γὰρ ψυχῆς οὐσίαν οὐκ ἔστιν ἡμῖν εἰδέναι, πῶς ἂν εἰδείημεν τὴν ἐκείνης κατάπαυσιν, ἧς εἶδος, καὶ σχῆμα, καὶ μέγεθος ἀγνοοῦμεν; ἡλίκον τε καὶ ὅσον αὐτῆς ὑπάρχει τὸ μέγεθος, κἂν τῷ ἐφολκίῳ συνδέδεται, λόγοις οἷς οἶδε μόνος ὁ συναρμόσας Θεός. Τούτων οὕτως ἐχόντων, φέρε, τὸ τίμιον κτῆμα τὴν ψυχὴν τῷ θείῳ τῆς εἰκόνος αὐχήματι, παραδραμόντες, ὡς ἅληπτον, περὶ τὸ παχὺ τοῦτο καὶ ληπτὸν, καὶ πολλαῖς τοῦ βίου μεταβολαῖς συναλλοιούμενόν τε καὶ περιτρεπόμενον ἐνασχολούμεθα σῶμα, καὶ αὐτοῦ που τὸν νοῦν προσερείσωμεν· ὡς ἂν μάθῃς, ἀγαπητὲ, τῆς ἡμῶν εὐτελείας τὸ ταπεινὸν καὶ χαμαίζηλον, τῶν ἐαρινῶν ἀνθέων εἰς μηδὲν διαφέρον, κατὰ τὸ εὔφθαρτον καὶ εὐμάραντον τῆς εἰς τὰ ἐξ ὧν συνέστηκε διαλύσεως. Ἐπεὶ οὖν ἡ περὶ τούτου γνῶσις ἔχει τι καὶ ὠφέλιμον, καὶ πρὸς οἰκοδομὴν ἄγον τοὺς μὴ παρέργως τῶν λεγομένων ἀκούοντας· βούλει σοι δείξω τῶν ἡμετέρων σωμάτων τὴν εὐδιάφθαρτον σύμπηξιν καὶ διάλυσιν, ὅπως ἐπὶν εὐτελὴς καὶ τῶν κτηνῶν εἰς μηδὲν διαφέρουσα; ædificare possit : visne ostendam humanorum

C Cursim autem declarato modo, quo animæ velut circuitu ac ambitu quodam permanent infernum, jam age, o homo, iis quæ dicta sunt omissis, disce dissolutionem humani corporis; non animæ statum scrutare, ab egressu e corpore, quando nec meum est nec tuum ista quærere. Quippe alius est qui novit. Nam si neque substantiam animæ possumus scire, qui sciverimus illius requiem, cujus et speciem ignoramus, et figuram, et magnitudinem? quam, inquam, illa ingens sit et aucta, tametsi alligata est naviculæ, quibus Deus solus qui aptavit, rationibus perspectum habet. Sic itaque rebus habentibus, animam, rem illam divina imaginis excellentia nobilem ac pretiosam, velut incomprehensam, prætereuntes, D circa crassum hoc comprehensumque facile corpus, quodque multis vitæ mutationibus pariter immutetur verseturque, immoremur, ejusque parte aliqua considerationi mentem applicemus; ut noveris, dilecte, vilitatis humanæ humilitatem abjectionemque, qua nihil a vernis floribus differat, quod attinet ad sui facilem corruptionem defectionemque, dissolutione in ea quibus constat. Ex quo igitur rei hujus scientia etiam utile quidpiam habet, quodque eos qui non levius audiunt

[p] Eccl. XXII, 10. [q] Prov. XIII, 9. [r] Job XXIX, 2. [s] ibid. 3. [t] Psal. CXXXVIII, 11. [u] Joan. I, 5. [v] Act. XVII, 28. [x] Sap. III, 1.

Digitized by Google

corporum caducam atque dissolutioni comparatam concretionem, ut sit vilis, nihilque a brutis differat? Progredere paululum, perspicuasque meorum verborum probationes acceperis. Sensim procede ac lento gradu ad monumenta in suburbiis posita (11), sermonumque illic eventum interroga. Velut per fenestram incumbe tumulis, nec et detrectaveris, planeque videbis spectaculum

A Μικρὸν αὐτοῦ πρόελθε· καὶ λήψῃ τῶν ἐμῶν λόγων τὰς ἀποδείξεις σαφεῖς. Πρόβηθι βάδην ἐν τοῖς πρὸ τοῦ ἄστεως μνημείοις· καὶ ἀνιστόρει μοι τῶν λεγομένων τὴν ἔκβασιν. Ἐπίκυψον ὡς διὰ θυρίδος τοῖς μνήμασι· καὶ μὴ ἀποκναισθῇς, μηδὲ ἀνανεύσῃς πρὸς τὰ ὁρώμενα· καὶ δψει τὴν ἀνιῶσαν, οὐ τὴν τέρπουσαν θέαν.

rerum offendaris aspectu, neve retuleris pedem quod molestum sit, non quod recreet.

Enimvero clare intellige, exque turpi illa quam aspectas resolutorum cadaverum specie, superbiæ nostræ miseriam animo exprime. Sustine parum ut percipias fetorem; quippe noster est, non alienus. Sustine virili animo inde erumpentem putoris olentiam, fluoremque male exhalantem. Feras quoque grave aspectu vermium spectaculum, tabe fluens illud, ac sanie obrutum. Sed et curiosius, si libet, attende, et discerne, si potes, ac os ossi compone: atque ut volueris partes singulas seu membra, quæ dissoluta vides, tuis ipse manibus strue et agglomera. Disce num vel minimum possis dicere: cujusnam hæc? cujusnam illa? sive quis hic? quisve ille? Senexne an juvenis, hic aut ille mortuus sit? Vel utrum hic quidem, ubi vixisset felix, ille autem ubi afflicte mœrensque vita functus sit? Ac utrum hic quidem vitæ fuerit brevis, ille autem longævæ? Num hic gloriose vixerit, ille inglorie? Hæc disce, et diligenter considera, num res sit multi plena pudoris ac tristitiæ, miserabilisque, quo prius majori compactio videbatur plena venustate.

Ἀλλ' ἐπίστηθι τρανῶς, καὶ ἀνατύπωσαί μοι διὰ τῆς φαινομένης τῶν νεκρῶν σωμάτων εἰδεχθοῦς διαλύσεως, τῶν ἡμετέρων ὀφρυωμάτων τὴν ἀθλιότητα. Ἀνάσχου μικρὸν ἀντιλαβέσθαι τῆς δυσωδίας· ἡμετέρα γάρ, οὐκ ἀλλοτρία. Φέρε γενναίως τὴν ἀναδιδομένην αὐτόθεν τῆς σηπεδόνος ὀσμήν τε καὶ δυσδιάπνευστον ἐκροήν. Καρτέρει δὲ τὴν ἐκ τῶν σκωλήκων δυσθεώρητον δψιν, μυδῶσάν τε καὶ ἰχῶρσιν

B ἐγκεχωσμένην [37]. Πρόσεχέ τε καὶ περιεργότερον, εἰ βούλει, καὶ διάκρινον, εἰ δυνατῶς ἔχεις, καὶ συνάρμοσον ὀστοῦν πρὸς ὀστοῦν, καὶ ὡς ἂν θέλῃς, ἕκαστα τῶν φαινομένων καὶ λελυμένων μερῶν ἢ μελῶν, ταῖς ἑαυτοῦ χερσὶν ἐπιστοίβασον. Κατάμαθε τούτων ἕκαστον, εἰ δυνήσῃ κἂν μετρίως εἰπεῖν, τίνος ἐκεῖνα, καὶ ποίου ταῦτα, ἢ τίς οὗτος, καὶ τίς ἐκεῖνος· καὶ εἰ γέρων ἢ νεανίας, ἐκεῖνος ἢ οὗτος, τεθνᾶσιν, ἢ ὁ μὲν εὐημερίαις, ὁ δὲ ἀνίαις ἐζηκὼς, καταλελύκει τὸν βίον· καὶ εἰ ὁ μὲν ὀλιγόβιος, ὁ δὲ μακροβιώτατος· ἢ ὁ μὲν ἐνδόξως, ὁ δὲ ἀδόξως ἐβίω. Ταῦτα κατάμαθε καὶ περισκόπει· καὶ εἰ μὴ πολλῆς γέμει τῆς κατηφείας καὶ σκυθρωπότητος, ὅσῳ καὶ τῆς

C ὡραιότητος κατὰ τὸ δοκοῦν περὶ τὴν σύμπηξιν πρότερον.

Quid enimvero? Nonne turpe spectaculum illud, multaque plenum insuavitate? Dissolutæ carnes, visceraque, et partes, figmentique decor, computrefacta ac tabo fluentia? Ac quisque nostrum, eadem plane ratione depositus loculo, corrumpendus est, eademque vermium consumentium esca, dissolvendus. Intellige, o homo, quod dicitur. Circumspice sepulcra: vide ossa nostra, et ad te conversus, luge; altum geme ex imo pectore. Miseram deplora humanam vilitatem, quæ finem ejusmodi acceperit. Perspice, ac si potes, discerne et edicito quisnam rex; quis privatus; quis dives, quisve pauper; quis gloriosus, quisve inglorius; quis liber, quisve servus; quis miles,

D quisve dux exercitus; quis justus, quisve reus; quis philosophus, quisve rusticus; quis orator, quisve barbarus; quis Romanus, quis civis, quis ruricola, quis Chananæus, quisve Judæus; quænam filia, quæ parens, quis pater, quisve filius? At non poteris, videns ossa tantum nuda, quemquam eorum discernere, quamquam sexcenties

Καὶ τί γάρ; Οὐκ εἰδεχθὴς ἡ θέα, καὶ πολλῆς γέμουσα τῆς ἀηδίας; Σάρκες διαλελυμέναι, καὶ σπλάγχνα, καὶ μόρια, καὶ τὸ τῆς διαπλάσεως κάλλος, ἐνσηπόμενά τε καὶ συνεκρέοντα; Οἷς ὁμοίως ἕκαστος ἡμῶν ἐν σοροῖς κατατεθεὶς διαφθείρεται, καὶ τῇ αὐτῇ τῶν σκωλήκων βορᾷ δαπανώμενος λύεται. Σύνες, ἄνθρωπε, τὸ λεγόμενον· περίβλεψε τοὺς τάφους· ἴδε τὰ ὀστᾶ ἡμῶν, καὶ πρὸς ἑαυτὸν συστραφείς, δάκρυσον· στέναξον ἐκ βάθους μέγα. Ταλάνισον τὴν ἀνθρωπίνην εὐτέλειαν, ποίου τοῦ τέλους εἴληχε. Κατανόησον, καὶ εἰ δυνατῶς ἔχεις, διάκρινον, καὶ εἰπὲ, τίς ὁ βασιλεὺς, τίς ὁ ἰδιώτης· τίς ὁ πλούσιος, ἢ τίς ὁ πένης· τίς ὁ ἔνδοξος, ἢ τίς ὁ ἄδοξος· τίς ὁ ἐλεύθερος, ἢ τίς ὁ δοῦλος· ποῖος στρατιώτης, ἢ ποῖος ὁ στρατιάρχης· τίς ὁ δίκαιος, ἢ τίς ὁ κατάκριτος· τίς ὁ φιλόσοφος, ἢ τίς ὁ ἄγροικος· τίς ὁ ῥήτωρ, ἢ τίς ὁ βάρβαρος· τίς ὁ Ῥωμαῖος· τίς ὁ πολίτης, καὶ τίς ὁ ἀγρότης· τίς Χαναναῖος, καὶ τίς Ἰουδαῖος· τίς ἡ τεχθεῖσα, τίς ἡ τεκοῦσα· τίς ὁ πατὴρ, ἢ τίς ὁ υἱός. Ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοις, γυμνὰ μόνον ὀστέα βλέπων, διακρῖναι τούτων τινὰ, κἂν μυριάκις εἴπῃς·

VARIÆ LECTIONES

[37] *Ald.* ἐγκεχρωσμένην.

COMBEFISII NOTÆ.

(11) *Ad monumenta in suburbiis posita.* Ἐν τοῖς πρὸ τοῦ ἄστεως μνημείοις. Velut ad portam et foris juxta urbem. Illic enim sepelichantur fidelium corpora, vix in urbibus, vetantibus Romanis legibus, quibus tamen paulatim derogatum est. Accuratius de sepulturis noster Goar in *Euchologicis.*

Digitized by Google

κἂν ὅλην σεαυτῷ περικυκλοῖς τῶν γνωστικῶν γυμνασμάτων τὴν πολυμάθειαν. Οὕτω μοι τάχα κατανοήσεις, καὶ τῶν τῇδε πραγμάτων ὅσα ῥεῖ καὶ παρέρχεται κατὰ τὸν βίον, τὴν εἰς τὸ μὴ ὂν μεταχώρησιν. Ἂν τε γὰρ πλοῦτον εἴποις, ἄν τε ἀξίαν, ἄν τε δόξαν τὴν ἀπανθοῦσαν, ἢ κράτος, ἢ δυναστείαν, ἢ κάλλος, ἢ ῥώμην, ἢ μέγεθος, ἢ εὐγένειαν, ἤ τι τῶν ἀρίστων ἢ χειρίστων παρ' ἡμῖν εἶναι δοκούντων, τὴν ἴσην τοῖς ἡμετέροις ὀστέοις διάλυσιν πείσεται. Καὶ χρυσὸς μὲν ἐκ μετάλλων ἀνειλημμένος, καὶ χωνείᾳ παραδοθείς, καὶ πυρὶ δοκιμασθείς, ὀβρυζωτέραν ἑαυτοῦ τὴν παροψίδα τοῖς χρυσοτέχναις παρίστησιν· ἄργυρος δὲ πυρωθείς, τῷ χρυσῷ παραπλησίως ἐκκαθαίρεται καὶ λευκαίνεται· καὶ κογχύλης μὲν αἷμα βάπτει πορφύραν· καὶ μαργαρίτην ἐκτρέφει ζάμμυξ θαλάσσιος· καὶ σμάραγδος ἐκ γῆς χλοάζων φύεται λίθος· καὶ σηρικὸν ἐκφύει σκώληξ τρεφόμενος ὕφασμα· καὶ πίνναι θαλάττιοι ξένην μηχανώμεναι κρόκην, διπλῆν τὴν χρείαν παρέχουσιν. Ἐχῖνοι δὲ καὶ μηκάδες καὶ μέλισσαι· οἱ μὲν, ἐνύγρων ὄψων νόστιμον ἡμῖν καρυκεύουσι πέμμα· αἱ δὲ γλυκὺ ἀπὸ μαζῶν καταστάζουσι γάλα· τὸ μὲν πρόσφατον ἡμῖν σχεδιάζουσαι πόμα· τὸ δὲ τυρωθὲν, μόνιμον ἑτοιμάζουσαι βρῶμα. Καὶ μέντοι πρόβατα τὴν ἴσην ἡμῖν ἐμπαρέχουσι χρείαν· ἄμφω δὲ τὴν ἐκ τριχῶν ἀποκειρομένην ἔριθον προϊσχόμενα, θαυμαστὴν ἄγαν ἡμῖν ἐπιχορηγοῦσιν ἀμφίεσιν. Αἱ δὲ, τῶν ἑξαγώνων συρίγγων τὰς θήκας ἀναπιμπλῶσαι μέλιτος, ἄρτι τῶν σίμβλων ἀπαίρουσι, καὶ τὰ κηρία γλυκασμὸν ἀποστάζοντα, τοῖς τρυγηταῖς καταλείπουσι· ἔργον σοφίας γνώρισμα, καὶ πτηνοῦ τίμιον εὐτελοῦς φιλοτέχνημα, χρείας εὕρημα βίου, φύσεως μουσουργίᾳ φιλοπόνοις ἐρανιζόμενον πτήσεσι. Καὶ πάντων ἁπλῶς τῶν ὅσα τὸν βίον ἡμῖν συνιστᾷ, χρησιμώτατα καὶ τερπνότατα, καὶ εἴ τι τούτοις ὡραῖον φιλοτίμως συνέζευκται, τὴν ἴσην διαφθορὰν ὑφιστάμενα τοῖς ὑπὸ τροπὴν, ἐφάμιλλον τὴν διάλυσιν ἔχουσι· κἂν ὅτι τὸ καθ' ἡμᾶς ἑτεροίως ἔχον παρὰ ταῦτα, τῇ ἀναστάσει τετίμηται· καὶ τῇ ἀνακαινίσει

A dicas : quanquam tibi totam gnosticorum exercitamentorum multiplicem disciplinam velut orbe asciveris. Sic utique, et rerum hujus sæculi, si quæ per vitam fluunt prætereuntque, cessionem mutationemque in nihilum consideraveris. Sive enim divitias dixeris, sive dignitatem, sive deflorentem gloriam, aut imperium, aut magistratum, aut pulchritudinem, aut robur, aut magnitudinem, aut nobilitatem : sive quid aliud, tum quod optimum habeatur humano judicio, tum quod pessimum, eadem, atque ossa nostra, ratione, dissolvendum est. Ac aurum quidem ex auri fodinis assumptum, ac fornaci traditum, ignique probatum, obryzam magis ex ipso patinam aurificibus exhibet : argentum autem igni examinatum, B proxime auro emundatur candoremque induit : item conchylii sanguis purpuram inficit; margaritamque alit marinus zammyx (12): sed et lapis smaragdus viridi colore e terra nascitur; vermisque altus producit sericum; ac marinæ pinnæ, novam molitæ tramam, usum duplicem præbent (13). Echini autem, et capræ, et apes, e quibus illi quidem dulces nobis aquatilium obsoniorum (14) cupedias condiunt, illæ autem lac dulce ab uberibus ubertim stillant : qua novum cen ex tempore, potum præbentes; qua, coagulo, parantes solidam escam : sed et oves eidem usui sunt, ac utræque detonsam pilis lanam proferentes valde mirabilem vestitum subministrant. Hæ demum sexangularum fistularum loculos melle implentes, interim alvearibus abeunt, vindemiantibusque favos dulcedinem distillantes relinquunt : C plane illud sapientiæ specimen, pretiosumque vilis volatilis arte factum, ac usus vitæ inventum, naturæ modulantia in argumentosis volatibus corrogatum. Omnium denique quibus nobis vita constat, utilissima quæque ac suavissima : ac si quid iis ambitiose ad speciem decoremque conjunctum est, eidem, pro mutabilium rerum ratione, corru-

COMBEFISII NOTÆ.

(12) *Zammyx.* Ζάμμυξ. Alius codex ζάμβυξ. Vox est ignotior, et ut videtur peregrina, ut sunt Græci ejusmodi vocum, maxime peregrinis rebus significandis, studiosi, Eustathius ait dictum Jostreum illud lingua Indica *Βέρβερι*, φέρον τὸν θαυμαζόμενον μαργαρίτην λίθον. Sic Athen. lib. III : Γίνονται δὲ πορφύραι τε καὶ ὀστρέων πολὺ πλῆθος τῶν ἄλλων· ἓν δὲ ἴδιον, ὃ καλοῦσιν ἐκεῖνοι *βέρβερι*, ἐξ οὗ ἡ μαργαρίτης λίθος. *Peculiare quoddam dictum ab illis* βέρβερι, *ex quo est margarita lapis.* Damasc. orat. I. in Nativit. Mariæ, communi nomine κόχλον vocat, refertque optime in eamdem Mariam, quæ Margaritum Christum Dominum Spiritus sancti rore fecundante, Virgo concepit. Prodierit ea oratio vix non nova ope regiorum codicum, depravatissime a Billio edita malo codice. Non possum illud secunda in eamdem orat. ad idem omittere, ubi ait Damascenus induisse carnem, ἣν ἐξ ἀχράντων καὶ παρθενικῶν αἱμάτων βαφεῖσαν ἐν πνεύματι, βασιλικῶς ἐκογχύλωσε, Billius, quod mireris *tanquam in conchylium efformavit.* Quis metaphoram ita duram a Damasceni facili ingenio exspectaverit ? Ipse D se Damascenus exponat, quanquam est alioqui clarus in ipsis verbis positis : Καὶ οἱονεὶ πορφύραν βασίλειον ὑποδὺς, περιέθετο τὸ ἡμέτερον φύραμα. Constans ergo est in metaphora regiæ purpuræ, quæ et Andreæ orat. in Nativitatem Mariæ, aliisque communis est. Τὸ, ergo ἐκογχύλωσε, plane est *purpuravit;* quanquam eam vocem Lexica non habent, ut nec plurimos probe Græcas. Plurima revera peccavit Billius in Damasceno, ejus nova editione non permittenda. Habet eamdem fere Andreas Orat. in Nat. sanctæ Mariæ, quem videtur in multis hic assectatus Damascenus.

(13) *Usum duplicem præbent.* Διπλῆν παρέχουσι χρείαν. Ut se nimirum, et squillam, quo monitore præsentem venatum sentiunt, eo nutriant : qua de re Arist. lib. V, *De historia anim,* cap. 15; et Plin. lib. IX, cap. 42, etc.

(14) *Aquatilium obsoniorum cupedias condiunt.* Ἐνύγρων ὄψων νόστιμον καρυκεύουσι σπέρμα. Velut delicatiores cibi, et quasi condimentum proritandæ gulæ. Sunt echini isti et erinacci marini, noti satis pisciculi inter crustatos.

Digitized by Google

ptioni obnoxia, parem interitum subeunt: quanquam in nobis, resurrectionis prærogativa, res aliter atque in aliis habeat, qui resurrectione instaurante Deo effecti conformes, deitatem recipiamus, quæ est gratia.

A τῆς ἀναστάσεως Θεῷ συμμορφούμενον, τὴν ἐν χάριτι θέωσιν ἐπιδέχεται.

Hinc habes, dilecte, miseræ nostræ sortis exploratiorem obscuritatem. Vin' et hac tibi ignominia ignominiosiorem vilitatem ostendam? Primam accipe inconstantis nostræ vertiginis imaginem; diurnam, inquam, rerum velut rotationem. Utique enim res nostras videbis non eodem statu, sed quæ quotidie ceu errore ferantur; atque pars quidem, susdeque instabiliter vertantur; pars autem, tumultuarie nulloque delectu permisceantur, nec prorsus firmitatem aliquam constantem habeant: mihique quæ sunt humana vere delineanti fidem adhibe; exque iis quæ quotidie fiunt, planam probationem accipe. Videsis enim, qualiter nostra habeant. Qui heri inauratis sedibus sublimis curru vehebatur, superciliis elatis frontosusque, turbis quas ciebat intolerabilis militaribusque circumquaque stipantibus ordinibus, hodie tumulo deponitur, gestatur lecto, deploratus, miserabilis, ad sepulcrum elatus mortuus, circumglomerata multitudine, canticis lugubribus personantibus, cereis prælucentibus, ac brevi post, omnibus relinquentibus. Quippe demortui amicus, ad usque solum sepulcrum. Quem heri faustis prosequebantur ominibus, hodie deplorant. Qui heri magistratu tumebat, hodie adversa tenetur valetudine. Qui heri in civitate erat, hodie versatur in lecto. Qui heri formidabilis, hodie fetet. Qui heri C speciosus, hodie nauseam movet. Qui heri magnus, hodie niger. Qui heri domi, hodie depositus tumulo. Qui heri perspirabat unguenta, male hodie olet, et vermibus scatet; cariem redolet, et est plenus fetore.

Ἔχεις ἐντεῦθεν, ἀγαπητὲ, βεβαιοτέραν τῆς ἡμετέρας περιπετείας τὴν ἀδηλότητα. Βούλει σοι καὶ ταύτης ἑτέραν δείξω τῆς ἀδοξίας ἀτιμωτέραν εὐτέλειαν; Λάβε μοι πρώτην εἰκόνα τῆς ἡμῶν ἀστάτου περιτροπῆς, τὴν καθημέραν λέγω τῶν πραγμάτων περιφορὰν καὶ ἀλλοίωσιν. Ὁρᾷς γὰρ ἴσως οὐκ ἐν ταυτῷ τὰ ἡμέτερα· τηνάλλως δὲ καθημέραν παρατρεπόμενα· καὶ τὰ μὲν ἀστάτως ἄνω καὶ κάτω στρεφόμενα· τὰ δὲ χύδην ἢ φύρδην ἀναμιγνύμενα, καὶ συνόλως τὸ στάσιμον οὐκ ἔχοντα βέβαιον· καί μοι πρὸς ἀλήθειαν τὰ καθ' ἡμᾶς ὑπογράφοντι, πείσθητι, καὶ διὰ τῶν ὁσημέραι τελουμένων, δέχου σαφῆ τὴν ἀπόδειξιν. Ἴδε γὰρ οἷα νῦν τὰ ἡμέτερα· ὁ χθὲς ἐπιδίφριος χρυσοκολλήτοις θώκοις ἐνθρονιζόμενος, ἄνω τὰς ὀφρῦς ἔχων, καὶ κυκεῶν ἀκαρτέρητα, καὶ πλήθει ταγμάτων περιστοιχούμενος, σήμερον ἐπιτύμβιος, κλινοφορούμενος, σχέτλιος, ἐλεεινὸς, ἐν τάφῳ νεκρὸς ἀπαγόμενος, πλήθει κυκλούμενος, θρηνούμενος [38], κτηρίοις δαδουχούμενος, καὶ μετ' ὀλίγον, πρὸς πάντων ἀφέμενος. Νεκροῦ γὰρ φίλος, ἄχρι μόνον τοῦ μνήματος. Ὁ χθὲς εὐφημούμενος, σήμερον οἰκτιζόμενος· ὁ χθὲς δυναστεία φυσώμενος, σήμερον ἀῤῥωστίᾳ συνεχόμενος· ὁ χθὲς ἐν πόλει, σήμερον ἐν κλίνῃ· ὁ πρὸ μικροῦ φοβερὸς, σήμερον ὀδωδώς· ὁ χθὲς ὡραῖος, σήμερον φευκτέος. Ὁ σήμερον μέγας, αὔριον μέλας· ὁ χθὲς ἐν οἴκῳ, σήμερον ἐν τάφῳ· ὁ χθὲς μυριζόμενος, σήμερον ὀζόμενος, καὶ σκωλήκων βρύων, καὶ σαπρίας ἀπόζων, καὶ δυσωδίας πλήρης.

Viden' ad quantum dedecus nostra illa existimata gloria et nobilitas devenit? Vidistin' exsuperantem mutationem, gloriæque et rerum variationem ac alterationem? Nosti quo tendant humana? Nam cedo, ubi divitiæ? Ubi vero jactantia et fastus? Ubi equi auratis frenis? Ubi Indicarum gemmarum ingentis pretii splendida circumposita ornamenta? Ubi monilia aurea? Ubi currentes a latere, præeuntes, satellites, qui submoveant obvios omnes atque conturbent; magistratus, imperia, concilia, edicta, bellica facinora? Nonne omnia cinis? Nonne terra universa et pulvis, ac viliora umbra? Ubi universa hæc? Transierunt. Ubi tanta gloria? Ubi usus? Periit. Ubi hic aut ille, qui heri præ omnibus gloriabantur, magistratusque amplitudine plerisque eminebant? Ubi ille talis amicus? Defunctus est. Ubi vero illius uxor, hujusve filia, ac filius istius? Defecerunt; hic quidem nuper, ille a longo tempore; hic quidem in alieno solo, hic autem in patria; atque hic aquis submersus, ille a bestiis devora-

Εἶδες, εἰς οἷον ἀδοξίας ἡμῖν ἡ δοκοῦσα κατήντησεν εὔκλεια; Εἶδες μεταβολῆς ὑπερβολὴν, καὶ ὄξης καὶ πραγμάτων παραλλαγὴν καὶ ἀλλοίωσιν; Ἔγνως, ὅποι χωρεῖ τὰ ἡμέτερα; Ποῦ γὰρ ὁ πλοῦτος; εἰπέ μοι· ποῦ δὲ ὁ κόμπος; ποῦ οἱ χρυσοχάλινοι ἵπποι; τὰ ἐκ λίθων Ἰνδικῶν βαρυτίμων περιφανῆ περιθέματα; τὰ ἐκ χρυσοῦ περιδέῤῥαια, οἱ παρατρέχοντες, οἱ προάγοντες, οἱ δορυφόροι, οἱ τὸ πᾶν σοβοῦντες καὶ συνταράσσοντες, αἱ δυναστεῖαι, τὰ κράτη, τὰ βουλευτήρια, τὰ προγράμματα, τὰ ἐν πολέμοις ἀνδραγαθήματα; Οὐ πάντα τέφρα; οὐ πάντα γῆ καὶ σποδός, καὶ σκιᾶς εὐτελέστερα; Ποῦ ταῦτα πάντα; οἴχεται. Ποῦ ἡ τοσαύτη δόξα, ποῦ ἡ χρῆσις; ἀπόλωλε. Ποῦ ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα, οἱ χθὲς μέγα παρὰ πάντας ἀνειλημμένοι γαυρίαμα, καὶ δυναστείας ὄγκῳ τῶν πολλῶν ὑπερέχοντες; Ποῦ δὲ ὁ φίλος ὁ δεῖνα; κεκοίμηται. Ποῦ δὲ ἡ τοῦδε γυνὴ, καὶ ἡ τῆσδε θυγάτηρ, καὶ ὁ τοῦδε υἱός; ἐκλελοίπασιν. Ὁ μὲν πρὸ βραχέος, ὁ δὲ πρὸ πολλοῦ· ὁ μὲν ἐπ' ἀλλοδαπῆς, ὁ δὲ ἐπὶ τῆς πατρίδος· ὁ δὲ ὑποβρύχιος· ὁ δὲ θηριάλωτος. Εἰκότως οὖν ἀφαρμόσει τούτοις τὸ τοῦ Ἐκκλησια-

VARIÆ LECTIONES.

[38] *Alii.* Ὀρηνφδούμενος.

Digitized by Google

στοῦ ῥητὸν, φήσαντος· « Ματαιότης ματαιοτήτων· τὰ πάντα ματαιότης, καὶ προαίρεσις πνεύματος. » Εἰ γὰρ, κατ' αὐτὸν ἐκεῖνον αὖθις εἰπεῖν τὸν θειότατον, « Τὰ πάντα ἐκ τοῦ χοὸς γέγονε, καὶ τὰ πάντα εἰς τὸν χοῦν ἐπιστρέφει· συνάντημα δὲ τοῦ κτήνους, ὡς συνάντημα [ἐν] ἀνθρώποις· καὶ ὡς ὁ θάνατος τούτου, οὕτως ὁ θάνατος τούτου· καὶ οὐδὲν ἐπερίσσευσεν ἄνθρωπος παρὰ τὸ κτῆνος· καὶ τίς εἶδε τὸ πνεῦμα οἷον [39] τοῦ ἀνθρώπου· εἰ ἀναβαίνει αὐτὸ εἰσάνω; καὶ [τὸ πνεῦμα] τοῦ κτήνους, εἰ καταβαίνει κάτω εἰς γῆν; » Μάτην οὖν ἡμῖν ὁ κόπος, καὶ ἡ τοῦ πλούτου τρυφὴ, καὶ ἡ ἐπ' ἀδήλῳ κειμένη τῶν ῥεόντων εὐπάθεια. Καὶ εἰ βούλει μικρὸν αὐτοῦ που τὸν λόγον ἀναλαβὼν, ὑποδείξω τὴν ὅλην τοῦ βίου διαγωγὴν, περιφορᾶς οὐδὲν διαφέρουσαν.

Ἄκουε γοῦν, οἷα τῷ καθ' αὑτὸν ὑποδείγματι ὡς ἐν εἰκόνι τὰ καθ' ἡμᾶς διαγραφόμενος ὁ Ἐκκλησιαστὴς, ὑποτίθεται. « Ἐγὼ, φησὶν Ἐκκλησιαστὴς, ἐγενόμην βασιλεὺς ἐπὶ Ἰσραὴλ ἐν Ἰερουσαλήμ· καὶ ἔδωκα τὴν καρδίαν μου. τοῦ ἐκζητῆσαι, καὶ τοῦ κατασκέψασθαι ἐν τῇ σοφίᾳ περὶ πάντων τῶν γενομένων [40] ὑπὸ τὸν οὐρανόν· ὅτι περισπασμὸν πονηρὸν ἔδωκεν ὁ Θεὸς τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, τοῦ περισπᾶσθαι ἐν αὐτῷ. Καὶ εἶδον σύμπαντα τὰ ποιήματα τὰ πεποιημένα ὑπὸ τὸν ἥλιον, καὶ ἰδοὺ τὰ πάντα ματαιότης καὶ προαίρεσις πνεύματος. » Καὶ αὖθις· « Ἰδοὺ ἐγὼ ἐμεγαλύνθην, καὶ προσέθηκα σοφίαν ἐπὶ σοφίαν πᾶσαν, ἣ οἱ ἔμπροσθέν [41] μου ἐπὶ Ἰερουσαλήμ· καὶ ἔδωκα τὴν καρδίαν μου γνῶναι σοφίαν καὶ γνῶσιν. [Καὶ καρδία μου εἶδε πολλὰ, σοφίαν καὶ γνῶσιν], παραβολὰς καὶ ἐπιστήμην. Ἔγνων ἐγὼ, ὅτι καί γε τοῦτό ἐστι προαίρεσις πνεύματος· ὅτι ἐν πλήθει σοφίας πλῆθος γνώσεως· καὶ ὁ προστιθεὶς γνῶσιν, προστίθησιν ἄλγημα. » — « Τῷ γέλωτι εἶπα περιφορὰν, καὶ τῇ εὐφροσύνῃ, Τί τοῦτο ποιεῖς; » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Ἐμεγάλυνα, φησὶ, ποίημά μου, ᾠκοδόμησά μοι οἴκους, ἐφύτευσά μοι ἀμπελῶνας, ἐποίησά μοι κήπους καὶ παραδείσους, καὶ ἐφύτευσα ἐν αὐτοῖς πᾶν ξύλον πάγκαρπον. Ἐποίησά μοι κολυμβήθρας ὑδάτων, τοῦ ποτίσαι

A tus. Jure igitur merito congruet istis verbum illud Ecclesiastæ dicentis : « Vanitas vanitatum : omnia vanitas, et præsumptiospiritus[y] (15). » Cum enim, ut iterum cum admirabilissimo illo dicam : « Omnia facta sint de pulvere, etiam omnia revertuntur in pulverem : et eventus pecoris, sicut quod hominibus evenit : et sicut mors hujus, ita mors illius; et nihil abundavit homo a pecore; et quis novit spiritus filiorum hominis si ascendat ipse sursum; et spiritus pecoris, si descendat ipse deorsum in terram [z]? Frustra ergo laboramus, et deliciamur divitiis, rerumque fluxarum incerto afficimur. Quod si libet, resumpto parum ejus sermone, totam vitæ nostræ rationem nihil a circumlatione adversam ostendam.

B Audi itaque, qualia suo ipse exemplo, ceu in imagine, nostra depingens Ecclesiastes doceat. « Ego, » inquit Ecclesiastes, « fui rex super Israel in Jerusalem : et dedi cor meum ad inquirendum et considerandum in sapientia de omnibus quæ facta sunt sub cœlo : quoniam distensionem malam dedit Deus filiis hominum, ut distendantur in ea. Et vidi universa opera quæ facta sunt sub sole : et ecce omnia vanitas, et præsumptio spiritus [a]. » Et iterum : « Ecce ego magnificatus sum, et adjeci sapientiam supra sapientiam, plusquam ii qui fuerunt ante me in Jerusalem. Et dedi cor meum ut noscerem sapientiam et scientiam : [Et cor meum vidit multa, sapientiam et scientiam,] parabolas et scientiam. C Cognovi ego, quia et hoc est præsumptio spiritus. Quia in multitudine sapientiæ, multitudo cognitionis : et qui apponit scientiam, apponit dolorem [b]. » — « Risui dixi circumlationem, et jucunditati, Quid hoc facis [c]? » Et post pauca : « Magnificavi, inquit, opus meum; ædificavi mihi domos; plantavi mihi vineas; feci mihi hortos, et pomaria, et plantavi in illis omne lignum omnis (16) fructus. Feci mihi piscinas aquarum, ad irrigandum ex eis nemus fruticum ac arbores (17). Possedi servos et ancillas; et vernaculi fuerunt

[y] Eccle. I, 2. [z] Eccle. III, 19, 21. [a] Eccle. I, 13, 14. [b] ibid. 16, 18. [c] Eccle. II, 2.

VARIÆ LECTIONES.

[39] γρ. υἱῶν ut apud Septuag. [40] Apud Septuag. γινομ. [41] *Al.* ἐπὶ πᾶσιν, οἱ ἐγένοντο ἔμπροσθεν, ut Septuag.

COMBEFISII NOTÆ.

(15) *Et præsumptio spiritus.* Καὶ προαίρεσις πνεύματος. Velut animi cogitationes et motus, quos homo, et quibus, se volens pascat, atque affligat : *Songes creux :* meliusque expressit Vulg. Afflictio spiritus. Tigur. Animi molestia. Hebraice est רעות רוח : Aquila. καὶ νομὴ ἀνέμου, *pastio venti :* æquivoco nomine Hebræo רוח sicut et nobis nomine *Spiritus*, ad ventum et animam : ut τὸ προαίρεσις reddatur, *præsumptio*, permittit Hieronymus, etsi non omnino probat : ac vere novum est et insolens. Quod paulo post sequebatur post illa verba : Ἐγὼ, φησὶν Ἐκκλησιαστὴς, ἐμεγαλύνθην καὶ προσέθηκα, velut posita anticipato, et pertinentia ad sequentia, ubi suo loco renuntur, delevimus : alioque clausa ex textu LXX, adjecimus. Sunt crebræ lacunæ ubi citantur loci, ac præcipue, sicubi eadem repetantur verba, ut illic accidit. Eadem vox Hebraica est quam LXX γνῶσιν et ἐπιστήμην, reddiderunt, velut tantum variantes ad ornatum.

(16) *Omne lignum omnis fructus.* Πᾶν ξύλον πάγκαρπον. Deest altero codice τὸ, πᾶν. LXX, ξύλον πᾶν καρποῦ, quod idem est; habentque Hebræa ad verbum. Vulg. *Consevi ea cuncti generis arboribus :* quod est paulo latius : non restringendo ad pomiferas, quæ sola sunt פרי עץ.

(17) *Nemus fruticum et arbores.* Δρυμὸν βλαστῶν καὶ τὰ ξύλα. Ita uterque codex. Sed melius LXX. βλαστῶντα ξύλα. Vulg. *Silvam lignorum germinantium.* Sed est res levior.

Digitized by Google

mihi : et quidem possessiones armenti et ovium multæ fuerunt mihi, supra omnes qui fuerunt ante me in Jerusalem. Congregavi mihi etiam argentum et aurum, et opes regum et provinciarum. Feci mihi cantores et cantatrices, et delicias filiorum hominum; vini fusores, et vini fusitrices. Et omne quod postulaverunt oculi mei, non abstuli ab eis. Non prohibui cor meum ab omni lætitia : quia cor meum lætatum est in omni labore meo. Et respexi ego ad omnia opera mea, quæ fecerunt manus meæ, et in laborem meum, quo laboraveram faciendo. Et ecce omnia vanitas, et præsumptio spiritus [d]. »

A ἀπ' αὐτῶν δρυμὸν βλαστῶν, καὶ τὰ ξύλα. Ἐκτησάμην δούλους καὶ παιδίσκας, καὶ οἰκογενεῖς ἐγένοντό μοι· κτήσεις γε βουκολίου καὶ ποιμνίου πολλαὶ ἐγένοντό μοι ὑπὲρ πάντας τοὺς γενομένους ἔμπροσθέν μου ἐν Ἱερουσαλήμ. Συνήγαγόν μοι καὶ ἀργύριον καὶ χρυσίον, καὶ περιουσιασμοὺς βασιλέων καὶ χωρῶν. Ἐποίησά μοι ᾄδοντας καὶ ᾀδούσας, καὶ ἐντρυφήματα υἱῶν τῶν ἀνθρώπων· οἰνοχόους καὶ οἰνοχόας· καὶ πᾶν ὃ ᾔτησαν οἱ ὀφθαλμοί μου, οὐκ ἀφεῖλον ἀπ' αὐτῶν. Οὐκ ἀπεκώλυσα καρδίαν μου ἀπὸ πάσης εὐφροσύνης· ὅτι ἡ καρδία μου εὐφράνθη ἐν παντὶ μόχθῳ μου· καὶ ἐπέβλεψα ἐγὼ ἐν πᾶσι ποιήμασί μου οἷς ἐποίησαν αἱ χεῖρές μου, καὶ ἐν μόχθῳ μου ᾧ ἐμόχθησα τοῦ ποιεῖν. Καὶ ἰδοὺ τὰ πάντα ματαιότης, καὶ προαίρεσις πνεύματος. »

Vides, ad quam vilitatem vita nostra procedat? Vidistin' quonam miseriæ gloria tanta nostrum redigat fastum? Abstine igitur, homo, ab ejuscemodi voluptatibus, nec iis diffluere velis, quæ sunt hodie, nec in crastinum erunt : ac ne luxeris eum qui defunctus, rerum omnium vanitatem reliquit, resque manentes caducis commutavit : rursus enim sermonem ad eum convertam. At misereris juventæ? Enimvero tui ipsius veterati miserere, qui ad tantam profectus canitiem, fors nihil e virtute gesseris. At, inquit, adhuc juvenis filius, cui a pubertatis annos necdum attigisset, ac neque dulci hac luce frui licuisset, velut jejunus adhuc bonorum vitæ, ut sic dicam, ita abactus est? Sed ita puer, plenus, barbatusque, ac matura ætate, certansque melioribus cum coætaneis, quibus concelitur ut clari virtute fiant, Creatori astitisset? Enimvero, haud immortalis erat. At futurum erat ut et conjugii societatem iniret, parensque filiorum efficeretur, et claritas generis, ac gloriosus senex? Enimvero non erat non morti obnoxius. At sapiens adolescens erat, acrique ingenio ac multa eruditionis peritia plerisque præstans, sociosque naturæ acumine, bonaque voluntate, et morum compositione ac vitæ institutis superans? Verum non erat æternas. Debebat jam deinceps adolescens etiam magistratibus augeri, gloriamque et dignitates, quibus vita præsens honestatur, capessere? At non erat ejusmodi, ut ei alius successurus non esset. Quod si defuncta puella quædam est, eaque ejusmodi, ut et venustate, et ætatis vigore, et magnitudine corporis, et genarum rubore floreque, aspicientium oculos ceu quadam luce perstringeret; quæque omni reliquo feminæ congruo pretioso que mundo muliebri magnifice ornata esset : sed et domus nuptialibus comparatam thalamis, et quæ esset futura prolium mater, familiæque et generis instauratio. Enimvero alius ei thalamus paratus est : enimvero sic Providentiæ visum est. Fuit quæ migrat filiorum parens, et quæ pul-

B Ὁρᾷς, εἰς ὅσην εὐτέλειαν ἡμῶν ὁ βίος πρόεισιν; Εἶδες ὅποι ταλαιπωρίας, ἡλίκη δόξα τὸν ἡμέτερον ἴστησι τύφον; Ἀπόσχου τοιγαροῦν, ἄνθρωπε, τῆς περὶ ταῦτα ῥᾳστώνης, καὶ μὴ βούλου θρύπτεσθαι τοῖς σήμερον οὖσιν, οὐκ οὖσι δὲ αὔριον. Μηδὲ θρήνει τὸν τελευτῶντα, καὶ πάντων ἀφέμενον τὴν ματαιότητα, καὶ τὰ μένοντα τῶν ῥεόντων ἀντιλλαξάμενον· πρὸς αὐτὸν γὰρ αὖθις τῷ λόγῳ τετράψομαι. Ἀλλ' ἐλεεῖς αὐτοῦ τὴν νεότητα; ἀλλὰ σαυτὸν ἐλέησον γεγηρακότα, καὶ μέχρι τῆσδε τῆς πολιᾶς, ἀρετῆς τάχα κατωρθωκότα μηδέν. Ἀλλὰ νέος, φησὶν, ὁ παῖς καὶ πρὸς ἥβην οὔπω παρεληλακὼς, δ; οὐδὲ τοῦ ἡδίστου τούτου φωτὸς παραπέπλαυσεν, ἄγευστος, ὡς ἄν τις φαίη, τῶν τοῦ βίου καλῶν ἀπηγμένος; Ἀλλ' οὕτω παρέστη τῷ Κτίσαντι, πλήρης ἢ γενειὰς, καὶ πρὸς μέγεθος ἡλικίας ὁ ποῖς, καὶ τοῖς ἥλιξιν ἐν τοῖς ἀμείνοσιν ἀμιλλώμενος, οἷς τὸ ἐνευδοκιμεῖν νέοις προσγίνεται; Ἀλλ' οὐκ ἦν ἀθάνατος. Ἔμελλε καὶ πρὸς γάμου κοινωνίαν ἐλθεῖν, καὶ παίδων γενέσθαι πατὴρ, καὶ γένους εὐκληρία, καὶ γῆρας καυχήσεως; Ἀλλ' οὐκ ἦν ἀτελεύτητος. Σοφὸς ὁ νεανίας, ἀγχινοίᾳ καὶ πολυπειρίᾳ παιδεύσεως τῶν πολλῶν διαφέρων, καὶ τοὺς ἑταίρους τάχει φύσεως καὶ χρηστῶν ἠθῶν γνώμῃ καὶ καταστάσει [a] καὶ βίου τρόποις ὑπερβαλλόμενος; Ἀλλ' οὐκ ἦν αἰώνιος. Ἔδει καὶ πρὸς ἀρχὰς ἤδη λοιπὸν τὸν νεανίαν ἀνάγεσθαι, δόξης τε ἀξιωμάτων ἃ τὸν τῇδε βίον καταγεραίρει, ὀράξασθαι; Ἀλλ' οὐκ ἦν ἀδιάδοχος. Εἰ δὲ κόρη τις ἡ τελευτῶσα καθέστηκεν, ὥρᾳ τε, καὶ ἡλικίᾳ, καὶ μεγέθει σώματος, καὶ τῷ περὶ τὰς παρειὰς ἐρεύθῳ, τὰς τῶν ὁρώντων ὄψεις περιαυγάζουσα· πάσῃ τε τῇ λοιπῇ καὶ γυναικὶ πρεπούσῃ, καὶ στολῇ τιμίᾳ ἡ ποῖς κεκαλλώπιστο· καὶ γὰρ καὶ ὤμεν αὐτὴν καὶ γαμικοῖς θαλάμοις ἐμπρέπουσαν, καὶ τέκνων ἐσομένην μητέρα, καὶ γένους ἀνόρθωσιν· ἀλλ' ἕτερος ἡτοιμάσθη ταύτῃ νυμφών· ἀλλ' οὕτως ἔδοξε τῇ Προνοίᾳ. Μήτηρ ὑπῆρχε παίδων ἡ μεταστᾶσα, κάλλει τε καὶ συνέσει καὶ σωφροσύνῃ προὔχουσα τῶν πολλῶν, ἔργοις τε οἷς ἂν εἰκονίζεται γυνὴ φιλεργὸς, καὶ ἀνδρεία, καὶ φιλάνδρος·

[d] Eccle. II, 4-11.

VARIÆ LECTIONES.

[a] *Add.* γνώμης χρηστότητι, καὶ ἠθῶν καταστάσει.

Digitized by Google

οὐ τὰς χεῖρας πρὸς ἄτρακτον ἡπλωμένας ἔχουσα μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ πρὸς ἅπαν ἀρετῆς εἶδος ἐκτεταμένας· κουροτρόφος τε καὶ φιλότεκνος, καὶ καλῶς ἄγαν ἐποικουροῦσα τὸν βίον, καὶ χήραις ἐπαρκοῦσα, καὶ ξένοις στέγης μεταδιδοῦσα, καὶ πτωχοῖς ἐπαρκοῦσα, καὶ εἴ τι τῶν καλῶν κατορθοῦσα; Ἀλλ' ἔδει θνητὴν πάντως οὖσαν αὐτὴν, θανάτου πεῖραν λαβεῖν. Τὸ γὰρ αὐτὸ πᾶσι πρόκειται τέλος. Ἄγε δὴ οὖν πεισθέντες ἐμοὶ (καλῶ γὰρ ἅπαντας τοὺς ὅσοι τῶν ἡμετέρων φιλοπόνως ἀκηκόατε λόγων. Οἶμαι δὲ πάντας ἐχέφρονι λογισμῷ τῶν αὐτῶν ὑποθηκῶν εἰληφέναι τὴν δι' ἀληθείας ἀπόδειξιν), μίαν ἀναλαβόντες φωνὴν κοινὴν, τὴν θείαν καὶ μακαρίαν τῆς ἀπαθοῦς φύσεως κυριότητα, καὶ θειότητα, καὶ δεσποτείαν, εὐχαριστηρίοις ἀνευφημήσωμεν ὕμνοις· Εὐλογητὸς, ᾄδοντες, ὁ μόνος αἰώνιος· ὁ μόνος ἀδιάδοχος· « ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν, φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον· » ᾧ ἡ δόξα, τιμὴ καὶ κράτος αἰώνιον εἰς τοὺς σύμπαντας αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Τοῦ Γεδεὼν τὸν πόκον νόει, ψυχή μου · ἐξ οὐρανοῦ τὴν δρόσον ὑπόδεξαι. Καὶ κῦψον ὥσπερ κύων · καὶ πίε τὸ νᾶμα τὸ ἐκ νόμου ῥυὲν τῇ ἀποθλίψει τοῦ γράμματος.

Cogita, o anima mea, vellus Gedeonis [p]: suscipe rorem de cœlo: te ut canis inclina (42), ac bibe fluentem a lege, pressa littera, laticem.

Στιχ. Μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι.

Vers. Beati qui persecutionem patiuntur, etc.

Ἡλεὶ τοῦ ἱερέως τὴν καταδίκην, ψυχή μου, ἀπεσπάσω δι' ἔνδειαν φρενῶν · ἀνασχομένη τὰ πάθη ἐν σοὶ, ὥσπερ κἀκεῖνος τὰ τέκνα ἐνεργεῖν τὰ παράνομα.

Heli sacerdotis [q] damnationem illam, o anima mea, præ mentis inopia, ascivisti: quæ passa sis, ut affectiones, iniqua in te; quemadmodum ipse ut filii, perpetrarent.

Στιχ. Μακάριοί ἐστε ὅταν ὀνειδήσωσιν ὑμᾶς.

Vers. Beati eritis cum exprobraverint vobis.

Ἐν τοῖς Κριταῖς Λευίτης, δι' ἐμμελείας τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα, ταῖς δώδεκα φυλαῖς διεῖλε, ψυχή μου, ἵνα τὸ μῦσος θριαμβεύσῃ τὸ ἐκ Βενιαμὶν, τὸ παράνομον.

Scite Levites, ut est Judic. libro [r], o anima mea, uxorem suam, in duodecim tribus membratim divisit, ut nefarium Benjamitarum scelus traduceret.

[i] Matth. v, 3. [j] Judic. XIII, 7, 22. [k] Judic. XVI, 20. [l] Judic. XV, 15. [m] Judic. IV, 5; XI, 1. [n] Judic. IV, 17. [o] Judic. XI, 34. [p] Judic. VII, 5. [q] I Reg. II, 12. [r] Judic. XIX, 29.

VARIÆ LECTIONES.

[16] Ἰαὴλ.

COMBEFISII NOTÆ.

(42) *Te ut canis inclina.* Quod nimirum profusio in spiritalibus ad quæ hortatur, non imbellem arguant animum, sed generosum, et qui sit aptus prœliis Domini; pulchra plaque allusio.

Digitized by Google

Vers. Gaudete et exsultate, quia merces vestra.

Orans sapiens Anna [s], labia quidem ad laudem movebat; at vox ejus haudquaquam foris sonabat; ipsa nihilominus sterilis, dignum precibus filium partu edit.

Vers. Memento nostri, Domine, cum veneris.

Annæ proles, magnus Samuel, quem Armathæa illa educavit in domo Domini, judicibus accensus, judex fuit [t]; eum tu, anima mea, æmulare; tuaque ipsius opera, ante alios, judica.

Vers. Memento nostri tu, here, cum veneris.

Electus David in regem, divini olei cornu, more regio unctus est [u]: age ergo, anima mea, si cupis regnum cœleste, velut unguento lacrymis ungere.

Vers. Memento nostri, sancte, cum, etc.

Tu misericors, miserere figmenti tui: miserare opus manuum tuarum, ac parce peccatoribus omnibus; mihique cum primis, qui præ omnibus tua mandata despexi.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto.

Ingenito (43), Natoque, et Procedenti: Patrem adoro qui genuit: glorifico Filium qui genitus est: pari claritate cum Patre et Filio Spiritum sanctum, canticis celebro.

In Deipar.

Divinum tuum Filium adoramus; non dividentes, o Dei Genitrix, quam ex te natus infans natura gloriam habet. Quippe unum persona, duplicem naturis confitemur.

Ode 7. Hirmus.

« Peccavimus; inique egimus; injuste fecimus [v] » coram te, nec servavimus, autve fecimus, quemadmodum nobis mandasti: verum ne nos, tu Deus patrum, tradideris in finem.

Peccavi, inique egi, ac mandatum tuum violavi: quippe natus sum in peccatis, addidique vulnus livoribus meis: verum tu velut misericors, qui patrum es Deus, miserere.

Occulta cordis mei tibi meo judici annuntiavi; vide humilitatem meam; vide et meam afflictionem, ac intende judicio meo; meique ipse ut misericors, qui es Deus patrum, miserere [x].

Cum olim Saul, o anima, patris sui asinas amisisset [y]; accessione ad oraculum (44), ceu aliud agens, regnum invenit: vide autem, ne nescia, brutas tuas cupiditates præferas regno Christi.

A *Στιχ. Χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε ὅτι ὁ μισθὸς ἡμῶν·*

Ἡ φιλοσώφρων Ἄννα προσευχομένη, τὰ χείλη μὲν ἐκίνει πρὸς αἴνεσιν· φωνὴ δὲ ταύτης οὐκ ἐξηχεῖτο· ἀλλ' ὅμως στεῖρα οὖσα, υἱὸν τῆς προσευχῆς τίκτει ἄξιον.

Στιχ. Μνήσθητι ἡμῶν, Κύριε, ὅταν ἔλθῃς.

Ἐν τοῖς Κριταῖς, ὁ Ἄννης ἐκρίθη γόνος, ὁ μέγας Σαμουὴλ, ὃν ἐθρέψατο ἡ Ἀρμαθαὶμ ἐν οἴκῳ Κυρίου· αὐτὸν ζήλου, ψυχή μου, καὶ κρῖναι πρὸ τῶν ἄλλων τὰ ἔργα σου.

Στιχ. Μνήσθητι ἡμῶν, Δέσποτα, ὅταν ἔλθῃς.

Δαβὶδ εἰς βασιλέα ἐκλελεγμένος, βασιλικῶς ἐχρίσθη τῷ κέρατι τοῦ θείου μύρου· σὺ οὖν, ψυχή μου, τὴν ἄνω βασιλείαν εἰ θέλεις, μύρῳ χρῖσαι τοῖς δάκρυσιν.

B *Στιχ. Μνήσθητι ἡμῶν, ἅγιε, ὅταν.*

Ἐλέησον τὸ πλάσμα σου, ἐλέημον· οἰκτειρον τῶν χειρῶν σου τὸ ποίημα, καὶ φεῖσαι πάντων ἡμαρτηκότων, κάμοῦ τοῦ ὑπὲρ πάντας τοῖς σοῖς ὑπεριδόντος προστάγμασιν.

Δόξα Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, καὶ ἁγίῳ Πνεύματι.

Ἀνάρχῳ, καὶ Γεννηθέντι, καὶ Προόδῳ. Πατέρα προσκυνῶ τὸν γεννήσαντα· καὶ Υἱὸν δοξάζω τὸν γεννηθέντα· ὑμνῶ τὸ συνεκλάμπον Πατρί τε καὶ Υἱῷ, τὸ Πνεῦμα ἅγιον.

Θεοτόκ.

Τὸν ὑπὲρ φύσιν Τόκον σου προσκυνοῦμεν· τὴν κατὰ φύσιν δόξαν τοῦ βρέφους σου μὴ διαιροῦντες, Θεογεννῆτορ. Ὁ εἷς γὰρ τῷ προσώπῳ, διττὸς ὁμολογεῖται ταῖς φύσεσιν.

C *Ὠδὴ ζ'. Ὁ Εἱρμός.*

« Ἡμάρτομεν· ἠνομήσαμεν· ἠδικήσαμεν » ἐνώπιόν σου, οὐδὲ συνετηρήσαμεν, οὐδὲ ἐποιήσαμεν, καθὼς ἐνετείλω ἡμῖν· ἀλλὰ μὴ παραδῴης ἡμᾶς εἰς τέλος, ὁ τῶν πατέρων Θεός.

Ἡμάρτηκα, ἐπλημμέλησα, καὶ ἠθέτησα τὴν ἐντολήν σου· ὅτι ἐν ἁμαρτίαις προῆχθην, καὶ προσέθηκα τοῖς μώλωψι τραῦμα ἐμοί· ἀλλ' αὐτὸς ἐλέησον ὡς εὔσπλαγχνος, ὁ τῶν πατέρων Θεός.

Τὰ κρύφια τῆς καρδίας μου ἐξηγόρευσά σοι τῷ κριτῇ μου· ἴδε μου τὴν ταπείνωσιν· ἴδε καὶ τὴν θλῖψιν μου, καὶ πρόσχες τῇ κρίσει μου· καὶ αὐτός με ἐλέησον ὡς εὔσπλαγχνος, ὁ τῶν πατέρων Θεός.

Σαοὺλ ποτε, ὡς ἀπώλεσε τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ, D ψυχὴ, τὰς ὄνους, πάρεργον τὸ βασίλειον εὗρε πρὸς ἀνάῤῥησιν [17]· ἀλλ' ὅρα, μὴ λάθῃς σαυτὴν τὰς κτηνώδεις ὀρέξεις σου προκρίνουσα τῆς βασιλείας Χριστοῦ.

[s] I Reg. I, 13. [t] I Reg. VII, 15. [u] I Reg. XVI, 13. [v] Dan. IX, 5. [x] Psal. XXXVII, 19; XXIV, 18; XXXIV, 23. [y] I Reg. X, 2.

VARIÆ LECTIONES.

[17] *Alii.* ἀνάῤῥυσιν.

COMBEFISII NOTÆ.

(43) *Ingenito.* Cogimur ita explicare. τὸ, ἀνάρχῳ· appropriatum Patri, et contra γέννησιν et πρόοδοι, quibus Filius, et Spiritus sanctus, secundum propriam cujusque emanationem significantur, distinctum; ut peculiariter dicatur per negationem τῆς αἰτίας, et principii essendi, quod est nostrum *ingenitum*, eodem sensu Patri proprium; nec a Trinitate removendum, quanquam eo olim abusi sint hæretici, ut est apud Athanasium.

(44) *Accessione ad oraculum.* Πάρεργον τὸ βασίλειον πρὸς ἀνάῤῥησιν. Accipimus secundum quod exponitur ab Hesychio: πρόῤῥησις· προαγόρευσις. Ut significet non tantum eductum a Samuele

Digitized by Google

Δαβὶδ ποτε ὁ πατρόθερς, εἰ καὶ ἥμαρτε διττῶς, A ψυχή μου· (βέλει μὲν τοξευθεὶς τῆς μοιχείας, τῷ δὲ δόρατι ἀλοὺς τῆς τοῦ φόνου ποινῆς·) ἀλλ' αὐτὴ τὰ βαρύτερα τῶν ἔργων νοσεῖς, ταῖς κατὰ γνώμην ὁρμαῖς.

Συνῆψε μὲν ὁ Δαβὶδ ποτε ἀνομήματι τὴν ἀνομίαν· φόνῳ γὰρ τὴν μοιχείαν ἐκίρνα τὴν μετάνοιαν εὐθὺς παραδείξας διπλῆν· ἀλλ' αὐτὴ πονηρότερα εἰργάσω, ψυχή, μὴ μεταγνοῦσα Θεῷ.

Δαβὶδ ποτε ἀνεστήλωσε, συγγραψάμενος ὡς ἐν εἰκόνι, ὕμνον, δι' οὗ τὴν πρᾶξιν ἐλέγχει, ἣν εἰργάσατο, κραυγάζων· « Ἐλέησόν με· σοὶ γὰρ μόνῳ ἐξήμαρτον τῷ πάντων Θεῷ· αὐτὸς καθάρισόν με. »

Ἡ κιβωτὸς ὡς ἐφέρετο ἐπιδίφριος, Ὀζὰν ἐκεῖνος, B ὅτε ἀνατραπέντος τοῦ μόσχου μόνον ἥψατο, Θεοῦ ἐπειράθη ὀργῆς· ἀλλ' αὐτοῦ τὴν αὐθάδειαν φυγοῦσα, ψυχή, σέβου τὰ θεῖα καλῶς.

Ἀκήκοας τοῦ Ἀβεσσαλὼμ, πῶς τῆς φύσεως ἀντεξανέστη; Ἔγνως τὰς ἐναγεῖς αὐτοῦ πράξεις, αἷς ἐξύβρισε τὴν κοίτην Δαβὶδ τοῦ πατρός· ἀλλ' αὐτὴ ἐμιμήσω τὰς αὐτοῦ ἐμπαθεῖς καὶ φιληδόνους ὁρμάς.

Ὑπέταξας τὸ ἀδούλωτόν σου ἀξίωμα, τῷ σώματί σου· ἄλλον γὰρ Ἀρχιτόφελ [18] εὑροῦσα τὸν ἐχθρόν, ψυχή, συνῆλθες ταῖς τούτου βουλαῖς· ἀλλ' αὐτὰς διεσκέδασεν αὐτὸς ὁ Χριστὸς, ἵνα σὺ πάντως σωθῇς.

Ὁ Σολομὼν ὁ θαυμάσιος, ὁ καὶ χάριτος σοφίας C πλήρης· οὗτος τὸ πονηρὸν, ἐναντίον τοῦ Θεοῦ ποτε ποιήσας, ἀπέστη αὐτοῦ· ᾧ αὐτὴ τὸν ἐπάρατόν σου βίον, ψυχή, προσαφωμοίωσας.

Ταῖς ἡδοναῖς ἐξελκόμενος τῶν παθῶν αὐτοῦ, κατερύυποῦτο. Οἴμοι! Ὁ ἐραστὴς τῆς σοφίας, ἐραστὴς πορνῶν γυναικῶν, καὶ ξένος Θεοῦ· ὃν αὐτὴ ἐμιμήσω κατὰ νοῦν, ὦ ψυχή, ἡδυπαθείαις αἰσχραῖς.

Τὸν Ῥοβοὰμ παρεζήλωσας, ἀλογήσαντα βουλῆς πατρῴας· ἅμα δὲ καὶ τὸν κάκιστον δοῦλον Ἱεροβοὰμ, τὸν πρὶν ἀποστάτην, ψυχή· ἀλλὰ φεῦγε τὴν μίμησιν, καὶ κράξον Θεῷ· Ἥμαρτον, οἰκτειρόν με.

Τὸν Ἀχαὰβ παρεζήλωσας τοῖς μιάσμασι, ψυχή D μου. Οἴμοι! Γέγονας σαρκικῶν μολυσμάτων καταγώγιον, καὶ σκεῦος αἰσχρὸν τῶν παθῶν· ἀλλὰ φεῦγε τὴν μίμησιν, καὶ λέγε Θεῷ τὰς ἁμαρτίας σου.

Quanquam olim Dei parens David, duplex peccatum [z], o anima mea, peccavit : adulterii quidem vulneratus jaculo, lancea vero injustæ necis ac homicidii captus victusque : ipsa nihilominus, graviora operibus peccas, animi cupiditatibus.

David equidem scelus sceleri id temporis addidit : quippe duplicem statim pœnitentiam exhibens, homicidio adulterium miscuit. At tu, anima, gravioribus commissis, non Deo pœnitentiam egisti.

David olim, velut in imagine depingens, ceu cippo inscriptum hymnum publicavit, quo reprehendens patratum facinus clamat : « Miserere mei : tibi soli peccavi omnium Deo; ipse munda me [a]. »

Cum arca in curru veheretur, ut tantum Oza ille, quod vitulus subverteret, manum admovisset, Dei iram expertus est [b] : cæterum ejus tu temeritatem cavens, o anima, probe diva venerare.

Absalonem audisti ut adversus naturam insurrexerit? Nosti scelesta ejus opera, ut patris cubile polluerit [c]? Enimvero vitiosas ejus voluptariasque, et ipsa, æmulata es cupiditates.

Liberam tuam dignitatem tuo corpori subjectam voluisti : invento quippe hoste alio Achitophel [d], o anima, ejus consiliis obsecuta es : verum ea Christus dissipavit; plane ut salutem consequaris.

Salomon ille mirabilis, qui et sapientiæ gratia plenus esset; is, inquam, malum olim in conspectu Dei faciens, ab eo discessit [e] : huic tu, o anima, exsecrabilem tuam vitam similem reddidisti.

Ille tantus, trahentibus affectionum illecebris, conspurcatus est. Heu! Sapientiæ amator, amator mulierum, ac Dei hospes : eum tu anima, obscenis animo voluptatibus, imitata es.

Roboam æmulata es, o anima, paternum consilium spernentem : pariterque, servum pessimum Jeroboam olim desertorem [f]. Jam cave, imiteris; et clama ad Deum : Peccavi, miserere mei.

Inquinamenta Achab, o anima mea, es imitata [g]. Facta es carnalium immunditiarum conceptaculum, ac vas turpe vitiorum; cave jam imiteris, tuaque peccata dic Deo.

[z] II Reg. xi, 4, 15. [a] Psal. l, 1, 4, 6. [b] II Reg. vi, 6. [c] II Reg. xv, 1 seqq. xvi, 21. [d] II Reg. xvi, 21. [e] III Reg. iii, 12; xi, 4. [f] III Reg. xii, 13, 20. [g] III Reg. xvi, 30.

VARIÆ LECTIONES.

[18] γρ. Ἀχιτόφελ.

COMBEFISII NOTÆ.

oraculo quas quærebat patris asinas, sed et regnum accepisse, illo inungente in regem, de quo ne cogitabat quidem; eoque vere πάρεργον τὸ, ἀνάῤῥυσις quod hic habetur, et emendavimus ex altera editione, hebd. I jejunior., non videtur sanum : quanquam enim possit exponi θυσία, *victima*, ut est apud Etymol. et Saul, velut ad victimam occurrisse videatur, quam id temporis Samuel faceret; minus tamen quadrat; nam et hoc πάρεργον fuit.

Digitized by Google

Combussit olim Elias [h] quinquagenos Jezabelis; postquam perdidisset convincendo Achab, prophetas confusionis (45). Cave vero, o anima, alterutrum imiteris, et esto fortis.

Tibi, o anima, cœlum clausum est, famesque te comprehendit; quando velut olim Achab [i] Eliæ Thesbitæ sermonibus, inobediens exstitisti : enimvero imitata Sareptanam [i]; etiam tu, prophetæ pasce animam.

Manassis crimina [j] voluntate accumulasti; instar abominationum, o anima, vitia statuens, atque multiplicans offendicula (46). Ejus nihilominus pœnitentiam ferventer imitata, satage ut contritionem acquiras.

Tibi accido; instarque lacrymarum, mea verba offero : Peccavi supra meretricem; inique egi, supra quam ullus mortalis; verum miserere, Domine, tui figmenti, ac instaura me.

Obrui tuam imaginem, tuumque mandatum violavi. Tota species obscurata est; exstinctaque est lampas, o Salvator, vitiis; sed misertus ipse « redde mihi lætitiam [k], » ut canit David.

Convertere, pœniteat te, revela occulta; dic Deo qui novit omnia; tu solus Salvator, scis occulta; tu « mei, » ut psallit David, « secundum misericordiam tuam miserere [l]. »

Defecerunt dies mei, sicut somnium ejus qui suscitatur : quare velut Ezechias in lecto meo lacrymor, ut annos mihi vitæ adjicias [m]. Cæterum quis tibi, o anima, Isaias adfuerit, præter Deum illum universorum?

In Sanctam.

Ubi olim clamavisset ad Dei Matrem intemeratam, affectionum rabiem violentius prementium retardasti, hostemque qui supplantaverat confudisti; verum et mihi modo, servo tuo, « da auxilium de tribulatione [n]. »

Quem impensius amasti, quem desiderasti, cujus vestigia insecuta es : ille pœnitentiam tuam, velut Deus clemens ac misericors, invenit, donavitque. Supplica incessanter, ut a vitiis cupiditatibusque ac calamitatibus liberet.

Ἐνέπρησεν Ἠλίου ποτὲ τοὺς πεντήκοντα τῆς Ἰεζάβελ, ὅτε τοὺς τῆς αἰσχύνης προφήτας κατηνάλωσεν εἰς ἔλεγχον τοῦ Ἀχαάβ· ἀλλὰ φεῦγε τὴν μίμησιν τῶν δύο, ψυχή, καὶ κραταιώθητι.

Ἐκλείσθη σοι οὐρανός, ψυχή, καὶ λιμὸς Θεοῦ κατέλαβέ σε, ὅτε τοῖς Ἠλιοῦ τοῦ Θεσβίτου, ὡς ὁ Ἀχαὰβ ἠπείθησας λόγοις ποτέ· ἀλλὰ [19.10] τὴν Σαρεφθίαν μιμουμένη, σὺ θρέψον προφήτου ψυχήν.

Τοῦ Μανασσῆ ἐπεσώρευσας τὰ ἐγκλήματα τῇ προαιρέσει, στήσασα ὡς βδελύγματα, πάθη· καὶ πληθύνουσα, ψυχή, προσοχθίσματα. Ἀλλ' αὐτοῦ τὴν μετάνοιαν ζηλοῦσα θερμῶς, κτῆσαι κατάνυξιν.

Προσπίπτω σοι, καὶ προσάγω σοι, ὥσπερ δάκρυα, τὰ ῥήματά μου. Ἥμαρτον ὡς οὐχ ἥμαρτε πόρνη, καὶ ἠνόμησα ὡς οὐδεὶς ἄλλος ἐπὶ γῆς· ἀλλ' οἰκτείρησον, Δέσποτα, τὸ ποίημά σου, καὶ ἀνακάλεσαί με.

Κατέχωσα τὴν εἰκόνα σου, καὶ παρέφθειρα τὴν ἐντολήν σου. Ὅλον ἀπεμαυρώθη τὸ κάλλος, καὶ τοῖς πάθεσιν ἐσβέσθη, Σῶτερ, ἡ λαμπάς· ἀλλ' οἰκτείρας « ἀπόδος μοι, » ὡς ψάλλει Δαβίδ, « τὴν ἀγαλλίασιν. »

Ἐπίστρεψον· μετανόησον, ἀνακάλυψον τὰ κεκρυμμένα· λέγε Θεῷ τῷ τὰ πάντα εἰδότι· Σὺ γινώσκεις μου τὰ κρύφια μόνος, Σῶτερ, καὶ αὐτός « με ἐλέησον, » ὡς ψάλλει Δαβίδ, « κατὰ τὸ ἔλεός σου. »

Ἐξέλιπον αἱ ἡμέραι μου, ὡς ἐνύπνιον ἐγειρομένου· ὅθεν ὡς Ἐζεκίας δακρύω, ἐπὶ κλίνης μου, προσθεῖναί μοι χρόνους ζωῆς. Ἀλλὰ τίς Ἡσαΐας παραστήσεταί σοι, ψυχή, εἰ μὴ ὁ πάντων Θεός;

Τῆς Ὁσίας.

Βοήσασα πρὸς τὴν ἄχραντον Θεοῦ Μητέρα πρίν, ἀπεκρούσω λύσσαν τῶν παθῶν βιαίως ἐνοχλούντων, καὶ κατήσχυνας ἐχθρὸν τὸν πτερνίσαντα· ἀλλὰ « ὀὺς νῦν βοήθειαν ἐκ θλίψεως » κάμοὶ τῷ δούλῳ σου.

Ὃν ἔστερξας, ὃν ἐπόθησας, οὗ τινος κατ' ἴσχνος ἦκες· οὗτός σου τὴν μετάνοιαν εὗρε, καὶ δεδώρηται, ὡς μόνος Θεὸς συμπαθής. Ὃν ἀπαύστως ἱκέτευε, παθῶν λυτρωθῆναι ἡμᾶς, καὶ περιστάσεων.

[h] IV Reg. I, 10. [i] III Reg. XVIII, 40. [i*] III Reg. XVII, 1 seqq. [j] IV Reg. XXI, 2 seqq. [k] Psal. L, 14. [l] ibid. 3. [m] IV Reg. XX, 3; Isa. XXXVIII, 2. [n] Psal. LIX, 13.

VARIÆ LECTIONES.

[19] *Alii.* πρεσβύτας. [20] *Alii.* τῇ Σερ. ὁμοιώθητι.

COMBEFISII NOTÆ.

(45) *Prophetas confusionis.* Verba sunt LXX, ubi Vulg. *Prophetas Baal :* quomodo habent etiam Hebr : בעל : Videntur sibi assumpsisse, ut idolum ex cognomine significarent, indigitantes quod vere esset αἰσχύνη· probrum, confusio : velut satis haberent semel et iterum in eo capitulo nomen Baal et Baalin ponere, cujus ne unquam voluissent homines meminisse; aut nisi tantum, ut cujus illos puderet.

(46) *Offendicula.* Προσοχθίσματα. Sunt idola; eadem ipsa atque βδελύγματα. Sic IV Reg. XXIII, 13, dicitur ἡ Ἀστάρτη, προσόχθισμα Σιδονίων. ubi Vulg. *Idolum Sidoniorum :* cujus utriusque nominis, ut et paulo superioris, αἰσχύνη· plana ratio est. Noster Sant. reddit, *abominationem*, quomodo passim reddit Vulg. interpres τὸ, שקוץ et שקץ quod illic habetur.

Digitized by Google

Ἀνδρέου.

Τῆς πίστεως ἐν τῇ πέτρᾳ, ταῖς πρεσβείαις σου στήριξον, πάτερ, φόβῳ με τῷ ἐν Θεῷ τειχίζων. Καὶ μετάνοιαν, Ἀνδρέα, παράσχου μοι, δυσωπῶ σε, καὶ ῥῦσαί με παγίδος ἐχθρῶν, τῶν ἐκζητούντων με.

Δόξα.

Τριὰς ἁπλῆ, ἀδιαίρετε, ὁμοούσιε, καὶ φύσις μία, Φῶτα καὶ Φῶς· καὶ ἅγια τρία καὶ ἓν Ἅγιον ὑμνεῖται Θεὸς ἡ Τριάς· ἀλλ' ἀνύμνησον, δόξασον Ζωὴν, καὶ ζωῆς, ψυχὴ, τῶν πάντων Θεόν.

Θεοτόκ.

Ὑμνοῦμέν σε· εὐλογοῦμέν σε, προσκυνοῦμέν σε, Θεογεννῆτορ, ὅτι τῆς ἀχωρίστου Τριάδος ἀπεκύησας τὸν ἕνα Υἱὸν καὶ Θεόν· καὶ αὐτὴ προηνέῳξας ἡμῖν, τοῖς ἐν γῇ, τὰ ἐπουράνια.

Τὸ τριῴδιον. ἦχ. πλ. δ'.

Ὠδὴ η'. Ὁ Εἱρμός.

Τὸν ἄναρχον Βασιλέα τῆς δόξης, ὃν φρίττουσιν οὐρανῶν αἱ δυνάμεις, καὶ τρέμουσι τῶν ἀγγέλων αἱ τάξεις, ὑμνεῖτε ἱερεῖς καὶ λαός.

Ὡς ἄνθρακες τοῦ πυρὸς τοῦ ἀΰλου, συμφλέξατε τὰ ὑλώδη μου πάθη, ἀνάπτοντές μοι νῦν τὸν ἔρωτα τῆς θείας, ἀπόστολοι, ἀγάπης.

Τὰς σάλπιγγας τὰς εὐήχους τοῦ λόγου τιμήσωμεν, δι' ὧν πέπτωκε τείχη ἀνίδρυτα ἐχθροῦ, καὶ τῆς θεογνωσίας ἐδράσθησαν ἐπάλξεις.

Ἰνδάλματα ἐμπαθῆ τῆς ψυχῆς μου συντρίψατε, οἱ ναούς τε καὶ στήλας συντρίψαντες ἐχθροῦ, ἀπόστολοι Κυρίου ἡγιασμένοι.

Θεοτόκ.

Ἐχώρησας τὸν ἀχώρητον φύσει· ἐβάστασας τὸν βαστάζοντα πάντα· ἐθήλασας, ἁγνὴ, τὸν τρέφοντα τὴν κτίσιν, Χριστὸν τὸν ζωοδότην.

Ἕτερον τριῴδιον. Εἱρμὸς ὁ αὐτός.

Τοῦ Πνεύματος τῇ ἀρχιτεκτονίᾳ, δειμάμενοι πᾶσαν τὴν Ἐκκλησίαν οἱ ἀπόστολοι Χριστοῦ, ἐν ταύτῃ εὐλογεῖτε Χριστὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

Σαλπίσαντες σάλπιγξι τῶν δογμάτων, κατέστρεψαν οἱ ἀπόστολοι πᾶσαν πλάνην εἰδωλικὴν, Χριστὸν ὑπερυψοῦντες εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Ἀπόστολοι, ἡ καλὴ μετοικία, οἱ ἔφοροι κόσμου, καὶ τῶν οὐρανῶν πολῖται, τοὺς ὑμᾶς ἀεὶ ἀνευφημοῦντας, λυτρώσατε κινδύνων.

Ἀνδρ. [Δόξα].

Τρισήλιε, παμφαὴς θεαρχία, ὁμόδοξε, καὶ ὁμόθρονε φύσις· Πατὴρ ὁ παντουργὸς, Υἱὲ, καὶ θεῖον Πνεῦμα· ὑμνῶ σε εἰς αἰῶνας.

Καὶ νῦν. Θεοτόκ.

Ὦ; ἔντιμον καὶ ὑπέρτατον θρόνον, ὑμνήσωμεν τοῦ Θεοῦ τὴν Μητέρα ἀπαύστως, οἱ λαοί· τὴν μόνην μετὰ τόκον, μητέρα καὶ παρθένον.

Εἱρμὸς ἄλλος.

Ὃν στρατιαὶ οὐρανῶν δοξάζουσιν· ὃν φρίσσει τὰ

A *In Andream.*

Me, pater, in fidei petra; Dei muniens timore intercessionibus tuis confirma, ac præbe pœnitentiam; liberaque, rogo, o Andrea, a quærentium laqueo.

Gloria.

Trinitas simplex individua, consubstantialis, ac natura una. Lumina (47), Lumenque; ac tria Sancta, unumque Sanctum laudatur Deus Trinitas. Verum lauda, glorifica Vitam, vitæque universorum Deum, o anima.

Ad Deipar.

Te laudamus; te benedicimus; te adoramus, Dei Genitrix: quod unum de individua Trinitate, Filium Deumque genueris; ipsaque prævie in terra

B positis nobis, cœlestia aperueris.

Triodium. ton. 4 obliq.

Ode 8. Hirmus.

Æternum Regem gloriæ, quem horrent angelicæ potestates, tremuntque angelorum ordines, laudate, sacerdotes et populi.

Velut carbones ignis illius spiritalis, carnalia mea vitia comburite, divinæque in me dilectionis amorem, o apostoli, accendite.

Verbi sonoras tubas honori habeamus; quibus fragiles hostis muri corruerunt, firmataque sunt scientiæ Dei propugnacula.

Vitiosas ac carnales animæ repræsentationes, qui inimici templa erectosque cippos comminuistis, o apostoli, comminuite.

C

Ad Deipar.

Eum utero habuisti, qui natura capi non potest: portasti eum, qui portat omnia; lactasti, o casta, Christum creata omnia alentem, ac auctorem vitæ.

Triodium aliud. Idem Hirmus.

Qui architectonica Spiritus, universam Christi Ecclesiam, o apostoli, ædificatis, in ea laudate Christum in sæcula.

Ubi dogmatum tubis apostoli clanxissent, omnem idolorum profligarunt errorem, Christum, in omnia sæcula, superexaltantes.

Apostoli, pulchra colonia, mundi præsides et inspectores, ac cives cœli, eos a periculis liberate,

D qui jugibus præconiis celebrant.

Gloria.

Sol trine, splendidissime divine principatus, eadem gloria, thronoque eodem sublimis natura, Pater universorum opifex, Fili, et Spiritus sancte, laudo te in sæcula.

Et nunc. Ad Deipar.

Laudemus jugiter, velut gloriosum celsissimumque thronum, nos populi, Dei Matrem; quæ sola post partum, virgo et mater permansit.

Hirmus alius.

Quem laudant cœlestes exercitus: quem Cheru-

COMBEFISII NOTÆ.

(47) *Lumina, Lumenque.* Pro hac theologia videndus in suis de theologia, Gregorius Theologus, eique æqualis Basilius apud Amphilochium in nova ad Eubulum catechesi.

Digitized by Google

bim et Seraphim tremunt : spiritus omnis, creataque omnia, coram omnibus laudate, benedicite, et superexaltate.

Χερουβὶμ καὶ τὰ Σεραφίμ· πᾶσα πνοὴ καὶ κτίσις, ὑμνεῖτε, εὐλογεῖτε, καὶ ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας.

Miserere, Salvator, peccatoris; suscita animum ut convertar; suscipe pœnitentem; miserare clamantem; tibi soli peccavi; inique egi, miserere mei.

Ἡμαρτηκότα, Σῶτερ, ἐλέησον· διέγειρόν μου τὸν νοῦν πρὸς ἐπιστροφήν· δέξαι μετανοοῦντα· οἰκτείρησον βοῶντα· Ἥμαρτόν σοι μόνῳ· ἠνόμησα, ἐλέησόν με.

Currum auriga Elias [o], nempe virtutes, conscendens, velut in cœlos, supra terrena olim vehebatur : ejus ergo tu, anima, ascensum recogita.

Ὁ διφρελάτης Ἠλίας, ἅρματι, ταῖς ἀρεταῖς ἐπιβάς, ὡς εἰς οὐρανοὺς ἤγετο ὑπεράνω ποτὲ τῶν ἐπιγείων· τούτου οὖν, ψυχή μου, τὴν ἄνοδον ἀναλογίζου.

Eliæ quondam per Elisæum melote, hinc inde Jordanis fluvius stetit [p] : verum ipsa, o anima mea, ob incontinentiam, eam gratiam non es consecuta.

Τοῦ Ἰορδάνου τὸ ῥεῖθρον πρότερον, τῇ μηλωτῇ Ἠλίου Ἐλισσαὶ διέστη ἔνθα καὶ ἔνθα· αὐτὴ δὲ, ὦ ψυχή μου, ταύτης οὐ μετέσχες τῆς χάριτος δι' ἀκρασίαν.

Accepta pridem Elisæus melote [q], duplicem a Domino accepit gratiam : sed tu, o anima mea, incontinentia tua non percepisti eam gratiam.

B Ὁ Ἐλισσαῖός ποτε δεξάμενος τὴν μηλωτὴν, ἔλαβε διπλῆν χάριν παρὰ Κυρίου· αὐτὴ δὲ, ὦ ψυχή μου, ταύτης οὐ μετέσχες τῆς χαρίτος δι' ἀκρασίαν.

Proba olim mente Sunamitis [r], hospitio, o anima, Justum recepit : tu vero, nec hospitem nec peregrinum in domum induxisti; quamobrem lugens ejicieris thalamo.

Ἡ Σωμανῖτίς ποτε τὸν Δίκαιον ἐξένισεν, ὦ ψυχή, γνώμῃ ἀγαθῇ· σὺ δὲ οὐκ εἰσοικίσω, οὐ ξένον, οὐχ ὁδίτην· ὅθεν τοῦ νυμφῶνος ῥιφήσῃ ἔξω θρηνωδοῦσα.

Sordidam Giezi mentem [s], ubique, misera anima, imitata es : ejus vel in senectute avaritiam abjice; cave gehennæ ignem, a tuis malis discedens.

Τοῦ Γιεζῆ ἐμιμήσω, ταλαίνα, τὴν γνώμην τὴν ῥυπαρὰν, πάντοτε, ψυχή· οὗ τὴν φιλαργυρίαν ἀπόθου κἂν ἐν γήρᾳ· φεῦγε τῆς γεέννης τὸ πῦρ, ἐκστᾶσα τῶν κακῶν σου.

Oziam illum, o anima, imitata, ejus in te lepram duplo habuisti [t] : quippe turpia cogitas, et agis iniqua : dimitte quæ possides, et ad pœnitentiam accurre.

Σὺ τὸν Ὀζίαν, ψυχὴ, ζηλώσασα, τὴν τούτου λέπραν ἐν σοὶ ἔσχες ἐν διπλῷ· ἄτοπα γὰρ λογίζῃ, παράνομα δὲ πράττεις· ἄφες ἃ κατέχεις, καὶ πρόσδραμε τῇ C μετανοίᾳ.

Audisti, anima, Ninivitas, in sacco et cinere, Deo pœnitentiam agentes [u] : eos minime es imitata, sed omnibus qui vel ante vel post legem peccaverunt, stultior egisti.

Τοὺς Νινευΐτας, ψυχὴ, ἀκήκοας, μετανοοῦντας Θεῷ, σάκκῳ καὶ σποδῷ· τούτους οὐκ ἐμιμήσω, ἀλλ' ὤφθης σκαιοτέρα, πάντων τῶν πρὸ νόμου καὶ μετὰ νόμον ἐπταικότων.

Jeremiam audisti, o anima, in lacu luti, altis clamoribus urbem Sion lamentantem, ac quærentem lacrymas [v] : imitare luctuosam ejus vitam, et salutem consequeris.

Τὸν ἐν τῷ λάκκῳ βορβόρου ἤκουσας Ἱερεμίαν, ψυχὴ, πόλιν τὴν Σιὼν θρήνοις καταβοῶντα, καὶ δάκρυα ζητοῦντα· μίμησαι τὸν τοῦ τούτου θρηνώδη βίον, καὶ σωθήσῃ.

Fugit Jonas in Tharsis, præsciens Ninivitas convertendos [x]. Noverat enim, propheta, Dei misericordiam : quare æmulabatur ut ne prophetia falsa videri posset.

Ὁ Ἰωνᾶς εἰς Θαρσεῖς ἀπέδραμε προγνοὺς τὴν ἐπιστροφὴν τῶν Νινευϊτῶν· ἔγνω γὰρ ὡς προφήτης, Θεοῦ τὴν εὐσπλαγχνίαν ὅθεν παρεζήλου τὴν προφητείαν μὴ ψευσθῆναι.

Audisti, o anima, ut Daniel, ora leonum in lacu obturaverit? Nosti ut Azarias sociique exstinxerint flammam camini ardentis [y-z]?

Τὸν Δανιὴλ ἐν τῷ λάκκῳ ἤκουσας, πῶς ἔφραξεν, ὦ ψυχὴ, στόματα θηρῶν· ἔγνωκας πῶς οἱ παῖδες, οἱ D περὶ Ἀζαρίαν, ἔσβεσαν τῇ πίστει, καμίνου φλόγα καιομένης;

Omnes tibi, o anima, Veteri Testamento commendatos, in exemplum adduxi. Imitandas assume justorum religiosas actiones; cave vero malorum peccata.

Τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης ἅπαντας παρήγαγόν σοι, ψυχὴ, πρὸς ὑπογραμμόν· μίμησαι τῶν δικαίων τὰς φιλοθέους πράξεις· ἔκφυγε δὲ πάλιν τῶν πονηρῶν τὰς ἁμαρτίας.

Tu, Judex juste Salvator, miserere; meque libera ab igni minisque, quibus merito sim obnoxius in judicio; remitte mihi per virtutem et pœnitentiam, priusquam finis occupet.

Δικαιοκρίτα Σῶτερ, ἐλέησον, καὶ ῥῦσαί με τοῦ πυρὸς καὶ τῆς ἀπειλῆς, ἧς μέλλω ἐν τῇ κρίσει δικαίως ὑποστῆναι· ἄνες μοι πρὸ τέλους δι' ἀρετῆς καὶ μετανοίας.

Sicut latro palam clamo : « Memento mei [a]; »

Ὡς ὁ λῃστὴς ἐκβοῶ τὸ, « Μνήσθητι· » ὡς Πέτρος,

[o] IV Reg. II, 11. [p] ibid. 14. [q] ibid. 9. [r] IV Reg. IV, 8. [s] IV Reg. V, 20. [t] IV Reg. XV, 5; II Par. XXVI, 21. [u] Jonæ III, 5. [v] Jerem. XXXVIII, 6. [x] Jonæ I, 3. [y-z] Dan. XIV, 39; III, 24. [a] Luc. XXIII, 42.

Digitized by Google

« Κλαίω πικρῶς. » Ἄνες μοι, Σῶτερ; κράζω, ὡς ὁ A Τελώνης· δακρύω ὡς ἡ πόρνη· δέξαι μου τὸν θρῆνον, καθὼς πυτε τῆς Χαναναίας.

Τὴν σηπεδόνα, Σῶτερ, θεράπευσον, τῆς ταπεινῆς μου ψυχῆς· μόνε ἰατρὲ, μάλαγμά μοι ἐπίθες, καὶ ἔλαιον καὶ οἶνον, ἔργα μετανοίας, κατάνυξιν μετὰ δακρύων.

Τὴν Χαναναίαν κἀγὼ μιμούμενος, « Ἐλέησόν με, » βοῶ τῷ Υἱῷ Δαβίδ· ἅπτομαι τοῦ κρασπέδου ὡς ἡ αἱμορρόουσα· κλαίω ὡς ἡ Μάρθα καὶ Μαρία ἐπὶ Λαζάρου.

Τὸ τῶν δακρύων, Σῶτερ, ἀλάβαστρον, ὡς μύρον κατακενῶ ἐπὶ κεφαλῆς· κράζω σοι ὡς ἡ πόρνη τὸν ἔλαιον ζητοῦσα. Δέησιν προσάγω, καὶ ἄφεσιν αἰτῶ λαβεῖν με.

Εἰ καὶ μηδεὶς ὡς ἐγώ σοι ἥμαρτεν, ἀλλ' ὅμως δέ- B ξαι κἀμὲ, εὔσπλαγχνε Σῶτερ, φόβῳ μετανοοῦντα, καὶ πόθῳ κεκραγότα· « Ἥμαρτόν σοι μόνῳ, ἠνόμησα, ἐλέησόν με. »

Φεῖσαι, Σῶτερ, τοῦ ἰδίου πλάσματος, καὶ ζήτησον ὡς ποιμὴν τὸ ἀπολωλὸς πρόβατον· πλανηθέντα ἐξάρπασον τοῦ λύκου· ποίησόν με θρέμμα, ἐν τῇ μονῇ τῶν σῶν προβάτων.

Ὅταν καθίσῃς Κριτὴς ὡς εὔσπλαγχνος, καὶ δείξῃς τὴν φοβερὰν δόξαν σου, Χριστὲ, ὦ ποῖος φόβος τότε! καμίνου καιομένης· πάντων δειλιώντων τὸ ἄστεκτον τοῦ βήματός σου.

Τῆς Ὁσίας.

Ἡ τοῦ Φωτὸς τοῦ ἀδύτου Μήτηρ σε φωτίσασα, σκοτασμοῦ ἔλυσε παθῶν· ὅθεν εἰσδεδεγμένη τοῦ C Πνεύματος τὴν χάριν, φώτισον, Μαρία, τοὺς σε πιστῶς ἀνευφημοῦντας.

Θαῦμα καινὸν κατιδὼν ἐξίστατο ὁ θεῖος ὄντως, ἐν σοὶ, Μῆτερ, Ζωσιμᾶς· ἄγγελον γὰρ ἑώρα ἐν σώματι, καὶ θάμβους ὅλος ἐπληροῦτο, Χριστὸν ὑμνοῦν εἰς τοὺς αἰῶνας.

Ἀνδρέου.

Ὡς παῤῥησίαν ἔχων πρὸς Κύριον, Ἀνδρέα, Κρήτης σεπτὸν κλέος, δυσωπῶ, πρέσβευε τοῦ δεσμοῦ με τῆς ἀνομίας λύσιν νῦν εὑρεῖν εὐχαῖς σου, ὡς τῆς μετανοίας διδάσκαλος, ὁσίων δόξα.

Εὐλογοῦμεν Πατέρα, Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα. D

Ἄναρχε Πάτερ, Υἱὲ συνάναρχε, Παράκλητε ἀγαθὲ, Πνεῦμα τὸ εὐθὲς, Λόγου Θεοῦ Γεννῆτορ, Πατρὸς ἀνάρχου Λόγε, Πνεῦμα ζῶν καὶ κτίζον, Τριὰς Μονὰς, ἐλέησόν με.

Θεοτόκ.

Ὡς ἐκ βαφῆς ἁλουργίδος, ἄχραντε, ἡ νοητὴ πορφυρὶς τοῦ Ἐμμανουὴλ, ἔνδον ἐν τῇ γαστρί σου, ἡ σὰρξ συνεξυφάνθη; ὅθεν Θεοτόκον ἐν ἀληθείᾳ σε τιμῶμεν. (*Αἰνοῦμεν, εὐλογοῦμεν· καὶ πάλιν τὸν Εἱρμόν.*)

ut Petrus, « amare fleo [b]; » clamo ut Publicanus [c]; remitte mihi, Salvator; lacrymor ut meretrix [d]: tu velut olim Chananææ, luctum meum suscipe [e].

Putre ulcus humilis animæ meæ, cura, o Salvator: tu solus medicus malagma, oleumque et vinum, nempe pœnitentiæ opera, contritionem cum lacrymis adhibe.

Etiam ego Chananæam imitatus, David Filio clamo, « Miserere mei [f]; » tango fimbriam, ut hæmorrhoissa [g]; fleo ut Martha et Maria super Lazarum [h].

Lacrymarum alabastrum, o Salvator, unguenti instar, super caput evacuo [i]; clamo tibi sicut meretrix illa misericordiam quærens i. Offero preces, remissionemque efflagito.

Quanquam nemo ita ut ego graviter peccavit; sed et me nihilominus, clemens Salvator, suscipe, timore pœnitentem, ac desiderio clamantem: « Tibi soli peccavi; inique egi; miserere mei. »

Parce, Salvator, tuo figmento, ac velut pastor, ovem quære quæ periit [k]: errantem a leone eripe: fac me alumnum in caula ovium tuarum.

Quando Judex sederis velut clemens, tuamque terribilem gloriam, o Christe, ostenderis: o quantus tunc timor! camino accensa, omnibusque paventibus tribunal illud tuum, quod nihil latere possit.

In Sanctam.

Cum te Luminis Mater, quod occasum nesciat, illuminasset, vitiorum tenebris absolvit: quapropter, suscepta, o Maria Spiritus gratia, te fide celebrantes illumina.

Novum in te miraculum contuens, o Mater, vere admirabilis Zosimas obstupuit, ac velut mente emotus est: videbat enim in corpore angelum, totusque stupore replebatur, laudans Christum in sæcula.

In Andream.

Velut qui fiduciam apud Dominum habeas, o Andrea, venerabile Cretæ decus, obsecro; intercedas, ut tuis nunc precibus, qui pœnitentiæ sis doctor, ac gloria sanctorum, absolutionem a peccati vinculo nanciscar.

Benedicimus Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum.

Æterne Pater, Fili coæterne, bone Paraclete, recte Spiritus. Verbi Dei Genitor, Patris æterni Verbum, Spiritus vive et Creator, Trinitas Unitasque, miserere mei.

Ad Deipar.

Velut ex murice quodam, o intemerata, intus in utero tuo, spiritalis Emmanuelis purpura illa, caro contexta est: quamobrem te vere Deiparam honoramus. (*Laudamus, benedicimus; ac rursus Hirmum.*)

[b] Luc. xxii, 62. [c] Luc. xviii, 13. [d] Luc. vii, 38. [e] Matth. xv, 22. [f] ibid.. [g] Matth. ix, 20 seqq. [h] Joan. xi, 33, 34. [i] Matth. xxvi, 7; Marc. xiv, 3. [j] Luc. vii, 38. [k] Psal. cxviii, 176.

Digitized by Google

Triodium : ton. 4 obliq.

Ode 9.

Te Dei Matrem, per te facti salvi, o casta virgo, proprie confitemur : te magnificamus cum spirituum choris.

Vos, apostoli salutaris laticis fontes effecti animam quæ siti peccati contabuisset, ceu affuso rore abunde irrigastis.

Natantem pelago perditionis, ac jam aquis obrutum tua me dextera, Domine, salvum fac, sicut Petrum [l].

Velut qui salutarium dogmatum sal sitis [m], putre mentis meæ siccate ulcus, tenebrasque ignorantiæ dispellite.

Velut gaudium enixa, tu mihi luctum præbe; quo divinam in judicii futura die consolationem, o B Domina, invenire queam.

Hirmus alius.

Te cœli terræque mediatricem, magnificamus omnes generationes : quippe, Virgo, habitavit in te plenitudo divinitatis corporaliter [n].

Te, præclare apostolorum senatus, canticis magnificamus. Nam facti estis læta luminaria expellentes errorem.

Evangelica vestra sagena capientes rationales pisces, eos semper Christo, o beati apostoli, in cibum offertis.

In vestris ad Deum precibus nostri, o apostoli, mementote : rogamus ut ab omni liberemur tentatione, qui vos desiderio laudamus.

Gloria.

Laudo te, trine, subsistentem unitatem, Pater, Fili, et Spiritus sancte : Deum unum consubstantialem; Trinitatem ejusdem virtutis æternamque.

Te Matrem pariter virginemque, beatam dicunt omnes generationes; velut per te a maledicto redemptiæ : quippe gaudium nobis, Dominum scilicet, genuisti.

De magno Canone. Hirmus alius.

Conceptionem sine semine sequens partus, inexplicabilis est. Incorrupta Matris virum nescientis prægnatio : quippe naturas Dei nativitas innovat : Quamobrem tuam generationes omnes, ceu Matris Deo sponsæ, magnitudinem, orthodoxe prædicamus.

Mens saucia est, corpus emollitum, spiritus ægrotat, ratio infirmatur, vita est defecta; finis in januis. Quid ergo, misera anima, factura sis, cum Judex tua scrutaturus venerit?

Moses tibi, o anima, librum de mundi creatione exhibuit : indeque omnem justorum injustorumque historiam, libris sacris contentam : e quibus, o anima, posteriores imitata es, non priores, in Deum peccans.

Lex infirmata est; desidet Evangelium; universa tibi Scriptura neglecta est; prophetæ elanguerunt,

A *Τὸ τριῴδιον. ἦχ. πλ. δ'.*

Ὠδὴ θ'.

Κυρίως, Θεοτόκον, σε ὁμολογοῦμεν, οἱ διὰ σοῦ σεσωσμένοι, Παρθένε ἁγνή· σὺν ἀσωμάτων χορείαις σε μεγαλύνομεν.

Πηγαὶ τοῦ σωτηρίου νάματος δειχθέντες, τὴν ἐκτακεῖσαν ψυχήν μου, ἀπόστολοι, τῆς ἁμαρτίας τῇ δίψει, κατεδροσήσατε [21].

Νηχόμενον πελάγει τῷ τῆς ἀπωλείας, καὶ ὑποβρύχιον ἤδη γενόμενον, σῇ δεξιᾷ ὡς τῷ Πέτρῳ [22], Κύριε, σῶσόν με.

Ὡς ἅλας τῶν νοστίμων ὄντες διδαγμάτων, τὴν σηπεδόνα νοός μου ξηράνατε, καὶ τῆς ἀγνοίας τὸ σκότος ἀποδιώξατε.

Χαρὰν ὡς τετοκυῖα, πένθος μοι παράσχου· δι' οὗ τὴν θείαν παράκλησιν, Δέσποινα, ἐν τῇ μελλούσῃ ἡμέρᾳ εὑρεῖν δυνήσομαι.

Εἱρμὸς ἄλλος.

Σὲ τὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς μεσῖτιν πάντες γενεαὶ μεγαλύνομεν· σωματικῶς γὰρ ἐσκήνωσεν ἐν σοὶ τὸ πλήρωμα, Παρθένε, τῆς θεότητος.

Σὲ τὸ εὐκλεὲς τῶν ἀποστόλων σύστημα ᾠδαῖς μεγαλύνομεν. Φωστῆρες γὰρ φαιδροὶ ἐδείχθητε, τὴν πλάνην ἐκδιώκοντες.

Εὐαγγελικῇ ὑμῶν σαγήνῃ λογικοὺς ἰχθύας ἀγρεύοντες, αὐτοὺς προσφέρετε πάντοτε Χριστῷ ὀψώνιον, ἀπόστολοι μακάριοι.

Ἐν τῇ πρὸς Θεὸν ἡμῶν αἰτήσει, μέμνησθε ἡμῶν, ἀπόστολοι· ἀπὸ παντὸς λυτρωθῆναι πειρασμοῦ δεόμεθα, τοὺς πόθῳ ἀνυμνοῦντας ὑμᾶς. C

Δόξα.

Σὲ τὴν τρισυπόστατον μονάδα, Πάτερ, Υἱὲ, σὺν τῷ Πνεύματι, ἕνα Θεὸν ὁμοούσιον ὑμνῶ· Τριάδα ὁμοδύναμον καὶ ἄναρχον.

Σὲ τὴν Παιδοτόκον καὶ Παρθένον πᾶσαι γενεαὶ μακαρίζομεν, ὡς διὰ σοῦ λυτρωθέντες τῆς ἀρᾶς· χαρὰν γὰρ ἡμῖν ἔτεκες τὸν Κύριον.

Τοῦ μεγάλου Κανόνος. Εἱρμὸς ἄλλος.

Ἀσπόρου συλλήψεως ὁ τόκος ἀνερμήνευτος. Μητρὸς ἀνάνδρου ἄφθορος ἡ κύησις· Θεοῦ γὰρ ἡ γέννησις καινοποιεῖ τὰς φύσεις· διό σε πᾶσαι αἱ γενεαὶ ὡς θεόνυμφον Μητέρα ὀρθοδόξως μεγαλύνομεν.

D

Ὁ νοῦς τετραυμάτισται· τὸ σῶμα μεμαλάκισται· νοσεῖ τὸ πνεῦμα· ὁ Λόγος ἠσθένησεν· ὁ βίος νενέκρωται· τὸ τέλος ἐπὶ θύραις. Διό μοι τάλαινα ψυχή, τί ποιήσεις ὅταν ἔλθῃ ὁ Κριτὴς ἀνερευνῆσαι τὰ σά;

Μωσέως παρῆγαγον, ψυχή, τὴν κοσμογένεσιν, καὶ ἐξ ἐκείνου πᾶσαν ἐνδιάθετον γραφὴν ἱστοροῦσάν σοι δικαίους καὶ ἀδίκους· ὧν τοὺς δευτέρους, ὦ ψυχή, ἐμιμήσω, οὐ τοὺς πρώτους, εἰς Θεὸν ἐξαμαρτήσασα.

Ὁ νόμος ἠσθένησεν· ἀργεῖ τὸ Εὐαγγέλιον· Γραφὴ δὲ πᾶσα ἐν σοὶ παρημέληται· προφῆται ἠτόνη-

[l] Matth. xiv, 31. [m] Matth. v, 13. [n] Coloss. ii, 9.

VARIÆ LECTIONES.

[21] *Ισ. σίσατε.* [22] τὸν Πέτρον.

Digitized by Google

σαν, καὶ πᾶς δικαίου λόγος· αἱ τραυματίαι σου, ψυχή, ἐπληθύνθησαν, οὐκ ὄντος ἰατροῦ τοῦ ὑγιοῦντός σε.

Τῆς Νέας παράγω σοι Γραφῆς τὰ ὑποδείγματα, ἐνάγοντά σε, ψυχή, πρὸς κατάνυξιν. Δικαίους οὖν ζήλωσον· ἁμαρτωλοὺς ἐκτρέπου, καὶ ἐξιλέωσαι Χριστὸν, προσευχαῖς τε καὶ νηστείαις, καὶ ἁγνείᾳ, καὶ σεμνότητι.

Χριστὸς ἐνηνθρώπησε, σαρκὶ προσομιλήσας μοι· καὶ πάντα ὅσα ὑπάρχει τῆς φύσεως ἐπλήρωσε, τῆς ἁμαρτίας δίχα, ἐπίγραμμόν σοι, ὦ ψυχή, καὶ εἰκόνα προδεικνύων, τῆς αὐτοῦ συγκαταβάσεως.

Χριστὸς ἐνηνθρώπησε, καλέσας πρὸς μετάνοιαν λῃστὰς καὶ πόρνας. Ψυχή, μετανόησον· ἡ θύρα ἠνέῳκται τῆς βασιλείας ἤδη· καὶ προαρπάζουσιν αὐτὴν [22] Φαρισαῖοι, καὶ Τελῶναι, καὶ μοιχοὶ μεταποιούμενοι.

Χριστὸς Μάγους ἔσωσε· ποιμένας συνεκάλεσε· νηπίων δήμους ἀπέδειξε μάρτυρας· πρεσβύτην ἐδόξασε, καὶ γηραλαίαν χήραν, ὧν οὐκ ἐζήλωσας, ψυχή, οὐ τὰς πράξεις, οὐ τὸν βίον. Ἀλλ' οὐαί σοι ἐν τῷ κρίνεσθαι.

Νηστεύσας ὁ Κύριος τεσσαράκοντα ἐν τῇ ἐρήμῳ, ὕστερον ἐπείνασε, δεικνὺς τὸ ἀνθρώπινον· ψυχή, μὴ ἀθυμήσῃς ἂν σοι προσβάλλῃ ὁ ἐχθρός· προσευχαῖς τε καὶ νηστείαις ἐκ ποδῶν ἀποκρουσθήτω σοι.

Χριστὸς ἐπειράζετο· διάβολος ἐπείραζε δεικνὺς τοὺς λίθους, ἵνα ἄρτοι γένωνται· εἰς ὄρος ἀνήγαγεν, ἰδεῖν τὰς βασιλείας τοῦ κόσμου πάσας ἐν ῥιπῇ. Φοβοῦ, ὦ ψυχή, τὸ δρᾶμα· νῆφε· εὔχου πᾶσαν ὥραν Θεῷ.

Τρυχῶν ἡ φιλέρημος, φωνὴ βοῶντος, ἤχησε· Χριστοῦ ὁ λύχνος, κηρύττων μετάνοιαν. Ἡρῴδης ἠνόμησε, σὺν τῇ Ἡρωδιάδι· βλέπε, ψυχή μου, μὴ παγῇς τῶν ἀνόμων ταῖς παγίσιν· ἀλλ' ἀσπάζου τὴν μετάνοιαν.

Τὴν ἔρημον ᾤκησεν ὁ Πρόδρομος τῆς χαρίτος, καὶ Ἰουδαία πᾶσα καὶ Σαμάρεια, ἀκούοντες ἔτρεχον, καὶ ἐξωμολογοῦντο τὰς ἁμαρτίας ἑαυτῶν, βαπτιζόμενοι προθύμως οὓς αὐτὴ οὐκ ἐμιμήσω, ψυχή.

« Ὁ γάμος μὲν τίμιος, ἡ κοίτη δὲ ἀμίαντος· » ἀμφότερα γὰρ Χριστὸς προευλόγησε, σαρκὶ ἐσθιόμενος, καὶ ἐν Κανᾷ δὲ γάμῳ, τὸ ὕδωρ οἶνον ἐκτελῶν, καὶ δεικνύων πρῶτον θαῦμα, ἵνα σὺ σωθῇς, ἀθλία ψυχή.

A ac omnis justi sermo; vulnera tua, o anima, multiplicata sunt, nullo suppetente medico, qui sanet.

Novi tibi Testamenti exempla adduco, quibus, o anima, inducaris ad contritionem. Æmulare itaque justos; peccatores aversare, Christumque precibus placa jejuniisque, et castitate, et morum honestate.

Christus factus est homo, carne mecum conversans, ac quæcunque naturæ sunt, implevit, uno excepto peccato; exemplum tibi, o anima, ac imaginem ejus qua se tibi inclinavit, humilitatis, præmonstrans atque præscribens.

Christus factus est homo, [n*] latrones, meretricesque ad pœnitentiam vocans. Pœniteat te, anima; jam regni porta aperta est, jamque ipsum Pharisæi (48) Publicanique, et adulteri, vitæ rationibus mutatis, præripiunt.

B

Christus Magos salvos fecit [n**]; pastoresque pariter vocavit [n***]; ac infantium populos fecit martyres [o]; senem glorificavit, ac viduam vetulam [p]: quorum, o anima, nec actiones imitata es nec vitam. Verum, væ tibi in judicio.

Cum Dominus dies quadraginta in deserto jejunasset, postea esuriit [q], ostendens quod est humanum: ne, anima, si te hostis invaserit, mœsta animo fias; precibus vero et jejuniis, confestim repellito.

Christus tentabatur; tentabat diabolus ostendens lapides ut panes fierent; subvexit in montem, ut momento omnia mundi regna videret. Time, o anima, fabulam; esto sobria; omni hora Deum precare.

C

Turtur illa solitudinis amans [r]; vox clamantis insonuit [s]; Christi lucerna [t]; pœnitentiam prædicans [u]. Herodes sceleste egit cum Herodiade [v]; videsis, anima, ne improborum retibus capiaris; sed amplectere pœnitentiam.

Habitavit in deserto gratiæ Præcursor; omnisque Judæa et Samaria, audientes currebant, et confitentes sua peccata, alacri animo baptizabantur [x]; quos, o anima, minime es imitata.

« Honorabile connubium, et torus immaculatus [y]: » utrumque enim Christus olim benedixit; juxta quod erat carnem indutus, manducans, atque in nuptiis Cana [z], aquam faciens vinum, primumque illic miraculum consecrans, ut tu, misera anima, salutem consequaris.

D

[n*] Matth. xxi, 31. [n**] Matth. ii, 1. [n***] Luc. ii, 8. [o] Matth. ii, 16. [p] Luc. ii, 26, 37. [q] Matth. iv, 2 seqq. [r] Cant. ii, 12. [s] Isa. xl, 3. [t] Joan. v, 35. [u] Matth. iii, 2; Marc. i, 4 seqq. [v] Matth. xiv, 3 seqq.; Marc. vi, 17 seqq. [x] Matth. iii, 1 seqq. [y] Hebr. xiii, 4. [z] Joan. ii, 2 seq.

VARIÆ LECTIONES.

[22] αὐτὴν Φαρισαίοις.

COMBEFISII NOTÆ.

(48) *Jamque ipsum Pharisæis.* Sic visum est corrigere, adjecta tamen margini correctione; plane enim alludit Andreas ad locos, quibus Dominus significat præire Pharisæis in regno cœlorum, publicanos et meretrices, velut sint illi justi, quos non venerit vocare; velut nimirum sibi justos, existimataque sua justitia, veram, Christi gratia justitiam repellentes, quam peccatores, qui se tales nossent, facile invitati amplexarentur: atque utinam vel nunc temporis defecisset id hominum genus, nosque ipsos sciremus homines.

Digitized by Google

Christus paralyticum, lecto sublato ambulantem, erexit [a], mortuumque adolescentem, viduæ filium, exsuscitavit [b]; nec non puerum centurionis [c]; ac se Samaritanæ prodens, adorationem tibi in spiritu, o anima, deformavit [d].

Sanavit Dominus fimbriæ tactu sanguine fluentem [e]; mundavit leprosos; cæcos et claudos illuminans erexit: surdos denique et mutos [f], ac mulierem deorsum inclinatam, sermone curavit [g]: ut tu, misera anima, salutem consequaris.

Morbos curans Christus Verbum, pauperibus evangelizavit; claudos curavit; comedit cum publicanis; cum peccatoribus consuetudinem habuit: tactu manus animam filiæ Jairi quæ jam migrasset corpore, reduxit [h].

Publicanus salvus evadebat [i]; et meretrix casta [j]; at Pharisæus superbiens, reatum incurrebat: primus siquidem ille dicebat, « Esto mihi propitius; » illa vero: « Miserere mei; » tertius denique fastu glorians clamabat: « Gratias ago tibi, Deus; [j] » et quæ deinceps sequuntur arrogantia verba.

Zacchæus, quanquam publicanus [k], salvus nihilominus efficiebatur: Simonque Pharisæus fallebatur [l], meretrice interim remissionem ab eo obtinente, « qui potestatem habet in terra dimittendi peccata [m]; » quem tibi ipsa, o anima, redde propitium.

Non es imitata, o misera anima, meretricem illam quæ, accepto alabastro unguenti, lacrymis unxit Dominicos pedes, et extersit capillis; ejus nimirum, qui veterum illi criminum chirographum discidisset.

Nosti, o anima mea, ut urbes quibus Christus Evangelium prædicavit, fuerint maledictæ [n]; time exemplum, ut ne similis evaseris: urbi siquidem Sodomorum conferens eas Dominus, ad usque infernum damnavit.

Ne, o anima mea, desperatione deterior fias; quæ Chananæa fidem audieris, qua filiam, Dei verbo sanavit: Clama ex imo corde, sicut illa Christe: « Salva me quoque, Fili David [o]. »

Miserere; salva me, Fili David, miserere, qui verbo sanasti vexatos a dæmone Misericordem illam, velut olim latroni, mihi loquere vocem: « Amen dico tibi, eris mecum in paradiso [p], » cum in mea gloria veniam.

Te latro accusabat, latro nihilominus Deum prædicabat: ambo enim pendebant e cruce. Tu vero, ut multæ misericordiæ, etiam mihi, velut fideli illi latroni, qui te Deum agnovit, gloriosi tui regni aperi januam.

Videns te creatura affixum cruci defixa tenebatur; montes et petræ timore dissecabantur; terra

A Παράλυτον ἤγειρε Χριστὸς τὴν κλίνην ἄραντα· καὶ νεανίσκον θανέντα διήγειρε, τῆς χήρας τὸ κῦμα· καὶ τοῦ ἑκατοντάρχου· καὶ Σαμαρείτιδι φανείς, τὴν ἐν πνεύματι λατρείαν σοι, ψυχή, προεζωγράφησεν.

Αἱμόῤῥουν ἴασατο ἁψῇ κρασπέδου Κύριος· λεπροὺς καθῆρε· τυφλοὺς καὶ χωλεύοντας φωτίσας ἀνώρθωσε· κωφούς τε καὶ ἀλάλους, καὶ τὴν συγκύπτουσαν χαμαὶ, ἐθεράπευσε τῷ λόγῳ, ἵνα σὺ σωθῇς, ἀθλία ψυχή.

Τὰς νόσους ἰώμενος, πτωχοῖς εὐηγγελίζετο Χριστὸς ὁ Λόγος· κυλλοὺς ἐθεράπευσε· τελώναις συνήσθιεν· ἁμαρτωλοῖς ὡμίλει· τῆς Ἰαείρου θυγατρὸς τὴν ψυχὴν προμεταστᾶσαν ἁφῇ τῆς χειρός.

B Τελώνης ἐσώζετο, καὶ πόρνη ἐσωφρόνιζε, καὶ Φαρισαῖος αὐχῶν κατεκρίνετο· ὁ μὲν γὰρ, « Ἱλάσθητι, » ἡ δὲ, « Ἐλέησόν με· » ὁ δὲ, ἐκόμπαζε βοῶν· « Ὁ Θεὸς, εὐχαριστῶ σοι· » καὶ ἑξῆς τὰ τῆς ἀνοίας ῥητά.

Ζακχαῖος τελώνης ἦν, ἀλλ' ὅμως διεσώζετο· καὶ Φαρισαῖος ὁ Σιμὼν ἐσφάλλετο, καὶ πόρνη ἐλάμβανε τὰς ἀφεσίμους λύσεις, παρὰ « τοῦ ἔχοντος ἰσχὺν ἀφιέναι ἁμαρτίας· » ὄν, ψυχὴ, σαυτῇ ἱλέωσαι.

Τὴν πόρνην, ὦ τάλαινα ψυχή μου, οὐκ ἐζήλωσας· ἥ τις λαβοῦσα μύρου τὸ ἀλάβαστρον σὺν δάκρυσιν C ἥλειψε τοὺς πόδας τοῦ Κυρίου, ἐξέμαξε δὲ ταῖς θριξὶ, τῶν ἀρχαίων ἐγκλημάτων τὸ χειρόγραφον ῥηγνύντος αὐτῇ.

Τὰς πόλεις αἷς ἔδωκε Χριστὸς τὸ Εὐαγγέλιον, ψυχή μου, ἔγνως ὅπως κατηράθησαν· φοβοῦ τὸ ὑπόδειγμα, μὴ γένῃ ὡς ἐκεῖναι· τὰς ἐν Σοδόμοις γὰρ αὐτὰς ὁ Δεσπότης παρεικάσας, ᾅδου κατεδίκασε.

Μὴ χείρων, ὦ ψυχή μου, φανῇς δι' ἀπογνώσεως· τῆς Χαναναίας τὴν πίστιν ἀκούσασα, δι' ἧς τὸ θυγάτριον λόγῳ Θεοῦ ἰάθη· « Υἱὲ Θεοῦ σῶσον κἀμέ, » ἀναβόησον ἐκ βάθους τῆς καρδίας, ὡς ἐκείνη Χριστῷ.

Σπλαγχνίσθητι· σῶσόν με· Υἱὲ Δαβὶδ, ἐλέησον, ὁ δαιμονῶντας λόγῳ ἰασάμενος. Φωνὴν δὲ τὴν εὔσπλαγχνον, ὡς τῷ λῃστῇ μοι φράσον· « Ἀμὴν σοι D λέγω, μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ, » ὅταν ἔλθω ἐν τῇ δόξῃ μου.

Λῃστὴς κατηγόρει σοι· λῃστὴς ἐθεολόγει σοι· ἀμφότεροι γὰρ σταυρῷ συνεκρεμᾶτο. Ἀλλ', ὦ πολυεύσπλαγχνε, ὡς τῷ πιστῷ λῃστῇ σου, τῷ ἐπιγνόντί σε Θεὸν, κἀμοὶ ἄνοιξον τὴν θύραν τῆς ἐνδόξου βασιλείας σου.

Ἡ κτίσις συνείχετο, σταυρούμενόν σε βλέπουσα· ὄρη καὶ πέτραι φόβῳ διερῥήγνυντο· καὶ ᾅδης ἐγυ-

[a] Matth. IX, 6. [b] Luc VII, 14. [c] Matth. VIII, 5. [d] Joan. IV, 24. [e] Matth. IX. 20 seqq. [f] Matth. XI, 5 seqq. [g] Luc. XIII, 11. [h] Marc. V, 22 seqq. [i] Luc. XVIII, 14. [j] Luc. XVIII, 11. [k] Luc. XIX, 2 seqq. [l] Luc. VII, 36 seqq. [m] Matth. IX, 6. [n] Luc. X, 10 seq. [o] Matth. XV, 22. [p] Luc. XXIII, 43.

Digitized by Google

μνοῦτο· καὶ συνεσκότασε τὸ φῶς ἐν ἡμέρᾳ καθορῶν σε, Ἰησοῦ, προσηλωμένον σαρκί. A

Ἀξίους μετανοίας καρποὺς μὴ ἀπαιτήσῃς μου· ἡ γὰρ ἰσχύς μου ἐν ἐμοὶ ἐξέλιπε. Καρδίαν μοι δώρησαι ἀεὶ συντετριμμένην, πτωχείαν δὲ πνευματικὴν, ἵνα ταῦτά σοι προσοίσω, ὡς δεκτὴν θυσίαν, μόνε Σῶτερ.

Κριτά μου καὶ γνωστά μου· ὁ μέλλων πάλιν ἔρχεσθαι σὺν τοῖς ἀγγέλοις, κρῖναι κόσμον ἅπαντα· ἱλέῳ σου ὄμματι τότε ἰδών με, φείσαι καὶ οἰκτειρόν με, Ἰησοῦ, τὸν ὑπὲρ πᾶσαν φύσιν τῶν ἀνθρώπων ἁμαρτήσαντα.

Τῆς Ὁσίας.

Ἐξέστησας ἅπαντας τῇ ξένῃ πολιτείᾳ σου· ἀγγέλων τάξεις, βροτῶν τὰ συστήματα· ἀΰλως βιώσασα, καὶ φύσιν ὑπερβᾶσα· ἀνθ' ὧν ἀΰλως τοῖς ποσὶν ἐπιβαίνουσα, Μαρία, Ἰορδάνην διεπέρασας. B

Ἱλέωσαι τὸν Κτίστην ὑπὲρ τῶν εὐφημούντων σε, ὁσία Μῆτερ, ῥυσθῆναι κακώσεων καὶ θλίψεων, τῶν κύκλῳ συνεπιτιθεμένων· ἵνα ῥυσθέντες τῶν πειρασμῶν, μεγαλύνωμεν ἀπαύστως, τὸν δοξάσαντά σε, Κύριον.

Ἀνδρέου.

Ἀνδρέα σεβάσμιε, καὶ Πάτερ τρισμακάριστε, ποιμὴν τῆς Κρήτης, μὴ παύσῃ δεόμενος ὑπὲρ τῶν σε ὑμνούντων· ἵνα ῥυσθῶμεν πάσης ὀργῆς καὶ θλίψεως, καὶ φθορᾶς καὶ πταισμάτων ἀνεικάστων, οἱ τιμῶντές σου τὴν τιμὴν πιστῶς. C

Δόξα.

Τριὰς ὁμοούσιε, Μόνας ἡ τρισυπόστατος· σὲ ὑμνοῦμεν, Πατέρα δοξάζοντες, Υἱὸν μεγαλύνοντες, καὶ Πνεῦμα προσκυνοῦντες, τὸν ἕνα φύσει ἀληθῶς Θεὸν, ζωήν τε καὶ ζωὰς, βασιλείαν ἀτελεύτητον.

Θεοτόκ.

Τὴν πόλιν σου φύλαττε, Θεογεννῆτορ ἄχραντε· ἐν σοὶ γὰρ αὕτη πιστῶς βασιλεύουσα, ἐν σοὶ καὶ κρατύνεται· καὶ διὰ σοῦ νικῶσα, τροποῦται πάντα πειρασμὸν, καὶ σκυλεύει πολεμίους, καὶ διέπει τὸ ὑπήκοον.

Εἰς τὸ Ἀπόδειπνον, ψάλλομεν τὸν παρόντα Κανόνα· ποίημα τοῦ ἁγίου πατρὸς κυρίου Ἀνδρέου Κρήτης τοῦ Ἱεροσολυμίτου. D

Ὠδὴ α'. ἦχ. α'. Ὁ Εἱρμός.

Ὠδὴν ἐπινίκιον ἄσωμεν πάντες Θεῷ τῷ ποιήσαντι θαυμαστὰ τέρατα βραχίονι ὑψηλῷ, καὶ σώσαντι τὸν Ἰσραήλ· ὅτι δεδόξασται.

Νεκρὸν τετραήμερον ἐξαναστήσας, Σῶτερ μου,

quatiebatur; spoliabatur infernus; lumenque, o Jesu, videns carne confixum clavis, die media obtenebratum est.

Ne, rogo, dignos a me pœnitentiæ fructus exegeris; nam virtus mea in me defecit. Dona cor semper contritum, et spiritus paupertatem; quo hæc semper, tibi soli Salvatori, ut acceptabilem hostiam offeram.

Judex meus et cognitor meus; qui venturus iterum es cum angelis judicaturus mundum universum: tunc me propitius intuens, parce ac miserere, o Jesu, qui supra universum humanum genus peccavi.

In Sanctam.

Tua illa nova vivendi ratione universos in stuporem egisti; tum angelicos ordines, tum mortalium cœtus: quæ velut sine corpore vixeris, sisque supergressa naturam: quamobrem velut sine corpore pedibus incedens, o Maria, Jordanem transivisti.

Iis Creatorem placa, o sancta Mater, qui te laudibus celebrant; ut a malis et calamitatibus undequaque imminentibus liberemur: quo liberati a tentationibus, Dominum qui fecit gloriosam, incessanter magnificemus.

In Andream.

Andrea venerabilis, ac beatissime Pater, Cretæ pastor, ne cessaveris orare pro iis qui te laudant; ut ab omni ira, et afflictione, exitioque, immensisque lapsibus liberemur, qui fideli te animo honoramus.

Gloria.

Trinitas consubstantialis, Unitas trine subsistens, te laudamus; Patrem glorificantes, magnificantes Filium, ac Spiritum adorantes, unum vere natura Deum, vitamque et vitas (49); interminabile regnum.

In Deipar.

Urbem tuam serva, Dei genitrix intemerata; in te siquidem fideliter regnat, ac in te firmatur; tuaque victrix opera, tentationem omnem fugat, hostesque prædatur, ac moderatur subjectos.

Ad vesperas [Parasceves ante Ramos] *canimus huncce canonem, editum a sancto patre domino Andrea Cretensi, cognomento Hierosolymita.*

Ode I, *ton.* I. *Hirmus.*

Omnes pro victoria Deo cantemus laudes, qui fecit portenta mirabilia brachio excelso, et salvavit Israelem [q]; quoniam glorificatus est.

Suscitando, o meus Salvator, Lazarum quatri-

[q] Psal. cv, 21.

COMBEFISII NOTÆ.

(49) *Vitamque et vitas.* Ζωήν τε καὶ ζωάς. Hoc ultimum, cum sit abstractum, non videtur aliter sane et e theologia in Deo dici, quam intellectum velut in sensu causali: ut dicatur Deus et Trinitas, in se et substantialiter vita; quod est singularissime, simulque vitæ, ceu omnium archetypa vita. Est modus loquendi, mysticis maxime, in quibus magnus fuit Andreas, perquam familiaris.

Digitized by Google

quanum mortuum, excelso cum brachio a morte liberasti, ac ostendisti potentiam, qui sis fortis.

Vocans Lazarum a monumento, confestim resuscitasti : infernus autem inferne amare luxit, gemensque, tuam, o Salvator, potentiam tremuit.

Lacrymatus es, Domine, super Lazaro, assumptam a te carnem dispensatione, ostendens ; quodque exsistens Deus, homo factus sis nobis similis.

Marthæ Mariæque lacrymas cohibuisti, Domine, suscitato, o Salvator, a mortuis Lazaro : et ubi potentia tua, spiritum mortuo reddidisses.

Humano more percontatus es, Domine, ubi Lazarus positus esset, ostendens omnibus, o Salvator, sinceram ad nos, et vera carnis assumptione, B œconomiam.

Tunc inferni contrivisti portas vocando Lazarum, hostisque enervasti potentiam : ac adegisti ut ante crucem te tremeret, o solus Salvator.

Occupasti, o Domine, tanquam Deus, detentum ad inferno Lazarum, ac vinculis absolvisti : quippe, o potens, tuo omnia cedunt præcepto.

Gloria.

Laudemus Patrem, Filiumque, et Spiritum sanctum, indivisam in natura una Trinitatem, et cum angelis, velut Deum unum increatum, glorificemus.

Et nunc.

Factum nobis, Patris beneplacito, sine mutatione et commistione similem, vitæ Auctorem, o Dei Mater, de Spiritu sancto, immutabiliter, nihilque læsa integritate concepisti.

Ode 2. *Hirmus.*

Attende, cœlum, et loquar, Christumque, qui solus clemens est, propensiorique in humanum genus affectu, cantico celebrabo.

Gloria : qui vocasti tantum, quatriduanumque mortuum amicum Lazarum de sepulcro suscitasti.

Audivit tuam vocem qui erat sine spiritu, animaque vivificatus, confestim te, Domine, laudans, a mortuis resurrexit.

Qui fetens Lazarus erat, tua, o meus Salvator, suscepta auditaque vivifica voce, e tumulo resurrexit.

Lacrymatus es super amicum, o Salvator meus; astruens, ut nostram vere indueris naturam, eumdem resuscitans.

Contremuit infernus, mox ut ad vocem, vinctum instilis, ad vitæ hujus postliminio auras revertentem, aspexit.

Obstupuerunt Hebræorum populi, cum vocando, o Salvator, fetentem Lazarum, verbo resuscitasti.

τὸν Λάζαρον, τῆς φθορᾶς ἁπήλλαξας βραχίονι ὑψηλῷ, καὶ ἔδειξας ὡς δυνατὸς τὴν ἐξουσίαν σου.

Φωνήσας τὸν Λάζαρον ἐκ τοῦ μνημείου, εὐθὺς ἐξανέστησας· ἀλλ' ὁ ᾅδης κάτωθεν πικρῶς ὠδύρετο, καὶ στένων ἔτρεμε, Σῶτερ, τὴν ἐξουσίαν σου.

Ἐδάκρυσας, Κύριε, ἐπὶ Λαζάρῳ, δεικνύων τὴν σάρκωσιν τῆς οἰκονομίας σου, καὶ ὅτι φύσει θεὸς ὑπάρχων, φύσει καθ' ἡμᾶς γέγονας ἄνθρωπος.

Τῆς Μάρθας τὰ δάκρυα, καὶ τῆς Μαρίας κατέπαυσας, Κύριε, ἐκ νεκρῶν τὸν Λάζαρον ἐξαναστήσας, Σῶτερ, καὶ δείξας ἐμπνοῦν τὸν νεκρὸν, τῇ ἐξουσίᾳ σου.

Τῷ νόμῳ τῆς φύσεως τῆς ἀνθρωπίνης, ἠρώτησας, Δέσποτα, Ποῦ τέθειται Λάζαρος ; δεικνύων πᾶσι, Σῶτερ, ἀνόθευτον τὴν πρὸς ἡμᾶς οἰκονομίαν σου.

Τὰ κλεῖθρα συνέτριψας τότε τοῦ ᾅδου φωνήσας τὸν Λάζαρον, καὶ τὸ κράτος ἔσωσας [a] τοῦ πολεμήτορος, καὶ ἔπεισας πρὸ τοῦ σταυροῦ τρέμειν σε, μόνε Σῶτερ.

Δεσμώτην τὸν Λάζαρον ὑπὸ τοῦ ᾅδου κρατούμενον, Δέσποτα, ὡς Θεὸς προέφθασας, καὶ ἔλυσας τῶν δεσμῶν· τῷ σῷ γὰρ πάντα, δυνατὲ, εἴκει προστάγματι.

Δόξα.

Πατέρα δοξάσωμεν, Υἱὸν, καὶ Πνεῦμα, Τριάδα ἀχώριστον ἐν μονάδι φύσεως, καὶ σὺν ἀγγέλοις αὐτὴν, ὡς ἕνα ἄκτιστον Θεὸν, δοξολογήσωμεν.

C

Καὶ νῦν.

Ἀτρέπτως ἐκύησας, Παρθενομῆτορ, τὸν Κτίστην τῆς φύσεως, ἐξ ἁγίου Πνεύματος, κατ' εὐδοκίαν Πατρὸς, γενόμενον ὅπερ ἐσμὲν, δίχα τροπῆς καὶ φυρμοῦ.

Ὠδὴ β'. Ὁ Εἱρμός.

Πρόσεχε, οὐρανὲ, καὶ λαλήσω, καὶ ἀνυμνήσω Χριστὸν τὸν Σωτῆρα τοῦ κόσμου, τὸν μόνον φιλάνθρωπον.

(51) *Peccatrix mulier.* Sic quotquot peculiares tractatus et sermones in hanece unctionem ediderunt Græci Patres, quos ipse viderim. Non video tamen ut illa esset peccatrix, nisi forte quia fuisset ea dem nimirum ipsa, quæ olim, sub medium prædicationis vere peccatrix, ac tunc primum conversa, Dominum unxisset. Luc. vii. Mihi certe evidens est non esse istam unctionem Matth. xxvi, et Marc. xiv, illam Luc. vii, a qua statim subjungit sacer textus : Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ παρεξῆς, velut significet Lucas, nihil illic narratum per anticipationem : eoque Magnus Gregorius, Mariam de qua statim scribit exisse septem dæmonia, et Mariam Magdalenem ipsam peccatricem, omnibus vitiis liberatam accipit. Est hæc Patrum rhetorica non leve argumentum, illi ungentis unitati, a qua nec abest Ecclesia Latina cum feria ante majorem hebdomadam, qua devotissimum illud Evangelium Luc. vii legit, quæ spectant ad istam mulierem Matth. et Marc. Dominica verba, ad *Benedictus* et *Magnificat*, devotissime canit. *Quid molesti estis*, etc. *Mi tens hæc mulier*, etc.

Digitized by Google

versus in proditionem, cohortem totam improborum populorum adversum te commovit.

Gloria.

Te Filium, cum Patre, Spiritumque illum rectum, naturam unam adoro et laudo; personis dirimens, ac substantia uniens.

Et nunc.

Quæ te, Agna, Pastorem Agnumque peperit, jugis, o Jesu Deus, pro terrigenis tuis fidelibus, mediatrix exstat.

Cath., seu sess. ton, 1. Chorus angelicus.

Ecce vero hostili proposito coactum malignum concilium, ut velut reum, eum damnet, qui Dominus in cœlis tanquam judex sedet universorum. Nunc conveniunt cum Pilato, Herodes Annasque pariter et Caiphas [b], ejus discussuri causam qui solus longanimis est.

Ode 8. Hirmus.

Eum qui Mosi olim, in rubo, in monte Sina [c], Virginis miraculum præfiguravit, laudate, benedicite, et superexaltate in omnia sæcula.

Non velut nesciret tempus consummationis nostræ, is qui tenet sæcula, nescire se, diem illam prædixit [d]; sed quo omnibus modeste sapiendi (52) regulam poneret.

Quando sedens judex, quemadmodum dixisti [e], tu Pastor hædos separaveris ab ovibus; ne nos, Salvator, statione illa divinæ tuæ dexteræ privaveris.

Ipse es Pascha nostrum, qui pro omnibus immolatus es [f], sicut agnus, victimaque et peccatorum propitiatio: tuasque adeo Christe, divinas passiones in sæcula omnia superexaltamus.

Tota tibi vita, o anima mea, pistrini, agrique, et domus imaginem refert [g]: Quamobrem habe cor paratum in Deum, ut ne etiam carnis corruptioni relinquaris (53).

Non a Pharisæis; non a solo, Salvator, Simone voluisti convivio excipi; sed et jam publicani pariter et meretrices, tuam misericordiam hauriunt.

Pecuniæ avarus proditor Judas, effuso unguento Domini deinceps venditionem molitus est [h], profectusque ad scelestos, de pretio convenit.

σπεῖραν ὅλην τῶν ἀνόμων λαῶν συνεκίνει κατὰ σοῦ, εἰς προδοσίαν τραπείς.

Δόξα.

Σὺν Πατρί σε τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ εὐθὲς, τὴν μίαν φύσιν προσκυνῶ καὶ ἀνυμνῶ· τοῖς προσώποις διαιρῶν, καὶ τῇ οὐσίᾳ ἑνῶν.

Καὶ νῦν.

Ἡ τεκοῦσά σε Ἀμνὰς, τὸν Ποιμένα καὶ Ἀμνὸν, ἀεὶ πρεσβεύοι, Ἰησοῦ ὁ Θεὸς, ὑπὲρ πάντων γηγενῶν, τῶν πιστευόντων εἰς σέ.

Καθ., ἦχ. α'. Χορὸς ἀγγελικός.

Ἰδοὺ τὸ πονηρὸν βουλευτήριον ὄντως συνῆκται δυσμενῶς, ὡς κριτὸν κατακρῖναι, τὸν ἄνω καθεζόμενον ὡς κριτὴν πάντων κύριον· νῦν ἀθροίζεται, σὺν τῷ Πιλάτῳ Ἡρῴδης· Ἅννας ἅμα τε καὶ Καϊάφας ἐτάσαι τὸν μόνον μακρόθυμον.

Ὠδὴ η'. Ὁ Εἱρμός.

Τὸν ἐν τῇ βάτῳ Μωσῇ τῆς Παρθένου τὸ θαῦμα ἐν Σιναίῳ τῷ ὄρει προτυπώσαντά ποτε ὑμνεῖτε, εὐλογεῖτε, καὶ ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Οὐκ ἀγνοῶν τὸν καιρὸν τῆς ἡμῶν συντελείας, ὁ κρατῶν τοὺς αἰῶνας, τὴν ἡμέραν ἀγνοεῖν προέφησεν ἐκείνην· ἀλλ' ὅρους πᾶσι τιθεὶς πρὸς μετριοφροσύνην.

Ὅταν καθήσῃς κριτὴς, ἀφορίσας, ὡς εἶπας, ὁ Ποιμὴν τῶν προβάτων τὰ ἐρίφια, Σῶτερ, τῆς στάσεως ἐκείνης μὴ ὑστερήσῃς ἡμᾶς, τῆς θείας δεξίας σου.

Σὺ εἶ τὸ Πάσχα ἡμῶν, ὁ τυθεὶς ὑπὲρ πάντων ὡς ἀμνὸς καὶ θυσία, καὶ πτεισμάτων ἱλασμός· καὶ σοῦ τὰ θεῖα πάθη ὑπερυψοῦμεν, Χριστὲ, εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Μύλωνι ἔοικέ σοι, καὶ ἀργῷ, καὶ οἰκίᾳ, πᾶς ὁ βίος, ψυχή μου· διὸ κτῆσαι εἰς Θεὸν ἑτοίμην τὴν καρδίαν, ἵνα μηδὲν τῇ φθορᾷ τῆς σαρκὸς καταλίπῃς.

Οὐ Φαρισαίοις, Σῶτερ, οὐ τῷ Σίμωνι μόνῳ κατηξίωσας ἅμα εἰς ἑστίασιν ἐλθεῖν, ἀλλ' ἤδη καὶ τελῶναι ὁμοῦ καὶ πόρναι, τὴν σὴν ἀντλοῦσιν εὐσπλαγχίαν.

Φιλαργυρίας ἐρῶν ὁ προδότης Ἰούδας, κενωθέντος τοῦ μύρου ἐμελέτησε λοιπὸν τὴν πράσιν τοῦ Δεσπότου, καὶ πρὸς ἀνόμους ἐλθὼν, τὴν τιμὴν συνεφώνει.

[b] Act. IV, 27. [c] Exod. III, 2; XX, 1. [d] Marc. XIII, 32. [e] Matth. XXV, 32. [f] I Cor. V, 7. [g] Matth XXIV, 40; Luc. XVII, 34. [h] Matth. XXVI, 14.

VARIÆ LECTIONES.

[57] *Isc.* μηδὲ τ. φ. τ. σ. καταλιπῆς.

COMBEFISII NOTÆ.

(52) *Quo omnibus modeste sapiendi*, etc. Scribunt plerique Patres in illa Marci verba: ac vere plana videtur hæc eorum mens, ut velut deterrendis apostolis ab inquisitione ampliori, et castigandæ curiositati sunt dicta, quanquam humilius, pro ratione hominis, quam præferret, ac ne apertius repellendo, videretur nonnihil molestior; quod minus tempori congruebat, passione imminente. Nescit ergo ut doceat. Videri potest Chrysost. ad illa verba Act. *Non est vestrum nosse tempora*, etc.

(53) *Ut ne etiam carnis corruptioni relinquaris.* Ita suadet legendum textus ad quem alludit Matth. XXIV et Luc. XVII, quo salvandorum et reproborum universitas, triplici illo typo describitur, molæ, agri, et lecti; in quibus unus assumendus sit, unus relinquendus; velut nimirum in interitum, quod Andreas illo adjecto τῇ φθορᾷ τῆς σαρκὸς, solita velut paraphrasi, et valde amica, exponit. Possit nihilominus lectio alia sustineri, quam neque movimus.

Digitized by Google

Ὦ μακαρίων χειρῶν! Ὦ τριχῶν καὶ χειλέων τῶν τῆς σώφρονος πόρνης, αἷς ἐπέχεε, Σῶτερ, τὸ μῦρον πρὸς τοὺς πόδας, ἐκμασσομένη αὐτοὺς, πυκνῶς καταφιλοῦσα.

Ἀνακειμένῳ γυνὴ, ἐπιστᾶσά σοι, Λόγε, πρὸς τοὺς πόδας θρηνοῦσα, τὸ ἀλάβαστρον, Σῶτερ, τοῦ μύρου κατεκένου, ἐπὶ τὴν σὴν κεφαλὴν τοῦ ἀθανάτου μύρου.

Δόξα.

Σὺν τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, τὴν ἁγίαν Τριάδα ἐν θεότητι μιᾷ, δοξάζομεν βοῶντες· Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος εἶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

Καὶ νῦν.

Ταῖς ἱκεσίαις, Σῶτερ, τῆς ἀχράντου μητρός σου, καὶ τῶν σῶν ἀποστόλων, τὰ ἐλέη σου ἡμῖν κατάπεμψον πλουσίως, καὶ τὴν εἰρήνην τὴν σὴν, παράσχου τῷ λαῷ σου.

Ὠδὴ θ'. Ὁ Εἱρμός.

Τὴν ὑπερφυῶς σαρκὶ, συλλαβοῦσαν ἐν γαστρὶ, τὸν ἐκ Πατρὸς ἀχρόνως προεκλάμψαντα λόγον, τὴν μόνην Θεοτόκον μεγαλύνομεν πιστῶς.

Ἐργασίας ὁ καιρός· σωτηρίας ὁ σκοπός· τὸ τάλαντον λαβοῦσα, τὴν ἀρχαίαν εἰκόνα, ψυχή μου, ἐμπορεύου τὴν αἰώνιον ζωήν.

Ὡς λαμπάδας φωτεινὰς κοσμηθέντες τὰς ψυχὰς, τῷ Νυμφίῳ χωροῦντι πρὸς τὸν ἄφθαρτον γάμον, πρὸ τοῦ τὴν θύραν κλεῖσαι, συνεισέλθωμεν αὐτῷ.

Δεῖξαι θέλων, Ἰησοῦ, τὸ ὑπερφυὲς τῆς σῆς ταπεινώσεως πᾶσιν, εἱστιάθης ἐν οἴκῳ τοῦ Σίμωνος δειπνήσας, τῶν πεινώντων ἡ τροφή.

Ἄρτος ὢν ζωοποιὸς εἱστιάθης, Ἰησοῦ, Σίμωνι Φαρισαίῳ, ἵνα πόρνη κερδήσῃ τὴν ἄπρατόν σου χάριν τοῦ μύρου τῇ κενώσει.

Χεῖρες ῥυπαραί· χεῖλη πόρνης ἐν ἐμοί· ἀναγνός μου ὁ βίος· ἐφθαρμένα τὰ μέλη· ἀλλ' ἄνες μοι καὶ ἄφες, βοᾷ πόρνη τῷ Χριστῷ.

Ἐπιστᾶσα ἡ γυνὴ πρὸς τοὺς πόδας σου, Σῶτερ, ἐπέχεε τὸ μῦρον, εὐωδίας πληροῦσα, καὶ μύρου πληρουμένη, τοῦ τῶν ἔργων ἰλασμοῦ.

Ἀρωμάτων εὐπορῶ, ἀρετῶν δὲ ἀπορῶ· ἃ ἔχω, σοὶ προτάγω, δὸς αὐτὸς ἅπερ ἔχεις, καὶ ἄνες μοι καὶ ἄφες, βοᾷ πόρνη τῷ Χριστῷ.

Μῦρον παρ' ἐμοὶ φθαρτόν· μῦρον παρὰ σοὶ ζωῆς· « Μῦρον γὰρ ὄνομά σοι κενωθὲν » τοῖς ἀξίοις. Ἀλλ' ἄνες μοι καὶ ἄφες, βοᾷ πόρνη τῷ Χριστῷ.

Δόξα.

Ἄναρχος εἶ ὁ Πατὴρ, ἄκτιστος εἶ ὁ Υἱὸς, σύνθρονον καὶ τὸ Πνεῦμα· ἐν τὰ τρία τῇ φύσει, καὶ τρία τοῖς προσώποις· εἷς Θεὸς ἀληθινός.

Θεοτόκ.

Θεοτόκε, ἡ ἐλπὶς τῶν τιμώντων σε ἀεὶ, μὴ παύσῃ δυσωποῦσα τὸν ἐκ σοῦ γεννηθέντα, ῥυσθῆναί με κινδύνων, καὶ παντοίων πειρασμῶν.

O beatas manus! O crines et labia sobriæ meretricis! Manus, inquam, quibus tuis pedibus, o Salvator, affudit unguentum, extergens ipsa, ac crebro deosculans [i].

Recumbente te, ad tuos, Verbum, mulier lugens accedens pedes, alabastrum unguenti o Salvator, effudit, super caput tuum immortalis unguenti.

Gloria.

Cum Patre, Filium, sanctumque Spiritum, sanctam in una Deitate Trinitatem glorificantes clamamus: Sanctus, sanctus, sanctus es in sæcula.

Et nunc.

Intemeratæ Matris tuæ, tuorumque, Salvator, apostolorum intercessionibus, tuam nobis large de cœlo mitte misericordiam; pacemque tuam, tuo populo tribue.

Od. 9. Hirmus.

Quæ mirabili ratione, Verbum a Patre æternum effulgens, carne concepit, solam Dei Genitricem, fide glorificamus.

Opportunum est tempus: salutis propositus scopus: accepto talento i, veteri, inquam, imagine, æternam vitam, o anima mea, mercare.

Mentibus, præfulgentium lampadarum instar ornatis, eunti Sponso ad immortales nuptias [k], priusquam claudat januam, comites ingrediamur.

Quo, Jesu, eximiam tuam humilitatem omnibus declarares; tu esurientium cibus, in Simonis domo cœnaris [l], convivio exceptus es.

Tu Jesu, vivificus panis, convivio voluisti excipi a Simone Pharisæo: ut interim mulier meretrix, unguenti effusione, tuam illam lucrifaceret invendibilem gratiam.

Manus habeo sordidas, labia meretricis, impuram vitam, corrupta membra: enimvero remitte mihi et parce, clamat meretrix Christo.

Accedens mulier ad tuos, Salvator, pedes, unguentum affudit; implens fragrantia, plenaque ipsa unguento, propitiationis reipsa paratæ.

Affluunt aromata, virtutes deficiunt, offero quod habeo, ipse da quod habes, ac mihi remitte et parce, clamat meretrix Christo.

Est apud me corruptibile unguentum; apud te autem, unguentum vitæ: « Unguentum, enim nomen tibi, dignis evacuatum [m]; » mihi vero remitte et dimitte, clamat meretrix Christo.

Gloria.

Æternus est Pater, increatus Filius, eodemque sublimis throno Spiritus sanctus: unum quid tria, quod spectat ad naturam, et tria Personis: unus Deus verus.

In Deipar.

Tu Deipara, eorum spes qui te semper honorant; ne cesses exorare ex te natum ut a periculis, omnimodisque tentationibus liberet.

[i] Luc. VII, 38 seqq. [j] Matth. XXV, 15. [k] ibid. 4. [l] Luc. VII, 36. [m] Cant. I, 2.

Digitized by Google

Sancta Magnaque 4 feria, ad Completorium, Triodium domini Andreæ.

Ode 4, ton. 4 obliq. Audivit Propheta.

Te, Creatorem, tuosque Symmystas, cœnaculum stratum [n] » suscepit; illicque celebrasti Pascha; et sacramenta confecisti. In eo siquidem, missis nunc duobus e discipulis Pascha tibi paratum fuit.

« Ite ad quemdam, » præfatur apostolis [o], qui novit omnia : ac plane beatus, qui corde instructo instar cœnaculi, instarque cœnæ, parata pictate, Dominum potest fidelis suscipere.

Mens tua avara est, vesani mores, o insipiens Juda. Nam cui soli essent crediti loculi [p], nullo modo ad misericordiam flexus es; sed clausisti duri B cordis tui viscera, eo prodito, qui solus misericordiæ visceribus præditus est.

Congruit venditioni avaræ animus deicidarum; erat ille ad cædem armatus : hæc trahebat argenteos [q]. Quippe resti pœnitentiæ prælata, amisit vitam.

Osculum plenum est dolo : Est in gladio tuum *ave* [r], o Juda impostor. Loqueris lingua quæ ad pacem videntur; animo autem ad seditionem tendis : quippe cogitas, ut dolo beneficum sceleratis tradas.

Oscularis, vendisque, Juda; salutas nec procumbis, dolo accurrens? Quis odio salutat, o ter infelix? Quis osculans vendit pretio : arguit quod figis osculum, maligni tui consilii impudens propositum. C

Gloria.

Individuum substantia, inconfusum personis, te Deum profiteor, trinam unam Deitatem, velut regni unius, eodemque throno sublimem. Magnum tibi illud canticum sumito, quod trine in altissimis glorioso ambitu canitur.

In Deipar.

Vincit conceptio rationem; tuus partus naturam superat. Fuit illa non ex semine, sed ex Spiritu : hic autem habet naturæ leges, velut incorruptus, totiusque parturitionis naturæ superior. Quippe Deus est quod partu editur.

Cath., sive sess. ton. 4. Aperuisti hodie.

Convescens, Domine, cum tuis discipulis, tuam sacram mortem mystice declarasti; qua sumus a corruptione et morte liberati, qui venerabilibus tuis passionibus honorem habemus.

Ode 8. Quem glorificant cœlorum militiæ.

Legis mandatum implens, qui in Sina, legislabulas scripsisset, vetus illud, et in umbra positum comedit Pascha; factusque est ipse Pascha, ac mystica vivens hostia [t].

Illam a sæculo absconditam [t] secretius docens, o Christe, sapientiam; omnibus pariter in cœna

A *Τῇ ἁγίᾳ καὶ Μεγάλῃ δ', εἰς τὸ Ἀπόδειπνον· τὸ Τριῴδιον τοῦ κυρίου Ἀνδρέου.*

ὨΙδὴ δ', ἦχ. πλ. β'. Ἀκήκοεν ὁ Προφ.

« Ἀνώγεον ἐστρωμένον » ἐδέξατό σε τὸν Κτιστὴν, καὶ τοὺς συμμύστας· καὶ αὐτοῦ τὸ Πάσχα ἐπετέλεσας· καὶ αὐτοῦ εἰργάσω τὰ μυστήρια· αὐτοῦ γὰρ τῶν δύο σταλέντων νῦν μαθητῶν σου, τὸ Πάσχα ἡτοιμάσθη σοι.

« Ὑπάγετε πρὸς τὸν δεῖνα, » ὁ πάντα εἰδὼς προλέγει τοῖς ἀποστόλοις· καὶ μακάριός ἐστιν ὃς δύναται πιστῶς ὑποδέξασθαι τὸν Κύριον· ἀνώγεον μὲν τὴν καρδίαν προετοίμασας σοι, καὶ δεῖπνον τὴν εὐσεβείαν.

Ἡ γνώμη φιλαργυρίας· ὁ τρόπος σου ἀπονοίας, ἄφρον Ἰούδα. Πιστευθεὶς γὰρ μόνος τὸ γλωσσόκομον, ὅλως οὐκ ἐκάμφθης πρὸς συμπάθειαν· ἀλλ' ἔκλεισας τὰ τῆς σκληρᾶς σου καρδίας σπλάγχνα, προδοὺς τὸν μόνον εὔσπλαγχνον.

Ἡ γνώμη τῶν θεοκτόνων τῇ πράσει τοῦ φιλαργύρου συναρμοσθεῖσα· ἡ μὲν πρὸς ἀναίρεσιν ὡπλίζετο· ἡ δὲ τὰ ἀργύρια ἀφείλκετο. Ἀγχόνην γὰρ μεταμελείας τότε προκρίνας, τοῦ ζῆν ἐστέρηται.

Τὸ φίλημα γέμει δόλου· τὸ *χαῖρέ* σου ἐν μαχαίρᾳ, πλάνε Ἰούδα. Τῇ μὲν γλώσσῃ φθέγγῃ τὰ πρὸς ἕνωσιν, τῇ δὲ γνώμῃ νεύεις πρὸς διάστασιν· προδοῦναι γὰρ τοῖς παρανόμοις τὸν εὐεργέτην δολίως ἐμελέτησας.

Φιλεῖς καὶ πολεῖς, Ἰούδα· ἀσπάζῃ καὶ οὐκ ὀκνίζεις, δόλῳ προστρέχων; Τίς μισῶν ἀσπάζεται, τρισάθλιε; Τί; φιλῶν ἐξωνεῖται τιμήματι· τὸ φίλημα, τῆς ἀναιδοῦς σου κακοβουλίας ἐλέγχει τὴν προαίρεσιν.

Δόξα

Ἀμέριστον τῇ οὐσίᾳ· ἀσύγχυτον τοῖς προσώποις, θεολογῶ σε, τὴν τριαδικὴν μίαν Θεότητα, ὡς ὁμοβασίλειον καὶ σύνθρονον. Βοῶ σοι τὸ ᾆσμα τὸ μέγα, τὸ ἐν ὑψίστοις τρισσῶς ὑμνολογούμενον.

Θεοτόκ.

Ἡ σύλληψις ὑπὲρ λόγον· ὁ τόκος σου ὑπὲρ φύσιν, Θεογεννῆτορ. Ἡ μὲν γὰρ ἐκ Πνεύματος οὐ σπέρματος· ἡ δὲ νόμος φύσεως λανθάνουσα, ὡς ἄφθορος· καὶ ὑπὲρ φύσιν πάσης λοχείας· Θεὸς γὰρ τὸ τικτόμενον.

D *Καθ., ἦχ. δ'. Ἐπεφάνη σήμερον.*

Συνεσθίων, Δέσποτα, τοῖς μαθηταῖς σου, μυστικῶς ἐδήλωσας τὴν σὴν ἁγίαν τελευτήν· δι' ἧς, φθορᾶς ἐλυτρώθημεν, οἱ τὰ σεπτά σου τιμῶντες παθήματα.

ὨΙδὴ η'. Ὅν στρατιαὶ οὐρανῶν δοξάζουσι.

Τὴν νομικὴν ἐκπληρώσας πρόστασιν, ὁ πλάκας τὰς νομικὰς γράψας ἐν Σινᾷ, ἔφαγε μὲν τὸ Πάσχα τὸ πάλαι καὶ σκιῶδες· γέγονε δὲ Πάσχα καὶ μυστικὴ ζωοθυσία.

Τὴν ἀπ' αἰῶνος κεκαλυμμένην, Χριστὲ, σοφίαν μυσταγωγῶν, ἔδειξας ὁμοῦ πᾶσι τοῖς ἀποστόλοις,

[n] Luc. xxii, 12. [o] Matth. xxvi, 18. [p] Joan. xii, 6. [q] Matth. xxvii, 5. [r] Matth. xxvi, 49. [s] Exod. xxxi, 18; xii, 3. [t] I Cor. ii, 7.

Digitized by Google

Σῶτερ, ἐπὶ τοῦ δείπνου, ἣν ταῖς Ἐκκλησίαις παρ- A apostolis, o Salvator, ostendisti, quam afflati Deo
έδωκαν οἱ θεοφόροι. homines Ecclesiis tradiderunt.

Εἷς ἐξ ἡμῶν δόλῳ παραδώσει με, Ἑβραίοις Unus vestrum, vendens me, nocte hac Judæis
ἀπεμπολῶν ταύτῃ τῇ νυκτί. Τοῦτο Χριστὸς βοήσας dolo traditurus est. Hoc Christus clamans [u] amicos
συνέχεε τοὺς φίλους· τότε εἷς πρὸς ἕνα διαπορῶν conturbavit; tunc dubitantes cœperunt invicem
προσεκινεῖτο. aspicere.

Ταπεινωθεὶς δι' ἡμᾶς ὁ πλούσιος, τοῦ δείπνου Humilis pro nobis factus, qui dives esset, surgens
ἐξαναστάς, λέντιον λαβών, τοῦτο περιεζώσω· καὶ a cœna, te linteo præcinxisti, ac cervicem inclinans,
κλίνας τὸν αὐχένα, ἔνιψας τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν, discipulorum lavisti pedes, etiam proditoris [v].
καὶ τοῦ προδότου.

Τῆς ὑπὲρ νοῦν καὶ ἀφράστου γνώσεως, τὸ ὕψος Quis, o Christe, sensum omnem superantem
σου Ἰησοῦ, τίς μὴ ἐκπλαγῇ, ὅτι πηλῷ παρέστης, ὁ inenarrabilisque scientiæ tuam non stupuerit cel-
Κτίστης τῶν ἁπάντων, νίπτων μὲν τοὺς πόδας, ἐκ- situdinem? ut universorum Creator, luto astans,
μάσσων δὲ καὶ τῷ λεντίῳ. lavares pedes linteoque extergeres?

Ὁ μαθητὴς ἐν ἠγάπα Κύριος, τῷ στήθει ἀναπε- Discipulus quem Dominus diligebat, supra pectus
σών, ἔφη πρὸς αὐτόν· « Τίς ὁ παραδιδούς σε; » Χρι- B recumbens, ait ad illum : « Quis est qui tradet
στὸς δὲ πρὸς ἐκεῖνον· « Οὗτος ὁ ἐμβάψας ἐν τῷ τρυ- te? » At Jesus : « Iste est qui nunc manum intin-
βλίῳ νῦν τὴν χεῖρα. » gît in catino [x]. »

Ὁ μαθητὴς τὸν ψωμὸν δεξάμενος, κατὰ τοῦ ἄρτου Accepto discipulus pane, adversus panem illum
χωρεῖ. πράσιν μελετῶν· τρέχει πρὸς Ἰουδαίους· abit (54), meditans venditionem : currit ad Judæos :
λέγει τοῖς παρανόμοις· « Τί παράσχητέ μοι, κἀγὼ ait scelestis : « Quid vultis mihi dare, et ego eum
αὐτὸν προδόσω; » tradam? »

Δόξα. *Gloria.*

Ἕνα Θεὸν κατ' οὐσίαν σέβομαι· τρεῖς ὑποστάσεις Unum Deum substantia colo : tres distincte
ὑμνῷ διοριστικῶς· ἄλλας, ἀλλ' οὐκ ἀλλοίας· ἐπεὶ laudo hypostases : alias quidem, at non qualitate
Θεότης μία· ἐν τρισὶ τὸ κράτος, καὶ γὰρ Πατὴρ, Υἱὸς, diversa : quando una Deitas est. In tribus potestas
καὶ Πνεῦμα. manet : quippe Pater, Filius, et Spiritus sanctus
est.

Θεοτόκ. *In Deipar.*

Ῥῦσαι ἡμᾶς, Ἰησοῦ Σῶτερ ἡμῶν, ἐκ πλάνης καὶ C Nos, Jesu Salvator noster, ab errore, tentatione-
πειρασμοῦ, καὶ τοῦ πονηροῦ· δέχου τὴν Θεοτόκον que, et malo libera. Suscipe jugiter supplicantem
πρεσβεύουσαν ἀπαύστως· Μήτηρ γὰρ ὑπάρχει, καὶ tuam Dei Genitricem : quippe Mater exsistens potens
δύναταί σε δυσωπῆσαι. est exorare.

Ὠδὴ θ'. Ἀσπόρου συλλήψεως. *Ode 9. Conceptionis sine semine.*

Τὸ μέγα μυστήριον τῆς σῆς ἐνανθρωπήσεως, ἐπὶ Magnum incarnationis tuæ sacramentum (55), in
τοῦ δείπνου συνανακειμένου σου, τοῖς μύσταις, φιλ- cœna cum discipulis recumbens, verbis ejuscemodi,
άνθρωπε, ἀνακαλύψας ἔφης· Φάγετε ἄρτον τὸν ζωτι- clemens revelasti : Comedite vivificum panem;
κόν· πίστει πίστε τὸ αἷμα κενωθὲν τῆς Θεοπλεύρου Dei lateris jugulo fusum sanguinem fide bi-
σφαγῆς. bite [y] (56).

[u] Matth. xxvi, 21, 22. [v] Joan. xiii, 4 seqq. [x] Marc. xiv 19 20. [y] Matth. xxvi, 26; I Cor. xi, 24 seqq.

COMBEFISII NOTÆ.

(54) *Adversus panem illuminabit.* Κατὰ τὸν ἄρτον D loco loquitur ipse Andreas, in quem etiam non-
χωρεῖ. δεξάμενος τὸν ψωμόν. *Accepta buccella et* nihil adnotavimus. Nihil ergo potus hic *fide*, ad
pane. Sic Joannes toto illo capite, velut profanum a Calvinianum *fide*, seu *per fidem*, qua solum appre-
sacro pane distinguit, forsque hunc obtinuit, ut τὸ, hensione mentis conjungamur Christo, non veri-
ἄρτος, vix alium quam sacrum usum habeat modo tate : a qua nova fide, ac vere sua novitate, non
apud Græcos, ut sunt accurati in vocibus. Sic do- vera et Christiana, quam abhorruerit semper Ec-
cuit rerum Græcarum usu multo vir doctus, tan- clesia Græca, modoque abhorreat, vel in suis mi-
demque in eo genere scriptis vulgatis non incele- sellis reliquiis, nisi quantum Calvinolatra Cyrillus
bris futurus. (sic nuper, Græcus mihi metropolita, senili sanoque zelo, suæ Orientalis Ecclesiæ in novissima hac
(55) *Magnum incarnationis tuæ sacramentum*, plaga vicem dolens, vocabat) conatus est, cœpitque deflectere; luce clarius demonstrant vetera
etc. Ut vere assumptum corpus, vere in mysterio quæ exstant Patrum monumenta, hodiernaque re-
tradideris, nihilque volueris phantasia gestum in ligio : cujus illustre testimonium reliquit Jeremias
œconomia : sic certe videtur hoc tropario An- patriarcha in sua illa edita responsione : Partheni-
dreas, non aliene ab iis quæ Cyrillus docet adver- us item patriarcha adversus eumdem Cyrillum
sus Nestorium. Calvinistam in Synodica nuper vulgata. Est certe
(56) *Fide bibite.* Πίστει πίστε· Idipsum atque 8 quo moveat bene sanum hominem tam constans
deinceps tropario πιστῶς· Fideli mente et cre- Ecclesiæ utriusque traditio, ut si quid verba Domi-
dula, ac qua intelligamus quod in sacramento nica viderentur habere difficilis, et quale præten-
carnali spiritaliter geritur, in re illa sacramenti, Domino sacrificato ἐν ἀντιτύποις συμβόλοις, ut alio

Digitized by Google

Tabernaculum cœleste factum est cenaculum A in quo Christus celebravit Pascha. Cœna illud incruenta ac rationale sacrificium : mensa autem peractorum illic mysteriorum intelligibilis est ara.

Est Christus Pascha illud magnum augustumque, qui sit manducatus ut panis, ac velut ovis mactatus ; quippe pro nobis victima oblatus est. Ejus omnes religiosa pietate corpus sanguinemque mystice percipimus.

Benedixisti panem, tu panis ille cœlestis, gratias agens Patri Genitori ; acceptum quoque calicem discipulis dedisti, clamans : « Accipite, comedite : hoc est corpus meum, » sanguisque immortalis vitæ.

Amen, ait Vitis illa palmitibus, Christus, inquam, Veritas, apostolis : Amodo non bibam potum de B vite, usque dum bibam vobiscum, hæredibus meis, novum, in gloria Patris [2].

Vendis triginta argenteis Dominum ; nec, Juda sceleste, cœnæ imitationem cogitas, aut pelvim venerabilem? O quem in finem cadaver devenisti, lapsus a luce, amplexatus restim !

Manus, quibus panem illum immortalitatis accepisses, extendisti accipiendis argenteis ; os ad osculum adhibuisti, quo Christi corpus sanguinemque susceperas. Væ enimvero tibi, quemadmodum ait Christus.

Pavit Christus mundum epulo, cœlestis ille ac divinus panis : præsto itaque sitis Christi amantes ; luteis oribus, castisque cordibus, fideli eum mente suscipiamus, qui Pascha immolans, in nobis sacrificatur.

Gloria.

Glorificemus Patrem ; superexaltemus Filium ; Spiritum divinum fide adoremus : Trinitatem, inquam, inseparabilem, ac substantia unitatem : velut nimirum, lumen et lumina, vitamque vivificantem illuminantemque omnia.

In Deipar.

Sola thalamus facta es cœlestis, ac semper virgo, sponsa : quæ quidem portaveris Deum, ac sine mutatione ex te incarnatum pepereris. Quare te omnes generationes, velut Matrem, Dei sponsam, D fide recta magnificamus.

Σκηνὴ ἐπουράνιος ἐδείχθη τὸ ἀνώγεων, ἔνθα τὸ Πάσχα Χριστὸς ἐπετέλεσε· τὸ δεῖπνον ἀναίμακτον, καὶ λογικὴ λατρεία· ἡ τράπεζα δὲ τῶν ἐκεῖ τελεσθέντων μυστηρίων, νοητὸν θυσιαστήριον.

Τὸ Πάσχα Χριστός ἐστι, τὸ μέγα καὶ σεβάσμιον· βρωθεὶς ὡς ἄρτος, τυθεὶς δὲ ὡς πρόβατον. Αὐτὸς γὰρ ἀνήνεκται ὑπὲρ ἡμῶν θυσία· αὐτοῦ τὸ σῶμα εὐσεβῶς, καὶ αὐτοῦ τὸ αἷμα πάντες, μυστικῶς μεταλαμβάνομεν.

Τὸν ἄρτον εὐλόγησας, ὁ ἄρτος ὁ οὐράνιος, εὐχαριστήσας Πατρὶ τῷ Γεννήτορι· λαβὼν καὶ ποτήριον, τοῖς μαθηταῖς ἐδίδους, « Λάβετε, φάγετε, βοῶν· τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα, » καὶ τὸ αἷμα τῆς ἀφθάρτου ζωῆς.

Ἀμὴν λέγων, ἔφησε, Τοῖς κλήμασιν ἡ ἄμπελος τοῖς ἀποστόλοις Χριστὸς ἡ Ἀλήθεια· Ἀπ' ἄρτι οὐ μὴ πίω ἐκ τῆς ἀμπέλου πόμα, ἕως ἂν πίω αὐτὸ καινὸν, ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρός μου, μεθ' ἡμῶν τῶν κληρονόμων μου.

Πεπράσκεις τριάκοντα ἀργυρίοις τὸν Κύριον, καὶ οὐ λογίζῃ, Ἰούδα παράνομε, τοῦ δείπνου τὴν μίμησιν, ἢ τὸν σεπτὸν νιπτῆρα ; Ὦ πῶς εἰς τέλος, τοῦ φωτὸς ὀλισθήσας, πτῶμα ἦλθες, τὴν ἀγχόνην ἀσπασάμενος !

Τὰς χεῖρας ἐξέτεινας ἐν αἷς τὸν ἄρτον ἔλαβες τῆς ἀφθαρσίας, λαβεῖν τὰ ἀργύρια· τὸ στόμα πρὸς φίλημα προσαγαγὼν δολίως, ἐν ᾧ τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ καὶ τὸ αἷμα ὑπεδέξω. Ἀλλ' οὔαι σοι, ὡς φησιν ὁ Χριστός.

Χριστὸς εἱστιάσατο τὸν κόσμον, ὁ οὐράνιος καὶ θεῖος ἄρτος· δεῦτε οὖν, φιλόχριστοι πηλίνοις ἐν στόμασι, ἀγναῖς δὲ ταῖς καρδίαις ὑποδεξώμεθα πιστῶς, τὸν θυόμενον τὸ Πάσχα ἐν ἡμῖν ἱερουργούμενον.

Δόξα.

Πατέρα δοξάσωμεν· Υἱὸν ὑπερυψώσωμεν· τὸ θεῖον Πνεῦμα πιστῶς προσκυνήσωμεν· Τριάδα ἀχώριστον μονάδα κατ' οὐσίαν· ὡς φῶς, καὶ φῶτα, καὶ ζωὴν ζωοποιοῦσαν καὶ φωτίζουσαν τὰ πέρατα.

Θεοτόκ.

Παστὰς ἐπουράνιος, καὶ νύμφη ἀειπαρθένος, μόνη ἐδείχθης· Θεὸν μὲν βαστάσασα· τεκοῦσα δὲ ἀτρέπτως ἐκ σοῦ σεσαρκωμένον. Διό σε πᾶσαι αἱ γενεαὶ ὡς Θεόνυμφον Μητέρα ὀρθοδόξως μεγαλύνομεν.

[2] Matth. xxvi, 29.

COMBEFISII NOTÆ.

dunt Evangelici, tantaque explicationum quas adhibent diversitas cuipiam forte videri possit insinuare, illa una amoliri debuerit. Quis enim Christianus credat non fecisse Christum, siquidem voluit et voluisse expressit? Voluisse autem et expressisse, nec alio ejus verba trahenda esse, non Zuinglii fuerit aut Calvini, post mille quingentos annos, ac neque Berengarii, ac si quos alios statim velut blasphemos Ecclesia catholica proscripsit ; sed ipsius Ecclesiæ in sua illa sanctorum et Patrum successione, populorumque cum pastoribus consensione, tota et indubia veritate docere. Sic credo, sic sapio : sic mei Jesu, meæ, in cœna et incruento mysterio, hostiæ, dignationem amplector, ac cum meis, antiquis novisque prædicatoribus, ut in novos Manichæos Albigenses, ita in eorum progeniem, Sacramentarios Zuinglianos Calvinianosque prædico.

Digitized by Google

Εἰς τὴν Μεσοπεντηκοστήν.

Ὠδὴ α', ἦχ. πλ. δ'. Θάλασσαν ἔπηξας.

Ἔθνη, κροτήσατε, Ἑβραῖοι, θρηνήσατε· ὁ ζωοδότης γὰρ Χριστὸς τὰ δεσμὰ διέῤῥηξε τοῦ ᾅδου, καὶ νεκροὺς ἀνέστησε, καὶ νόσους ἐθεράπευσε τῷ λόγῳ. Οὗτός ἐστιν ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ δοὺς ζωὴν τοῖς πιστεύουσιν ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ.

Θαῦμα παρέδειξας, τὸ ὕδωρ εἰς οἶνον μετελθών, ὁ ἐν Αἰγύπτῳ ποταμοὺς μεταστρέψας, Δέσποτα, εἰς αἷμα· καὶ νεκροὺς ἀνέστησας, σημεῖον τοῦτο δεύτερον τελέσας. Δόξα, Σῶτερ, τῇ ἀφάτῳ σου βουλῇ· δόξα τῇ κενώσει σου, δι' ἧς ἐκαίνισας ἡμᾶς.

Ῥεῖθρον ἀένναον ὑπάρχων, Κύριε, ζωῆς ἀληθινῆς, σὺ εἶ ἡ ἀνάστασις ἡμῶν. Θέλων ἐκοπίασας, Σῶτέρ μου, καὶ ἐκὼν ἐδίψησας, τοῖς νόμοις τῆς φύσεως ὑπείκων· καὶ εἰς Συχὰρ ἀφικόμενος, σαρκὶ τὸ ὕδωρ ἐζήτησας τῇ Σαμαρείτιδι πιεῖν.

Ἄρτους εὐλόγησας, ἰχθύας ἐπλήθυνας, ὦ ἀκατάληπτος Θεός, καὶ λαοὺς ἐχόρτασας ἀφθόνως· καὶ πηγὴν ἀέννaον σοφίας τοῖς διψῶσι ἀπηγγείλω. Σὺ εἶ Σῶτηρ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ δοὺς ζωὴν τοῖς πιστεύουσιν ἐν τῷ ὀνόματι τῷ σῷ.

Δόξα.

Τρία συνάρχα δοξάζω καὶ σύνθρονα· Πατέρα ἀναρχον Θεὸν, καὶ Υἱὸν συνάναρχον, καὶ Πνεῦμα συναΐδιον Υἱῷ· τὴν μίαν τρισυπόστατον οὐσίαν ὑμνῶν, μίαν ἀρχὴν ὑπάρχιον ἀνάρχου θεότητος καὶ οὐσιότητος τιμῶ.

Θεοτόκ.

Μόνη ἐχώρησας τὸν Κτίστην, τὸν ἴδιον, Θεογεννῆτορ, ἐν γαστρὶ, καὶ σαρκὶ ἐκύησας ἀῤῥάστως, καὶ παρθένος ἔμεινας, μηδὲν τῆς παρθενίας λυμανθείσης. Τοῦτον, ἁγνὴ, ὡς Υἱὸν σου καὶ Θεὸν, ἀπαύστως ἱκέτευε ὑπὲρ τῆς ποιμνῆς σου ἀεί.

Ὠδὴ γ'. Ἐστερεώθη ἡ καρδία μου.

Μὴ τὴν κατ' ὄψιν κρίσιν κρίνετε, Ἰουδαῖοι, διὰ-

In diem festum mediæ Pentecostes. (57).

Ode 1, ton. 4 obliq. Coagulasti mare.

Gentes, plaudite; Judæi, lugete: vitæ siquidem auctor Christus, inferni dirupit vincula, mortuosque suscitavit, ac sermone curavit morbos. Hic est Deus noster, dans vitam iis qui credunt in nomine ejus.

Miraculum exhibuisti mutans aquam in vinum [a-d], qui in Ægypto, Domine, flumina in sanguinem vertisti [e]: mortuosque suscitasti, alterum hoc signum edens. Gloria, Salvator, tuo illi inenarrabili consilio: gloria tuæ illi exinanitioni, qua nos instaurasti.

Tu, Domine, perenne fluentum veræ vitæ, nostra illa resurrectio es. Volens fuisti lassatus, Salvator meus, libensque sitisti [f], naturæ legibus cedens, ac veniens Sichar, carne aquam bibere a Samaritana petisti.

Benedixisti panes, pisces multiplicasti, o Deus comprehensione major, populosque abunde satiasti, ac jugem sapientiæ fontem sitientibus promisisti. Tu es Deus noster Salvator, iis tribuens vitam qui credunt in nomine tuo.

Gloria.

Tria coæterna, eademque majestate et sede, adoranda glorifico: Patrem æternum Deum, Filiumque coæternum, ac Spiritum coæternum Filio: unam trine subsistentem essentiam laudans, principatum unum principio majorem, expertis principii æternæque Deitatis ac substantiæ, honoro.

In Deipar.

Sola, Dei Genitrix, Creatorem proprium utero capere potuisti, carneque ineffabiliter peperisti; ac virgo nihilominus, nihil læsa virginitate, mansisti. Nunc tu casta, ceu Filium tuum, Deumque, pro tuo semper indesinenterque, exora grege.

Ode 3. Firmatum est cor meum.

Ne, Judæi, secundum faciem judicate (58), dice-

[a-d] Joan. II, 8. [e] Exod. VII, 20. [f] Joan. IV, 6.

COMBEFISII NOTÆ.

(57) Damus hunc ultimum Canonem, aliis minoris momenti interim omissis, quo tandem nobis ad umbilicum meditata Patrum trias, duplexque hoc volumen perveniat: puta omittimus canonem de Resurrectione, alium item in magnum Ignatium, in quo vix aliquid occurrit nota dignum, excepta vocis illius θεοφόρος explicatione. Unde etiam ejus verba exponentis subjecimus ad calcem operis post selecta quædam Idiomela, adjuncto nonnullo nostro scholio. Festum hoc Latinis ignotum Græcis celebre est, ut ad dies octo, more majorum solemnitatum extendatur, quemadmodum est notatum in Pentecostario; intra quos semel et iterum huncce Andreæ Canonem, quemadmodum magnum illum in Quadragesima, decantant; quod in aliis raro occurrerit. Exstant plures Patrum orationes in ipsum; habemus unam Leontii Neapoleos Cypri, discipuli Epiphanii, plane dignam prelo, ut stylo gratam ac plenam dogmatis, quali virum ingenio prohant ejus excerpta in Actis 7 synodi et Damasceno. Exstat etiam alia Leontii presbyteri Constantinopoleos Regio codice, plane et ipsa egregia ac luculenta. Aliam nomine Chrysostomi, cujus initium Ὥσπερ ἡ φωσφόρος σελήνη, vix ejus credideris: profusior plane antiquariorum liberalitas in Chrysostomum. Quid festo hoc recolatur, explicat *Synaxarii* auctor, quem compendio afferimus.

(58) *Ne, Judæi, secundum faciem judicate.* Dominica sententia est, maximi illa momenti, ut est humana ratio, affectione illa valde prona in ejusmodi vere damnandum vel modo in plerisque judicium. Quis enim ita sincere vel integerrimus judicat, ut nihil accipiat personas? Urgent Patres in Meysen, cujus erat apud Judæos magna auctoritas, ut et Christi, contemptus. Sic multis citatus Leontius presbyter. Chrysostomus quoque in eum locum Joann. Auctor vero homiliæ citatæ ejus nomine, totus est urgendo in Judæos, quos vere scelestos ac blasphemos ostendit reosque, Christo quem maculabant innocente et justo.

Digitized by Google

bat docens Dominus, cum, juxta quod Scriptura habet [g], mediante jam legali festivitate, in templum venisset.

Nolite, Judæi, secundum faciem judicare : quippe venit Christus, quem prophetæ e Sion venturum ac instauraturum mundum, votis expetebant.

Etsi minus, Judæi, sermonibus creditis, vel Domini operibus credite : utquid erratis Sanctum spernentes, quem Moses scripsit in lege [h] ?

Siquidem plane, Judæi, venturus est Messias; venit vero Messias Christus; quorsum erratis Justum spernentes, quem Moses in lege scripsit?

Gloria.

Te, Pater, adoramus, substantia æterne; tuum devote laudamus æternum Filium, sanctissimumque Spiritum; ut tria, unum natura Deum.

In Delpar.

Unus ipse de Trinitate, caro factus visus es; non mutata, Domine, substantia, autve Genitricis incorrupto adusto utero, qui totus Deus ac iguis es.

Sess., ton. oblig. 4. Verbi sapientiam.

Stans, festo mediante, templo medio, divine clamasti : « Qui sitit veniat ad me, et bibat [i]. » Si quis enim e divino hoc meo latice biberit, fluent de ventre ejus flumina doctrinæ meæ : si quis autem in me credit missum a Genitore, mecum gloriam et habiturus. Quamobrem tibi clamamus : Gloria tibi, Christe Deus, quod large servis tuis tuæ clementiæ flumina effuderis.

Gloria. Sicut erat. Simile.

Qui sapientiæ vitæque mundo scaturias flumina, omnes, Salvator, invitas ad hauriendæ salutis fluenta. Si quis enim divinam tuam susceperit legem, erroris carbones in seipso exstinxerit : unde nunquam non est satiandus, tua, Domine Rex cœlestis, dulcedine : quamobrem tuam, Christe Deus, glorificamus potentiam; rogantes ut servis tuis, diviti largitione, veniam delictorum de cœlis mittas.

Ode 4. Propheta Habacuc.

Siquidem venturus est Messias, Christus autem, scelesti, Messias est, quare non creditis ei? Ecce advenit, suntque argumento quæ ipse facit : aquam vinum fecit [j]; sermone paralytici membra astrinxit [k].

Erratis omnes vos, Hebræi, non intelligentes Scripturas : vere enim venit Christus, et omnes illuminavit; multaque in vobis signa et prodigia ostendit; ac frustra veram vitam negatis.

Unum vobis opus exhibui, jamque omnes miramini, clamat Christus Judæis. Vos, inquit, vel in Sabbato hominem circumciditis; quid me deinceps in crimen vocatis, quod sermone paralyticum erexerim [l] ?

σχων ἔλεγεν ὁ Δεσπότης, ὡς ἐπίστη τῷ ἱερῷ, καθὼς γέγραπται, μεσούσης τῆς νομικῆς ἑορτῆς.

Μὴ τὴν κατ' ὄψιν κρίσιν κρίνατε Ἰουδαῖοι· Χριστὸς γὰρ ἦλθεν, ὄντερ ἐκάλουν οἱ προφῆται ἐκ Σιὼν ἐλευσόμενον, καὶ κόσμον ἀνακαλούμενον.

Εἰ καὶ τοῖς λόγοις οὐ πιστεύετε, Ἰουδαῖοι, τοῖς ἔργοις πείσθητε τοῦ Δεσπότου· τί πλανᾶσθε ἀθετοῦντες τὸν ἅγιον, ὃν ἔγραψεν ἐν τῷ νόμῳ Μωσῆς;

Εἰ τὸν Μεσσίαν πάντως δεῖ ἐλθεῖν, Ἰουδαῖοι, Χριστὸς δὲ ἦλθε νῦν ὁ Μεσσίας· τί πλανᾶσθε ἀθετοῦντες τὸν δίκαιον, ὃν ἔγραψεν ἐν τῷ νόμῳ Μωσῆς;

Δόξα.

Σὲ προσκυνοῦμεν, Πάτερ ἄναρχε τῇ οὐσίᾳ· ὑμνοῦμεν ἄναρχον τὸν Υἱόν σου, καὶ τὸ Πνεῦμα εὐσεβῶς τὸ πανάγιον, ὡς ἕνα τὰ τρία φύσει Θεόν.

Θεοτόκ.

Εἷς τῆς Τριάδος ὤν, γενόμενος σὰρξ ὡράθης, οὐ τρέψας, Κύριε, τὴν οὐσίαν, οὐδὲ φλέξας τῆς τεκούσης τὴν ἄφθορον γαστέρα, Θεὸς ὢν ὅλος καὶ πῦρ.

Καθ., ἦχ. πλ. δ'. Τὴν σοφίαν τοῦ Λόγου.

Ἑστηκὼς ἐν τῷ μέσῳ τοῦ ἱεροῦ μεσαζούσης ἐνθέως τῆς ἑορτῆς· « Ὁ διψῶν, ἀνέκραζες, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω. » Ὁ γὰρ πίνων ἐκ τούτου τοῦ θείου μου νάματος, ποταμοὺς ἐκ κοιλίας ἐκρεύσει δογμάτων μου· ὅστις δὲ πιστεύει εἰς ἐμὲ τὸν σταλέντα ἐκ θείου Γεννήτορος, μετ' ἐμοῦ δοξασθήσεται. Διὰ τοῦτο βοῶμέν σοι· Δόξα σοι, Χριστὲ ὁ Θεός, ὅτι πλουσίως ἐξέχεας τὰ νάματα τῆς σῆς φιλανθρωπίας τοῖς δούλοις σου.

Δόξα. Καὶ νῦν. Ὅμοιον.

Τῆς σοφίας τὸ ὕδωρ, καὶ τῆς ζωῆς ἀναβλύζων τῷ κόσμῳ, πάντας, Σῶτερ, καλεῖς, τοῦ ἀρύσασθαι σωτηρίας τὰ νάματα. Τὸν γὰρ θεῖον νόμον σου δεχόμενος ἄνθρωπος, ἐν αὐτῷ σβεννύει τῆς πλάνης τοὺς ἀνθρακας· ὅθεν εἰς αἰῶνας οὐ λήξει τοῦ κόρου σου, Δέσποτα, βασιλεῦ ἐπουράνιε. Διὰ τοῦτο δοξάζομεν τὸ κράτος σου, Χριστὲ ὁ Θεός, τῶν πταισμάτων ἄφεσιν αἰτούμενοι, καταπέμψαι πλουσίως τοῖς δούλοις σου.

Ὠδὴ δ'. Ὁ προφήτης Ἀμβακούμ.

Εἰ Μεσσίαν δεῖ ἐλθεῖν, ὁ δὲ Μεσσίας Χριστός ἐστι, παράνομοι, τί ἀπιστεῖτε αὐτῷ; Ἰδοὺ παραγέγονε, καὶ μαρτυρεῖ ἃ αὐτὸς ποιεῖ· τὸ ὕδωρ οἶνον ἐποίησε· παράλυτον λόγῳ συνέσφιγξε.

Μὴ συνιέντες τὰς Γραφὰς πλανᾶσθε πάντες ὑμεῖς, Ἑβραῖοι ἄνομοι· ὄντως γὰρ ἦλθε Χριστός, καὶ πάντας ἐφώτισε· καὶ ἐν ὑμῖν ἔδειξε πολλὰ σημεῖα καὶ τεράστια, καὶ μάτην ἀρνεῖσθε τὴν ὄντως ζωήν.

Ἓν ἔργον ἔδειξα ὑμῖν, καὶ πάντες ἤδη θαυμάζετε, ἀνέκραζε τοῖς Ἰουδαίοις Χριστός. Ὑμεῖς περιτέμνετε καὶ ἐν Σαββάτῳ ἄνθρωπον, φησίν· ἐμοὶ δὲ τί ἐγκαλεῖτε λοιπὸν, ἐγείραντι λόγῳ παράλυτον;

[g] Joan. VII, 24. [h] Deut. XVIII, 15. [i] Joan. VII, 37. [j] Joan. II, 8. [k] Joan. V, 8. [l] Joan. VII, 23.

Digitized by Google

Ἔργα ἐποίησα πολλά· καὶ διὰ ποῖον ἔργον λιθάζετέ με, τοῖς Ἰουδαίοις Χριστὸς ἐλέγχων ἀνέκραζεν· ὅτι ἄνθρωπον ὑγιῆ ὅλον λόγῳ ἐποίησα. Μὴ κρίνετε κατ' ὄψιν, ἄνθρωποι. A

Ἐν ἀποστόλοις ἐνεργῶν, καὶ ἐν προφήταις αὐτὸς ἀναπαυόμενος; μετὰ τοῦ Πνεύματος, τὸ ἄχραντον γέννημα τῆς Πατρικῆς φύσεως, Χριστὲ, τὰ ἔθνη πρὸς τὴν ἐπίγνωσιν ἀνῆγες διὰ τῶν σημείων σου.

Δόξα.

Τριὰς ἀμεριστὲ, μονὰς ἄναρχε. Πάτερ, Υἱὲ, καὶ Πνεῦμα ἅγιον, ἡ ἐν μονάδι Τριὰς, ὁμότιμε, σύνθρονε, ζωοποιὲ, ἄκτιστε Θεὲ, σῶζε τοὺς ἀνυμνοῦντάς σε, καὶ ῥῦσαι κινδύνων καὶ θλίψεων.

Θεοτόκ.

Ἡ ἐν γαστρί σου τὸν Θεὸν ἀπεριγράπτως χωρήσασα. Θεόνυμφε Παρθενομῆτορ ἀγνὴ, μὴ παύσῃ πρεσβεύουσα ὑπὲρ ἡμῶν, ὅπως διὰ σοῦ ῥυσθῶμεν τῶν περιστάσεων· πρὸς σὲ γὰρ ἀεὶ καταφεύγομεν. B

Ὠδὴ ε'. Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν.

Θαύμασι κατεκόσμησας τοὺς ἀποστόλους σου· τέρασιν ἐμεγάλυνας τοὺς μαθητὰς, ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ δοξάσας, Σῶτερ ἡμῶν, καὶ δοὺς αὐτοῖς τὴν βασιλείαν σου.

Ἅπαντα κατεφώτιζαν τῆς γῆς τὰ πέρατα, θαύμασι καὶ διδάγμασιν οἱ μαθηταὶ, καὶ ποικίλοις τρόποις τὸν λόγον κηρύξαντες, Χριστὲ Σῶτερ, τῆς βασιλείας σου.

Αἴνεσιν ἀναπέμπομεν τῇ βασιλείᾳ σου· ὕμνον σοι δὲ προσάγομεν, τῷ δι' ἡμᾶς ἐπὶ γῆς ὀφθέντι, καὶ κόσμον φωτίσαντι, καὶ τὸν Ἀδὰμ ἀναλέσαντι. C

Δόξα.

Δόξα σοι, Πάτερ ἅγιε, Θεὲ ἀγέννητε· δόξα σοι, Λόγε ἄχρονε μονογενές· δόξα σοι, τὸ Πνεῦμα τὸ θεῖον, καὶ σύνθρονον, καὶ ὁμοούσιον Πατρὶ καὶ Υἱῷ.

Θεοτόκ.

Γέγονεν ἡ κοιλία σου ἁγία τράπεζα, ἔχουσα τὸν οὐράνιον ἄρτον, ἐξ οὗ πᾶς ὁ τρώγων οὐ θνήσκει, ὡς ἔφησεν, ὁ παντὸς, Θεογεννῆτορ, τροφεύς.

Ὠδὴ ς'. Ὡς ὕδατα.

Ὁ πάντα περιέπιον τὰ πέρατα, ἀνῆλθες, Ἰησοῦ, καὶ ἐδίδασκες ἐν τῷ ἱερῷ τοὺς ὄχλους τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, τῆς ἑορτῆς μεσούσης, ὡς Ἰωάννης βοᾷ. D

Ἀνέπτυξας τὰ χείλη σου, Δέσποτα· ἐκήρυξας τῷ κόσμῳ τὸν ἄχρονον Πατέρα, καὶ τὸ πανάγιον Πνεῦμα, τὸ συγγενὲς ἀμφοτέρων φυλάττων καὶ μετὰ σάρκωσιν.

Τὸ ἔργον τοῦ Πατρὸς ἐτελείωσας· τοῖς ἔργοις ἐπιστώσω τοὺς λόγους σου, ἰάσεις τελῶν, Σῶτερ, καὶ σημεῖα, παράλυτον ἀνορθῶν, λεπροὺς καθαίρων, καὶ τοὺς νεκροὺς ἀνιστῶν.

Ὁ ἄναρχος Υἱὸς ἀρχὴ γέγονε λαβὼν τὸ καθ' ἡμᾶς· ἐνηνθρώπησε, καὶ μέσον τῆς ἑορτῆς ἐδί-

Multa opera operatus sum; propter quod opus me lapidatis? clamavit Judæos arguens Christus [m]. Nimirum, quia totum hominem sanum feci. Ne homines secundum faciem judicate.

Qui in apostolis opereris, ipseque cum Spiritu pariter requiescas in prophetis, incontaminata, Christe, naturæ paternæ proles, signis tuis ad tuam gentes agnitionem reduxisti.

Gloria.

Individua Trinitas, æterna unitas; Pater, Fili, sancteque Spiritus; Trinitas in unitate, eodem Deus sublimis honore ac sede, vivifice, increate, salvos fac laudantes te, atque a periculis afflictionibusque erue.

In Deipar.

Quæ Deum in tuo utero meruisti, Dei sponsa virgoque Mater intemerata, capere, ne pro nobis intercedere desinas, ut per te, velut qui semper ad te confugimus, a calamitatibus efficiamur liberi.

Ode 5. Domine Deus noster.

Perornasti miraculis apostolos tuos; prodigiis magnificasti discipulos, toto glorificans mundo, Salvator noster, eisque regnum cœlorum tribuens.

Terræ fines omnes illuminarunt discipuli; miraculis, doctrinaque, ac modis variis regni tui, Christe Salvator, verbum prædicantes.

Laudem submittimus tuo regno; tibi vero offerimus canticum qui nostri ergo in terra visus illuminasti mundum, ac Adam instaurasti.

Gloria.

Gloria tibi, Pater sancte, Deus ingenite; gloria tibi, æternum Verbum unigenitum; tibi gloria, Spiritus divine, eadem cum Patre Filioque adorande majestate, consubstantialisque.

In Deipar.

Factus est tuus uterus mensa sacra, cœlesti instructa pane, ex quo si quis manducat, non moritur, quemadmodum locutus est [n], Dei Genitrix, qui universum alit.

Ode 6. Sicut aquæ.

Qui fines omnes moderaris, ascendisti, Jesu, ut clamat Joannes [o], festo jam mediante, turbasque in templo verbum veritatis docuisti.

Aperuisti, Domine, tua labia; Patrem æternum, sanctissimumque Spiritum mundo prædicasti: cui etiam assumpta carne, pristina cum utroque cognatio consistat.

Patris consummasti opus: sermones tuos operibus confirmasti, sanationes signaque, Salvator, perficiens, paralyticum erigens, mundans leprosos, mortuisque ad vitam revocatis.

Qui æternus ac principii expers Filius esset, humana assumpta natura principium creatus est (59).

[m] Joan. x, 32. [n] Joan. vi, 50. [o] Joan. vii, 14.

COMBEFISII NOTÆ.

(59) *Principium creatus est.* Ὁ ἄναρχος Υἱὸς ἀρχὴ γέγονε, λαβὼν τὸ καθ' ἡμᾶς. Palam respicit illud Prov. viii: *Dominus creavit me initium viarum suarum ad opera sua*, quemadmodum habent LXX. Fuit

Digitized by Google

factusque homo, festo mediante docuit dicens : Accurrite ad fontem perennem; vitam haurite.

Gloria.

Unam in Trinitate Deitatem omnes laudamus, substantiam trine subsistentem, increatam, individuam; Patrem, Filiumque, ac Spiritum sanctum; velut tria unumque exsistentem.

In Deipar.

Te laudamus post partum virginem; te solam, casta Deo sponsa puella, virginem glorificamus ac matrem : vere enim ex te Deus carnem assumpsit, vitam mortalibus largiens.

Synaxarium. Ver.

Docet Messias Christus, ut celebritas
Fit media : stans palam magistrorum choro.

Quarta feria a Dominica Paralytici, celebramus festum Mediæ Pentecostes, ob duarum præcipuarum solemnitatum honorem ac reverentiam; Paschatis, inquam, et Pentecostes; velut ambas uniat atque conserat. Sic porro res habuit. Ubi Christus insigne illud miraculum in paralyticum operatus esset, scandalizati Judæi, propter nimirum Sabbati diem : quippe Sabbato editum est : « Quærebant eum occidere. » Fugit itaque in Galilæam, ubi moratus in montibus, prodigium illud operatur quinque panum et duorum piscium. Postmodum vero, ubi Scenopegia advenisset, est autem etiam hæc magna apud Judæos solemnitas, ascendit Hierosolymam, et ambulabat in occulto. Circa autem ejus medium ascendens in templum docebat, omnesque ejus stupebant doctrinam. (*Post non pauca, ac ubi de Sabbato tribusque solemnitatibus, Paschate, Pentecoste ac Scenopegia nonnulla disseruit.*) In fine hujus solemnitatis (nempe Scenopegiæ) stans Jesus, clamavit voce magna : « Si quis sitit, veniat ad me, et bibat P. » Quia ergo hac se doctrina Christus Messiam ostendit, factus mediator noster ac consiliator, Patrisque ipsius æterni, idcirco præsentem colentes solemnitatem, titulo Mediæ Pentecostes, Christum laudamus Messiam, ac utrinque duarum præcipuarum solemnitatum exhibemus præstantiam. Ejus rei puto gratia, mox etiam Samaritanæ colimus celebritatem, quod et illic multa Christus de Messia disserat, deque aqua et siti, quemadmodum hoc loco.

Ode 7. Caminus Chaldæorum.

Carne fessus fuisti P', requies universorum : sponte sitisti, fons miraculorum; quæsivisti aquam, o Jesu, qui viventem aquam promisisti.

δασκε, λέγων· Προσδράμετε τῇ πήγῃ τῇ ἀενναίῳ· ζωὴν ἀρύσασθε.

Δόξα.

Τὴν μίαν ἐν Τριάδι θεότητα, οὐσίαν τρισυπόστατον, ἀκτιστον, ἀμέριστον, πάντες δοξολογοῦμεν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ὡς τρία οὖσαν καὶ ἕν.

Θεοτόκ.

Παρθένον μετὰ τόκον ὑμνοῦμέν σε· παρθένον καὶ μητέρα δοξάζομέν σε μόνην· ἀγνὴ Θεόνυμφε κόρη· ἐκ σοῦ γὰρ ὄντως Θεὸς ἐσαρκώθη ζωοποιήσας ἡμᾶς.

Συναξάριον. Στίχ.

Ἑστὼς διδάσκει τῆς ἑορτῆς ἐν μέσῳ,
Χριστὸς Μεσσίας τῶν διδασκάλων μέσον.

Τῇ τετάρτῃ τοῦ Παραλύτου, τὴν τῆς Μεσοπεντηκοστῆς ἑορτάζομεν ἑορτὴν, διὰ τὴν τιμὴν τῶν δύο μεγάλων ἑορτῶν· τοῦ Πάσχα λέγω, καὶ τῆς Πεντηκοστῆς, ὡς ἑκατέρας ἑνοῦσαν καὶ συνδέουσαν. Γέγονε δὲ αὕτη οὕτω. Μετὰ τὸ ἐνεργῆσαι τὸν Χριστὸν τὸ εἰς τὸν παράλυτον θαῦμα ὑπερφυὲς, οἱ Ἰουδαῖοι δῆθεν ὑπὲρ τοῦ Σαββάτου σκανδαλιζόμενοι, καὶ γὰρ ἐν Σαββάτῳ πέπραχται, « Ἐζήτουν αὐτὸν ἀποκτεῖναι. » Φεύγει τοίνυν εἰς Γαλιλαίαν, καὶ τοῖς ἐκεῖσε ὄρεσι διατρίβων, τὸ τῶν πέντε ἄρτων καὶ τῶν δύο ἰχθύων τεράστιον ἐνεργεῖ. Μετέπειτα δὲ, τῆς Σκηνοπηγίας ἐνστάσης, (μεγάλη δὲ καὶ αὕτη ἑορτὴ παρὰ Ἰουδαίοις,) εἰς Ἱεροσόλυμα ἀναβαίνει, καὶ περιεπάτει κρύφια. Περὶ δὲ τὸ μέσον αὐτῆς εἰς τὸν ἱερὸν ἀνιὼν, ἐδίδασκε καὶ πάντες τῇ αὐτοῦ διδαχῇ ἐξεπλήττοντο. (*Μετ' οὐκ ὀλίγα, καὶ διάλεξιν περὶ Σαββάτου, τριῶν τε ἑορτῶν, Πάσχα; Πεντηκοστῆς, καὶ Σκηνοπηγίας.*) Τελουμένης ταύτης τῆς ἑορτῆς [Σκηνοπηγίας,] στὰς ὁ Ἰησοῦς, μεγάλῃ φωνῇ ἔκραξεν· « Εἴ τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω. » Ἐπεὶ οὖν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ ταύτῃ ὁ Χριστὸς Μεσσίαν ἑαυτὸν ἀπέδειξε, μεσίτης καὶ διαλλάκτης ἡμῶν γενόμενος, καὶ τοῦ αἰωνίου αὐτοῦ Πατρὸς, διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν τὴν παροῦσαν ἑορτὴν ἑορτάζοντες, καὶ Μεσοπεντηκοστὴν ὀνομάζοντες, τὸν Μεσσίαν ἀνυμνοῦμεν Χριστὸν, καὶ τὸ τιμίον τῶν παρ' ἑκάτερα δύο μεγάλων ἑορτῶν παριστάνομεν. Τούτου δὲ οἶμαι χάριν, καὶ ἡ τῆς Σαμαρείτιδος μετ' αὐτὴν, ἑορτὴ ἑορτάζεται, ὅτι κἀκεῖσε πολλὰ περὶ τοῦ Μεσσίου Χριστοῦ [28] διέξεισι, καὶ περὶ ὕδατος καὶ δίψης, ὡς ἐνταῦθα.

Ὠδὴ ζ'. Τῶν Χαλδαίων ἡ κάμινος.

Σαρκικῶς ἐκοπίασας, ἡ ἀνάπαυσις πάντων· ἐκουσίως ἐδίψησας, ἡ πηγὴ τῶν δυνάμεων· τὸ ὕδωρ ἐζήτησας, ὕδωρ τὸ ζῶν, Ἰησοῦ, ἐπαγγειλάμενος.

P Joan. VII, 37. P' Joan. IV, 6.

VARIÆ LECTIONES.

[28] *lc.* Χριστός.

COMBEFISII NOTÆ.

ergo, juxta illos ac nostrum Andream, creatus et factus principium Dei Filius, nostra hominum assumpta natura, in quo simus ipsi creati in operibus bonis, (Ephes. II, 10), instauratis ac eru in principio recapitulatis in eo omnibus (Ephes. I, 10). Videndus etiam Methodius ad eum locum, et quæ diximus apud ipsum.

Digitized by Google

Σαμαρείτιδι, Κύριε, γυναικὶ προσωμίλεις, διελέγχων τὴν ἄνοιαν τῶν ἀνόμων Ἑβραίων. Ἡ μὲν γὰρ ἐπίστευσεν Υἱόν σε εἶναι Θεοῦ, οἱ δὲ ἠρνήσαντο.

Ὕδωρ ζῶν τὸ ἀλλόμενον ὕδωρ ἀθανασίας, ἡ πηγὴ ἡ ἀείζωος παρέχειν ἐπηγγείλω, τοῖς πίστει τὸ Πνεῦμά σου προσδεχομένοις, Σῶτερ, τὸ προϊὸν ἐκ Πατρός.

Πέντε ἄρτοις ἐξέθρεψας χιλιάδας πεινώντων· καὶ τοῦ κόρου τὰ λείψανα, εἰς ἄλλας μυριάδας ἐπερίσσευσας, δεικνὺς τὴν δόξαν σου τοῖς ἱεροῖς μαθηταῖς.

Ὁ ἐσθίων τὸν ἄρτον σου, ζήσεται αἰωνίως· καὶ ὁ πίνων τὸ αἷμά σου, ἐν σοὶ μένει, Σῶτέρ μου, καὶ σὺ ἐν αὐτῷ μένεις, καὶ ἀναστήσεις αὐτὸν, ἐν τῇ ἐσχάτῃ ῥοπῇ.

Ἐθαυμάστωσας, Δέσποτα, τὴν σὴν οἰκονομίαν, πιστωσάμενος θαύμασι τὴν θείαν ἐξουσίαν. Τὰς νόσους ἀπήλασας· νεκροὺς ἀνέστησας· τυφλοὺς ἐφώτισας ὡς Θεός.

Τοὺς λεπροὺς ἐκαθάρισας, τοὺς χωλοὺς ἀνωρθώσω· παραλύτους συνέσφιγξας· αἱμόῤῥουν θεραπεύσας, ἐπέζευσας πέλαγος, δεικνὺς τὴν δόξαν σου τοῖς ἱεροῖς μαθηταῖς.

Δόξα.

Προσκυνοῦμεν σου, Κύριε, τὸν ἄχρονον Πατέρα, καὶ τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος, ἣν τοῖς σοῖς ἀποστόλοις Θεὸς ὢν διένειμας, ἐξαποστέλλων αὐτοὺς ἐπὶ τὸ κήρυγμα.

Θεοτόκ.

Ἐν γαστρί σου ἐχώρησας τὸν ἀχώρητον Λόγον· ἐκ μαζῶν σου ἐθήλασας τοῦ κόσμου τὸν τροφέα· ἀγκάλαις ἐβάστασας τὸν παροχέα ἡμῶν, Θεογεννῆτορ ἁγνή.

Ὠδὴ η'. Ἄγγελοι καὶ οὐρανοί.

Δεῦτε, ἴδετε, λαοί, τὸν ἐπὶ θρόνου δόξης ἀνυμνούμενον, ὑπὸ λαῶν ἀνόμων βλασφημούμενον· καὶ ἰδόντες, ὑμνεῖτε τὸν ἐν προφήταις Μεσσίαν προῤῥηθέντα.

Σὺ εἶ ὄντως ὁ Χριστὸς ὁ εἰς τὸν κόσμον τοῦτον προερχόμενος, ἐξ οὗ ἡ σωτηρία, καὶ ἡ ἄφεσις τῶν πατρῴων σφαλμάτων· σὺ ἡ ὄντως ζωὴ τῶν σοὶ πεπιστευκότων.

A Colloquebaris, Domine, cum muliere Samaritana, arguens improborum Hebræorum insaniam. Quippe credidit illa esse te Filium Dei; illi negarunt.

Vitæ fons perpetuæ, viventem aquam [q], salientem, inquam, poliicitus es exhibiturum, Salvator, immortalitatis aquam, tuum illum fide exspectantibus Spiritum, qui a Patre procedit [r].

Esurientium millia panibus quinque pavisti, superantesque saturatis reliquias [s], in millia alia, tuam sacris tuis discipulis gloriam exhibens, abundare fecisti.

Qui manducat tuum panem, vivet in æternum; ac qui tuum bibit sanguinem, in te manet [t]: tuque in eo, in supremo momento resuscitaturus,
B manes.

Mirabilem, Domine, reddidisti assumptæ carnis dispensationem, astruens miraculis divinam potentiam. Morbos abegisti; suscitasti mortuos; cæcos ut Deus illuminasti.

Mundasti leprosos; erexisti claudos; paralysi solutos astrinxisti: curasti fluentem sanguine [u]; tuam sacris tuis discipulis gloriam exhibens, mare pedes ambulasti [v].

Gloria.

Tuum, Domine, adoramus intemeratum Patrem: quamque, velut Deus exsistens, iis quos emitteres ad prædicandum, Spiritus gratiam distribuisti.

In Deipar.

C Tuo utero Verbum, quod capi nequit, capere meruisti; lactasti tuis uberibus eum qui mundum alit. Nostrum præbitorem (60), casta Dei Genitrix, gestasti ulnis.

Ode 8. Angeli atque cœli.

Venite, populi, eum videte scelesto Judæorum ore blasphemiis appeti, qui in throno gloriæ laudibus celebratur; videntes vero, prædictum in prophetis Messiam laudibus celebrate.

Tu es vere Christus, qui in mundum hunc processisti, a quo est salus, noxæque paternæ remissio (61). Tu vere vita tuorum fidelium.

[q] Joan. VII, 38. [r] Joan. XV, 26. [s] Joan. VI, 11. [t] Joan. VI, 55, 57. [u] Matth. IX, 20. [v] Matth. XIV, 25.

COMBEFISII NOTÆ.

(60) *Nostrum præbitorem.* Παροχέα, ἀντὶ τοῦ παρόχου, in quam vocem, tum qua ab ἔχω, uti hoc loco, tum qua ab ὄχος derivatur, multa Thesaurus relato Budeo. Retinent quandoque Latini vocem Græcam, ut Horat. serm. I. Jamque olim usu ecclesiastico obtinet, pro minori sub episcopo pastore, cujus sit velut in subsidium majoris et summi sacerdotis ἐπισκοποῦντος, ac præcipua cura subditorum saluti invigilantis, πάροχον agere, suggerendo singulis hic et nunc opportuna, qua sacramenta, qua verbi pabula, ut ne dicam temporanea subsidia, in quibus nec deesse omnino sacerdotis ejusmodi opera debet. Ut sicut episcopi, plane et parochi, ubi præsertim auctiores sunt plebes; subsidiaria sacerdotum aliorum habeant necessaria officia; tum quos annuente episcopo, sib ipsi asciscant, ac velut incardinent parochiaD libus suis Ecclesiis, tum quos vertex ille summorum sacerdotum Pontifex Romanus, liberos sub monachatus religiosique instituti jugo, eidem ipsi probatos episcopo, agnitosque idoneos, provide destinet. Certe est etiamnum copiosa messis, si modo vere cum Paulo non quæramus quæ sunt hominum Christiane instituendorum, sed ipsos. Non desunt vel in Gallia, quos in America ac remotioribus partibus, etiam Galli nostri, quam glorioso, utinam constanti conatu, quæritant neglectos manipulos; ubi maxime in monte subrigens, aliave ratione editus opima terra ridensque, asperius habet incolas. Non latet quanta illic sollicitudine, utcunque gregis amantes episcopi, vel regulares operarios ambiant.

(51) *Noxæque paternæ remissio.* Ἄφεσις τῶν πατρῴων σφαλμάτων. Multitudinis numero, propter

Digitized by Google

Dei sapientia, festo jam, prout scriptum est, mediante, in templum venit; ac se vere Christum Messiam, per quem salus sit, docuit.

Ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ, τῆς ἑορτῆς μεσούσης, καθὼς γέγραπται, τῷ ἱερῷ ἐπέστη, καὶ ἐδίδασκε ὅτι ὄντως αὐτὸς ἦν ὁ Μεσσίας Χριστὸς, δι' οὗ ἡ σωτηρία.

Christus Sabbatis, ac dies totos, signorum exhibens opera, iis qui morbis variis detinerentur sanitatem impertiebat : cæterum errans populus, ira veteri, animo æstuabat.

Ἐν τοῖς Σάββασι Χριστὸς, καὶ ἐν ἡμέραις ὅλαις ἀπεδείκνυτο τὰ τῶν σημείων ἔργα, ἐξιώμενος τοὺς ἐν νόσοις ποικίλαις· ἀλλ' ὁ πλάνος λαὸς θυμῷ ἐνεχοτεῖτο.

Hicce, jam olim jacentem hunc paralyticum, Sabbato curans, legem transgressus est; aspere, inquit, improperabant Judæi Christo.

Τὸν παράλυτον, φησὶ, τόνδε, χρόνοις πλείστοις κατακείμενον, ἐν τῷ Σαββάτῳ οὗτος ἐθεράπευσε, καὶ παρέβη τὸν νόμον, Ἰουδαῖοι Χριστῷ πικρῶς ἐλαδοροῦντο.

Nonne qui vobis dedit legem Moses, jubet circumcidi? virumque Sabbato circumciditis, ut ne lex Patrum solvatur, ait Christus Judæis [x].

Οὐ Μωσῆς ὑμῖν, φησὶ, τὸν νόμον δοὺς, κελεύει περιτέμνεσθαι; καὶ ἐν Σαββάτῳ ἄνδρα περιτέμνετε, ἵνα μὴ πως ὁ νόμος τῶν Πατέρων λυθῇ, Χριστὸς τοῖς Ἰουδαίοις.

Qui semper improbi, in deserto accolæ exstiterunt, præ livore incessebant beneficum, blasphemantes, moventes linguas iniquas, inania meditantes.

Οἱ ἀγνώμονες πάντη, οἱ ἐν ἐρήμῳ παροικήσαντες, τὸν εὐεργέτην φθόνῳ κατενέσκηπτον, βλασφημοῦντες, κινοῦντες τὰς ἀδίκους γλώσσας, κενὰ μελετῶντες.

Gloria.

Δόξα.

Trinitas Deus unus est; ut Pater minime in filietatem excesserit; aut Filius sit mutatus in processionem : seorsim vero ac junctim lumen (62), tria, Deum glorifico in sæcula.

Εἷς Θεὸς ἡ Τριάς· τοῦ Πατρὸς μὴ ἐκστάνεος εἰς υἱότητα· οὐδὲ Υἱοῦ τραπέντος εἰς ἐκπόρευσιν· ἀλλ' ἰδίᾳ καὶ ἄμφω φῶς, Θεὸν τὰ τρία δοξάζω εἰς αἰῶνας.

XXXIV. Περὶ χρόνου. *Tempus an sit in tempore?* pag. 417. Incipit : Ὁ χρόνος ἐν χρόνῳ ἢ οὐκ ἐν χρόνῳ. Vertit Jacobus Gretserus.

XXXV. Ἐρώτησις. *Disceptatio* cum Sarraceno *De auctore boni et mali*, p. 418. Incipit : Τίνα λέγεις αἴτιον καλοῦ τε καὶ κακοῦ; Vertit Gretserus.

XXXVI. Ἐρώτησις. *verbum Dei num creatum, an increatum?* p. 420. Incipit : Τὰ λόγια Κυρίου κτιστά εἰσιν ἢ ἄκτιστα. Vertit Gretserus. Idem in controversiam vocatum nostra ætate. Vide Georgii Nitschii *Beantwortung der Frage : Ob die Heilige Schrifft Gott selbst sey?* Gothæ, 1714, 4.

XXXVII. Ἐρώτησις, *quæstio duplex*, una *De Maria* Θεοτόκῳ, *vivatne, an mortua sit ;* altera : *Num Deus etiamnum creet?* pag. 421. Incipit : Ἣν λέγετε Θεοτόκον, ἀπέθανεν ἢ ζῇ. Vertit Gretserus.

XXXVIII. Ἐρώτησις, *uter major, sanctificans* (Joannes Baptista) *an sanctificatus?* p. 422. Τίς ἐστι παρὰ σοὶ μείζων. Vertit Gretserus.

XXXIX. Πρός τινα ἐρωτήσαντα αὐτόν. *Ad aliquem, qui percontatus fuerat de distinctione mundorum et immundorum esculentorum, quatenus illa in Novo Testamento observaretur?* Incipit : Εἰ ἀποχὴν καὶ μετάληψιν ἀκαθάρτων. Vertit Gretserus. Subjicitur p. 422. Scholion Arethæ de eodem argumento, *ἄλλως*, Ἀρέθα, notatque Gretserus, se in altero Bavarico codice aliquoties dissertatiunculis Abucaræ hoc pacto subnotata quædam reperisse : et ascripsisse quoque ad oram suæ versionis aliquot hujusmodi scholia Arethæ episcopi Turriani, illius, ut videtur Arethæ, sæculo decimo clari, de quo dixi volumine VII, p. 191 seq. [vol. VIII, p. 698 seq. nov. ed.

XL. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ Θεοδώρου ἐπισκόπου Καρῶν περὶ τοῦ Ἀδάμ. Φωτίου. *Photii excerptum ex eodem Theodoro episcopo Carrarum, de Adami corpore an passibile?* p. 423. Incipit : Χρὴ εἰδέναι. Vertit Gretserus.

XLI. Τί ἐστι θάνατος; καὶ πῶς θανατοῦται ὁ θάνατος; (δοξάζει γὰρ καὶ τοῦτο ἡ Ἐκκλησία,) καὶ ἰδοὺ ἀποθνήσκομεν. *Quid sit mors, et quomodo mors morti dedatur (nam et hoc docet Ecclesia) et ecce morimur*, p. 424. Incipit : Θάνατος οὔτε οὐσία ἐστίν. Vertit Gretserus.

XLII. Σύντομος διδασκαλία περὶ θείων ὀνομάτων, τῶν τε κοινῶν Τριάδος, καὶ τῶν ἰδικῶν ἑκάστου τῆς Τριάδος. *Brevis doctrina de divinis nominibus, tam communibus sanctissimæ Trinitatis, quam propriis cujusque personæ.* p. 524. Incipit : Ἔστι ὀνόματα κοινὰ διὰ τῆς ἁγίας Τριάδος διήκοντα. Vertit Gretserus.

Hæc opuscula XLII ad calcem *Hodegi* Anastasiani utraque lingua primus Ingolstadii edidit Jacobus Gretserus S. I. 1606 (19), unde recusa sunt Latine quidem in *Bibliotheca Patrum*, edit. Coloniensis a. 1618, tomo IX ; et Lugdunensis a. 1677, tomo XVI. Græce et Latine vero in *Auctario Ducæano*, Paris. 1624, tomo I, et in *Bibliotheca Patrum* Paris. 1644 et 1654, tomo XI. Ex illis XLII opusculis Gilbertus Genebrardus Latine verterat hæc quindecim, quæ cum Gretseriana editione sic licebit conferre :

Genebr. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15.
Gretser. III, XVI, VIII, VII, XXV, XXXII, IX, X, XI, XXIII, XIII, XIV, XXXIII, XXXI, I.

Exstant ex Genebrardi versione in *Bibliotheca Patrum* Parisiensi a. 1575, tomo V, et a. 1579 [1589, in Cat. bibl. Leidens. p. 25.] tomo IV. Etiam tria ex his opusculis Latine, Francisco Turriano interprete, in lucem emiserat H. Canisius tomo IV, *Antiquæ lectionis*, nimirum XXVII, XXVIII et XXIX, Ingolstad. 1603, 4 ; recusa in *Bibliothecæ Patrum* Coloniensis Supplemento sive tomo XV, a. 1622 vulgato, et in Parisiensi a. 1654, tomo IV. His denique accedit :

XLIII. Περὶ ἑνώσεως καὶ σαρκώσεως, καὶ ὅτι ἡ μὲν ὑπόστασις ἐσαρκώθη, ἡ δὲ φύσις τῆς Θεότητος ἡνώθη τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει ἐν ὑποστάσει τοῦ Θεοῦ Λόγου. *De unione et incarnatione, quodque persona fuerit incarnata. Divina autem natura humanæ unita in persona Dei Verbi.* Hoc opusculum ex ms. Bodleiano primus edidit, Latinamque versionem adjunxit Andreas Arnoldus Norimbergensis, Paris. 1685, 8, ad calcem Syntagmatis doctrinæ ad clericos et laicos sub sancti Athanasii nomine, et Valentiniani ac Marciani impp. epistolarum binarum ad Leonem M. Incipit : Ἡ μὲν σάρκωσίς ἐστιν ἐνανθρώπησις. Idem opusculum ms. in bibl. Cæsarea memoratur a Lambecio, V, p. 78. Fabr. s. p. 169, n. 11, ed. Koll., item in cod. Mosquensi synod. 32. *V.* Matthæi Notit. cit. p. 291, n. 5. — Iterum editum est illud opusc. ex cod. Bodlei Gr. ac Lat. in nova edit. Henr. Canisii *Lect. ant.* tom. II, part. II, p. 473 seqq. ed. Basnag. HARL.

—

II. *Ex* ANG. MAI Bibl. Nov. *t. VI, p.* 169.

Theodorum Abucaram Carorum episcopum Turrianus aliquoties Damasceni discipulum nominat, cui probabilitatem conciliat illud in titulo dissertationis decimæ octavæ Διὰ φωνῆς Ἰωάννου Δαμασκηνοῦ.

(19) Et in Gretseri Operib. Ratisbon. 1741, t. XV, p. 542. HARL.

Digitized by Google

Significat enim ea, quæ in dicta disputatione adversus Saracenos disseruntur, ex ore dictantis Damasceni excepisse. Turriano non assentitur Gretserus, arbitraturque Theodorum Abucaram alium non fuisse, quam illum qui cum Photianas partes contra Ignatium secutus fuisset, atque adeo una cum Zacharia Chalcedonensi, pro Photio ad Ludovicum secundum imperatorem Francorumque regem legationem obiisset, ut in vita Ignatii testatur Nicetas, postea Photii fraudibus in apertum prolatis, vela retrorsum vertit, et in octava synodo œcumenica admissi piaculi veniam impetravit, prout secunda et quarta ejusdem concilii actio nos docent; pro quo etiam apud Adrianum summum pontificem intercessit Ignatius, ut pristino honori ac muneri restitueretur : quod item fecerunt tres imperatores Basilius, Constantinus, ac Leo in litteris ad eumdem Romanæ Ecclesiæ antistitem, qui Theodorum insigni encomio decorarunt, cum hominem Ecclesiæ valde utilem appellare voluerunt, idque propter eximiam eruditionem, qua instructus cum hæreticis, Judæis, et Mahometanis animose congrediebatur, quorum ingens in Caria tum multitudo, ut et Laodiceæ, quo Theodorum translatum Nicetas scribit. Cum ergo Nicetas, et octava synodus Theodorum illum nominent Cariæ episcopum et metropolitam, ut et Ignatius, et imperatores in epistolis ad Adrianum pontificem, et hic Abucara Cariæ præsul fuerit, neque ratio temporis obstet, in eam sententiam devenit ut sibi persuadeat, alium dissertationum auctorem non fuisse, quam illum Theodorum Cariæ antistitem, qui sub Basilio Macedone, temporibus octavæ synodi, doctrina nominisque celebritate claruit. Et cum a secunda synodo Nicæna anno Domini 787, celebrata, usque ad octavam synodum, quæ habita est anno 869, anni octoginta duo interfluxerint, Joannes vero Damascenus, ut plerisque chronologiæ non imperitis placet, ante septimam synodum supremum diem obierit, alterutrum necessario asserendum esset, aut Abucaram ferme adhuc puerum Damasceno operam dedisse, aut octogesimum ætatis annum longe transcendisse, quando Constantinopoli œcumenica synodus octava coacta fuit; nisi quis Damasceni vitam ultra septimam synodum proferre velit. Et hæc quidem Gretserus ad Antonium Velserum, quæ non tanti mihi videntur, ut a sententia nos Turriani retrahant. Namque Theodorum hunc Abucaram non omnes codices manuscripti faciunt Καρῶν, *Carum*, episcopum, sive Cariæ, sed quidam ita efferunt, quidam immutatione non levi litterarum Χαρράν exprimunt, ut præter alios videre est in codice Vaticano 492, p. 193, quæ longe est diversa a Caria. Et quamvis ætate Basilii Macedonis et Photii, Cariæ episcopus variis disciplinis instructus, non erat Ecclesiæ inutilis, non inde tamen sequitur eum solum fuisse istiusmodi conditionis, alios nihil valuisse. Et quanam ratione iste vir puer sapere potuisset, ut quæ de rebus difficillimis dictaret Damascenus, ipse scripto exciperet? Studia illa tam seria statum alium, et solidiorem mentis firmitatem exposcunt. Certum enim est apud sensatos viros, planeque ex concilio septimo constat, Damascenum ante celebratum illud concilium mortem obiisse. Sed quoniam hæc minutiora non nemini videri possunt, quis vel parum sanus negaverit, Abucaram hunc Theodorum una simul floruisse cum Thoma Hierosolymitano, qui paulo post septimum concilium illi Ecclesiæ præfuit? Idque ex ipsis opusculis a Gretsero publicatis addisco evidentissime. Quarti enim titulus ita se habet in codice meo : Ἐπιστολὴ περιέχουσα τὴν ὀρθὴν καὶ ἀμώμητον πίστιν, πεμφθεῖσα παρὰ τοῦ μακαριωτάτου πάπα Θωμᾶ πατριάρχου Ἱεροσολύμων πρὸς τοὺς κατὰ τὴν Ἀρμενίαν αἱρετίζοντας, Ἀραβιστὶ μὲν ὑπὸ Θεοδώρου τοῦ ἐπίκλην Ἀβουκαρᾶ τοῦ Καρῶν ἐπισκόπου ὑπαγορευθεῖσα, διὰ δὲ Μιχαὴλ ἐμοῦ τοῦ ἐλαχίστου πρεσβυτέρου καὶ συγκέλλου τοῦ ἀποστολικοῦ Θρόνου Ἱεροσολύμων μεταφρασθεῖσα, μεθ' οὗ καὶ ἀπέσταλται. *Epistola continens fidem rectam atque inculpatam, missa a beatissimo Thoma patriarcha Hierosolymitano ad Hæreticos in Armeniam, Arabice dictata a Theodoro cognomento Abucara episcopo Carorum, et a me minimo presbytero Michaele et syncello Ecclesiæ Hierosolymitanæ in Græcum sermonem translata, per quem et missa est.* Si sub Thoma jam perfectus ætate, ut verosimile est, et conspicui nominis doctor dogmata catholica hæreticis pandit, quæ tanti æstimantur, ut in alias quoque versa linguas legenda aliis atque aliis transmittantur, qua ratione sub Constantino adhuc vegeta ætate florere dici poterit? Adde in meo manuscripto multa in margine adnotata esse scholia, quæ auctorem præ se ferunt Aretham, quem æqualem aliqui Photio faciunt. Hinc argumentari licet Abucaram esse antiquiorem. Quare assentior Turriano, iisdem cum Damasceno temporibus hunc Abucaram vixisse, et ab eo multa sibi hausisse.

Hujus opuscula contra varios infideles Arabas, Agarenos, Tritheitas, Theopaschitas, Nestorianos, Jacobitas, Monophysitas, Judæos, nec non Origenistas, interpretibus Francisco Turriano, et Jacobo Gretsero, Græce et Latine Ingolstadii edita sunt, ex typographia Adami Sertorii anno 1606, et antea edita fuerant in *Bibliotheca veterum Patrum* secundæ editionis tomo IV, Latinitate donata a Genebrardo, passimque manuscripta inveniuntur in bibliothecis Italicis, ex quibus possent edi correctiora atque auctiora, et potissimum ex meo codice. In bibliotheca Bavarica num. 16, notantur: *Theodori episcopi Cariæ cognomento Abucaræ Dialogus, quo demonstrat esse Deum. Ejusdem de variis capitibus Quæstiones et Responsiones. Epistola Thomæ patriarchæ Hierosolymitani ad Armenos hæreticos. Collectanea Theodori episcopi Cariæ de variis capitibus contra Severianos, et Acephalos, et contra Manichæos.* Et cod. 175. *Theodori episcopi Cariæ cognomento Abucaræ opuscula, de Dei nominibus. Patrem semper generare, Filium semper generari. Dialogus cum Nestorianis. Dialogus cum Jacobita. Quæ sit maxime propria differentia. De tempore. Brevis doctrina de divinis nominibus, cum toti Trinitati communibus, tum propriis singularum personarum. Quæstiones Origenistarum propositæ, earumque solutiones.* Et in bibliotheca Regia Scoriali, ut notat Index ms. *Theodori Abucaræ Cariensis episcopi, de nominibus*

Digitized by Google

Dei. Quod semper generat. Ejusdem adversus Nestorianum, et Jacobitam. De differentia. De tempore. De Trinitate et proprietatibus personarum. Explicatio numerorum dubiorum. Interrogatio Origenistæ ad fidelem. Responsio ad infidelem. Musices opus. De condensatione. De analogiis seu proportionibus. Synopticum Syntagma philosophiæ. Epitomatores Gesneriani, quod unius est, in tres dividunt. *Theodori episcopi contra Arabes, et contra Acephalos disputationes religiosæ, in 4. ms.* In bibliotheca imperatoris Vindobonæ *Theodori episcopi Charran cognomento Abucaræ cum infideli (fortasse colloquium) de orthodoxa fide. Interrogatio Arabum ad Christianum, et aliorum ad eumdem*, Græce exstant in Italia. *Theodori philosophi dialexis cum Nestoriano, et alia dialexis ejusdem*, exstant in Italia.

—

III. *Ex* Galland. Vet. Patrum Biblioth. *t. XIII, p.* 10.

Arabica, vel Syriaca voce sic dictus est Theodorus noster, quasi *Abu Cara*, hoc est, Pater sive episcopus Caræ, quæ ipsamet videtur civitas trans Jordanem posita in Palæstina, quam Scripturæ *Charan* sive *Haran* appellare censentur, cujus proinde Theodorus episcopus fuerit. Hoc tamen argumentum Lequienii (20) tanti non est apud Fabricium (21). Alii Charræ in Mesopotamia episcopum faciunt, ut Cotelerius, Turrianus, Itigius aliique. Discipulus et auditor fuit Joannis Damasceni. Quare et illud usurpat, *a voce domini Joannis* se accepisse (22), ac sæpe etiam verba utriusque conveniunt. Floruit circa annum 770. Nonnulli Theodorum nostrum confundunt cum Theodoro Cariæ Photii amico (22), qui in synodo VIII, an. 869, Ignatii partes secutus est: alii cum Theodoro Rhaituensi, qui floruit circa an. 660, cum Antiocheno item sive Hagiopolitano. Sed ab his omnino esse distinguendum evincit Fabricius loco citato. Tria et XL ejus opuscula circumferuntur, a Gretsero edita fere universa. Ex his delegimus tractatum *De unione et incarnatione*, quem primus edidit Græce et Latine ex MS. Bodleiano Andreas Arnoldus Norimbergensis (24), qui idem in *Cæsarea bibliotheca* memoratur a Lambeccio. Consulendus etiam de nostro Theodoro Cotelerius (25).

(20) Damasc. t. I, p. 391.
(21) *Bibl. Gr.* tom. IX, p. 176.
(22) Theodor. Opusc. 18, 35. 37, etc.
(23) Confer. Cavæum ad an. 867.
(24) Parisiis an. 1685.
(25) Ad Homil. Clement. V, c. 23, n. 4. App. PP. I, 669.

ADMODUM REVERENDO ET NOBILI DOMINO

ANTONIO VELSERO

SS. THEOLOGIÆ DOCTORI,

CATHEDRALIS ECCLESIÆ FRISINGENSIS CANONICO, PRÆPOSITO SPALTENSI,

OPTIMO ET ERUDITISSIMO VIRO

JACOBUS GRETSERUS SOCIETATIS JESU S. D.

—

Mitto ad te, admodum Reverende et clarissime Domine Doctor, Theodorum cognomento Abucaram, opus nec novum, neque antiquum; sed, si novato vocabulo uti licet, νεοπάλαιον, *novantiquum*. Antiquum est, quia jam olim doctissimus Genebrardus quindecim hujus auctoris Dissertationes Latinitate abs se donatas publici juris fecit; quæ etiam in tomum IV *Bibliothecæ sanctorum Patrum* relatæ sunt. Novum est, quia Græce, quod mihi liqueat, jam primum prodit. Novum, quia nova partim Turriani nostri, partim mea interpretatione vestitum, lucem aspicit. Novum, quia duplo propemodum auctius, quam antea dias sub luminis auras et oras sese effert; quod bibliothecæ Bavaricæ in acceptis referendum est, ex cujus duobus manuscriptis codicibus hactenus inedita edenda, Græca exscribenda, inque Latinum sermonem convertenda curavimus. Hoc laboris, quodcunque id est, libenter cepi, præcipue, propter ipsum Abucaram, quia doctus est, argutus, elegans, invictusque monstrorum domitor, dignus legi, hoc potissimum ævo, similium portentorum feracissimo. Deinde adjungendus fuit Anastasio Sinaitæ (26) comes, ne solus Latinum, ignotum sibi orbem, peragraret. Quis autem aptior comes, quam Abucaras, contra eosdem cum Anastasio hostes Christique osores viriliter dimicans, et brevia quidem, sed sanguinem elicere nata spicula in impiorum catervas spargens? Tertio, dedi aliquid memoriæ Turriani, de Ecclesia Dei optime meriti, et in Græcorum monumentis versatissimi, cujus vel solum nomen non modo vivi, sed et ad meliorem vitam evocati, animo meo semper venerabile fuit. Indignum mihi videbatur, ut, quæ tanto studio conquisierat, et in Latinam linguam transtulerat, cum mortuo intermorerentur, et denuo tenebris occulerentur. Itaque,

(26) Cujus Ὁδηγὸν, Quæstiones et Orat. de S. Synaxi, inseruimus tomo XIV. — Opera Anastasii Sinaitæ jam edidimus hujus Patrologiæ t. LXXXIX.

Digitized by Google

ut alias alia, ita jam hæc opuscula Abucaræ vulganda censui. Quis autem iste Abucaras fuerit, quo sæculo floruerit, non ego dicere; sed a te, Vir Clarissime, qui omnem antiquitatis memoriam pectore conclusam tenes, discere cupio. Turrianus aliquoties Damasceni discipulum nominat, cui probabilitatem conciliat illud dissertationis decimæ octavæ : Διὰ φωνῆς Ἰωάννου Δαμασκηνοῦ. Significat enim, Abucaram ea, quæ in illa disputatione adversus Saracenos disseruntur, ex ore dictantis Damasceni excepisse : quo modo Leontius etiam Byzantinus litteris se mandasse profitetur Commentarium de sectis ἀπὸ φωνῆς Θεοδώρου τοῦ θεοφιλεστάτου ἀββᾶ, *ex ore Theodori religiosissimi abbatis.* Haud gravate assentirer, nisi me conjectura alio raperet. Arbitror enim Theodorum nostrum Abucaram, alium non fuisse, quam illum, qui cum Photianas partes contra Ignatium legitimum sedis Constantinopolitanæ præsulem secutus fuisset, atque adeo una cum Zacharia metropolitano Chalcedonensi pro Photio ad Ludovicum II imperatorem, Francorumque regem, legationem obiisset, ut in vita Ignatii testatur Nicetas, postea Photii fraudibus in apertum prolatis, vela retrorsum vertit, et in octava synodo œcumenica admissi piaculi veniam impetravit, prout secunda et quarta ejusdem concilii Actio nos docet; pro quo etiam apud Adrianum summum pontificem intercessit B. Ignatius, ut pristino honori et muneri restitueretur; quod item fecerunt tres imperatores Basilius, Constantinus, Leo, in litteris (27) ad eumdem Romanæ Ecclesiæ antistitem, qui Theodorum insigni encomio decorarunt, cum *hominem Ecclesiæ valde utilem* appellare voluerunt. Qua de causa vero, nisi propter eximiam eruditionem, qua instructus cum hæreticis, Judæis et Mahometanis animose congrediebatur? quorum ingens in Caria tum multitudo, ut et Laodiceæ, quo Theodorum translatum Nicetas scribit. Cum ergo Nicetas, et octava synodus Theodorum illum nominent Cariæ episcopum et metropolitam, ut et Ignatius et imperatores in epistolis ad Adrianum pontificem, noster autem Theodorus Cariæ præsul fuerit, neque temporis ratio obstet, in eam sententiam descendo, ut mihi persuadeam alium harum dissertationum auctorem non fuisse, quam illum Theodorum Cariæ antistitem, qui sub Basilio Macedone, temporibus octavæ synodi, doctrina nominisque celebritate claruit. Cum autem a secunda synodo Nicæna, anno Domini 787 celebrata, usque ad octavam synodum, quæ habita est anno Redemptoris 869 anni octoginta duo interfluxerint, Joannes vero Damascenus, ut plerisque chronologiæ non imperitis placet, ante septimam synodum supremum diem obierit, alterutrum necessario asserendum esset : aut Abucaram ferme adhuc puerum Damasceno operam dedisse, aut octogesimum ætatis annum longe transcendisse quando Constantinopoli œcumenica synodus, ordine octava, coacta fuit; nisi quis Damasceni vitam ultra septimam synodum proferre velit.

Verum hæc omnia tui judicii et arbitrii facio, eruditissime Domine, qui nodo huic facile vindicem reperies; cui Abucaram, quisquis tandem fuerit, et quocunque sæculo vitam agitarit, sacrum dicatumque volo, testem et indicem mei in te amoris, et singularis observantiæ. Occurrebat quidem ille apud Plutarchum versiculus.

Οὐ βούλομαι πλουτοῦντι δωρεῖσθαι πένης,
Μή μ' ἄφρονα κρίνῃς, ἢ διδοὺς αἰτεῖν δοκῶ.

Pauper ego cum sim, nolo diviti dare,
Ne videar amens, vel aliquid dans poscere.

Sed vicit desiderium mei erga te affectus publice testandi. Nam simul atque cum Marco, fratre tuo, litteraria necessitudo ante complusculos annos mihi contracta est, tecum etiam contracta est; et quidem nexu firmo, nec ut voveo, dissolvendo. Et quamvis in te admirer ac suspiciam ea omnia ornamenta et decora, quibus virum ecclesiasticum insignitum nobilitatumque esse oportet; nescio tamen quo occulto illice mirifice me in tui cultum trahat incredibilis illa tua doctrinæ varietas, theologiæ, inquam, philosophiæ, et elegantioris litteraturæ scientia, linguarumque non modo Italicæ, Gallicæ, Hispanicæ, sed et Græcæ, et Latinæ, non illius, quæ et compita et pulpita jam obsidet, sed ejus, qua prisci illi Quirites usi, peritia. Unde fit, ut æs nunquam melius utiliusque expositum insumptumque opineris, quam si in libros impendatur. Hinc bibliotheca illa tua omni voluminum genere instructissima et abundantissima. Quis vel apud ultimos Iberos bonæ probæque notæ auctor in publicum venit, qui per tot maris terrarumque spatia Frisingam pariter ad Museum tuum non veniat?

Laudat Agathias historicus Trallianam quamdam mulierem, eamque fortunatam prædicat, quod quinque filios, eosque postea omnes doctissimos et celeberrimos progenerasset : Arthmesium mathematicum, Metrodorum grammaticum, Olympium jurisconsultum, Dioscorum et Alexandrum medicos. Hæc profecto laus in tuam domum stirpemque concinnius, quam in illam Tralliensem quadrat, in qua insignem πεντάδα selectissimorum fratrum cernere licet, litteris ita florentem, ut has solas tractare videatur, rursumque in negotiis, quæ ad Dicen et Themidem spectant, usque adeo excellentem, ut reliquis omnibus posthabitis, hoc unum duntaxat curæ cordique habere existimari queat. Nec pluribus te detineo. Tantum rogo, ut quia Anastasius, Marco, fratri tuo, Viro Amplissimo, inscriptus est; tu itidem nomen tuum, Abucaræ quasi postibus præfixum prænotatumque, æquo animo intuearis; hunc que novum civem in libraria et litteraria tua civitate, loco aliquo et statione digneris. Quamvis satius forte fuerit, non rogare; quia ut Ennodius Ticinensis scite alicubi ait : *Argumentum est nil merentis, diu rogare.* Vale.

Ingolstadii x, Kalend. Martii. 1606.

(27) Exstant hæ litteræ in fine octavæ synodi, cit. Baron.

Digitized by Google

THEODORI ABUCARÆ

CARUM EPISCOPI

CONTRA HÆRETICOS, JUDÆOS ET SARACENOS

VARIA OPUSCULA

NUNC PRIMUM GRÆCE ET LATINE EX SERENISSIMI UTRIUSQUE BAVARIÆ DUCIS MAXIMILIANI BIBLIOTHECA IN LUCEM PROLATA.

(Interpretibus Fr. Turriano et J. Gretsero S. J.)

I.

Θεοδώρου ἐπίκλην Ἀβουκαρᾶ τῶν Καρῶν ἐπισκόπου γεγονότος, ὅτι πέντε ἐχθροὺς ἔχομεν, ἐξ ὧν ἡμᾶς ἐνανθρωπήσας ὁ Σωτὴρ ἐλυτρώσατο. Κατὰ πεῦσιν, καὶ ἀπόκρισιν.

A 347 *Theodori* (28) *cognomento Abucara episcopi Carum, De quinque inimicis, a quibus nos Christus homo factus liberavit. Per interrogationem, et responsionem.*

A Christianus. B Infidelis.

A. Πέντε θανατηφόρους ἐχθροὺς ἔχομεν, ἐξ ὧν ἡμᾶς ἐνανθρωπήσας ὁ Χριστὸς ἐλυτρώσατο.

B. Τίνες οὗτοι, καὶ τίς ὁ τρόπος τῆς ἐξ ἑκάστου λυτρώσεως, ἡδέως ἂν γνοίην, καί σου δυσωπητικῶς πυνθανομένου, καὶ φράσαι παρακαλῶ.

A. Ἐγώ σοι φιλοπευστοῦντι τὸ ζητούμενον, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, τῷ λόγῳ διασαφήσω. Ἐκεῖνο δέ μοι ἐπερωτῶν [1] σε, λέξον [2].

B. Ποῖον;

A. Φῂς, τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν μάτην τι καὶ εἰκῇ πράττειν, ἢ ἀποφαίνεσθαι;

B. Πῶς τοῦτο ἐπὶ Θεοῦ λέγειν εὐαγὲς, ὅπου γε οὐδὲ ἐπὶ τὸν σώφρονα λογισμὸν ἐχόντων καὶ ἀπερίττων ἀνθρώπων;

A. Ἡνίκα οὖν κατὰ τοῦ ἀνθρώπου τοῦ παραβεβηκότος αὐτοῦ τὴν ἐντολὴν ἀπεφήνατο, « Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ, » κατὰ τὴν προτέραν αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν διαμαρτυρίαν· « Ἣ δ' ἂν ἡμέρᾳ φαγῇ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ ἀπηγορευμένου, δῆλον, ὅτι ξύλου [3], θανάτῳ ἀποθανῇ· » πῶς ἂν τὴν ἰδίαν ἠκύρωσεν ἀπόφασιν, μηδενὸς ἑτέρου γεγονότος λόγου δικαίως αὐτὴν λύοντος; Εἰ γὰρ κριτὴν ἑώρακας κρίσιν τινὰ κρίνοντα σήμερον, εἶτα αὔριον αὐτὴν καταργοῦντα· οὐκ ἂν αὐτὸν ὑπείληφας μαίνεσθαι; Πῶς οὖν ὁ Θεὸς τὴν πρώτην αὐτοῦ κρίσιν ἀνέτρεπεν καὶ ἀπόφασιν;

B. Εἶπε, πῶς. Συνιδεῖν γὰρ οὐκ ἔχω.

A. Τίς ἡ αἰτία τῆς τοῦ θανάτου κατακρίσεως;

B. Ἡ παρακοή δηλονότι.

A. Ὥσπερ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου C

A. Quinque nobis inimici sunt capitales, a quibus nos Christus homo factus liberavit.

B. Qui isti sint inimici, et quomodo ab unoquoque eorum liberati simus, libenter intelligerem; idque te reverenter interrogo, et ut explices, rogo.

A. Ego tibi cupide interroganti, et scire aventi quantum consequi potero, quod quæris, sermone explanabo. Sed illud primum mihi responde.

B. Quid?

A. Dicisne tu, Deum, qui omnia moderatur et regit, quidquam temere et frustra facere, aut dicere?

B. Quomodo hoc de Deo fas est dicere? quandoquidem nec in hominem sana mente præditum et cordatum cadere hoc decet.

A. Cum igitur Deus contra hominem, qui mandatum ejus transierat, « Terra es, et in terram ibis [a], » pronuntiavit, sicut postulabat, quod prius eidem testatus fuerat, « Quocunque, inquiens, die ex ligno interdicto comederis, morte morieris [b], » quomodo sententiam suam irritam fecit, si nullum verbum aliud factum est, quo juste sit sententia illa abrogata? Si enim tu judicem vidisses, hodie judicium aliquod pronuntiare, et cras illud ipsum irritum facere, annon existimares insanire? Quomodo igitur illius primum judicium et sententiam abrogavit?

B. Dic, tu quomodo. Ego enim intelligentia comprehendere non possum.

A. Quæ fuit causa judicii de morte pronuntiati?

B. Non obedire.

A. Sicut igitur quia non obedivit unus ho-

[a] Gen. III, 19. [b] Gen. II, 17.

VARIÆ LECTIONES.

[1] ἐπερωτῶντι. [2] C B, λέξω. male. [3] Videtur legend. ξύλου, δῆλον, ὅτι.

NOTÆ.

(28) In aliis attribuitur Chrysostomo, sed falso.

Digitized by Google

Adam, mors ingressa est in mundum, et ita in omnes homines pervasit; sic per obedientiam unius hominis secundi Adam, Christi, juste mors destruetur; et vita introducetur [c].

Ἀδὰμ, ὁ θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον, καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους διέβη, οὕτως καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου δευτέρου Ἀδὰμ, Χριστοῦ, ὁ θάνατος εὐλόγως καταργηθήσεται, καὶ ἡ ζωὴ ἀντεισαχθήσεται.

B. Ante Christum igitur Abraham, et Isaac, et Jacob, Moyses, et Enoch, et Noe, nonne obedierunt Deo, et ei placuerunt?

Β. Πρὸ οὖν τοῦ Χριστοῦ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ Μωσῆς, καὶ Ἐνὼχ, οὐχ ὑπήκουσαν τοῦ Θεοῦ, καὶ εὐηρέστησαν αὐτῷ;

A. Etsi placuisse Deo dicuntur, sic tamen, si cum reliquis hominibus conferantur; perfecte vero, et omnino peccati expers nemo, præter Christum. Omne autem peccatum, quodcunque sit, mortem inducit. Quod igitur ad rationem justitiæ attinet, ex quo obedivit Christus summa illa obedientia, et tentationes diaboli cunctas illa in eremo luctatione repulit, mortem dissolvit, et vitam per propriam obedientiam induxit.

Α. Εἰ καὶ εὐηρεστηκέναι τῷ Θεῷ λέγονται, ἀλλὰ πρὸς σύγκρισιν τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων· ἄκρως δὲ, καὶ τὸ παράπαν ἁμαρτίας ἄγευστος οὐδεὶς εἰ μὴ ὁ Χριστός. Πᾶσα δὲ ἁμαρτία, καὶ ἡ τυχοῦσα, θάνατον ἐπιφέρεται. Ὅσον οὖν κατὰ τὸν τοῦ δικαίου λόγον, ἀφ' οὗ ὑπήκουσεν ὁ Χριστὸς ἄκραν ὑπακοὴν, καὶ τὰς τοῦ διαβόλου προσβολὰς ἀπεκρούσατο πάσας κατὰ τὴν ἐν τῇ ἐρήμῳ πάλην, τὸν θάνατον ἔλυσεν, καὶ τὴν ζωὴν διὰ τῆς ἰδίας ὑπακοῆς ἀντεισήγαγεν.

B. Quid igitur opus fuit morte in cruce, post deletam damnationem mortis?

Β. Τίς οὖν ἔτι ἦν χρεία τοῦ διὰ σταυροῦ θανάτου, λελυμένης τῆς τοῦ θανάτου κατακρίσεως;

348 A. At remanebat diaboli in nos criminatio. An ignoras, factos nos fuisse illius servos, cum Deo non paruimus, et diabolo paruimus? Quid igitur, cedo, curaret ipse, quod mors eversa esset, si ipsius tyrannis et potestas remanebat? imo magis fortassis lætitia exsultasset, tanquam rex esset immortalium.

Α. Ἀλλ' ἔμενεν ἂν τοῦ διαβόλου τὸ ἔγκλημα καθ' ἡμῶν. Ἢ οὐκ οἶσθα, ὅτι γεγόναμεν αὐτοῦ ὑποχείριοι, τοῦ μὲν Θεοῦ παρακούσαντες, αὐτῷ δὲ ὑπακούσαντες; Τί οὖν, φέρε εἰπεῖν, ἔμελλεν αὐτῷ, εἰ ὁ μὲν θάνατος ἀνετράπη, ἡ δὲ αὐτοῦ τυραννὶς καὶ ἐξουσία διέμεινεν; ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἐγεγήθει ὡς ἀθανάτων βασιλεύων.

B. Rogo, ut doceas, quomodo facti fuimus servi diaboli.

Β. Ἀξιῶ μαθεῖν, ποίῳ τρόπῳ γεγόναμεν δοῦλοι τοῦ διαβόλου.

A. Deus a principio, cum hominem finxit, et fortem et invictum fecit. Quare diabolus cum non posset suis illum viribus superare, esseque sapiens ad nocendum, fallaciam illi machinatus est, quousque per obedientiam voluntariam voluptate delinitum, nudavit eum gratia, quæ fortem illum reddebat. Atque ita debilitatis viribus facile eum superavit, et in omnem voluptatem, et peccatum, et obedientiæ repulsam una cum posteris suis induxit. Deinde Deus eum, qui mandatum suum improbaverat, et rejecerat, et ad inimicum accurrerat eique obedierat, juste permisit tyrannide ejus opprimi. « Cui enim quis obedit, hujus se servum facit, inquit Apostolus, servi enim estis ejus, cui obeditis [d]. » Vendidit ergo se homo, qui liber erat, voluptati et inimico.

Α. Ὁ Θεὸς ἀπ' ἀρχῆς πλάσας τὸν ἄνθρωπον, ἰσχυρὸν καὶ ἀήττητον αὐτὸν ἀπέφηνεν. Ὁ γοῦν διάβολος, μὴ δυνάμενος αὐτοῦ περιγενέσθαι δυνάμει, σοφὸς δὲ ὢν τοῦ κακοποιῆσαι, ἐμηχανήσατο, καὶ ἐσοφίσατο αὐτὸν, ἕως ἂν ἀπεγύμνωσεν τῆς ἐνισχυούσης χάριτος διὰ τῆς ἑκουσίου παρακοῆς, δι' ἡδονῆς δελεάσας αὐτόν. Καὶ οὕτως ἀσθενήσαντος αὐτοῦ ἐπεκράτησεν, καὶ εὐκόλως εἰς πᾶσαν ἡδονὴν, καὶ ἁμαρτίαν, καὶ παρακοὴν αὐτὸν καὶ τοὺς ἐξ αὐτοῦ ἐνῆγεν. Καὶ λοιπὸν ὁ Θεὸς, ὡς τὴν αὐτοῦ ἐντολὴν ἐκφαυλίσαντα, τῷ ἐχθρῷ δὲ προσδραμόντα, καὶ πειθαρχήσαντα, παρεχώρησεν αὐτὸν δικαίως τυραννεῖσθαι ὑπ' ἐκείνου. « ὯΙ γάρ τις ὑπακούει, τούτῳ καὶ δοῦλον ἑαυτὸν ἀποδείκνυσιν, ὥς φησιν ὁ Ἀπόστολος· δοῦλοι γάρ ἐστε, ᾧ ὑπακούετε. » Πέπρακεν οὖν ἑαυτὸν ἐλεύθερος ὢν ἄνθρωπος τῇ ἡδονῇ καὶ τῷ ἐχθρῷ.

B. Et quomodo post peccatum non potuit homo per pœnitentiam revocare seipsum, et jugum diaboli excutere?

Β. Καὶ πῶς μετὰ τὴν ἁμαρτίαν μετανοήσας ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἠδυνήθη ἑαυτὸν ἀνακαλέσασθαι, καὶ τὸν ζυγὸν τοῦ διαβόλου ἀποσείσασθαι;

A. Quoniam vendere nos ipsos, penes nos est; post venditionem vero et servitutem, ut nos ipsi liberemus, non est in nostra potestate, et non dicimus sic factum esse diabolum nostrum dominum, ut nos penitus per vim teneat; sed quod per peccatum debilitati, deinceps tanquam valetudinarii faciles facti sumus diabolo ad capiendum nos, nullo negotio, et facile in peccata ejus et voluptates ad-

Α. Ὅτι τὸ μὲν πιπράσαι ἑαυτοὺς ἐν ἡμῖν ἐστι· τὸ δὲ μετὰ τὴν πρᾶσιν καὶ τὴν δουλείαν, ἑαυτοὺς ἐλευθερῶσαι, οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν, καὶ οὐχ οὕτως λέγομεν κύριον ἡμῶν γεγονέναι τὸν διάβολον, ὡς βίᾳ κρατοῦντα παντελῶς ἡμῶν, ἀλλ' ὅτι ἀσθενήσαντες διὰ τῆς ἁμαρτίας, λοιπὸν, ὡς νοσεροὶ, καὶ εὐχείρωτοι τῷ διαβόλῳ γεγόναμεν, ῥᾳδίως καὶ εὐχερῶς εἰς τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ καὶ ἡδονὰς ἐναγόμενοι. Ὥσπερ

[c] Rom. v, 12, 21. [d] Rom. vi, 16; II Petr. II, 19.

Digitized by Google

γὰρ εἴ τις ἐχθρὸς τροπώσηται ποτίσαι δηλητήριον νοσοποιὸν τὸν ἑαυτοῦ δυσμενῆ, ἵν' ὡς ἀσθενοῦς αὐτοῦ γεγονότος λοιπὸν ῥᾳδίως περιγένηται, οὕτως ἐδελέασεν ὁ διάβολος τὸν ἄνθρωπον διὰ τῆς ἐπηγορευμένης βρώσεως, καὶ ἀσθενοῦς γεγονότος ἐπεδράξατο. Εἶχεν οὖν ἡμᾶς ὑποχειρίους· καὶ εἰ μὴ ὅτι ἐδελέασεν τὸν ἀντίπαλον ἡμῶν ὁ Χριστὸς, ἕως ἂν αὐτὸν ἀνεῖλεν ἀδίκως, καὶ διὰ τῆς ἀδίκου ἀναιρέσεως αὐτόν τε τὸν διάβολον, καὶ πάντας τοὺς ὑποχειρίους αὐτοῦ δούλους ἔλαβεν. Καὶ οὕτως ἡμᾶς ἐῤῥύσατο ἡ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ δικαιοπραγία ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου δουλείας· κἂν φέρε εἰπεῖν, καὶ τὸν θάνατον ἀφ' ἡμῶν ἀπεσείσατο. Κατεῖχεν γὰρ ἡμᾶς ὡς ὑπακούσαντας ὁ Σατανᾶς.

ducti et illecti. Sicut enim si quis inimicus malevolo suo potionem veneni adhibeat, ut potione debilitatum facile vincat; sic cibo illo vetito hominem decepit, et factum imbecillum arripuit. Tenebat itaque nos servituti subjectos; nisi quod Christus adversarium nostrum decepit, quousque ipse adversarius Christum inique occidit; et per iniquum interitum illum ipsum diabolum et omnes ejus servos cepit. Et sic nos a diaboli servitute liberavit ipsa justitia Christi, et mortem, ut ita dicam, a nobis excussit. Tenebat enim nos Satanas, tanquam qui ei obedissemus.

Β. Θέλω δι' ὑπόδειγμα τοῦτο μαθεῖν τηλαυγέστερον.

349 B. Cupio intelligere hoc dilucidius per exemplum.

Α. Ἔστω βασιλεὺς ἐν χώρᾳ τινὶ ἔχων δούλους. Περικυκλούτω δὲ τὴν χώραν ταύτην ποταμός. Ἐπέκεινα δὲ τοῦ ποταμοῦ ὑποκείσθω πεφυτευμένος κῆπος, καρποὺς ὡραίους καὶ εὐηδόνους κεκτημένος. Ἀπαγορευέτω δὲ ὁ βασιλεὺς πᾶσιν τοῖς δούλοις αὐτοῦ τὴν ἐπὶ τὸν κῆπον ἐκεῖνον τοῦ ποταμοῦ παραδιάβασιν. Τις δὲ τῶν δούλων ἐκείνων θελχθεὶς τῇ θεωρίᾳ καὶ ἐπιθυμίᾳ τῶν καρπῶν ἐκείνων, καὶ τῇ ἰδίᾳ χαυνωθεὶς ὀρέξει, καὶ ἡττηθεὶς ἀλογίστως τὴν δεσποτικὴν ἐντολὴν, καὶ τὸν ποταμὸν διαβάτω ἐπὶ τὸ ἐμφορεῖσθαι τῆς ἐπιθυμίας· καὶ μὴ μόνον τοῦτο ποιείτω, ἀλλὰ καὶ τοὺς λοιποὺς συνδούλους ἐξαπατάτω δελεάζων διὰ τῆς τῶν ὑποδεικνυμένων καρπῶν ἡδονῆς τοῦ μὲν κοινοῦ δεσπότου παρακοῦσαι, καὶ τὸν ποταμὸν διαπεράσαι, καὶ ὑπὸ χεῖρα αὐτῷ γενέσθαι. Εἶτα τούτους τοὺς συνδούλους ὁ ἀρχέκακος ἐκεῖνος τυραννείτω καὶ καταπονείτω. Βοάτωσαν δὲ πρὸς οἰκεῖον δεσπότην οἱ τυραννούμενοι, καὶ ἐπικαλείτωσαν τὴν ἐκείνου ἐκ τῶν συνεχουσῶν κακώσεων λύτρωσιν. Εἶτα τούτους οἰκτείρας ὁ ἱερώτατος βασιλεὺς τὸν ἴδιον υἱὸν ἀποστειλάτω ἀμφιασάμενον τὸ τῶν δούλων πρόσχημα κατὰ πάντα αὐτοῖς ὁμοιωθέντα· ὁ δὲ εἰς μέσον παρελθὼν παραπορευέσθω τὰς ὄχθας τοῦ ποταμοῦ. Ὃν θεασάμενος ὁ ἀρχέκακος τύραννος, καὶ ἕνα τῶν δούλων ὑπὸ τὸ πάσα; [a] αὐτὸν εἶναι, παρακαλείτω συνήθως ταῖς καρπῶν ἡδοναῖς ἐπὶ τὸ διαπεράσαι τὸν ποταμὸν καὶ ὑπ' ἐκείνῳ γενέσθαι, μὴ ὑπακούσαντα δὲ, ἀλλὰ σφοδρῶς τὰς ἐκείνου τροπὰς ἀποτρεπόμενον, ζήλῳ καὶ φθόνῳ πυρποληθεὶς ὁ τύραννος διαβάτω τὸν ποταμὸν, καὶ ἀναιρείτω τὸν τοῦ βασιλέως υἱόν. Τοῦτο δὲ δράξάμενον ὁ βασιλεὺς ἐταζέτω λέγων· Εἰπὲ, παμπόνηρε, ἡνίκα τοὺς ἄλλους δούλους ἀνέπειθες ἐμοῦ τοῦ φυσικοῦ δεσπότου αὐτῶν παρακοῦσαι, καὶ πρὸς σὲ διαβῆναι, μὴ τούτους ἀπέσπασα τῶν χειρῶν σου, καὶ τῆς δουλείας τῆς σῆς ἐκουσίως σοι ὑποταγέντας; καίπερ δυνάμενος καὶ ἰσχύων τοῦτο ποιῆσαι· ἀλλ' οὐκ ἠθέλησα παραχαράξαι τὸ δίκαιον. Τοῦτον δὲ ἐμὸν υἱὸν ὑπάρχοντα, καὶ ταῖς σαῖς παντάπασιν προτροπαῖς οὐχ ὑπείξαντα, τίνος ἕνεκεν ἀνεῖλες,

A. Sit rex, qui in regione quapiam habeat servos. Circumfluat regionem istam amnis. Ultra amnem vero sit hortus consitus, qui pulchros et jucundos fructus ferat. Interdicat rex servis suis omnibus amnis ad illum hortum trajectionem. Aliquis vero ex illis servis, delinitus et illectus aspectu, et cupiditate illorum fructuum, et sua appetitione mollitus ac victus, nulla ratione mandati domini habita, amnem trajiciat, ut cupiditatem suam expleat: ac non solum hoc faciat, sed etiam reliquos conservos fallat, voluptate fructuum, quos ostendit, eos decipiens, ut communis domini obedientiam abjiciant, et fluvium transmittant, et servi ejus efficiantur. Deinde ille princeps malorum exerceat in eos tyrannidem et opprimat. Illi vero tyrannide oppressi inclament dominum suum, et implorent illius opem, et a tantis malis liberationem. Postea horum misericordia commotus mansuetissimus rex mittat proprium filium, vestitu servorum indutum, in omnibus assimilatum eis (excepto peccato), ille autem in medium prodiens deambulet juxta ripas fluminis. Quem cum tyrannus ille viderit, et arbitratus esse unum e servis, hortetur, ut solet, voluptatibus fructuum propositis et ostensis, ad trajiciendum fluvium, et ut sub imperio suo sit, videat tamen non obedire, quin potius ipsius hortationes vehementer repellere, unde zelo et invidia incensus tyrannus transeat fluvium, et filium regis occidat: hunc vero rex prehensum percontetur in hunc modum: Age jam, pessime et nequissime, cum aliis servis suadebas, ut mihi eorum natura domino non parerent, et ad te transirent, an eos e manibus tuis eripui? et a servitute tua tibi subjectos liberavi? cum id alioqui facere potuissem, nolui tamen jus immutare. Hunc vero filium meum, qui hortationibus tuis nequaquam cessit, quare interfecisti et injuste occidisti? Igitur quoniam hoc ausus es, jure optimo et te et omnes tuos servos capiam, et potestati ejus subjiciam; et si tot

VARIÆ LECTIONES.

[a] Sic C B, lege ὑποτοπάσας.

Digitized by Google

millia acquisivisti, tamen neque multesimam partem debiti recuperabo. Quid enim unquam tu efficere possis uni guttæ sanguinis regii par? Hoc modo a tyrannide dæmonis nos liberavit, justa ratione, et non robore et potestate solum usus.

μιᾶς τοῦ βασιλικοῦ αἵματος ῥανίδος ἀντάξιον; Τούτῳ τῷ τρόπῳ τῆς τοῦ πονηροῦ τυραννίδος ἡμᾶς ἐῤῥύσατο δικαίῳ λόγῳ, καὶ οὐχ ἁπλῶς κράτει καὶ δυναστείᾳ χρησάμενος.

B. Satis de hac re dictum est. Dic quinque illos inimicos, ex quibus nos Christus liberavit.

B. Ἀρκούντως περὶ τούτου εἴρηται. Φράσον δὲ τοὺς πέντε ἐχθροὺς, ἐξ ὧν ἡμᾶς ὁ Χριστὸς ἐλυτρώσατο.

A. Mors, diabolus, maledictum legis et damnatio, peccatum, infernus.

A. Ὁ θάνατος, ὁ διάβολος, ἡ τοῦ νόμου κατάρα καὶ καταδίκη, ἡ ἁμαρτία, ὁ ᾅδης.

B. De morte quidem quod per obedientiam Christi deleta est, dixisti. Similiter etiam, quomodo nos ab imperio diaboli liberavit. Explica nunc, quomodo nos redemit a maledicto legis, factus pro nobis maledictum.

B. Περὶ μὲν τοῦ θανάτου, ὅτι διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ Χριστοῦ λέλυται, εἴρηκας. Ὁμοίως δὲ, καὶ ὅπως ἡμᾶς ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου ἐπικρατείας ἐξείλατο. Φράσον δὴ, ὅπως ἐξηγόρασεν ἡμᾶς τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα.

A. Memineris eorum, quæ prius a me dicta sunt, quod qui millies legem mortis transivimus (28'), millies interire debemus. Responde enim mihi, quod te primum de morte Adam rogabam. Faciine Deus quidquam frustra et casu?

A. Ἀναμνήσθητι τῶν ἐν τοῖς ἔμπροσθέν μοι λόγων εἰρημένων, ὅτι μυριάκις τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον παραβεβηκότες, μυριάκις ἀποθανεῖν ὀφείλομεν. Εἰπὲ γάρ μοι, ὅπερ σοι καὶ πρῶτος ἠρώμην [5] περὶ τοῦ κατὰ τὸν Ἀδὰμ, ποιεῖ ὁ Θεός τι ματαίως καὶ ὡς ἔτυχεν;

B. Absit.

B. Μὴ γένοιτο.

A. Si quis alicui deberet mille nummos, quos nullo modo solvere posset, nollet autem exigere dominus, cui debetur, summam auri, scripsisset autem alias contra illum debitorem chirographum, et in carcerem conjiceret, et male omnibus modis afficeret, affligeret, et premeret, qui nollet, ut ante dixi, summam repetere, sed potius postularet, ut dimitteretur liber et solutus, nonne stultum hunc esse existimaremus?

A. Εἴ γάρ τις ἐχρεώστει τινὶ χιλιάδας νομισμάτων, ἃς ἀποδοῦναι οὐκ οἷός τε ἦν· οὐκ ἠβούλετο δὲ ἀπαιτῆσαι αὐτὸν ὁ τοῦ χρέους κύριος τὴν τοῦ χρυσίου ποσότητα, ἔγραψεν δὲ τὴν ἄλλως κατ' αὐτοῦ χειρόγραφον, καὶ λαβὼν ἐν φυλακῇ ἔθετο, καὶ ἐλύπησεν, καὶ ἐστένωσεν παντοίως, μὴ βουλόμενος, ὡς προέφην, παρ' αὐτοῦ τὸ ποσὸν λαβεῖν, ἀλλ' ὕστερον, ἀπαιτῶν αὐτὸν ἀπολῦσαι, οὐχὶ μάταιον τὸν τοιοῦτον ὑπολαμβάνομεν;

B. Quomodo non?

B. Πῶς γὰρ οὔ;

A. Si igitur Deus nolebat exigere a nobis justificationes legis, quare hanc **350** contra hos scripsit? At non sic est, absit. Non enim otiose, et tanquam ludens, quin potius justo judicio, omnia quæ in lege scripta erant, a nobis exigebat, et quia non poteramus solvere debitum, pro nobis Dominus noster Christus persolvit, maledictum et condemnationem nobis debitam volens assumpsit, atque in se suscepit: et quæ nos pati oportebat, ipse passus est; verberatus, sputis, pugnis, colaphis affectus, crucifixus, et pro nobis mortuus: quamvis, ut paulo ante diximus, per obedientiam mortem delere potuisset, sed tamen ἐκ περιουσίας, id est, ut abundaret, et superflueret, quo nos ex diabolo eriperet, et ex maledicto legis, justoque Dei judicio, pro nobis mortuus est, ut liceret Deo misericordiam nobis tribuere; et non justitiam propriam improbaret, et supervacuam atque irritam redderet; sed potius hanc circumscriberet et terminaret,

A. Εἰ οὖν ὁ Θεὸς οὐκ ἠβούλετο παρ' ἡμῶν ἀπαιτῆσαι τὰ τοῦ νόμου δικαιώματα, τίνος χάριν τοῦτον καθ' ἡμῶν ἔγραψεν; Ἀλλ' οὐχ οὕτως τοῦτο, μὴ γένοιτο. Οὐ γὰρ περίεργος, καὶ οἷα παίζων ὁ Θεὸς, ἀλλὰ τῇ αὐτοῦ δικαιοκρισίᾳ πάντα παρ' ἡμῶν τὰ ἐν τῷ νόμῳ γεγραμμένα ἀπῄτει. Καὶ ἐπειδὴ οὐκ ἰσχύομεν ἀποτῖσαι, τούτου χάριν ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Δεσπότης ἡμῶν Χριστὸς ἀπέδωκεν, καὶ τὴν κατάραν καὶ καταδίκην τὴν καθ' ἡμῶν χρεωστουμένην ἀνέλαβεν, καὶ ἑκουσίως ἀνεδέξατο. Καὶ ἅπερ ἡμᾶς ἐχρῆν παθεῖν, αὐτὸς πέπονθεν. Καὶ ἐμαστίχθη, καὶ ἐνεπτύσθη, καὶ ἐῤῥαπίσθη, καὶ ἐκολαφίσθη, καὶ ἐσταυρώθη, καὶ ἀπέθανεν ὑπὲρ ἡμῶν. Καίπερ, ὡς ἔφαμεν καὶ πρώην, διὰ τῆς ὑπακοῆς λῦσαι τὸν θάνατον δυνάμενος, ἀλλ' ἐκ περιουσίας, ἵνα καὶ ἐκ τοῦ διαβόλου ἡμᾶς ἐξέληται, καὶ ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, καὶ τοῦ Θεοῦ δικαιοκρισίας, ἀπέθανεν ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα ἐξῇ τῷ Θεῷ ἐλεῆσαι ἡμᾶς, καὶ μήτε τὴν ἰδίαν δικαιοσύνην ἀκυρῶσαι καὶ καταργῆσαι, ἀλλὰ ταύτην

VARIÆ LECTIONES.

[5] ἠρωτησάμην.

NOTÆ.

(28') Illam legem dicit, de qua Paulus in Epist. ad Hebr. x, meminit: *Irritam quis faciens legem Moysi sine ulla miseratione duobus, vel tribus testibus moritur.* (*Deut.* xvii, 6.)

Digitized by Google

περιγράψαι ἀπολαβοῦσαν τὰ ἴδια δικαιώματα, μήτε τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἄπρακτον παρεᾶσαι.

B. Καὶ περὶ τούτου ἀρκούντως λέλεκται. Φράσον δὴ, πῶς ἡμᾶς ἐκ τῆς ἁμαρτίας ἐῤῥύσατο;

A. Τί ἐστιν ἁμαρτία; οὐχὶ ἀποτυχία τις, καὶ ἀστοχία τοῦ σκοποῦ; Ὥσπερ γὰρ εἴ τις ὑγιὴς ὢν ἐν τῷ βαίζειν, ὅπου θέλει, τὸν πόδα τίθησιν, ἡνίκα δὲ ἐξ ἀσθενείας τινὸς ἀῤῥωστήσας τρομικὸς γένηται, μὴ δυνηθείη τὸν πόδα θεῖναι, ὅπου βούλεται, ἀλλὰ σκοπήσας εἰς τόπον τινὰ πῆξαι τὸ ἴχνος, ὑπὸ τῆς ἐνοικούσης ἀῤῥωστίας ὠθούμενος, ἀλλαχοῦ τὸ βῆμα περιστρέψαιεν· οὕτω καὶ τῆς ἁμαρτίας ἐνοικησάσης τῇ ἡμετέρᾳ ψυχῇ, ἀσθενῆ αὐτὴν καὶ ἄῤῥωστον πεποίηκεν, ἀστοχοῦσαν καὶ ἁμαρτάνουσαν τῶν οἰκείων σκοπῶν καὶ προθέσεων· ὁ δὲ Χριστὸς βαπτίζει ἡμᾶς ἐν ὕδατι, καὶ Πνεύματι, καὶ ἡ χάρις τοῦ ἁγίου Πνεύματος ῥώννυσιν ἡμᾶς, πᾶσαν τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τὴν ἀῤῥωστίαν, καὶ νόσον ἀποξύει, καὶ ἀνανεοῖ, καὶ ἀνακαινίζει καὶ εἰς τὸ ἀρχαῖον σθένος, καὶ κάλλος, τὸ πρὸ τῆς παραβάσεως, ἀποκαθίστησιν.

B. Πέμπτον ὑπολέλειπται τὸ τοῦ ᾅδου.

A. Ἐπειδὴ ἀδύνατον μετὰ σαρκὸς ἐνδημῆσαι τοῖς ἐν ᾅδου, τῷ θανάτῳ διαιρεθείσης ἐκ τῆς σαρκὸς τῆς τοῦ Κυρίου ψυχῆς, γυμνὴ ταῖς ἐν σκότει ψυχαῖς ἐνδημήσασα, καὶ φῶς αὐτοῖς τὸ τῆς θεότητος ἀπαστράψασα, καὶ εἰς αὐτὸν πιστευσάσας εἰς τὸν παράδεισον μετατέθηκεν, καὶ τὸ τοῦ ᾅδου βασίλειον κατέλυκεν. Ὥσπερ γὰρ πύλη καὶ εἴσοδος τῆς εἰς τὸν κόσμον ἐπιδημίας τοῦ Θεοῦ Λόγου ἡ παναγία Παρθένος γέγονεν, οὕτως καὶ ὁ θάνατος πύλη καὶ εἴσοδος τῆς εἰς ᾅδην καταφοιτήσεως.

A receptis, et recuperatis propriis justificationibus; neque misericordia ejus ἄπρακτος, id est, sine opere justitiæ transmitteretur.

B. Sed de his satis hactenus. Explica modo, quo modo ex peccato nos liberavit.

A. Quid est peccatum? nonne est aberratio a scopo? Ut enim si quis valet, cum ambulat, ubi vult, pedem ponit; cum vero ex quapiam imbecillitate laborat, effectus tremulus, non potest vestigium figere, ubi vult, sed potius animadverso loco, in quo vestigium ponat, ab infirmitate sua detrusus, alibi ponit, sic cum in anima nostra peccatum habitare cœpit, infirmam et imbecillem eam facit, et aberrantem a suo scopo ac proposito: Christus autem baptizat nos in aqua et Spiritu B sancto, et gratia Spiritus sancti roborat nos, et omne peccatum atque infirmitatem detrahit; ac renovat, et robur pristinum et pulchritudinem, quæ ante transgressionem Adæ erat, restituit.

B. Quintus inimicus relinquitur, id est, infernus.

A. Quia fieri non poterat, ut cum carne in inferis peregrinaretur, anima a carne Domini per mortem separata ad animas, quæ in tenebris erant, profecta et lumine divinitatis illis illato, eas, quæ in eum crediderunt, in paradisum transtulit, et regiam inferni demolitus est. Sicut enim janua et aditus peregrinationis Verbi Dei in mundum facta est **351** sanctissima Virgo; sic mors facta est C janua et introitus descensus Christi in infernum.

II.

Διάκρισίς τε καὶ διασάφησις τῶν περὶ ἃς οἱ φιλόσοφοι καταγίνονται φωνῶν, καὶ ἔλεγχος τῆς τῶν Ἀκεφάλων Σευηριανῶν, ἤγουν Ἰακωβιτῶν ψυχοφθόρου αἱρέσεως, τοῦ αὐτοῦ Ἀβουκαρᾶ.

Τοῖς τῶν ἀληθινῶν δογμάτων ἐρασταῖς τε καὶ προασπισταῖς ἀναγκαία καθέστηκεν ἡ τῶν φωνῶν, περὶ ἃς οἱ φιλόσοφοι μάλιστα καταγίνονται, διάκρισίς τε καὶ διασάφησις. Τὴν γὰρ τούτων ἀκριβῆ γνῶσιν πολλοὶ τῶν δοκούντων εἶναι σοφῶν ἀγνοήσαντες περὶ τὴν ἀλήθειαν ἠστόχησαν, καὶ εἰς ἀτοπίας καὶ βλασφημίας ἐξώκειλαν, καὶ τῆς εἰς τὸ Θεῖον ὀρθῆς πίστεως ἐξέπεσον ἠγνοηκότες μὲν, ἐκόντες δὲ τὰς τῆς διανοίας ὄψεις ἀποκλίναντες τοῦ τῆς D σωτηρίας φωτὸς, καὶ πρὸς τὸ ὀλέθριον σκότος αὐτομολήσαντες, εἰς ἀπωλείας κατώλισθον βάραθρον. Διὸ περὶ μὲν ἀσήμων φωνῶν ἐνάρθρων, ἢ ἀνάρθρων περισημαντικῶν ἀνάρθρως, οὐδὲν εἰς ἀποδεικτικὴν συντελουσῶν μέθοδον λέγειν, τὰ νῦν ἐάσαντες, περὶ αὐτῶν, ὡς οἷοί τε τυγχάνομεν ὄντες, βραχέα διαληψόμεθα· τοὺς τῆς Ἐκκλησίας τροφίμους κατὰ τῶν φρενοβλαβῶν τῆς Ἐκκλησίας ἀντιπάλων Ἀκεφάλων αἱρετικῶν καθοπλίζοντες, καὶ τὴν ἐκείνων ἄνοιάν τε καὶ ἀδρανίαν ἐλέγχοντές τε καὶ στηλιτεύοντες (29).

Ejusdem Theodori Abucaræ explanatio vocum, quibus philosophi utuntur, et confutatio hæresis Acephulorum Severianorum, id est Jacobitarum. (Interprete Francisco Turriano Societatis Jesu.)

Iis, qui verorum dogmatum studiosi sunt et defensores, necessaria est vocum, in quibus philosophi versantur, explanatio et distinctio. Harum enim cognitionem perfectam quia multi ex iis, qui sapientes esse videbantur, ignoraverunt, a veritate aberrarunt, et in absurditates ac blasphemias impegerunt; et a recta in Deum fide nescientes quidem exciderunt, sed quia oculos mentis a lumine salutis deflectere voluerunt, et ad pestiferas tenebras sponte declinare, in profundum interitus deciderunt. Quamobrem omissis nunc vocibus nihil significantibus tum articulatis; aut significantibus non articulatis, quæ ad conclusiones rationum nihil prodesse possunt, de illis, quas principio dixi, pauca pro viribus nostris tractabimus, quibus alumnos Ecclesiæ contra hæreticos et Ecclesiæ adversarios Acephalos dementes instruamus et armemus.

NOTÆ.

(29) Sequebatur hic in Bavarico codice assumentum satis prolixum. Quod omisimus, quia Turrianus suo in exemplari non reperit, et clarum videtur, non ab auctore, sed ab alio quopiam pro diisse.

Digitized by Google

Ex vocibus igitur, quibus utuntur philosophi, aliæ quidem sunt philosophicæ, ut substantia, animal, homo, Petrus, aliæ vero logicæ, ut genus generalissimum, species, natura, substantia, individuum, hypostasis, persona. Notanda vero est horum ab aliis inter se differentia. Omne commune in vocibus quidem philosophicis, communicat nomen et definitionem cum iis, quæ sunt infra ipsum commune, ut animal communicat homini, equo, bovi et leoni, quæ sub ipso sunt, tum nomen, tum definitionem. Homo enim, eademque est ratio aliorum, animal et substantia animata, et sentiens dicitur, et unusquisque singularis homo similiter. In logicis vero quod commune est, omnino non communicat nomen, neque definitionem. Nec enim quod dicitur genus, idemque species subalterna, dicitur unquam genus generalissimum, neque definitionem generis generalissimi penitus recipiet, neque species **352** specialissima genus appellabitur, nec individuum species, neque aliquid prorsus in vocibus logicis eorum, quæ inferiora sunt, nomen vel definitionem superiorum potest suscipere. Præterea, omne quod in vocibus philosophicis definitur, statim ostendit in seipso definitionem, qua definitur, veram esse. Homo enim, quem definiunt esse animal particeps rationis, mortale, et mentis ac scientiæ capax, statim in seipso demonstrat, esse hanc veram definitionem hominis, in vocibus vero logicis non sic, sed contra potius, omne quod in his definitur, in se quidem falsum est, in voce vero philosophica verum est. Verbi gratia, hoc nomen species, id est, hæc dictio trium syllabarum, sic definita, quod de pluribus differentibus numero in eo quod quid est, prædicatur, in se quidem falsum esse hoc demonstrat, in philosophica vero voce, de qua prædicatur, plane verum, ut diximus. Species enim, id est dictio trium syllabarum non prædicatur de pluribus differentibus in eo, quod quid est, quod definitio dicit, sed in nomine ostenditur, verum esse. Homo enim de Socrate, Platone, Aristarcho, Phædone, et de singulis hominibus, qui sunt infiniti, et numero differentes, prædicatur, et definitionem totam in se veram servat.

Præterea omnis res, de qua dicitur species specialissima, postquam dicitur species, natura etiam et substantia nominatur. Ex quo fit, ut quæcunque æqualiter eam speciem participant, ejusdem naturæ et ejusdem substantiæ esse dicantur, ut homo; prædicatur enim de illo species infima. Quocirca simul atque species vocatur, vocatur et natura et substantia respectu omnium, de quibus prædicatur; prædicatur autem de Petro, Paulo, Joanne, et de singulis hominibus qui speciem æqualiter participant. Unde qui speciei subjiciuntur, ejusdem naturæ sunt ac substantiæ. Quæ vero

A Τῶν φωνῶν, περὶ ἃς οἱ φιλόσοφοι καταγίνονται. αἱ μὲν εἰσι φιλόσοφοι, οἷον οὐσία, ζῶον, ἄνθρωπος, Πέτρος· αἱ δὲ λογικαί, οἷον γενικώτατον γένος, εἶδος, φύσις, οὐσία, ἄτομον, ὑπόστασις, πρόσωπον. Διοριστέον καὶ τὴν τούτων ἀπ' ἀλλήλων διαφοράν. Πᾶν κοινὸν ἐν μὲν ταῖς φιλοσόφοις φωναῖς μεταδίδωσι τοῖς ὑπ' αὐτὸ τοῦ τε ὀνόματος, καὶ τοῦ ὁρισμοῦ· οἷον, τὸ ζῶον μεταδίδωσι τοῖς ὑπ' αὐτὸ, ἀνθρώπῳ τε καὶ ἵππῳ, καὶ βοΐ, καὶ λέοντι, τοῦ τε ὀνόματος, καὶ τοῦ ὁρισμοῦ· ὅ τε γὰρ ἄνθρωπος, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον, ζῶον ἂν λέγοιτο, καὶ οὐσία ἔμψυχος αἰσθητική, καὶ οἱ κατὰ μέρος ἄνθρωποι ὡσαύτως. Ἐν ταῖς λογικαῖς φωναῖς τὸ κοινὸν οὐ μεταδίδωσι παντάπασιν, οὔτε τοῦ ὁρισμοῦ· οὔτε γὰρ ἂν τὸ λεγόμενον γένος, τὸ αὐτὸ καὶ εἶδος ὑπάλληλον καλοῖτό

B ποτε γενικώτατον γένος, οὔτε τὸν ὁρισμὸν τοῦ γενικωτάτου γένους παντελῶς ἐπιδέχοιτο, οὔτε τὸ εἰδικώτατον εἶδος ὀνομάζοιτο γένος, οὔτε τὸ ἄτομον εἶδος, οὔτε μήν τι τὸ παράπαν ἐν ταῖς λογικαῖς φωναῖς τῶν ὑποκάτω δέχεσθαι δύναται, οὔτε τὴν προσηγορίαν, οὔτε τὸν ὅρον τὸν ἐπάνω. Ἔτι πᾶν ὁριζόμενον ἐν φιλοσόφοις φωναῖς, αὐτίκα δείκνυσιν ἐν ἑαυτῷ τὸν αὐτὸν ὁρίσαντα ὁρισμὸν ἀληθεύοντα. Ὁ γὰρ ἄνθρωπος ὁριζόμενος ζῶον λογικὸν, θνητὸν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸν, παρίστησιν εὐθέως ἐν ἑαυτῷ τοῦτον τὸν ὁρισμὸν ἀληθῆ τυγχάνοντα· ἐν δὲ

C ταῖς λογικαῖς οὐχ οὕτως, ἀλλὰ πᾶν ἐν ταύταις ὁριζόμενον ἐφ' ἑαυτοῦ μὲν ψεύδεται· ἐπὶ δὲ τοῦ φιλοσοφικοῦ ἀληθεύει. Οἷον τὸ εἶδος ὄνομα, ἤγουν ἡ δισύλλαβος αὕτη λέξις, ὁριζόμενόν τι, κατὰ πλειόνων καὶ διαφερόντων τῷ ἀριθμῷ, ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορούμενον, ἐφ' ἑαυτοῦ μὲν ψεύδεται· ἐπὶ δὲ τοῦ φιλοσοφικοῦ, καθ' οὗ τάττεται, σαφῶς ἀληθεύει, καθὼς ἔφημεν. Τὸ γὰρ εἶδος, τοῦτ' ἔστιν, ἡ δισύλλαβος αὕτη λέξις, οὐκ ἂν ἐν τῷ τί ἐστι κατηγοροῖτο κατὰ πλειόνων, καὶ διαφερόντων τῷ ἀριθμῷ, ὡς ὁ ὁρισμὸς διαγορεύει· ἀλλ' ἐν τῷ ἀνθρώπῳ δειχθήσεται οὕτως ἀληθεύων. Ὁ γὰρ ἄνθρωπος κατὰ Σωκράτους, καὶ Πλάτωνος, καὶ Ἀριστάρχου, καὶ Φαίδωνος, καὶ τῶν κατὰ μέρος ἀνθρώπων, οἵτινες ἄπειροί τε καθεστήκασιν, καὶ ἀριθμῷ διαφέρουσιν, κατηγορεῖται, καὶ τὸν ὅρον ὅλον ἐν ἑαυτῷ σώζει ἀληθεύοντα.

Theod. Ne singulis commemorandis longum fiat, brevem tibi descriptionem facere aggrediar. Pone igitur esse vos decem principes populorum, idololatricorum scilicet, alium Græcorum, alium Romanorum, alium Gallorum, et aliorum alium, et derepente adesse vobis hominem peregrinum, turpi specie ac forma, squalidum, pauperem (53), nudis pedibus, sine virga, una tunica, sine ære, et argento, et magna confidentia, sic clamantem: O homines, quid ita erratis, ut impietatem pietati anteponatis? vos vero ut par est, respondisse; Et quæ ista, miser, pietas, cui impietatem anteposuimus? illum autem dixisse: Deum crucifixum colere; hanc enim esse veram pietatem. Vos autem audientes, et dentibus stridentes ad delendum eum aggressos esse, neque tamen potuisse: et rursus ponamus, vos repetita percontatione, respondisse. Edissere nobis plane istam tuam improbabilem prædicationem; illum autem sic exorsum esse:

Filius Dei e cœlo descendens ex muliere carnem assumpsit, et factus homo, tanquam infans, nutritus est; et ab inimicis inquisitus, in Ægyptum fugit, et inde reversus, capitur, pugnis impactis cæditur, caput arundine percutitur, conspuitur, coccinea chlamyde illusus induitur, corona spinea redimitur, crucifigitur, potio aceti adhibetur, et latus lancea transfigitur, et cum clamore dixit: « Deus, Deus meus, ut quid me dereliquisti [m]; » animam emisit, mortuus sepulturæ mandatur, et tertio die resurgit, ne videatur fefellisse auditores, tanquam magnificis verbis **399** usus et eos compto sermone decepisse. Deinde hæc audientes respondisse: O peregrine, nemo unquam te imprudentior apparere poterit.

[m] Matth. xxvii, 46.

VARIÆ LECTIONES.

[55] τάχει. [56] f. εὐτελῶν vel ἐλαττωμάτων. [57] ὁρμήσατε vel ὡρμήθητε. [58] Hæc duo verba videntur redundare.

NOTÆ.

(52) Ἡμισυτέταρτον, dimidium quatuor sunt duo; et dimidium duorum est unum.
(53) Hæc non sunt in Bav. exemplari.

Digitized by Google

Sed quid tandem, qui hæc passus est, iis, qui in cum credunt, præcipit? illum vero dixisse multam duritiam vitæ, abstinere a voluptatibus; alienum esse a multis nuptiis; percutienti maxillam dexteram præbere sinistram; detrahenti pallium addere insuper tunicam; angarianti te ad unum miliare, ire cum eo duo; inimicos diligere; convicciantibus, et nos maledictis prosequentibus benedicere, et pro eis precari. Vos autem interrogasse: Quæ patienter ista sustinentes manet ab illo remuneratio? (Illum (54) vero respondisse: Nulla equidem in præsenti vita: sed in novissimo die, cum mortui ex sepulcris excitabuntur, uberrima et largissima æternorum bonorum merces illis dabitur, qui hæc custodire in animum induxerint. Vos autem contra retulisse: Imbecillitas ejus, quem prædicas, manifesta est; nec minus clara difficultas præstandi hujus promissi. Adde quod retributio ob tot incommoda tolerata nimis diu differtur; et præterea anceps est. Et quis fuerit, qui talem religionem amplecti velit?) Illum autem dixisse: Dicite mihi, patiturne creatura, ut ulli potius serviat, et subjecta sit, quam Creatori? Ad quæ vos: Nequaquam. Illum vero: Adducite mihi cæcum. Et cæco adducto, clamavisse prædicatorem: Tibi dico, cæce, in nomine Jesu Christi Nazareni, qui natus est ex Maria in Bethleem, et fugit in Ægyptum, qui a Judæis captus est, et percussus, et consputus, et crucifixus, et in ligno crucis clamavit: « Deus, Deus meus, ut quid me dereliquisti, » cui aceti et fellis potio data est, et lancea latus apertum, qui et in sepulcro humatus est, respice. Illo autem continuo respexit, et eadem invocatione leprosos mundabat, dæmones expellebat, paralyticos sanabat, mortuos suscitabat. Unde vos, et omnes, qui viderunt, viri et feminæ, juvenes et senes, sapientes et stulti, et medii, omne denique genus hominum citra ullam dubitationem cognoverunt Deum esse, et Dei Filium Jesum Christum Nazarenum, qui hæc volens passus est propter causam aliquam, quæ mentem eorum, qui viderunt, hactenus latuit. En demonstratum est tibi, sicut pollicitus eram, nostram Christianorum prædicationem iis, quæ in ea videntur vilia et humilia, confirmari.

A σου φανῇ ἀφρονέστερος. Εἶτα τί τὸ ἐπάγγελμα τοῦ ταῦτα παθόντος τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσιν; Ὃ δὲ φησι· Σκληραγωγία, ἡδονῶν ἀποχή, πολυγαμίας ἀλλοτρίωσις, τῷ παίοντι τὴν δεξιὰν καὶ τὴν ἑτέραν παρέχειν, ἀγγαρευόμενον μίλιον ἓν δύο συναπέρχεσθαι, τῷ τὸ ἱμάτιον ἀφαιρουμένῳ καὶ τὸν χιτῶνα προσεκδύσασθαι, τοὺς ἐχθροὺς ἀγαπᾷν, τοὺς λοιδοροῦντας, καὶ καταρωμένους εὐλογεῖν, καὶ ὑπερεύχεσθαι. Καὶ ἀπεκρίθητε· Τίς ἐστι τοῖς ταῦτα καρτερεῖν ἀνεχομένοις, παρ' αὐτοῦ ἀμοιβή; καὶ πρὸς ταῦτα εἶπεν· Ἐνταῦθα μὲν οὐδέν· ἀλλ' ἀφ' οὗ ἐγερθήσεσθε ἀπὸ τῶν τάφων ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ, ἀμφιλαφὴς, καὶ δαψιλεστάτη γενήσεται τῶν ἀγαθῶν ἡ ἀπόλαυσις τῶν αἰωνίων παρ' αὐτοῦ τοῖς ταῦτα φυλάξουσι. Καὶ πρὸς ταῦτα ἀπεκρίθητε· Ὦ ἄνθρωπε, B τὸ μὲν ἀσθενὲς τοῦ διὰ σοῦ κηρυττομένου, προφανὲς, καὶ τὸ δυσκατόρθωτον τοῦ διαγγέλματος πρόδηλον. Ἡ δὲ ὑπὲρ τούτων ἀνταπόδοσις, καὶ λίαν μακρὰ, καὶ ἀμφίλεκτος. Καὶ τίς ἔσται, ὁ τὴν τοιαύτην θρησκείαν ὑπελθεῖν ἀνεχόμενος; Ὁ δέ φησι· Εἰπατέ μοι, ἑτέρῳ τινὶ ἀνέχεται ἡ κτίσις δουλεύειν, καὶ ὑποτάσσεσθαι μᾶλλον, ἢ τῷ Κτίσαντι; Ἀπεκρίθητε δέ· Οὐδαμῶς, ἀλλὰ τῷ Κτίσαντι. Ὁ δὲ φησι· Φέρετέ μοι τυφλόν. Καὶ ἀχθέντος τυφλοῦ, ἐβόησεν ὁ κήρυξ· Σοὶ λέγω, τυφλὲ, ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ Ναζαραίου, τοῦ τεχθέντος ἐκ Μαρίας ἐν Βηθλεὲμ, καὶ φυγόντος εἰς Αἴγυπτον, τοῦ ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων κρατηθέντος, καὶ ἐπὶ ξύλου κρεμασθέντος, ὄξος τε, καὶ χολὴν ποτισθέντος, καὶ τὴν πλευρὰν τρωθέντος C ἐν λόγχῃ, καὶ τῷ τάφῳ καλυφθέντος, ἀνάβλεψον. Ὁ δὲ παραυτίκα ἀνέβλεψε· καὶ τῇ αὐτοῦ ἐπικλήσει λεπροὺς ἐκαθάρισε· καὶ πάντα τὰ θαύματα ἐποίησεν. Ὅθεν ἡμεῖς, καὶ πάντες οἱ θεασάμενοι σοφοὶ, καὶ μέσοι, καὶ μωροὶ, ἀναμφιβόλως ἔγνωσαν πᾶν γένος ἀνθρώπων, ὅτι Θεὸς, καὶ Θεοῦ Υἱός ἐστιν ὁ Ναζαραῖος· καὶ ταῦτα ἑκουσίως πέπονθε δι' αἰτίαν τινὰ τὰς τῶν ὁρώντων διανοίας λανθάνουσαν. Ἰδού σοι δέδεικται κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν ἡμῶν, τὸ τῶν Χριστιανῶν δόγμα βεβαιούμενον, ἐκ τῶνδε αὐτῷ δοκούντων ἐλαττωμάτων.

400 XXII.

Aliud dogma, quo demonstratur, panem mystica benedictione fieri corpus Christi.

Τέρα ἐρώτησις δεικνύουσα εἶναι τὸν εὐλογούμενον ἄρτον σῶμα Χριστοῦ.

Turriano interprete.

Sarac. Age, episcope, quare vos sacerdotes illuditis Christianis? ex una farina duobus panibus confectis unum in cibum communem relinquitis, alterum in particulas partitum, populis distribuitis, nominatisque Christi corpus; et remissionem peccatorum eis præbere affirmatis. Vobisne illuditis, an iis, quibus præfecti estis?

D *Σαρακ.* Διὰ τί, ἐπίσκοπε, ἐμπαίζετε, ὑμεῖς οἱ ἱερεῖς, τοὺς Χριστιανοὺς, ἐξ ἑνὸς ἀλεύρου δύο ἄρτους προτιθέντες ὠπτημένους; καὶ τὸν μὲν εἰς κοινὴν ἐᾶτε βρῶσιν, τὸν δὲ τοῖς λαοῖς κατὰ βραχὺ μερίζοντες, σῶμα Χριστοῦ ὀνομάζετε, καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν παρέχειν αὐτὸν τοῖς μεταλαμβάνουσι δυνάμενον διαβεβαιοῦτε; Ἆρα ὑμᾶς αὐτοὺς ἐμπαίζετε, ἢ τοὺς, ὧν ἄρχετε;

NOTÆ.

(54) Hæc, quæ parenthesi inclusimus, adjecimus ex cod. Bavarico.

Digitized by Google

Θεόδ. Οὔτε ἡμᾶς, οὔτε ἐκείνους ἐμπαίζομεν.

Σαρακ. Πείσει με οὐκ ἐκ τῆς Γραφῆς σου, ἀλλ' ἐκ κοινῶν καὶ ὁμολογουμένων ἐννοιῶν.

Θεόδ. Καὶ τί λέγεις; ἄρτος οὐ γίνεται Θεοῦ σῶμα;

Σαρακ. Ἑκάτερον ἀπορῶ μέρος τῆς ἀντιφάσεως ἀποκρίνασθαι.

Θεόδ. Τοσοῦτόν σε ἡ μήτηρ σου γεγέννηκε;

Σαρακ. Οὐχί, ἀλλὰ μικρόν.

Θεόδ. Τίς σε ἐμεγέθυνε;

Σαρακ. Θέλοντος τοῦ Θεοῦ, ἡ τροφή.

Θεόδ. Οὐκοῦν ἄρτος σοι γέγονε σῶμα.

Σαρακ. Σύμφημι.

Θεόδ. Καὶ πῶς σοι ἄρτος γέγονε σῶμα;

Σαρακ. Τὸν τρόπον ἀγνοῶ.

Θεόδ. Διὰ τοῦ λαιμοῦ ἡ βρῶσις καὶ ἡ πόσις εἰς τὸν στόμαχον κατέρχεται, ὡς εἰς χύτραν· περικειμένου δὲ τῷ στομάχῳ τοῦ ἥπατος θερμοῦ ὄντος, ἑψοῦται ἡ τροφή, καὶ χυλοῦται, καὶ τὸ μὲν παχυμερὲς, κάτω χωρεῖ, τὸ δὲ λεπτομερὲς καὶ κεχυλωμένον, ἐπιπολάζει· ὡς θερμὸν δὲ τὸ ἧπαρ, καὶ συμφῶδες ὑπάρχον, ἀνασπᾷ, καὶ αἱματοῖ, καὶ ὡς δι' ὀχετῶν ἅπαν τὸ σῶμα διὰ τῶν φλεβῶν καταρδεύει, μερίζον τὴν ἐν τῷ στομάχῳ χυλωθεῖσαν τροφὴν, καὶ ἐν αὐτῷ αἱματωθεῖσαν, ἑκατέρῳ τῶν μερῶν συμμεταβαλλομένην, οἷόν ἐστιν ἐκεῖνο, ὀστέοις ὀστέον, μυελοῖς μυελὸν, νεύροις νεῦρον, ὀφθαλμοῖς ὀφθαλμὸν, θριξὶ τρίχα, δέρματι δέρμα, ὄνυξιν ὄνυχα. Καὶ οὕτως γὰρ ἡ τοῦ βρέφους εἰς ἄνδρα αὔξησις, τοῦ ἄρτου αὐτοῦ γεγονότος σῶμα, καὶ τῆς πόσιος αἷμα.

Σαρακ. Ἔοικε.

Θεόδ. Τὸν αὐτὸν τρόπον γίνεσθαι τὸ ἡμέτερον νόει μυστήριον. Τίθησι γὰρ ἐπὶ τὴν ἁγίαν τράπεζαν ὁ ἱερεὺς τὸν ἄρτον, ὁμοίως καὶ τὸν οἶνον, καὶ δεόμενος ἐπικλήσει ἁγίᾳ, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κάτεισι, καὶ ἐπιφοιτᾷ τοῖς προκειμένοις· καὶ τῷ πυρὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ, εἰς σῶμα, καὶ αἷμα Χριστοῦ τὸν ἄρτον καὶ τὸν οἶνον μεταβάλλει, οὐχ ἧττον, ἢ τὸ ἧπαρ τὴν τροφὴν, εἰς τὸ τοῦ τινος ἀνθρώπου σῶμα. Ἢ οὐ δίδως, ὦ τᾶν, δύνασθαι τὸ πανάγιον Πνεῦμα, ὅπερ τὸ σὸν ἧπαρ δύναται ἐκτελεῖν;

Σαρακ. Δίδωμι, φησίν. Καὶ στενάξας ἡσύχασεν.

A *Theod.* Neque nobis, nec illis illudimus.

Sarac. Suade mihi non ex tua Scriptura, sed ex communibus, et confessis notionibus.

Theod. Quid ais? panis non efficitur corpus Dei?

Sarac. Ad utramque partem contradictionis respondere dubito.

Theod. Genuitne te tam procerum mater tua?

Sarac. Minime; sed parvum.

Theod. Ecquis te procerum fecit?

Sarac. Alimentum, Deo volente.

Theod. Panis igitur factus est tibi corpus.

Sarac. Intelligo.

Theod. Et quomodo panis factus est tibi corpus?

B *Sarac.* Modum ignoro.

Theod. Cibus potusque per guttur in stomachum, tanquam in ollam demittitur. Demissus complexu stomachi, et calore hepatis coquitur, et in chylum vertitur, et pars crassior deorsum secedit, pars autem tenuis versa in chylum fluitat; hepar vero ut calidum et molle attrahit, et in sanguinem mutat, et per venas tanquam per ductus aquarum, totum irrigat corpus, alimentum, quod in stomacho mutatum est in chylum et in sanguinem in se singulis membris distribuens, ut quodque illorum est, ossibus os, medullæ medullam, nervo nervum, oculis oculum, capillis capillos, cuti cutem, unguibus ungues. Atque ita pueri infantis in virum accretio, mutato illi pane in corpus, et potione in sanguinem.

Sarac. Ita videtur.

401 *Theod.* Eodem modo cogita mihi fieri mysterium nostrum. Ponit sacerdos panem super sanctam mensam, similiter et vinum, et precante eo precationem sanctam, descendit Spiritus sanctus in ea, quæ proposita sunt; et divinitate sua panem et vinum in corpus, et sanguinem Christi mutat non minus, quam hepar cibum in corpus alicujus hominis. An, amice, non das, ut possit Spiritus sanctus perficere, quod hepar tuum potest?

Sarac. Do, inquit, et suspirans tacuit.

XXIII.

Ἑτέρα ἐρώτησις, ὅτι ὁ Χριστὸς γεγονὼς ἄνθρωπος, Θεὸς ἀληθινός ἐστιν.

Alia interrogatio, quod Christus homo factus, sit simul verus Deus.

Interprete Genebrardo.

Σαρακ. Ὁ Χριστὸς εἶπεν, ὅτι « Οὐ δύναται ὁ Υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδὲν, ἐὰν μή τι βλέπῃ τὸν Πατέρα ποιοῦντα. » Πῶς οὖν Θεός ἐστιν, ὥς φατε, ὁ μὴ δυνάμενος ἀφ' ἑαυτοῦ τι;

Ἄβουκ. Δύνασαι ἵπτασθαι;

Σαρακ. Οὐχί.

Ἄβουκ. Ἐὰν ἴδῃς εἰς τὸ ὕψος ἀετὸν πετόμενον, καὶ δυνηθῇς ὁμοίως εἰς τὸ ὕψος αἴρεσθαι, καὶ ὡς ἀετὸς ἵπτασθαι, πότερος ὑμῶν ἔσται τοῖς ὁρῶσι θαυμαστότερος; σὺ, ἢ ὁ ἀετός;

D *Sarac.* Christus dixit: « Non potest Filius a se facere quidquam, nisi quod viderit Patrem facientem [n]. » Quomodo igitur Deus est, ut dicitis, o Christiani, qui a se ipso facere nihil potest?

Abuc. Volarene potes?

Sarac. Minime.

Abuc. At si aquilam in sublimi volantem videas, itidemque magnum per inane sublimis ferri, et instar aquilæ volare possis, uter vestrum majori spectantibus admirationi erit? tu, an aquila?

[n] Joan. v, 19.

Digitized by Google

Sarac. Ego.

Abucar. Deo ergo tuo admirabilior est Christus.

Σαρακ. Ἐγώ.

Ἀβουκ. Οὐκοῦν Θεοῦ σοῦ θαυμαστότερός ἐστιν ὁ Χριστός.

XXIV.

Aliud dogma de una uxore.

Ἑτέρα ἐρώτησις, περὶ μονογαμίας.

Turriano interprete.

Sarac. Unde vobis videtur, episcope, habere unam uxorem honoratius esse quam habere multas? oportebat enim vos, qui a conjugio multarum abhorretis, a conjugio etiam unius abhorrere. Cujus enim malum est generale, et particulare etiam malum est, et cujus particulare bonum, etiam est generale bonum: de singularibus enim necessario prædicatur generale.

Σαρακ. Πόθεν ὑμῖν, ὦ ἐπίσκοπε, φαίνεται ἡ μονογαμία τῆς πολυγαμίας ἐννομώτερος; ἐχρῆν γὰρ ὑμᾶς τὴν πολυγαμίαν βδελυττομένους ἀρνεῖσθαι καὶ τὴν μονογαμίαν. Οὗτινος γὰρ κακὸν τὸ καθόλου, καὶ τὸ μερικὸν κακόν, καὶ οὗτινος τὸ μερικὸν καλόν, καὶ τὸ καθόλου καλόν· τῶν γὰρ καθ' ἕκαστον, τὸ καθόλου ἐξ ἀνάγκης κατηγορεῖται.

Theod. Hoc particulare non est particulare generalis, sicut quidam homo est particulare hominis; imo est hoc particulare oppositum generali, sicut moderatum immoderato, justum avaritiæ.

Θεόδ. Τοῦτο τὸ μερικὸν, οὐκ ἐκ τοῦ καθόλου σου διαιρεῖται, ὡς ὁ δεῖνα ὁ ἄνθρωπος ἐκ τοῦ καθόλου ἀνθρώπου· ἀλλ' ἔστι τοῦτο τὸ μερικὸν ἀντικείμενον τῷ καθόλου ὡς μέτρον πρὸς ἀμετρίαν, καὶ ὡς δίκαιον πρὸς πλεονεξίαν.

402 *Sarac.* Proba mihi non ex vestris Esaiis, aut Matthæis, quos non multum attendo, sed ex communibus notionibus, cogentibus, et certis.

Σαρακ. Πεῖσόν με, οὐκ ἐκ τῶν καθ' ὑμᾶς Ἡσαΐου τε, καὶ Ματθαίου, οἷς οὐ πάνυ προσέχω, ἀλλ' ἐξ ἀναγκαστικῶν, καὶ ὁμολογουμένων κοινῶν ἐννοιῶν.

Theod. Undecunque velis, suppetit mihi ad saturandum te. Qua de causa despondetur mulier viro?

Θεόδ. Ὅθεν βούλει, εὐπορῶ σε κορέσασθαι[39]. Τοῦ χάριν ἡ γυνὴ μνηστεύεται τῷ ἀνδρί;

Sarac. Nescio.

Σαρακ. Οὐκ οἶδα.

Theod. Duabus de causis, ad voluptatem, et ad procreationem liberorum.

Θεόδ. Δυοῖν ἕνεκα πραγμάτων· ἡδονῆς τε, καὶ τεκνοποιίας.

Sarac. Liquet ita esse.

Σαρακ. Πρόδηλον.

Theod. Ab Adam primo homine hucusque nostine aliquem hominem, qui omne genus voluptatis, et delectationis a Deo consecutus sit magis quam ille?

Θεόδ. Ἀπὸ τοῦ πρωτοπλάστου Ἀδὰμ ἕως τοῦ νῦν ἔγνωσταί σοι ἄνθρωπος παντοίας ἀπολαύσεως παρὰ Θεοῦ τυχὼν ἐκείνου μάλιστα;

Sarac. Minime.

Σαρακ. Οὐδείς.

Theod. Num vel una voluptatis specie caruit?

Θεόδ. Μὴ ἐνδεὴς ἐπεφύκει κἂν ἑνὸς μιᾶς ἡδονῆς εἴδους;

Sarac. Neqnaquam.

Σαρακ. Μὴ δῆτα.

Theod. Quot ei factæ sunt uxores?

Θεόδ. Καὶ πόσαι αὐτῷ πεπλαστούργηνται γυναῖκες;

Sarac. Una.

Σαρακ. Μία.

Theod. Ostensum igitur est voluptatem ex una uxore perfectiorem esse voluptate ex multis.

Θεόδ. Δέδεικται ἄρα ἡ διὰ τῆς μιᾶς γυναικὸς ἡδονὴ, τῆς διὰ τῶν πολλῶν τελειοτέρα.

Sarac. Necessaria est hæc assensionis inductio. Sed consentaneum esse videtur, ut liberorum generatio copiosior sit ex multis conjugibus.

Σαρακ. Ἀναγκαία ἡ τῆς συγκαταθέσεως ἐπαγωγή. Ἀλλ', ὡς ἔοικε, διὰ τῶν πολλῶν δαψιλεστέρα ἐστὶν ἡ παιδοποιία.

Theod. Quod tempus videtur tibi magis indignisse multorum liberorum procreatione quam illud?

Θεόδ. Ποῖος καιρὸς μᾶλλον ἐκείνου φαίνεταί σοι πολυτεκνίας ἐνδεέστερος;

Sarac. Nullum.

Σαρακ. Οὐδείς.

Theod. Ostensum igitur est, habere unam, plus valere ad suscipiendum multos liberos, quam habere multas. Nec obscurum est, contrariam esse, et ex amore carnis proficiscentem sententiam illorum, qui cum erat multitudo hominum, jus habendi multas uxores constituerunt; cum alioqui auctor mundi tunc, cum erat paucitas hominum, conjugium unius sanxerit.

Θεόδ. Οὐκοῦν ὑμῖν δέδεικται, καὶ κατὰ πολυτεκνίαν τῶν πολλῶν, δαψιλεστέρα. Καὶ οὐκ ἄδηλον, τὸ ἀντίθεον, καὶ φιλόσαρκον φρόνημα τῶν ἐν τῷ καιρῷ τῆς πολυανθρωπίας πολυγαμεῖν θεμιστευόντων, τοῦ Δημιουργοῦ τῷ καιρῷ τῆς ὀλιγανθρωπίας μονογαμεῖν θεσπίσαντος.

VARIÆ LECTIONES.

[39] Turrianus hic plura

Digitized by Google

Ὁ δὲ Σαρακηνὸς τὴν ἧτταν ὁμολογεῖν ἐντρεπόμενος, καὶ τὴν αἰσχύνην τοῦ δόγματος αὐτοῦ συσκιάσαι τεχναζόμενος, Πρόσθες μοι, φησὶ, καὶ ἕτερον ὑπόδειγμα.

A Hic Saracenus cum se victum confiteri vereretur, et turpitudinem dogmatis sui obtegere et inumbrare machinaretur: Adhibe, inquit, mihi aliud exemplum.

Θεόδ. Ἔστωσαν δοῦλοι δύο δεσπότου ἑνὸς, εἰς ἀποδημίαν στελλόμενοι μίαν, ὧν ὁ μὲν ὑπὸ τοῦ δεσπότου κελεύεται ἱμάτια περιβάλλεσθαι, ὅσα ἂν βούλεται· ὁ δὲ χιτῶνα ἕνα περιτίθεσθαι προστάττεται, καὶ ὁπότερος δ' ἂν ῥιγώσῃ, ὀγδοήκοντα μάστιγας μαστιχθῆναι. Ὁ οὖν οὕτως αὐτοῖς νομοθετήσας δεσπότης, ἆρα δίκαιος ἢ ἄδικός σοι φαίνεται; καὶ μάλιστα εἰ ἀσθενέστερός ἐστιν ὁ μονοχιτωνεῖν κελευθείς;

Theod. Sint unius Domini servi duo missi ad peregrinandum, alterum jubeat dominus indui multis vestibus, alterum una tantum tunica; et utrumvis eorum frigore rigentem octoginta verberibus cædi. Qui sic igitur legem istis imponeret, justusne an injustus dominus tibi videtur, præsertim si is quem jubet unam tunicam habere, imbecillior esset?

Σαρακ. Ἄδικος.

403 *Sarac.* Injustus.

Θεόδ. Οὐκοῦν ἀδικίας τοῦ Θεοῦ ὑμεῖς κατηγορεῖτε, λέγοντες, αὐτὸν νενομοθετηκέναι τὴν γυναῖκα εὐολισθοτέραν πρὸς τὸ πάθος οὖσαν, τέταρτον μόριον τοῦ ἀνδρὸς μόνον ἔχειν, τὸν δὲ ἄνδρα καρτερικώτατον ὄντα, τέσσαρας γυναῖκας ἔχειν, δίχα τῆς τῶν παλλακῶν ἀγέλης, καὶ ἑκάστης τῆς πορνείας εἶναι τὴν ποινὴν, ὀγδοήκοντα μάστιγας. Τί γὰρ ἂν γένοιτο τῆς ἀδίκου ταύτης νομοθεσίας ἀδικώτερον;

B *Theod.* Deum igitur vos injustitiæ accusatis, cum dicitis legem tulisse, ut mulier, quæ infirmior est ad resistendum libidini, unum virum tantum habeat; vir autem, qui est alioqui tolerantior, quatuor habeat uxores; ut omittam gregem concubinarum. Ait autem fornicationis supplicium esse octoginta verbera. Quid ista iniqua lege iniquius esse potest?

Σαρακ. Ἄγε δή μοι, καὶ ἄλλο πρόσθες ὑπόδειγμα.

Sarac. Age, adde adhuc aliud exemplum.

Θεόδ. Πότερον ὁρῶν ὁ Θεὸς ἐν τοῖς ἀνθρώποις πολιτευομένην εὐφραίνεται, εἰρήνην, ἢ μάχην;

Theod. Utro duorum magis Deus in republica delectatur, pace, an pugna?

Σαρακ. Εἰρήνην.

Sarac. Pace.

Θεόδ. Εἰ γυναῖκας πολλὰς ὁ ἀνὴρ σχοίη, εἰρηνεύειν σοι μᾶλλον ἢ τότε δοκεῖ, ἢ ὅταν ἔχῃ μίαν;

Theod. Si vir uxores habeat multas, videturne tibi tunc magis in pace esse, quam cum unam habet?

Σαρακ. Ποτὲ μὲν οὕτως, ποτὲ δὲ οὕτως.

C *Sarac.* Quandoque sic, quandoque secus.

Θεόδ. Ἐνδέχεται αὐτὰς πρὸς ἀλλήλας ἀγάπην ἔχειν ποτέ;

Theod. Potest contingere unquam, ut ipsæ inter se ament?

Σαρακ. Οὐχί.

Sarac. Minime.

Θεόδ. Φαρμακείαις πολλάκις οὐ χρώμεναι τὸν ἄνδρα καὶ ἑαυτὰς φθείρουσιν; ἐν δὲ ταῖς συγγενείαις αὐτῶν ἔριδες ἐπιφυεῖσαι, οὐκ ἀσπόνδους ἐξῆψαν μάχας; ἡ δὲ μονογαμία τὰ πρώην διεστῶτα γένη τῶν δύο ἥνωσε, καὶ τὰ δοκοῦντα διαιρεῖσθαι, συνῆψεν.

Theod. Annon potius veneno sæpenumero uxæ et virum, et aliæ alias inter se de medio tollunt? in cognationibus earum nonne ortæ contentiones pugnas commiserunt perpetuas? conjugium vero unius, stirpes duorum, quæ ante dissidebant, conjunxit; et quæ divulsa esse videbantur, copulavit;

Σαρακ. Ἔοικεν.

Sarac. Par est, credere.

Θεόδ. Ἐντεῦθεν ἡμῖν ἡ μονογαμία τῆς πολυγαμίας ἐντιμοτέρα, καὶ ἐννομωτέρα, ὡς Θεῷ προκριθώσεως [66]· ἀλλ', εἰ βούλει, σοὶ ἕτερον προσθήσω ὑπόδειγμα.

Theod. Hinc fit, ut habere unam uxorem honoratius sit et sanctius, ac divinius. Sed si vis, aliud adhuc exemplum apponam.

D

Σαρακ. Ἡ τῶν ὑποδειγμάτων ἀψευδὴς τῆς ἐρωτήσεως ἔκδοσις, τὰς ἀκοάς μου διαπετάσασα, μικροῦ με Χριστιανὸν πεποίηκεν. Ἀλλ' ἄλις μοι.

Sarac. Dum tibi aures apertas adhibeo, me prope Christianum fecisti. Sed hæc mihi satis.

Ἀπόδειξις ὅτι ἔχει ὁ Θεὸς Υἱὸν ὁμοούσιον, συνάρχον τε καὶ συναΐδιον.

Demonstratio, quod Deus habeat Filium consubstantialem, ut ipse carentem principio, et coæternum (56).

Τῶν Ἀγαρηνῶν τὸ φρόνημα, καὶ πᾶσα αὐτῶν ἡ σπουδὴ πρὸς τὸ ἀθετεῖν τὴν τοῦ Θεοῦ Λόγου θεότητα

Agarenorum cogitatio, et omne studium eorum eo spectat, ut divinitatem Verbi Dei negent; et un-

VARIÆ LECTIONES.

[66] Locus mendosus. for. ὡς Θεῷ προκριθεῖσα. Tanquam a Deo polygamiæ prælata.

NOTÆ.

(56) Opusculum illud in editis, num. 25. Latine solummodo exstabat. Græca ex volumine Regio descripsit Cotelerius et cum interpretatione edidit *Patrol. Apost.* t. I, p. 259 *not.*

Digitized by Google

dique contra illud aciem instruunt, ut probent non esse Deum, neque Filium Dei. Eorum enim pseudopropheta, utpote Ariani erroris auditor, hoc ipsis impium irreligiosumque dogmata tradidit. Unde quidam apud eos ob eloquentiam tumidus in conventu populari sedens, episcopum percontatus est his verbis : Quid Christum dicis, Theodore ?

Episcopus. Deum, et Dei Filium.

Saracenus. Et potest Deo esse Filius ?

Theodorus. Non potest non esse Deo Filius.

Sarac. Quo modo, et qua ratione ?

Theod. Potest Deus principatum non habere ?

Sarac. Minime.

Theod. Et quorumnam princeps est Deus?

Sarac. Suarum creaturarum.

Theod. Accidens igitur ei fuit, ut princeps esset, non autem naturale ; et dicetur habere principatum adventitium et acquisitum, recentem, et non, ut ipse, principio carentem. Ante enim quam creaturæ essent, ut tu ais, non habebat principatum : fuerunt autem ei creaturæ causa principatus, ipsumque sibi præfecerunt, principem videlicet, quod prius non erat natura ; et habere illis gratiam debet, quia per eas habitus est honore principali dignus : et si videatur ipsi ut eæ rursus in nihilum redeant, non obedient ; prætereaque principatu erga ea quibus præest, ex tua sententia, nudabitur : et præter tanta absurda aliud absurdius sequetur necessario.

Sarac. Quod illud ?

Theod. Quod principatus terreni regis multo melior et nobilior, et supra quam dici possit excellentior, quam principatus Dei intelligetur esse.

Sarac. Quo modo, et quare?

Theod. Quia terrenus quidem rex princeps est eorum qui sunt ejusdem naturæ et ejusdem temporis : Deus autem, eorum qui sunt diversæ naturæ, et multo inferiores ac posteriores.

Sarac. Non intelligo quod dixisti.

Theod. Si quis adiret regem, et diceret : Salve, rex asinorum ; quod supplicium ei subeundum esse diceres?

Sarac. Summum.

Theod. Et utra sunt alteri cognatiora ; creaturæ Deo, an asini regi terreno?

Sarac. Asini regi : ambo enim sunt creaturæ, ejusdem generis, et conserva. Sed age, responde mihi percontanti : In quos habet principatum Deus, si quidem in creaturas, ut tu ais, non habet ?

Theod. Triplices sunt quorum aliquis princeps est : vel sunt majores principe, vel minores, vel æquales. At Deum dicere principem esse majorum, blasphemum est. Nihil enim Deo majus. Minorum vero, inhonoratum est, convenienter absurdis illis quæ dicta sunt supra. Relinquitur ut dicamus, æqualium, et pariter principio carentium.

A βλέπει, καὶ πανταχόθεν ἐπ' αὐτῷ παρατάσσεται· δεικνύναι αὐτὸν σπουδάζοντες μὴ εἶναι Θεὸν, μηδὲ Θεοῦ Υἱόν. Ὁ γάρ τοι ψευδοπροφήτης αὐτῶν Ἀρειανοῦ ἀκροατὴς ἅτε γεγονὼς, τοῦτο αὐτοῖς τὸ ἄθεον καὶ δυσσεβὲς παρέδωκε δόγμα, ὅθεν τις τῶν παρ' αὐτοῖς ἐπὶ λόγοις δεμνότητος κομψὸς, ἐν πανδήμῳ καθήμενος συλλόγῳ, τὸν ἐπίσκοπον ἠρώτησε φήσας· Τί λέγεις τὸν Χριστὸν, ὦ Θεόδωρε ;

Ὁ ἐπίσκοπος. Θεὸν, καὶ Θεοῦ Υἱόν.

Ὁ Σαρακηνός. Καὶ ἐνδέχεται εἶναι τῷ Θεῷ Υἱόν ;

Θεόδωρος. Οὐκ ἐνδέχεται μὴ εἶναι τῷ Θεῷ Υἱόν.

Ὁ Σαρακ. Πῶς, καὶ τίνι τρόπῳ ;

Θεόδ. Ἐνδέχεται τῷ Θεῷ μὴ ἄρχειν ;

Ὁ Σαρακ. Οὐ δῆτα.

B Θεόδ. Καὶ τίνων ἄρχει ὁ Θεός ;

Ὁ Σαρακ. Τῶν ἑαυτοῦ κτισμάτων.

Θεόδ. Οὐκοῦν συμβεβηκὸς γέγονεν αὐτῷ τὸ ἄρχειν καὶ οὐ φυσικόν· καὶ τὴν ἀρχὴν λεχθεὶη ἂν ἔχειν ἐπείσακτον καὶ ἐπίκτητον, πρόσφατον, καὶ οὐ συνάναρχον. Πρὸ γὰρ τῶν κτισμάτων, ὡς σὺ φῂς, οὐκ ἦρχε· γεγόνασι δὲ αὐτῷ τὰ κτίσματα αἰτία τῆς ἀρχῆς, κεχειροτονηκότα αὐτὸν ἐφ' ἑαυτὰ, δηλονότι ἄρχοντα, τὸ πρὶν μὴ πεφυκότα· καὶ χάριν αὐτοῖς ἂν σχοίη, ὡς τῆς ἀρχοντικῆς τιμῆς δι' αὐτῶν ἠξιωμένος· καὶ εἰ δόξει αὐτῷ εἰς τὸ μὴ εἶναι αὐτὰ παλινδρομεῖν, ἀνήκοα ἔσται, καὶ λοιπὸν τῆς ἀρχῆς τῶν ἀρχομένων, κατὰ σὲ γυμνωθήσεται ἄν. Καὶ πρὸς τοσούτοις ἀτοπήμασιν, ἕτερον ἐξ ἀνάγκης παρέψοιτο ἂν ἀτοπώτε-

C ρον.

Ὁ Σαρακ. Ποῖον δὴ τοῦτο ;

Θεόδ. Ὅτι ἡ ἀρχὴ τοῦ ἐπιγείου βασιλέως, τῆς τοῦ Θεοῦ ἀρχῆς ἀσύγκριτος [f. ἀσυγκρίτως] νοηθείη ἂν, καὶ κατὰ πολὺ βελτίων καὶ τιμιωτέρα.

Ὁ Σαρακ. Πῶς, καὶ διατί ;

Θεόδ. Ὅτι ὁ μὲν ἐπίγειος βασιλεὺς, ὁμοουσίων καὶ ὁμοχρόνων ἄρχει· ὁ δὲ Θεὸς, ἑτεροουσίων καὶ κατὰ πολὺ ἡττόνων καὶ ὑστερογενῶν.

Ὁ Σαρακ. Ὑπὲρ ἔφης οὐ συνίημι.

Θεόδ. Εἴ προσιών τις προσαγορεύσοι σοι τὸν βασιλέα, λέγων· Χαῖρε, ὦ βασιλεῦ τῶν ὄνων· τί δεῖν

D αὐτὸν λέγεις παθεῖν ;

Ὁ Σαρακ. Τὴν ἐσχάτην τιμωρίαν.

Θεόδ. Καὶ πότερα θατέρῳ συγγενέστερα, τῷ Θεῷ τὰ κτίσματα, ἢ τῷ ἐπιγείῳ βασιλεῖ οἱ ὄνοι ;

Ὁ Σαρακ. Τῷ βασιλεῖ οἱ ὄνοι· κτίσματα γὰρ ἄμφω, ὁμογενῆ τε καὶ σύνδουλα. Ἀλλ' οὖν πείθοντί μοι, ἄγε δὴ, λέγε· Τίνων ὁ Θεὸς ἄρχει, ἐπειδὴ κτισμάτων, ὡς σὺ φῂς, οὐκ ἄρχει ;

Θεόδ. Οἱ ἀρχόμενοι τρισσοί· ἢ μείζονες ὄντες τοῦ ἄρχοντος, ἢ ἥττονες, ἢ ἴσοι· μειζόνων δὲ ἐπιπεῖν τὸν Θεὸν ἄρχειν, βλάσφημον· Θεοῦ γὰρ μεῖζον οὐδέν. Ἡττόνων δὲ, ἄτιμον, κατὰ τὰ προειρημένα ἄτοπα· λείπεται δὲ εἰπεῖν ἴσων καὶ συναναρχόν.

Digitized by Google

Ὁ Σαρακ. Καὶ τίς ἐστιν ὁ τῷ Θεῷ ἴσος καὶ συν- A ἀναρχος, ὃς καὶ ὑπ' αὐτοῦ ἄρχοιτο;

Θεόδ. Οἱ ἀρχόμενοι τριττοί· ὁ μὲν γὰρ βουλόμενος ἀρχθήσεται· ὁ δὲ, τυραννούμενος· ὁ δὲ μήτε βουλόμενος, μήτε τυραννούμενος· ἀλλ' ὁ Θεὸς, βουληθέντων οὐκ ἄρχει, ἵνα μὴ πάλιν βουληθέντες διαδέξωνται αὐτὸν, καὶ πολὺ τοῦτο οὐ συνάναρχον, οὐδὲ φυσικὴν σχολὴ τὴν ἀρχήν· μετὰ βούλησιν γὰρ, καὶ πρόσφατον καὶ ἄτιμον, καθὰ εἴρηται· ἀλλ' οὐδὲ τυραννουμένων ἄρχει· ἀπρεπὲς γὰρ, σὺν τοῖς λοιποῖς ἀτοπήμασιν. Ὑπολέλειπται οὖν εἰπεῖν ὅτι ὁ Θεὸς ἄρχει οὐ βουλομένοις, οὐδὲ τυραννουμένου, ἀλλὰ φυσικῇ ἀρχῇ ἀρχομένου.

404 *Sarac.* Ecquis est Deo par, et instar illius carens principio, qui illum habeat principem?

Theod. In quos est principatus, sunt triplices. Unus quidem volens, habebit principem: alius per vim et tyrannice: alius vero neque volens, neque vi adactus. At Deus non est princeps, quia volunt ii quorum est princeps: ne rursus, si velint, ei succedant: ac præterea non habeat principatum naturalem, ac simul absque principio; utpote post voluntatem, et nuperum ac inhonoratum, sicut dictum est. Sed nec vim ac tyrannidem passorum princeps est: neque enim decet; præter reliqua absurda. Restat igitur ut dicatur Deus esse princeps, non ut volentis, nec tyrannidem subeuntis, sed naturali principatu habentis.

Ὁ Σαρακ. Καὶ τίς ἐστιν ὁ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ φυσικῶς B ἀρχόμενος;

Sarac. Ecquis est qui natura Deum habet principem?

Θεόδ. Οἱ ἄρχοντες τρισσοί· ὁ μὲν γὰρ, ψήφῳ τῶν ἀρχομένων ἄρχει· ὁ δὲ, τυραννίδι· ὁ δὲ, φύσει· ἀλλ' ὁ μὲν Θεὸς ψήφῳ ἀρχομένων οὐκ ἄρχει, διὰ τὰ προειρημένα ἀνάρμοστα ἐπὶ Θεοῦ λεχθῆναι συμβεβηκότα· ἀλλὰ οὐδὲ τυραννίδι· τοῦ Θεοῦ γὰρ ἡ τυραννὶς μακρὰν ἀπορράπίζεται· ὑπολέλειπται δὲ ἄρα ὁ τρίτος τρόπος, καθ' ὃν λέγεται ὁ Θεὸς ἄρχων πάσης ψήφου ἀνώτερος, καὶ πάσης τυραννίδος ἐλεύθερος, ὅ ἐστι φύσει.

Theod. Triplices sunt principes: alius enim suffragio eorum quibus præest, princeps est: alius per tyrannidem, alius natura. Verum Deus eorum quibus præest suffragio non est princeps; ob prædicta incongrua quæ de Deo dicenda essent: sed neque per tyrannidem; tyrannis enim procul a Deo profligatur: superest itaque tertius modus, quo Deus dicitur princeps omni suffragio superior, et ab omni tyrannide liber, qui est modus naturalis.

Ὁ Σαρακ. Καὶ τί ἐστιν ὁ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ φυσικῶς ἀρχόμενος;

Sarac. Et quis est qui Deum naturaliter principem habet?

Θεόδ. Ὁ Υἱὸς αὐτοῦ, δι' οὗ ἄρχων καὶ Πατὴρ οὐκ ἠργμένος ὁ Θεὸς γνωρίζεται· διότι φυσικὸν πρᾶγμα C πᾶν, τῆς κατὰ προαίρεσιν θελήσεως προτέθειται.

Theod. Filius ejus; per quem Deus, princeps et Pater non cœptus seu absque principio agnoscitur. Quia omnis res naturalis voluntatem electionis præcellit.

Ὁ Σαρακ. Οἷον τί φῄς;

Sarac. Quid verbi gratia ais?

Θεόδ. Πρὸ γὰρ τοῦ θέλειν ἀναπνεῖν, ἀναπνέομεν· καὶ πρὸ τοῦ θέλειν ἀκούειν, ἀκούομεν· καὶ πρὸ τοῦ θέλειν ὁρᾶν, βλέπομεν. Ἰδοὺ γὰρ, σὺ, ὦ ἀρνητὰ τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου θεότητος, ἀποδέδεικται, ὅτι ἐστὶ τῷ Θεῷ Υἱὸς ὁμοούσιος, συνάναρχός τε καὶ συναΐδιος, ταῖς τῆς θεότητος ὑπεροχαῖς τῷ γεννήτορι συνεδρεύων, ὑπὸ πάσης ἀοράτου καὶ ὁρατῆς κτίσεως Δημιουργὸς καὶ Δεσπότης σὺν αὐτῷ λατρευόμενός τε καὶ προσκυνούμενος, τὸν οὐρανὸν ἔχων θρόνον, καὶ τὴν γῆν ὑποπόδιον· ἔτι δὲ καὶ προφητικῶς εἰπεῖν, σπιθαμῇ τὸν οὐρανὸν μετρῶν, καὶ τὴν γῆν δρακὶ, οὗ D πάντα τὰ ἔθνη ἐνώπιον, ὡς ῥοπὴ ζυγοῦ, καὶ ὡς σταγὼν ἀπὸ κάδου.

Theod. Ante enim quam velimus respirare, respiramus; et antequam velimus audire, audimus; et antequam velimus videre, videmus. En igitur, o tu negator divinitatis Verbi Dei, demonstratum est quod Deo est Filius consubstantialis, carens ut ille principio, et coæternus, excellentiis divinitatis cum genitore præsidens, ab omni creatura inspectabili et aspectabili tanquam Creator et Dominus cum ipso cultus et adoratus, qui cœlum pro throno habet, ac terram pro scabello; insuperque, ut prophetice dicatur, qui palmo cœlum metitur, et terram pugno; ante cujus conspectum omnes gentes sunt quasi momentum staterae, et quasi stilla de situla[a*].

XXVI.

Τοῦ αὐτοῦ διάλεξις ἀποδεικνύουσα, ὅτι ὁ Πατὴρ ἀεὶ γεννᾷ, ὁ δὲ Υἱὸς ἀεὶ γεννᾶται.

Theodori monachi demonstratio (56*), *quod Pater semper generat, Filius autem semper generatur.*

Turriano interprete

Αἱρετικός. Πότερόν σοι δοκεῖ; πᾶν τὸ εἰς πέρας ἐλθὸν ἤρξατο, ἢ οὔ;

Hæreticus. Utrum tibi videtur, omne quod ad finem venit, cœpit, an non?

[a*] Isa. XL, 12. 15.

NOTÆ.

(56*) Hunc titulum habebat versio Turriani. In altero cod. Bavarico, Θεοδώρου πρεσβυτέρου τῆς Ῥαΐθου, *Theodori presbyteri Raithu.* Secundus codex Bavar. Τοῦ αὐτοῦ διάλεξις ἀποδεικνύουσα, etc.

Digitized by Google

405 *Orthod.* Cœpit.

Hæret. Nonne omne quod cœpit, cum non esset, eo devenit, ut esse inciperet?

Orthod. Quidni?

Hæret. Igitur genuit Pater, et genitus est Filius?

Orthod. Maxime.

Hæret. Si ille genuit, et hic genitus est, hæc præterierunt, generare scilicet Patrem, et generari Filium; hæc autem præterita finem acceperunt. Quod autem ejusmodi est, cœpit, ut concessum est; cœpit igitur Pater generare, et Filius generari. Cœpit igitur esse hoc quod est, Patrem generare, et hoc, Filium generari. Cœpit igitur quod est esse Patrem; et similiter hoc, quod est esse Filium. Annon videntur tibi hæc sic concludi?

Orthod. Non videntur mihi.

Hæret. Cur non?

Orthod. Quia si diceretur secundum tempus in Deo: Genuit, et, Genitus est, extra dubitationem esset quod dicitur. Sed quia mens pia hæc æterne ponit, non jam tanquam præterita accipienda sunt, sed tanquam quæ semper sint; sicut enim erat Deus non tanquam qui haberet præteritam essentiam, est enim semper, sic genuit Pater, et Filius genitus est.

Hæret. Imperfecta ergo est generatio, siquidem Ille semper generat, et hic generatur. Annon sic est?

Orthod. Nequaquam. Etenim Pater semper est, et similiter Filius; imperfecta igitur est essentia Patris, et Filii, ut tu sentis, quia non accipit finem; quin potius hoc est perfectissimum, quod habet finem οἴκοθεν, id est, e se, et semper in fine est, et non accedit foris finis. Præterea quia generari Filium non significat aliud, quam habere essentiam ex Patre; semper autem habet essentiam ex Patre: semper igitur generatur. Oportebat enim, ut qui proprie Filius est, semper haberet essentiam ex Patre, non sicut nos, qui principium tantum habemus. Generari enim homonymum est, siquidem in nobis via est ad essentiam habendam; in Filio autem Dei essentiam ipsam significat, et non viam ad essentiam, modo solum differunt: esse enim per se acceptum essentia est; aut autem intelligitur esse ex Patre, generari dicitur. Quare cum duo significata in eo, quod est generari, demonstrata sint, in primo quidem absurdum est semper generari, in secundo vero minime; in eo enim quod est generari, quod duplex est, unum quidem habet finem ipsam essentiam,

A *Ὀρθόδ.* Ἤρξατο.

Αἱρετ. Οὐχὶ πᾶν τὸ ἀρξάμενον ἐκ τοῦ μὴ εἶναι ἦλθεν εἰς ὃ ἤρξατο;

Ὀρθόδ. Πῶς γὰρ οὔ;

Αἱρετ. Ἆρα ἐγέννησεν ὁ Πατὴρ, καὶ ὁ Υἱὸς ἐγεννήθη;

Ὀρθόδ. Πάνυ μὲν οὖν.

Αἱρετ. Εἰ οὖν ὁ μὲν ἐγέννησεν, ὁ δὲ ἐγεννήθη, ταῦτα δὲ παρῆλθεν· ἦγουν τὸ τὸν Πατέρα γεννᾷν, καὶ τὸν Υἱὸν γεννᾶσθαι, τὰ δὲ παρελθόντα πέρας ἔλαβε· τὸ δὲ τοιοῦτον ἤρξατο, ὡς ὡμολόγηται· ἤρξατο ἄρα τὸν Πατέρα γεννᾷν, καὶ τὸν Υἱὸν γεννᾶσθαι. Ὥστε, καὶ τὸ εἶναι Πατέρα ἤρξατο, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ εἶναι Υἱόν. Ἢ οὐ δοκεῖ σοι ταῦτα οὕτω συλλελογίσθαι;

B *Ὀρθόδ.* Οὐδαμῶς.

Αἱρετ. Πῶς γάρ;

Ὀρθόδ. Εἰ μὲν γὰρ χρονικῶς ἐλέγετο ἐπὶ τοῦ Θεοῦ, Ἐγέννησε, καὶ Ἐγεννήθη, ἄπορον ἦν τὸ λεγόμενον. Ἐπεὶ δὲ ὁ εὐσεβὴς νοῦς αἰωνίως ὑποτίθησι ταῦτα, οὐκέτι ὡς παρελθόντα λεπτέον αὐτά. ἀλλ' ὡς ἀεὶ ὄντα· ὥσπερ γὰρ ἦν ὁ Θεὸς, οὐχ ὡς παρελθοῦσαν ἔχων τὴν ὕπαρξιν· καὶ γάρ ἐστιν ἀεὶ, οὕτως τὸ, Ἐγέννησε, καὶ, Ἐγεννήθη.

Αἱρετ. Ἀτελὴς ἄρα ἡ γέννησις, εἰ ὁ μὲν ἀεὶ γεννᾷ, ὁ δὲ γεννᾶται. Ἢ οὐχ οὕτως ἔχει;

Ὀρθόδ. Οὐ μὲν οὖν. Καὶ γὰρ ὁ Πατὴρ ἀεί ἐστιν· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ Υἱός· ἀτελὴς ἄρα κατὰ σὲ ἡ ὕπαρξις τοῦ τε Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, ὅτι οὐ λαμβάνει πέρας· μᾶλλον δὲ τοῦτό ἐστι τὸ τελειότατον, τὸ οἴκοθεν ἔχον τὸ τέλος καὶ ἀεὶ ἐν τέλει ὄν, καὶ οὐκ ἔξωθεν ἐπιγινόμενον. Ἔτι δὲ ἐπεὶ τὸ γεννᾶσθαι τὸν Υἱὸν οὐκ ἄλλο σημαίνει, ἢ τὸ ἔχειν τὴν ὕπαρξιν ἐκ τοῦ Πατρός· ἀεὶ δὲ πατρόθεν ἔχει τὴν ὕπαρξιν· ἀεὶ ἄρα γεννᾶται· ἔδει γὰρ τὸν κυρίως Υἱὸν ἀεὶ ἔχειν τὴν ὕπαρξιν ἐκ τοῦ Πατρὸς, καὶ οὐχ ὡς ἡμεῖς, οἱ τὴν ἀρχὴν μόνον. Τὸ γὰρ γεννᾶσθαι ὁμώνυμον· ἐπὶ μὲν γὰρ ἡμῶν ὁδός ἐστιν εἰς ὕπαρξιν· ἐπὶ δὲ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, αὐτὴν τὴν ὕπαρξιν σημαίνει, καὶ οὐχὶ ὁδὸν εἰς ὕπαρξιν· μόνῳ δὲ τῷ τρόπῳ διαφέρουσι· τὸ γὰρ εἶναι αὐτὸ καθ' αὑτὸ μὲν λαμβανόμενον, ὕπαρξίς ἐστιν, ὡς δὲ ἐκ τοῦ Πατρὸς νοούμενον, γεννᾶσθαι λέγεται. Ὥστε C ἐπεὶ δύο σημαινόμενα ἐδείχθη τοῦ γεννᾶσθαι, κατὰ μὲν τὸ πρῶτον, ἄτοπόν ἐστι τὸ γεννᾶσθαι ἀεί· κατὰ δὲ τὸ δεύτερον οὐδαμῶς· τοῦ γὰρ γεννᾶσθαι, τὸ μὲν τέλος ἔχει τὴν ὕπαρξιν, ὅπερ εἰ οὐ λαμβάνει τὸ ἓν τέλος, ἀτελές ἐστιν· ἐπὶ δὲ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, οὐχ D

NOTÆ.

Ejusdem dissertatio, demonstrans, etc. Refertur autem illud: Τοῦ αὐτοῦ ad Abucaram, quia in proxime antegresso dialogo hæc erat inscriptio: Θεοδώρου φιλοσόφου ἐπισκόπου Καρῶν τοῦ Ἀβουκαρᾶ, *Theodori philosophi, episcopi Carum, Abucaræ*. Utrum autem Theodorus Abucara, et ille presbyter lauræ, seu monasterii Raithu sint unus et idem, incompertum habeo. Ex monasteriis certe usitati moris erat episcopos educere. Exstat Theodori presbyteri Raithu, seu ut alii vocant, Rhætensis libellus, tom. I *Bibliothecæ SS. PP.* interpr. Godefrido Tilmanno, adversus hæreses, quibus jam olim hypostatica duarum in Christo naturarum unio oppugnata est. Eumdem Latine reddidit Turrianus: imo et Calvinianus Beza non male vertit, sed Græco-Latine publicavit. Doctores inquirant, utrum sub istis Theodoris unus an duo lateant.

Digitized by Google

οὕτως ἔχει. Οὐ γὰρ ἔχει τὸ τέλος τὴν ὕπαρξιν,* τὸ A τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ γεννᾶσθαι, ἀλλ' ἔστι τέλος, καὶ τέλειόν ἐστιν. Ἐπεὶ οὖν ἐδείχθη ἀεὶ γεννᾶσθαι τὸν Υἱόν, τοῦτ' ἔστιν, ἀεὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἔχειν τὸ εἶναι, καὶ ὁ Πατὴρ ἄρα ἀεὶ γεννᾷ, ἤγουν ἀεὶ αἴτιός ἐστι τοῦ Υἱοῦ. Καὶ ταῦτα οὕτως διορίσθω,

quod quidem si proprium finem **406** non accipit, imperfectum est; in Filio autem Dei non sic est, non enim hoc quod est, generari Filium, finem habet ipsam essentiam, sed est finis, et perfectum est. Quia igitur demonstratum est semper generari Filium, id est, semper habere ex Patre essentiam, et Pater utique semper generat, id est, semper est principium Filii. Atque hæc quidem sic explicata sint.

Σχόλιον τοῦ αὐτοῦ.

Λέλυται ἄρα τὸ δοκοῦν ἄπορον πρόβλημα, λέγω δὲ τὸ, πότερον, ὄντα αὐτὸν γεγέννηκεν, ἢ οὐκ ὄντα. Ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἄλλο σημαίνει τοῦτο ἢ τὸ, ὄντος αὐτοῦ, ἦν αἴτιος τοῦ εἶναι αὐτὸν, ἢ μὴ ὄντος· οἷαν ἂν οὖν ἀπόκρισιν ἁρμόζει πρὸς ταύτην τὴν ἐρώτησιν ἀποδοῦναι, καὶ πρὸς τὴν ἰσοδυναμοῦσαν αὐτῇ προκειμένην ἐρώτησιν, τὴν ἰσοδυναμοῦσαν ἀπόκρισιν ἁρμόσῃ λέγεσθαι. Ἐπεὶ οὖν ὁ Πατὴρ ἀεὶ αἴτιός ἐστι B τοῦ εἶναι τὸν Υἱόν, δῆλον, ὅτι ἀεὶ τοῦ Υἱοῦ ὄντος ἐστὶν αἴτιος αὐτοῦ ὁ Πατήρ. Ὥστε ὄντος αὐτοῦ ἦν αἴτιος αὐτοῦ ὁ Πατήρ· τοῦτο δὲ ταυτόν ἐστι τῷ, ὄντα αὐτὸν γεγέννηκεν· ὄντα αὐτὸν ἄρα γεγέννηκε. Καὶ οὐκ ἄτοπον. Ἐπὶ γὰρ Θεοῦ, οὐ σημαίνει, τὸ γεγέννηκε, τὸ παράγειν τι ἐξ αὐτοῦ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι. Τότε γὰρ ἦν ἄτοπον τὸ, ὄντα αὐτὸν γεγέννηκεν· ὡς δὲ διωρισάμεν, οὐδαμῶς.

Scholium ejusdem.

Ex his solutum manet problema illud, quod videtur dubitationis plenum, illud, inquam, utrum Pater exsistentem Filium genuerit, an non exsistentem. Cum enim hoc non significet aliud, quam istud; utrum Pater fuerit principium Filii exsistentis, an non exsistentis; quæ responsio ad hanc quæstionem dabitur, eadem accommodanda erit ad aliam huic æquipollentem. Cum igitur Pater semper sit principium Filii, manifestum evadit Patrem semper exsistentis Filii esse principium. Itaque exsistentis Filii principium est. Quod idem est, ac illud: exsistentem genuit; exsistentem igitur genuit. Neque hoc absurdum est. Nam illud *genuit*, non significat in Deo aliquid ex non esse ad esse producere; sic enim absurdum foret dicere, Patrem genuisse Filium exsistentem. Eo autem modo, quo nos id affirmamus, omni absurditate caret.

XXVII.

Θεοδώρου φιλοσόφου ἐπισκόπου Καρῶν τοῦ Ἀδουκαρᾶ, περὶ Θεοῦ ὀνομάτων.

Theodori Hagiopolitani disputatio de nomine Dei (57).

Turriano interprete.

Τὸ Θεὸς ὄνομα, ἀπό τινος ἐνεργείας εἴρηται, οὐ C μὴν τῆς ἐνεργείας ἐστὶ σημαντικὸν, ἀλλὰ τῆς φύσεως τῆς ἐνεργούσης· εἰ γὰρ τὸ Θεὸς ὄνομα ἐνεργείας δηλωτικὸν, πᾶν δὲ ὄνομα, οὗτινός ἐστι δηλωτικὸν, ἐκείνου ἐστὶν ὄνομα, καὶ τὸ Θεὸς ἄρα ὄνομα ἐνεργείας ἐστὶν ὄνομα. Ὥστε τὸ ὠνομασμένον Θεὸς, ἡ ἐνέργεια τοῦ Θεοῦ ἐστι. Θεὸς ἄρα ἡ ἐνέργεια τοῦ Θεοῦ, καὶ ὁ Θεὸς ἡ ἐνέργεια αὐτοῦ ἐστι. Ταυτὸν ἄρα Θεὸς, καὶ ἐνέργεια Θεοῦ, ὅπερ ἀδύνατον.

Nomen Dei a quadam operatione dictum est; non tamen significat operationem, sed naturam operantem. Si enim nomen Deus, significat operationem, omne autem nomen cujus habet significationem, illius est nomen, igitur nomen Deus nomen operationis est. Quare quod nominatur Deus, operatio Dei est. Operatio igitur Dei est Deus, et Deus est operatio sua. Idem igitur est Deus, et operatio Dei, quod est impossibile.

Εἰ δέ τις ἐριστικῶς λέγοι, ὡς οὐκ ἀδύνατον τοῦτο τιθέναι, ἔστω, ὡς πολλὰ ἄτοπα συμβαίνει αὐτῷ ὁμολογεῖν. Πρῶτον, τὸ πρὸς τὸ αὐτὸ λέγεσθαι. Τὰ γὰρ ταυτὰ, πρὸς τὸ αὐτὸ λέγεται [61], εἷς τὸν αὐτὸν δέχεται; ἄλλη [62] τοῦ Θεοῦ λέγεται ἐνέργεια· ὁ Θεὸς οὐ λέγεται τοῦ Θεοῦ εἶναι Θεός. Ἔτι ἡ ἐνέργεια ἐνεργοῦντός ἐστιν ἐνέργεια, ὁ δὲ Θεὸς οὐκ ἐνεργοῦντός ἐστι Θεός. Ἔτι, εἰ ταὐτὸν Θεὸς, καὶ ἐνέργεια Θεοῦ, κατηγοροῖντο ἂν ἀμφότερα κατὰ τῶν αὐτῶν. Ἀλλ' ὁ Θεὸς κατηγορεῖται κατὰ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ Πνεύματος. Ἡ δὲ ἐνέργεια οὐχ ὁμοίως· ὁ γὰρ Πατὴρ Θεός· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ D

Si quis vero contentiose dicat posse hoc poni et concedi, sciat is, multa absurda inde sequi. Primum, ad idem dici. Quæ enim sunt eadem, ad idem dicuntur; at operatio Dei, Dei operatio dicitur; Deus vero non dicitur esse Deus Dei. Præterea, operatio operantis operatio est; Deus autem non est Deus operantis. Rursus, si idem ipsum est Deus, et operatio Dei, dicentur ambo de eisdem; at Deus de Patre dicitur, et Filio, **407** et Spiritu sancto, operatio vero non sic. Pater enim Deus est; similiter et Filius, et Spiritus sanctus. Pater autem non est operatio, vel Filius,

VARIÆ LECTIONES.

[61] Hæc non habentur in Turriano. [62] ἀλλὰ legit Turr.

NOTÆ.

(57) Hunc titulum habet versio Turriani. Sed in uno cod. Bavarico expresse est ista, quam posuimus, inscriptio. In altero ista: Τοῦ αὐτοῦ ὀνόματος. Præcedit antea disputatiuncula Theodoro presbyt. Raithu inscripta.

Digitized by Google

et Spiritus sanctus, sed operantes. Quod vero maximum est, non dicere Deum esse ante suam operationem, sed simul ; quæ enim sunt eadem, necesse est confiteri simul esse.

Si igitur Deus est æternus, et operatio ejus æterna est (58). Ex quo fit, ut effectus operationis æternus sit; est autem effectus operationis mundus : igitur æternus mundus, ut positum est. Atqui dicere hoc non solum non licet, sed impium est. Ad hæc, omnia, quæ proprie, et maxime de individuis subjectis dicuntur, aut natura sunt, aut pars naturæ; Deus autem proprie et maxime dicitur de tribus personis: Deus igitur aut natura est, aut pars naturæ. Sed quia pars non potest de Deo dici, relinquitur, ut sit natura.

Deus igitur est natura, et nomen Deus naturam significat. Sicut enim nomen homo, a quadam operatione dictum est; non tamen significat operationem, sed naturam, et substantiam, similiter anima, et angelus et fere omnia nomina substantiarum ab operatione, aut affectione, sive passione dicta sunt; non tamen operationem aut affectionem, sive passionem significant, sic intelligendum est de nomine Dei. Et non oportet sequi per errorem etymologias, et leges grammaticæ, neglecta regula veritatis, qua multi profitentur uti, pauci vero utuntur. Sed de his hactenus.

A Πνεῦμα. Οὐκέτι δὲ ὁ Πατὴρ ἐνέργεια, ἢ ὁ Υἱὸς, ἢ τὸ Πνεῦμα, ἀλλ' ἐνεργοῦντα· τὸ δὲ μέγιστον, τὸ λέγειν μὴ εἶναι τὸν Θεὸν πρὸ τῆς ἐνεργείας αὐτοῦ, ἀλλ' ἅμα· τὰ γὰρ ταυτὰ ἅμα ὁμολογεῖν ἀνάγκη.

Εἰ οὖν ὁ Θεὸς ἀΐδιος, καὶ ἐνέργεια αὐτοῦ ἄρα ἀΐδιος. Ὥστε καὶ τὸ τῆς ἐνεργείας ἀποτέλεσμα, ἀΐδιον, τὸ δὲ ἀποτέλεσμα, ὁ κόσμος· ἀΐδιος ἄρα ὁ κόσμος κατὰ τὴν προτεθεῖσαν ὑπό[illegible]ιν. Ὑπερ οὐ μόνον ἀδύνατον, ἀλλὰ καὶ ἀσεβές ἐστι λέγειν. Ἔτι, πᾶν τὸ κυριώτατον, καὶ μάλιστα κατηγορούμενον κατὰ πασῶν τῶν ὑποκειμένων ὑποστάσεων, ἢ φύσις ἐστὶν, ἢ μέρος φύσεως· ὁ δὲ Θεὸς κυριώτατα, καὶ μάλιστα κατηγορεῖται κατὰ τριῶν ὑποστάσεων· ὁ Θεὸς ἄρα ἢ φύσις ἐστὶν, ἢ μέρος φύσεως. Ἀλλ' ἐπεὶ τὸ μέρος ἐπὶ Θεοῦ ἀδύνατον, λείπεται εἶναι φύσις.

B

Φύσις ἄρα ἐστὶν ὁ Θεὸς, καὶ τὸ Θεὸς ὄνομα, φύσεώς ἐστι δηλωτικόν. Ὥσπερ γὰρ τὸ ἄνθρωπος ὄνομα, παρά τινος ἐνεργείας ἐστὶ[68] σημαντικὸν, ἀλλὰ τῆς φύσεως καὶ τῆς οὐσίας· ὁμοίως δὲ καὶ ψυχὴ, καὶ ἄγγελος, καὶ σχεδὸν πάντα ὀνόματα τῶν οὐσιῶν, ἀπὸ τῆς ἐνεργείας ἢ τοῦ πάθους εἴρηται, οὐ μὴν ἐνέργειαν, ἢ πάθος σημαίνει, ἀλλ' οὐσίαν, καὶ φύσιν· οὕτως μοι νόει καὶ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ ὀνόματος. Καὶ μὴ πλανηθῆς ἀκολουθῶν ἐτυμολογίαις, καὶ νόμοις γραμματικοῖς, παρορῶν τὸν τῆς ἀληθείας κανόνα, ᾧ πολλοὶ μὲν ἐπαγγέλλονται χρῆσθαι, ὀλίγοι δέ εἰσιν οἱ χρώμενοι· τοῦ δὲ τέλους εὐχόμεθα σὺν Θεῷ.

C

XXVIII.

Ejusdem disputatio de Deo, et Deitate.

Διάλεξις Αἱρετικοῦ πρὸς Ὀρθόδοξον περὶ Θεοῦ, καὶ θεότητος.

Turriano interprete.

Hæreticus. Utrum tibi videtur idem esse Deus, et Deitas? an aliud?

Orthodoxus. Idem.

Hæret. Nonne, quæ eadem sunt, de eodem dicuntur?

Orthod. Non est necesse.

Hæret. Si eadem sunt, quomodo non de eodem prædicantur? Sin vero non prædicantur, quomodo non sunt diversa, quæ eadem sunt? quod quidem fieri non potest.

Orthod. Non satis est, ut prædicentur eadem de eodem, esse tantum eadem, **408** sed oportet in eo convenire, ut similiter dicantur, et intelligantur. Quia igitur Deus et Deitas, sensu nostro, idem sunt, modus autem significandi scilicet diversus est; non enim similiter intelligitur Deus et Deitas; siquidem Deum intelligentes, et dicentes, naturam tanquam in hypostase intelligimus, et dicimus; Deitatem vero cum dicimus, ipsam natu-

Αἱρετικός. Πότερόν σοι δοκεῖ; ταυτόν ἐστι Θεὸς, καὶ θεότης, ἢ ἕτερον;

Ὀρθόδοξος. Ταυτόν.

Αἱρετ. Οὐχὶ τὰ αὐτὰ καὶ τοῦ αὐτοῦ κατηγοροῦνται;

Ὀρθόδ. Οὐκ ἀνάγκη.

Αἱρετ. Εἰ μὲν οὖν ταῦτά εἰσι τὰ αὐτὰ, πῶς οὐ κατηγοροῦνται κατὰ τοῦ αὐτοῦ; Εἰ δὲ οὐ κατηγοροῦνται, πῶς οὐχ ἕτερα τὰ αὐτά; ὅπερ ἀδύνατον.

D

Ὀρθόδ. Οὐκ ἀπόχρη εἰς τὸ κατηγορεῖσθαι τὰ αὐτὰ κατὰ τοῦ αὐτοῦ, τὸ εἶναι ταυτὰ μόνον, ἀλλὰ δεῖ, συνδραμεῖν εἰς τοῦτο, καὶ τὸ ὡσαύτως νοεῖσθαι, καὶ λέγεσθαι. Ἐπεὶ οὖν Θεὸς, καὶ θεότης καθ' ἡμᾶς ταυτὸν, ὁ δὲ τρόπος διάφορος, τοῦτ' ἔστιν, οὐχ ὡσαύτως νοεῖται Θεὸς, καὶ Θεότης· Θεὸν μὲν γὰρ νοοῦντες, καὶ λέγοντες, τὴν ἐν ὑποστάσει φύσιν νοοῦμεν καὶ λέγομεν. Θεότητα δὲ αὐτὴν τὴν φύσιν, ὡς γυμνὴν οὖσαν, καὶ ἄνευ ὑποστάσεως θεωρουμένην· διὰ

VARIÆ LECTIONES.

[68] Videtur deesse λεγόμενον, ἐνεργείας οὐκ ἔστι.

NOTÆ.

(58) Distingue: operatio immanens æterna est, nec a Deo distinguitur; transiens temporaria est, ut effectus, ita et ipsa a Deo distinguitur.

Digitized by Google

τοῦτο, τὸν μὲν Θεὸν κατηγοροῦμεν κατὰ τῆς ὑποστάσεως. Ὡς ἐν ὑποστάσει θεωρούμενον, τὴν δὲ θεότητα οὐδαμῶς, ὡς καθ' ἑαυτὴν οὖσαν, καὶ ἄνευ ὑποστάσεως θεωρούμενην.

ram tanquam nudam, et sine personis, ratione tantum consideratam intelligimus, et dicimus, idcirco Deum prædicamus de hypostase, tanquam in hypostase consideratum; Deitatem vero nequaquam, (non enim dicimus: Pater est Deitas, sed Deus) tanquam per se, et solum sine personis consideratam.

Ἰστέον γάρ, ὅτι ἡ Θεότης οὐκ ἔστιν ἄνευ τῶν τριῶν ὑποστάσεων. Θεωρουμένη δὲ καθ' αὑτήν, ἄνευ τῶν ὑποστάσεων θεωρεῖται. Καὶ γὰρ ἡ θεωρία, οὐκ ἔστι κωλυτικὴ τῆς ὑπάρξεως· ἐπεὶ γὰρ ἡ Θεότης καθ' ἑαυτὴν νοουμένη, φύσις ἄνευ ἰδιωμάτων νοεῖται, δῆλον ὅτι καὶ ἄνευ ὑποστάσεων. Εἰ γὰρ νοεῖται καθ' ἑαυτὴν, μετὰ ὑποστάσεων, δηλονότι, καὶ μετὰ ἰδιωμάτων, ὅπερ οὐχ ὑπέκειτο. Ἔτι, τὸ μὴ δυνάμενον νοεῖσθαι ἄνευ ἄλλου, ἀνάγκη πρός τι εἶναι, καὶ οὐκ οὐσίαν. Ἡ δὲ Θεότης οὐ πρός τί ἐστιν, ἀλλ' ὑπερούσιος οὐσία· ὥστε δύναται θεωρεῖσθαι καθ' ἑαυτὴν μόνην, καὶ οὐ μετὰ ἄλλου· ἔτι, ὥσπερ ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἔστιν ἄνευ τόπου, θεωρούμενος δὲ καθ' αὑτὸν, καὶ ὁριζόμενος, ἄνευ τόπου θεωρεῖται καὶ ὁρίζεται. Ἔτι μὴν καὶ ἡ ψυχὴ τοῦ ἀνθρώπου ζῶντος αὐτοῦ, οὐκ ἔστιν ἄνευ σώματος, θεωρουμένη δὲ καθ' ἑαυτὴν ἄνευ τούτου θεωρεῖται. Οὕτως καὶ ἡ Θεότης ἄνευ μὲν τῶν ὑποστάσεων οὐκ ἔστι· θεωρουμένη δὲ καθ' ἑαυτὴν, ἄνευ τούτων θεωρεῖται.

Advertendum autem est, quod Deitas non est sine tribus personis. Considerata vero per se et sola, sine personis consideratur. Siquidem consideratio non prohibet exsistentiam. Quia enim Deitas secundum se considerata, natura sine proprietatibus intelligitur, liquet sine hypostasibus considerari; si enim consideratur per se cum hypostasibus, liquet considerari cum proprietatibus, quod quidem non erat positum. Deinde, quod non potest intelligi sine alio, necesse est ad aliquid esse, et non substantiam; Deitas autem non est ad aliquid, sed est substantiâ supra substantiam; quare potest considerari per se solam, et non cum alio. Rursus, sicut homo non est sine loco, consideratus vero per se, et definitus, sine loco consideratur, et definitur. Item anima hominis viventis non est sine corpore; considerata vero per se, sine corpore consideratur. Sic Deitas sine personis non est; considerata vero per se, sine his consideratur.

Αἱρετ. Ἄλλο [64] γάρ ἐστιν οὐσία, καὶ ἄλλο ὑπόστασις;

Hæret. Aliud estne substantia, et aliud hypostasis?

Ὀρθόδ. Ἄλλο καὶ ἄλλο, οὐχ ὡς πρᾶγμα ἄλλο, καὶ ἄλλο, ἄλλο τι σημαινούσης τῆς ὑποστάσεως, καὶ ἄλλο τῆς οὐσίας, ὡς ὁ κόκκος τοῦ σίτου λέγεται σπέρμα, καὶ καρπὸς, οὐχ ὡς πρᾶγμα ἄλλο, καὶ ἄλλο. Ἄλλο δέ τι σημαίνει τὸ σπέρμα, καὶ ἄλλο ὁ καρπός, ὅτι, τὸ μὲν σπέρμα τοῦ μέλλοντός ἐστι γεωργίου σπέρμα, ὁ δὲ καρπὸς τοῦ παρελθόντος γεωργίου καρπός.

Orthod. Aliud et aliud, non tanquam res alia et alia: sed tanquam aliud significet hypostasis, et aliud substantia; sicut granum frumenti dicitur et est semen et fructus, non tanquam res alia et alia. Aliud vero significat semen, et aliud fructus; quoniam semen quidem semen est futuræ agriculturæ; fructus vero præteritæ agriculturæ fructus est.

Αἱρετ. Τί σημαίνει ἡ οὐσία; καὶ τί ὑπόστασις;

Hæret. Quid significat substantia? et quid hypostasis?

Ὀρθόδ. Ἡ οὐσία τὴν κοινότητα σημαίνει, καὶ εἴ τί ἐστιν ἴδιον τῆς οὐσίας, τοῦτο κοινὸν τῶν ὑποστάσεων τῶν ὑπὸ τὴν οὐσίαν· ἡ δὲ ὑπόστασις ἰδιότητα ἔχει, ἥτις οὐκ ἔστι κοινὴ τῶν τῆς αὐτοῦ οὐσίας ὑποστάσεων, μετὰ καὶ τοῦ ἀριθμὸν ἐπιδέχεσθαι.

Orthod. Substantia significat quid commune, et si quid est proprium substantiæ, hoc commune est hypostaseon, quæ sunt subter substantiam; hypostasis autem **409** proprietatem habet, quæ non est communis hypostaseon ejusdem substantiæ, et numerum recipit.

Αἱρετ. Ἡ γὰρ οὐσία οὐκ ἔχει ἰδιότητα;

Hæret. Num substantia non habet proprietatem?

Ὀρθόδ. Οὔτε ἰδιότητος μετέχει, μὴ οὔσης κοινῆς τῶν τῆς οὐσίας ὑποστάσεων· οὔτε γὰρ ἀριθμὸν πληθυντικὸν ἐπιδέχεται μία οὐσία [65]. Τὸ γὰρ ἀριθμὸν πληθυντικὸν ἐπιδεχόμενον, πάντως ἰδιότητα ἔχει, καὶ τὸ ἔχον ἰδιότητα, ἀριθμὸν ἐπιδέχεται· αὕτη γὰρ ἡ ἰδιότης τὸν ἀριθμὸν εἰσάγει.

Orthod. Neque proprietatem habet, quæ non sit communis hypostaseon substantiæ: neque numerum plurium recipit, cum sit una. Quod enim numerum plurium recipit, omnino etiam proprietatem habet, et quod habet proprietatem, numerum recipit; ipsa enim proprietas numerum introducit.

Αἱρετ. Οὐ νοῶ, ὃ λέγεις. Εἰπὲ περισαφέστερον.

Hæret. Non intelligo, quod ais. Dic clarius.

Ὀρθόδ. Λέγεις τὴν τοῦ Πατρὸς οὐσίαν ἀθάνα-

Orthod. Dicisne Patris substantiam immorta-

VARIÆ LECTIONES.

[64] ἄλλο τι. [65] οὖσα.

Digitized by Google

lem, et incorruptibilem et invisibilem, et creatricem, et Deum?

A τον, καὶ ἀόρατον, καὶ ἄφθαρτον, καὶ δημιουργὸν, καὶ Θεόν;

Hæret. Maxime.

Orthod. Dicis similiter de Filio?

Hæret. Etiam.

Orthod. Sicut dicis substantiam Patris immortalem, et reliqua, sicne etiam dicis Patrem ipsam substantiam?

Hæret. Ita est.

Orthod. Filium vero dicis Patrem?

Hæret. Minime.

Orthod. Non est igitur Pater proprium substantiæ, sed ipsius hypostasis.

Hæret. Quomodo?

Orthod. Quia propria substantiæ similiter sunt communia Patris, et Filii, et Spiritus sancti; Pater autem non est commune: non est igitur Pater substantiæ, sed hypostaseos. Si igitur alia est proprietas hypostasis, et alia proprietas substantiæ, non est idem significatum substantia et hypostasis.

Christ. Mos apud prophetas receptus est etiam inanimatis rebus personam tribuere; hinc videas illis oculos aspectumque assignari : « Mare vidit, et fugit [b]. » Mare profecto oculos non habet. Est enim inanime. Rursus : « Quid est tibi, mare, quod fugisti [c]? » Et quæ sequuntur. Et : « Gladius meus comedet carnes [d]. » At comedere oris est manducantis et bibentis. Porro gladius scindit quidem, sed non bibit. Quin et fluvios manibus plaudentes inducunt, et colles saltantes, et montes exsilientes. Sic et ῥήματα per tropologiam nominavit λόγια, quæ non sunt λόγια, sed ῥήματα (68).

XXXVII.

Ἑτέρα ἐρώτησις. *Alia quæstio.*

Jacobo Gretsero interprete.

Βάρβ. Ἣν λέγετε Θεοτόκον, ἀπέθανεν, ἢ ζῇ;

Χριστ. Οὐκ ἀπέθανε, καὶ τοῦτο λέγω θαῤῥῶν τῇ Γραφικῇ ἀποδείξει. Ὡς γὰρ φέρε εἰπεῖν, ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ὕπνωσε, καὶ τὴν πλευρὰν ἀφῃρέθη, οὕτω καὶ αὕτη τὴν ψυχὴν τὴν παναγίαν τῷ Θεῷ, ὡς ἐν ὕπνῳ παρέθετο.

Βάρβ. Ἰδοὺ πέπληγμαι ἔν τινι τόπῳ τῆς σαρκός μου, καὶ ἡ σὰρξ πληγεῖσα μώλωπα ἀπετέλεσε, καὶ ἐν τῷ μώλωπι ἐγένετο σκώληξ. Τίς αὐτὸν ἔπλασεν;

Χριστ. Εἴπομεν, ὅτι μετὰ τὴν πρώτην ἑβδομάδα τῆς κοσμοποιίας, οὐδαμῶς εὑρίσκομεν τὸν Θεὸν πλάσαντά τι· ἀλλὰ πάντα τὰ ὄντα ἐξαημέρῳ ποιήσας, ἐξ αὐτῶν τῶν ὄντων, ἕτερα γενέσθαι ηὐδόκησεν μόνῳ θελήματι αὐτοῦ· μετὰ γὰρ τὴν παράβασιν κατεκρίθη ἡ γῆ ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀνατέλλειν. Τότε οὖν καὶ ἡ σὰρξ ἡμῶν κατακριθεῖναι [85], φθεῖρας καὶ σκώληκας ἀνατέλλει.

Jacobo Gretsero interprete.

Barb. Quam appellatis Deiparam, num mortua est, an vivit?

Christ. Non est mortua. Et hoc assero demonstratione sacrarum Litterarum fretus. Quemadmodum enim, exempli causa, primus homo dormiens costa spoliatus est, sic et Deipara quasi in somno sanctissimam animam Deo tradidit.

Barb. In carne mea vulneratus sum. Et caro saucia vibicem accepit. Et in vibice vermis exstitit. Quis eum formavit?

Christ. Respondemus nusquam proditum esse Deum (69), post primam illam, qua mundus conditus est, hebdomadem, **422** aliquid formare; quia cum omnia sex illis diebus condidisset, voluit ut de cætero alia ex aliis nascerentur sola voluntate sua. Post transgressionem enim damnata est terra, ut spinas et tribulos proferat. Tunc etiam caro nostra damnationis sententiam subiens pediculos et vermes progignit.

XXXVIII.

Ἑτέρα ἐρώτησις. *Alia quæstio.*

Jacobo Gretsero interprete.

Σαρακ. Τίς ἐστι παρὰ σοὶ μείζων, ὁ ἁγιάζων, ἢ ὁ *Sarac.* Quis apud te major est? sanctificans, an

[a] Psal. xi, 7. [b] Psal. cxiii, 3. [c] ibid. 5. [d] Deut. xxxii, 42.

VARIÆ LECTIONES.

[85] κατακριθεῖσα.

NOTÆ.

(68) Hæc apte non possunt exprimi Latine. Quamvis nil opus est distinctione quam affert inter λόγια et ῥήματα. Res aliter expediri potest, ut vel pueris notum.

(69) Vide quæ notata dissert. 35.

Digitized by Google

sanctificatus? Hanc quæstionem proposuit de Baptista et Christo.

ἁγιαζόμενος; Τοῦτο δὲ ἠρώτησε περὶ τοῦ Βαπτιστοῦ καὶ τοῦ Χριστοῦ.

Christ. Quando cum servo tuo in balneum te confers, ut ab illo abluaris, quem arbitraris potiorem? Illumne miserum servulum, et ære comparatum mancipium, an teipsum, qui ab illo mundaris?

Χριστ. Ἀπερχομένου σου ἐν τῷ βαλανείῳ μετὰ τοῦ δούλου σου, λούσασθαι βουλόμενος ὑπ' αὐτοῦ, τίνα λέγεις μείζονα; ἐκεῖνον τὸν οἰκτρὸν δοῦλον, καὶ ἀργυρώνητον, ἢ σαυτὸν τὸν καθαρθέντα ὑπ' αὐτοῦ;

Saracenus ad hæc nullum responsum dedit.

Ὁ δὲ Σαρακηνὸς πρὸς ταῦτα οὐκ ἀπεκρίθη.

XXXIX

Abucaræ ad cujusdam quæstionem.

Τοῦ Ἀβουκαρᾶ, πρός τινα ἐρωτήσαντα αὐτόν.

Jacobo Gretsero interprete.

Cum lex vetus diserte explicarit, a quibus, tanquam immundis, abstinendum sit; et quibus, tanquam mundis, vescendum; quomodo in Novo Testamento cognoscitur, quæ, tanquam munda, manducare liceat, et quæ, ut immunda, fugere oporteat; cum nulla exstet lex quæ horum differentiam tradat? Quod si cum legis antiquæ norma homines in horum observatione se conformant, debebant sane omnia comedere, et ab omnibus abstinere, quæ lex præscribat; exempli causa, ovibus vesci debebant; abstinere autem a camelo et pardali. At si legi non sunt subjecti, quo pacto abstinent ab illis, quæ lex vetat, ut ab equo, camelo, mure, et id genus aliis immundis? Nunc vero cum neque legi perfecte obtemperent, neque perfecte non obtemperent; nonne planum relinquitur, eos utriusque præscripta ex parte exsequi, legis, inquam, et gratiæ, dumque partim non obediunt, partim obediunt, sub lege et gratia; et rursus nec sub hac, neque sub illa constitutos esse?

Εἰ ἀποχὴν ἀκαθάρτων, καὶ μετάληψιν καθαρῶν τοῖς ἐν τῇ παλαιᾷ ἡ διάταξις ἠνόμενον [86] διηγόρευσε, πῶς ἐν τῇ Νέᾳ μετάληψιν καθαρῶν, καὶ ἀποχὴν ἀκαθάρτων γινώσκουσιν, οὐδενὸς αὐτοῖς νόμου ταῦτα αὐτοῖς ἐκδιδάξαντος τὴν διαφοράν; Ἀλλ' εἰ μὲν τοῦτο ποιοῦσι κατὰ τὴν τοῦ νόμου παράδοσιν, ἐχρῆν αὐτοὺς πάντων μεταλαμβάνειν, καὶ ἀπέχεσθαι, ὧν ὁ νόμος ἐκήρυξε· προβάτων μὲν ἐσθίοντες κατὰ νόμον, οὐκ ἐσθίοντες δὲ καμήλου, καὶ παρδάλεως. Εἰ δὲ μὴ τῷ νόμῳ δεδούλωνται, πῶς πάλιν τῶν ὑπ' αὐτοῦ ἀπαγορευθέντων ἀπέχονται, οἷον ἵππου, καμήλου, ἢ μυὸς, ἢ τινος τῶν ἀκαθάρτων; Νυνὶ δὲ, μὴ καθόλου τῷ νόμῳ πειθόμενοι, μήτε εἰς τὸ παντελὲς ἀπειθοῦντες, πῶς οὐ δώσουσιν ἀπὸ μέρους τὴν ἑκάστου ποιεῖσθαι φύσιν, καὶ παράκλησιν, λέγω δὴ τοῦ νόμου, καὶ τῆς χάριτος, καὶ τῇ ἀμφοτέρᾳ ἀπειθείᾳ, καὶ πεισμονῇ, ὑπὸ νόμον, καὶ χάριν, καὶ πάλιν μὴ ὑπ' αὐτοῦ [87] καθεστηκέναι;

Responsio.

In Novo Testamento nihil eorum, quæ in os intrant, coinquinat hominem. A comedendis autem quibusdam abstinent aliqui, non legis præcepta secuti; sed propriæ conscientiæ, eo quod hæc vel illa manducare non libeat, obsecuti. **423** Nonnulli etiam studio et amore continentiæ, proprio arbitratu, omnino et a mundis et ab immundis sibi temperant; quanquam non ignari, omnem creaturam Dei esse bonam; et nihil eorum rejiciendum, quod cum gratiarum actione sumitur *. Nihilominus illam gratiarum actionem, quæ in studio continentiæ sita est, præstantiorem censemus illa quæ in sumptione esculentorum consistit. Propter hæc igitur nihil quasi per partes commune est legi et gratiæ; sed omnia solius sunt gratiæ, sive quis abstineat; sive hæc vel illa ciborum genera sumat, ut dictum est.

Aliter. Arethæ.

Fides non consistit in esca; sed in destinata et

Ἀπόκρισις.

Ἐν τῇ Νέᾳ Διαθήκῃ οὐδὲν τῶν εἰσερχομένων εἰς τὸ στόμα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον. Ἀπέχονται δὲ ὧν οὐ μεταλαμβάνουσιν, οὐ κατὰ διαγόρευσιν τοῦ νόμου, ἀλλὰ κατὰ τὸ δυσάρεστον τῆς τῶν οὐ μεταλαμβανόντων ἐκουσίου συνειδήσεως. Τινὲς δὲ διὰ τὴν κατόρθωσιν ἐγκρατείας, κατὰ τὴν οἰκείαν ἀρέσκειαν κοινῶς ἀπέχονται καθαρῶν τε καὶ μὴ καθαρῶν· καίτοι εἰδότες, ὅτι πᾶν κτίσμα Θεοῦ καλόν· καὶ οὐδὲν ἀπόβλητον μετὰ εὐχαριστίας λαμβανόμενον. Ἀλλ' ὅμως τὴν ἐπὶ τῇ κατορθώσει τῆς ἐγκρατείας εὐχαριστίαν, μείζονα τῆς ἐπὶ τῇ μεταλήψει βρωμάτων εὐχαριστίας θέμεθα. Διὰ ταῦτα οὖν οὐδέν ἐστι κοινὸν νόμου καὶ χάριτος, ἀλλὰ μέρος [88], ἀλλὰ χάριτος μόνης τὸ πᾶν ὑπάρχει, τῆς τε μετοχῆς καὶ τῆς ἀποχῆς τῶν μεταλαμβανομένων, κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον.

Aliter. Arethæ (70).

Fides non consistit in esca; sed in destinata et

Ἄλλως. Ἀρέθα (70).

Οὐκ ἐν τοῖς βρώμασιν ἡ πίστις· ἀλλ' ἐν τῇ κεκρι-

* 1 Tim. IV, 4.

VARIÆ LECTIONES.

[86] Ita habet C. B. sed quid hoc vocabuli? [87] fort. ὑπ' αὐτὰ, ut referatur ad νόμον et χάριν. [88] L. ἀνὰ μέρος.

NOTÆ.

(70) *Admonitio.* Aliquoties in altero Bavarico codice dissertatiunculis Abucaræ subjicitur hoc vel simile seu scholium, seu quo alio nomine appellare libet ἄλλος ἀρεθ. Quas additiunculas reperit quo-

Digitized by Google

μένῃ τῆς πίστεως διαμονῇ. Ἡ δὲ περὶ βρωμάτων χρῆσις ἐφεῖται τῇ συνηθείᾳ τῶν ἐσθιόντων, καὶ πρὶν ἢ γενέσθαι Χριστιανούς. Ἰουδαίοις δὲ διαστολὴ τῶν βρωμάτων οὐχ ὡς ἔτυχε, δέδοται, ἀλλ' εἰς αἴνιγμα τοῦ πῶς ῥυθμίζειν αὐτοὺς χρὴ τὴν κατὰ τὸν βίον διέξοδον αὐτῶν ἀπὸ τῆς διαίτης ὠφελουμένην· οἷον (ἵνα διὰ βραχέως ὑπομνήσωμεν) λαγωῶν καὶ συῶν ἀπεῖρξε τὴν ἐδωδὴν [89] Ἰουδαίους ὁ νόμος· ἵνα διὰ τούτου παραστήσῃ δειλίας αὐτοῖς, ἐν οἷς ἀνδρίζεσθαι εὐσεβὲς, μηδὲν ἶχνος προσεῖναι· μηδὲ συρφετοῦ βίου καὶ βδελυροῦ ἀντιποιεῖσθαι. Ὡσαύτως καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων, ὧν ἀπεῖπεν τὴν μετάληψιν, ἐπισκοποῦντας τὴν ἐνυποῦσαν αὐτοῖς φυσικὴν ἰδιοτροπίαν, πρὸς ταύτην, καὶ ψυχικὴν ῥυθμίζειν ὁρμήν.

A deliberata fidei perseverantia. Usus vero ciborum permittitur consuetudini manducantium, etiam priusquam Christiani fiant. At Judæis præscripta est ciborum differentia, non fortuito, sed ut insinuaretur quomodo vitam suam instituere ac componere deberent; ita ut ex ipsa victus ratione utilitatem perciperent; verbi gratia (libet enim unum aut alterum exemplum afferre), a leporum et porcorum esu arcet Judæos lex; ut ostendat nihil formidinis et pavoris eis inesse in his præstandis, in quibus fortiter agere pietas et æquitas jubet; neque eos vitam impuram, et sordium immunditia detestandam sectari. Similiter et in aliis animalibus, quorum esum lex prohibuit, considerare B oportet naturales, quibus prædita sunt, proprietates, easque ad animæ appetitiones accommodare.

XL.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ Θεοδώρου ἐπισκόπου Καρῶν περὶ τοῦ Ἀδάμ. Φωτίου.

Ex eodem Theodoro Abucara, episcopo Carum, de Adamo. Photii (71).

Jacobo Gretsero interprete.

Χρὴ εἰδέναι, ὅτι δέον ἐννοεῖν, καὶ λέγειν, ὡς τὸ τοῦ Ἀδὰμ σῶμα φύσει θνητὸν ἦν καὶ παθητόν· θείᾳ δὲ χάριτι, ἀθάνατον διεφυλάττετο καὶ ἀπαθὲς, μέχρις ἂν αὐτὸ ἡ παράβασις τῆς φυσικῆς ἀπεγύμνωσεν· οὕτω γὰρ καὶ ὁ τῶν ἁγίων χορὸς ἀποφαίνεται.

Scire oportet, et sentiendum et dicendum esse corpus Adami natura sua mortale et passibile fuisse, divina vero gratia immortale et impassibile perstitisse, donec transgressio illud naturali dono spoliavit; et hoc omnes sancti Patres tradunt.

XLI.

Τί ἐστι θάνατος; καὶ πῶς θανατοῦται ὁ θάνατος; Δοξάζει γὰρ καὶ τοῦτο ἡ Ἐκκλησία· « Καὶ ἰδοὺ ἀποθνήσκομεν. »

424 *Quid sit mors, et quomodo mors morti dedatur.*

Jacobo Gretsero interprete.

Θάνατος οὔτε οὐσία ἐστὶν, οὔτε καθ' ἑαυτὸν ὑφέστηκεν· ἀλλὰ πάθος περὶ οὐσίαν γινόμενον· καὶ μέχρι τοῦ γίνεσθαι, τὸ εἶναι λεγόμενον [90]. Ἐπειδὴ κατὰ πλειόνων, καὶ διαφόρως κατηγορεῖται ὁ θάνατος, δέον εἰδέναι, ὅτι θάνατος μὲν ἀγγέλῳ, ἡ τῆς ἐπουρανίου καὶ φωτοειδοῦς δόξης ἔκπτωσις, ὃν καὶ πρῶτος ὑπέστη, ἄγγελος ὤν, ὁ Σατανᾶς. Θάνατος δὲ διαβόλῳ καὶ δαίμονι, ἡ τοῦ αἰωνίου πυρὸς ἀποκλήρωσις ἐπ' ἐσχάτων. Θάνατος ἀνθρώπῳ, ἡ διάζευξις τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος. Θάνατος ψυχῆς, ἡ ἀπὸ Θεοῦ ἀλλοτρίωσις. Θάνατος δὲ θανάτῳ, ἡ ἀπαρχὴ τῆς ἡμῶν ἀναστάσεως, ὅς ἐστιν ὁ Χριστός· μέχρι γὰρ αὐτοῦ ὁ θάνατος τῇ διαφθορᾷ τῶν ἀνθρώπων ὑπούργει, καὶ ζωὴ αὐτῷ ἡ ἀνελπιστία τῆς ἀναστάσεως ἐνομίζετο. Ἀφ' οὗ δὲ Χριστὸς ἀπέθανε καὶ ἀνέστη, εἰς τοὐναντίον αὐτῷ τὰ τῆς ὑπουρῶς [91] περιεστράφη. Οὐκέτι γὰρ διαφθορᾷ ἀνελπίστῳ, ἀλλ' ἐλπιζομένῃ ἀναστάσει ὑπουργεῖ· καὶ τοῦτό ἐστιν αὐτῷ θάνατος. Τὸ γὰρ θανατοῦν θανατοῦται τῇ ἐλπίδι τῆς ἡμῶν ἀναστά-

C Mors neque substantia est, neque per se subsistit, sed est passio quædam substantiæ adveniens; quæ esse dicitur, quousque mors advenit. Cum vero mors de pluribus prædicetur, animadvertendum est mortem angelo nihil esse aliud, quam casum ex cœlesti et luciflua illa beatitudinis gloria, quo primo ille angelus corruit, factus Satanas. Mors autem diabolo est sors et hæreditas æterni ignis in novissimis. Mors homini est sejunctio animæ a corpore. Mors animæ est abalienatio a Deo. Mors morti, primitiæ resurrectionis nostræ, qui est Christus. Nam usque ad Christum mors corruptioni hominum inserviebat, et vita ipsi videbatur, quod nulla resurrectionis spes suppeteret. D At ex quo Christus mortuus est, ac resurrexit, in contrarium recidit hoc ministerium, neque enim amplius spe destitutæ corruptioni, sed speratæ resurrectioni servit; et hoc ipsi mors est. Nam quod antea occidebat, id nunc spe resurrectionis

VARIÆ LECTIONES.

[89] τῆς ἐδωδῆς. [90] λεγομένην. [91] ὑπουργίας.

NOTÆ.

que in suo exemplari Turrianus; qui aliquot hujus generis scholia Arethæ episcopi Græce ascripsit ad oram seu marginem versionis suæ; maxime in opusculo tertio. Quæ nos omisimus, evulgaturi illa alias cum variis veterum fragmentis, quæ ex codicibus Bavaricis excerpsimus.

(71) Photii, quomodo Abucaræ? sed num utrius que, quia Abucara ex Photio?

Digitized by Google

nostræ occiditur Quoties enim intuetur Christianum per resurrectionis nostræ mori, mortemque pro somno ducere, corruit; et a validiore percutitur. Est autem resurrectio validior morte. Neci igitur data est mors per Christi resurrectionem. Et hujus gratia spe resurrectionis freti moriuntur Christiani. Semper igitur hac spe mors corruptionis minister particulatim perimitur; at quando omnes resurgent, primitias Christum secuti, ipsa etiam mors perfecte evacuabitur, teste Apostolo [f], non habens amplius, cui operam suam locet.

σεως;. Ὁσάκις γὰρ ἴδῃ Χριστιανὸν ἐλπίδι τῆς ἡμῶν ἀναστάσεως ἀποθνήσκοντα, καὶ κοίμησιν τὸ πρᾶγμα ὀνομαζόμενον πίπτει, καὶ βάλλεται τῷ ἰσχυροτέρῳ. Ἰσχυρότερον δὲ τοῦ θανάτου ἡ ἀνάστασις. Τεθανάτωται ἄρα τῇ τοῦ Χριστοῦ ἀναστάσει ὁ θάνατος. Καὶ τοῦ [92] ἐπ' ἐλπίδι ἀναστάσεως ἀποθνήσκουσι Χριστιανοῖς [93]. Ἄρα ἀεὶ τῇ τοιαύτῃ ὑπουρῶς [94] θανατοῦται ὁ θάνατος μερικῶς· ὅταν δὲ τὸ πᾶν ἀναστῇ ἐπόμενον τῇ ἀπαρχῇ, καὶ αὐτὸς, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, μὴ ἔχων, ᾧ ὑπουργήσει, καταργεῖται ὁλοτελῶς.

XLII.

Brevis doctrina de divinis nominibus, tam communibus sanctissimæ Trinitatis, quam propriis cujusque personæ.

Σύντομος διδασκαλία περὶ θείων ὀνομάτων, τῶν τε κοινῶν Τριάδος, καὶ τῶν ἰδικῶν ἑκάστου τῆς Τριάδος.

Jacobo Gretsero interprete.

Sunt quædam nomina sacrosanctæ Trinitati communia, et de divina essentia seu natura dici consueta; ut Deus, Dominus, bonus, justus, sapiens, potens, Rex, Dominus, Creator, providens, Salvator, sanctus, et alia hujus generis, quæ communiter de natura divina enuntiantur; neque unius personæ propria sunt.

425 Sunt vero etiam nomina propria seu hypostatica; ut Pater, Filius, Spiritus sanctus. Ex communibus nominibus, quæ de natura prædicantur, hoc quidem, *Deus*, Patri attribuitur, eique quodammodo peculiare evasit; quia est principium Filii et Spiritus sancti, et ad illum referuntur. At *Dominus*, Filio similiter attribuitur, *sanctus Spiritus*, Spiritui. Hinc apostoli, et universa propemodum Scriptura, quando pronuntiant vocem *Deus* præcise et infinite, et ut plurimum cum articulo, et absque personali proprietate, Patrem significant. Exempli gratia :

« Paulus servus Jesu Christi, vocatus apostolus, segregatus in Evangelium Dei [g], » sive Patris. Iterum : « Multifariam multisque modis loquens olim patribus Deus [h], » hoc est, Pater. Et Symbolum fidei : « Credo in unum Deum, » hoc est, Patrem, « et in unum Dominum, » hoc est, Filium. Et Apostolus : « Etsi sunt qui dicantur dii, nobis tamen unus Deus, Pater [i]. » Et : « Quamvis multi Domini, nobis tamen unus est Dominus, Filius. » Deus vero peculiari ratione appellatur Pater; cum ipse Trinitatis sit unitio sive explicatio et quasi summa, ut dixit Theologus : « Nobis vero unus Deus Pater, quia una divinitas [j]. » Rursus : « Unus Deus retinebitur, si ad unum principium referamus, non autem componamus aut commisceamus [k]. » Iterum : « Pater unitio est, ex quo et ad quem referuntur, qui ex ipso sunt, Filius et Spiritus sanctus [l]. » Filius namque et Spiritus dicuntur Patris, non Pater

Ἔστιν ὀνόματα κοινὰ διὰ τῆς ἁγίας Τριάδος δεήκοντα, ὡς ἐπὶ τῆς θεϊκῆς οὐσίας λεγόμενα· οἷον τὸ Θεὸς, τὸ Κύριος, ἀγαθὸς, δίκαιος, σοφὸς, δυνατὸς, Βασιλεὺς, Δεσπότης, Δημιουργὸς, προνοητὴς, Σωτὴρ, ἅγιος, καὶ ὅσα τοιαῦτα κοινῶς ἐπὶ τῆς θείας φύσεως τιθέμενα, καὶ οὐκ ἔστι μιᾶς ἰδιαζόντως ὑποστάσεως.

Ἔστι δὲ καὶ ἰδικὰ, ἤγουν ὑποστατικά· οἷον ὁ Πατὴρ, Υἱὸς, ἅγιον Πνεῦμα. Τούτων ὄντων κοινῶν ὀνομάτων, τῶν ἐπὶ τῆς οὐσίας λεγομένων ἐλήφθη τὸ μὲν, *Θεός*, ἐπὶ τοῦ Πατρὸς, καὶ ἐγένετο αὐτῷ ὥσπερ ἐξαίρετον· διότι αἴτιος Υἱοῦ, καὶ Πνεύματος, καὶ εἰς αὐτὸν ἀναφέρονται. Τὸ δὲ, *Κύριος*, ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ ὡσαύτως· τὸ δὲ, *ἅγιον Πνεῦμα*, ἐπὶ τοῦ Πνεύματος. Ὅθεν οἱ ἀπόστολοι, καὶ πᾶσα σχεδὸν ἡ θεία Γραφὴ, ὅτ' ἂν εἴπῃ *ὁ Θεὸς*, οὕτως ἀπολύτως, καὶ ἀπροσδιορίστως, καὶ ὡς ἐπίπαν σὺν ἄρθρῳ· καὶ χωρὶς ἰδιώματος ὑποστατικοῦ, τὸν Πατέρα δηλοῖ. Οἷον·

« Παῦλος δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ, κλητὸς ἀπόστολος, ἀφωρισμένος εἰς Εὐαγγέλιον Θεοῦ, » ἤτοι τοῦ Πατρός. Καὶ πάλιν· « Πολυμερῶς, καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ Θεὸς λαλήσας τοῖς πατράσιν, » ἤγουν ὁ Πατήρ. Καὶ τὸ σύμβολον τῆς πίστεως « [Πιστεύω] εἰς ἕνα Θεὸν, » ἤτοι τὸν Πατέρα, « καὶ εἰς ἕνα Κύριον, » ἤτοι τὸν Υἱόν. Καὶ ὁ Ἀπόστολος· « Εἴπερ γάρ εἰσι πολλοὶ θεοὶ [95], ἀλλ' ἡμῖν εἷς Θεὸς ὁ Πατήρ. » Καί· « Εἴπερ εἰσὶ κύριοι πολλοὶ, ἀλλ' ἡμῖν εἷς Κύριος ὁ Υἱός. » Θεὸς δὲ ἐξαιρέτως λέγεται· ἐπειδὴ ἡ ἕνωσις, ἤτοι ἀνάπτυξις, καὶ ἀνακεφαλαίωσις τῆς Τριάδος, ὁ Πατήρ ἐστιν, ὡς εἶπεν ὁ Θεολόγος· « Ἡμῖν δὲ εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, ὅτι μία θεότης. » Καὶ πάλιν· « Εἷς ἓν αἴτιον τοῦ Υἱοῦ, καὶ Πνεύματος ἀναφερομένων, οὐ συντιθεμένων, οὐδὲ συναλειφομένων. » Καὶ πάλιν· « Ἕνωσις ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ πρὸς ὃν ἀναφέρεται τὰ ἐξ αὐτοῦ· » ἐπειδὴ ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς λέγονται, οὐχὶ ὁ Πατὴρ αὐτῶν. Οἷον· Ὁ Υἱὸς τοῦ

[f] I Cor. xiii, 10. [g] Rom. i, 1. [h] Hebr. i, 1. [i] I Cor. viii, 5, 6. [j] S. Greg. Naz. *Orat. de statu episcoporum.* [k] ibid. [l] ibid.

VARIÆ LECTIONES.

[92] f. τούτου χάριν. [93] Χριστιανοί. [94] ὑπουργός. [95] λεγόμενοι.

Digitized by Google

Θεοῦ, Σοφία τοῦ Θεοῦ, Λόγος τοῦ Θεοῦ, Δύναμις τοῦ Θεοῦ, βραχίων τοῦ Θεοῦ, δεξιὰ τοῦ Θεοῦ. Καὶ τὸ Πνεῦμα ὡσαύτως· Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, δάκτυλος τοῦ Θεοῦ. Εἰς αὐτὸν οὖν τὸν Πατέρα ἀναφέρονται, οὐχὶ ὁ Πατὴρ εἰς αὐτά. Εἰ δὲ καὶ εὕρῃς τὸ *Θεὸς* ὄνομα ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τὸ *Κύριος* ἐπὶ τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Πνεύματος, καὶ τὸ Ἅγιος, καὶ τὸ *Πνεῦμα* ἐπὶ τοῦ Πατρός· ὡς τό· « Ἅγιος ὁ Θεὸς, » δῆλον ὁ Πατήρ· καὶ τὸ « Πνεῦμα ὁ Θεός· » ταῦτα ὀνόματα τῆς φύσεως ὄντα κατηγοροῦνταί ποτε καὶ τῶν ὑποστάσεων.

A illorum. Verbi gratia : Filius Dei, Sapientia Dei, Verbum Dei, Virtus Dei, brachium Dei, dextra Dei. Similiter et Spiritus : Spiritus Dei, digitus Dei. Ad Patrem igitur referuntur (72); non Pater ad illos. Quod si nomen *Dei* etiam Filio tributum reperias, et nomen *Domini* Patri et Spiritui, item nomen *Sancti* et *Spiritus*, Patri; ut in illo : « Sanctus Deus [m], » ubi manifestum est, significari Patrem, et in illo : « Spiritus est Deus [n], » noveris hæc et id genus alia nomina de natura enuntiari solita, enuntiari quandoque etiam de hypostasibus.

Κατηγορικῶς οὖν ἐκ τῆς φύσεως λέγεται καὶ Υἱὸς ὁ *Θεός*· καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, χωρὶς ἄρθρου, εἰ μήπω πρόκειται περὶ αὐτοῦ ὁ λόγος εἰγοῦν ἡ φράσις. Καὶ τηνικαῦτα ἀναφορικὸν γένηται εἰς αὐτὸν, ὡς εἰς προεγνωσμένον πρόσωπον, τὸ ἄρθρον, ὡς ἔχει τὸ, « Ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, » καί· « Ὢν ἐπὶ πάντων Θεός. » Καὶ τοῦτο δὲ χρὴ γινώσκειν, ὅτι οὐδὲν τῶν ὀνομάτων τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ δηλωτικόν ἐστιν· ὥσπερ καὶ τῶν λοιπῶν πραγμάτων. Ἐὰν γὰρ εἴπωμεν λίθον, ἢ χρυσὸν, ἢ βοῦν, ἢ ἄνθρωπον, τὴν οὐσίαν ἑκάστου διὰ τοῦ ὀνόματος δηλοῦμεν. Ἐὰν δὲ εἴπωμεν Θεὸν, ἢ καὶ Κύριον, ἢ Βασιλέα, ἢ Πατέρα, ἢ Υἱὸν, ἢ οἱονδηποτοῦν ὄνομα ἐπὶ Θεοῦ, ἐνέργειαν, ἢ σχέσιν σημαίνομεν. Θεὸς μὲν γὰρ ἡ ποιητὴς, ἐνεργείας· Βασιλεὺς δὲ, ἢ Δεσπότης, ἢ Πατὴρ, σχέσεως [96].

Simpliciter igitur ob naturam dicitur Filius, *Deus*, et plerumque sine articulo ; nisi oratio, quæ præcessit, sit de ipso Filio. Tunc enim refertur articulus ad Filium, tanquam ad jam prius cognitam personam ; ut in illo : « Ex quibus Christus secundum carnem [o]. » Et : « Qui est super omnia Deus benedictus [p]. » Neque hoc ignorare oportet, nullum nomen divinam essentiam exprimere, ut fieri solet in aliarum rerum nominibus. Si enim nominemus lapidem, aurum, bovem, hominem, substantiam uniuscujusque indicamus. At si de Deo dicamus : Deus, Dominus, Rex, Pater, Filius, aut aliud quidpiam, actionem vel habitudinem significamus. Deus enim vel creator, nomina sunt actionis; Rex autem, Dominus, vel Pater, habitudinis.

[m] Psal. xcviii, 9 et alibi. [n] Joan. iv, 24. [o] Rom. ix, 5. [p] ibid.

VARIÆ LECTIONES.

[96] alter M. S. σχέσεων.

NOTÆ.

(72) Nisi qua relativum refertur ad terminum, et principium ad id, quod ex ipso.

THEODORI ABUCARÆ

DE UNIONE ET INCARNATIONE.

(GALLAND. *Vet. Patrum Biblioth.* t. XIII, p. 286.)

Περὶ ἑνώσεως καὶ σαρκώσεως· καὶ ὅτι ἡ μὲν ὑπόστασις ἐσαρκώθη, ἡ δὲ φύσις τῆς θεότητος ἡνώθη τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει ἐν ὑποστάσει τοῦ Θεοῦ Λόγου.

C *De unione et incarnatione : quodque persona sive subsistentia fuerit incarnata; divina autem natura humanæ unita, in persona Dei Λόγου.*

Ἡ μὲν σάρκωσίς ἐστιν ἐνανθρώπησις, καὶ ἡ ἐνανθρώπησίς ἐστι τὸ τὸν ἐνανθρωπήσαντα ἄνθρωπον ἀπεργάσασθαι· τὸ δὲ ποιήσαντα τὸν ἐνανθρωπήσαντα ἄνθρωπον, ἐπὶ τῷ κατηγορεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον τοῦ ἐνανθρωπήσαντος, καὶ δέχεσθαι τὸν ἐνανθρωπήσαντα τό τε τοῦ ἀνθρώπου ὄνομα καὶ τὸν ὁρισμὸν, ὥσπερ τῶν ἀνθρώπων ἕκαστος. Ὁ δὲ ἄνθρωπος ὁ κατηγορούμενος φύσεως ὑπάρχει ὄνομα, καὶ ἡ φύσις ἐστὶν ἡ κατηγορουμένη τῆς ὑποστάσεως, οὐχὶ δὲ φύσις κατὰ φύσεως. Εἰ τοῦτο τοίνυν ὁμολογοῦμεν, ὡσαύτως ἔχει δῆλονότι ἡ ὑπόστασις ἡ ἐνανθρωπήσασα, ἢ ὁ ἀΐ-

Incarnatio est assumere humanitatem, atque hæc assumptio humanitatis eum sistit jam hominem, qui humanitatem assumpsit. Isthæc vero res consistit in eo, ut ille qui humanitatem assumpsit, atque homo factus est, præterea quod homo prædicetur de eo, qui humanitatem in se suscepit, ferat quoque hominis nomen et definitionem, perinde ac quilibet aliorum hominum : qui prædicatur homo, naturæ est terminus, naturaque prædicatur de subsistentia, nequaquam autem natura de natura. Igitur, si largiamur istud, pari modo

Digitized by Google

se habet subsistentia, sive persona, quæ humanitatem assumpsit, aut Filius æternus. Hic enim perfectus exsistens Deus, homo factus est sine ulla mutatione, inque eo ipso est perfectus Deus et perfectus homo, Deique nomen de illo prædicatur, quemadmodum prædicatur de Patre et Spiritu sancto : ita etiam hominis nomen de ipso effertur, ut solemus efferre de quocunque tandem hominum. Idem est Filius, atque idem ille incarnatus; ideo tamen non dicimus divinam naturam assumpsisse carnem; quandoquidem non licet de ipsa homo ut prædicetur sive etiam humana natura, ut præfati sumus, dicentes quod natura de natura omnino non prædicatur, quocunque denique respectu.

Sic itaque comparatum est cum persona æterni Filii, ut exemplo rem ostendamus, quasi cum amne torrenti, qui flumina duo accipit, diciturque torrens cepisse illa duo flumina, neutro fluminum flumen absorbente. Ad hunc modum æternus Filius Dei nomen portat et definitionem, Deo nequaquam in se recipiente nomen vel definitionem hominis, uti nec homo capit aut nomen aut definitionem Dei. Verum persona æterni Filii, duarum naturarum, divinæ, inquam, et humanæ, perfecte planeque recipit nomen et definitionem : itaque, licet dicamus quod homo Deus sit factus, non dicimus factum esse Deum, quasi homo nomen et definitionem Dei susceperit. Si enim ita foret, ejusdem substantiæ esset cum Patre et Spiritu sancto, non secus atque æternus Filius, qui caro factus est, ejusdem cum nobis est substantiæ. Atqui, ne commode quidem potest fingi, hominem habere eamdem substantiam, quam habent Pater et Spiritus sanctus : cæteroquin hoc pacto ipse homo esset persona, ac divina natura ei inesset pro subsistentia, et exhausta ab ipso, et moveret homo deitatem. Animadvertendum etiam istud est, quod nihil absolute prædicetur de divina natura, quod non æqualiter efferatur de Patre, Filio, et Spiritu sancto : exempli causa, vita, lux, sine principio, immutabilis, hisque similia, de Patre, Filio, et Spiritu sancto prædicantur. Si jam de divina natura prædicaretur incarnatio; de Patre quoque et Spiritu sancto, æque ac illa, quæ modo adduximus, prædicarentur. Verum istud quidem est perabsurdum, et tenuis mortalium species aliqua mentis et cæci pectoris, nunquam ex ore proferenda : hoc est, nemo dixerit, Patrem et Spiritum sanctum fuisse incarnatos.

Ubi vero inquiat non nemo, quod omnia absolute et primario de persona prædicata, referantur secundario etiam ad naturam : sic postquam de æterno Filio, qui persona est sanctissimæ Trinitatis, prædicetur incarnatio, proxime quoque referendam esse incarnationem de persona ad naturam : talis homo intelligat, quod ea, quæ inferuntur secundario a persona ad naturam, multo ante in natura exstiterunt potentia, deinde persona actu

A διος Υἱός. Ὁ γὰρ ἀΐδιος Υἱὸς, Θεὸς τέλειος ὑπάρχων, γέγονεν ἄνθρωπος τροπῇς ἐκτὸς, καὶ ἔστιν ἐν ταυτῷ Θεὸς τέλειος καὶ ἄνθρωπος τέλειος, καὶ κατηγορεῖται αὐτοῦ τὸ Θεός ὄνομα, καθὼς καὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Πνεύματος, καὶ τὸ ἄνθρωπος πάλιν καθὼς ἑκάστου τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων. Καὶ ἔστιν ὁ αὐτὸς Υἱὸς καὶ σεσαρκωμένος· ἡ δὲ θεία φύσις διὰ τοῦτο σεσαρκῶσθαι οὐ λέγεται, ἐπειδὴ οὐκ ἐνδέχεται κατηγορεῖσθαι αὐτῆς τὸν ἄνθρωπον, εἴτ' οὖν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, ὡς ἔφθημεν, εἰρηκότες, ὅτι φύσεως φύσις οὐ κατηγορεῖται παντελῶς, οὐδὲ καθ' οἷον δήποτε τρόπον.

B Γέγονεν οὖν, ὡς ἐν ὑποδείγματι φάναι, ἡ ὑπόστασις τοῦ ἀΐδίου Υἱοῦ, καθάπερ τις χειμάρρους δύο τινὰς ποταμοὺς δεχόμενος, καὶ λέγεται δεκτικὸς τῶν δύο ποταμῶν εἶναι ὁ χειμάρρους, ἑκατέρου ποταμοῦ μὴ ἐπιδεχομένου τὸν ἕτερον. Τοῦτον δὴ τὸν τρόπον ὁ ἀΐδιος Υἱὸς δέχεται τὸ τοῦ Θεοῦ ὄνομά τε καὶ τὸν ὅρον, νοῦ Θεοῦ μηδαμῶς ἐπιδεχομένου τὸ ὄνομα ἢ τὸν ὅρον τοῦ ἀνθρώπου, μηδ' ἂν τοῦ ἀνθρώπου τὸ ὄνομα ἢ τὸν ὅρον τοῦ Θεοῦ ἐπιδεχομένου. Ἀλλ' ἡ ὑπόστασις τοῦ ἀΐδίου Υἱοῦ ἐπιδέχεται τῶν δύο φύσεων, θεότητός τέ φημι καὶ ἀνθρωπότητος, ἀνελλιπῶς τό τε ὄνομα καὶ τὸν ὅρον· ὡς, εἰ καὶ λέγεται ὁ ἄνθρωπος τεθεῶσθαι, οὐχ ὡς τοῦ ἀνθρώπου τὸ ὄνομα καὶ τὸν ὁρισμὸν τοῦ Θεοῦ ἐπιδεξαμένου λέγεται τεθεῶσθαι. Εἰ γὰρ ἦν οὕτως, ὁμοούσιος ἂν ὑπῆρχε τῷ Πατρὶ C καὶ τῷ Πνεύματι, καθὼς ὁ ἀΐδιος Υἱὸς σαρκωθεὶς γέγονεν ἡμῖν ὁμοούσιος. Καὶ τοῦτο οὐδὲ πλάσαι ῥᾴδιον, τὸ λέγειν ὅτι ὁμοούσιος τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι ὁ ἄνθρωπος· ἄλλως τε, εἰ ἦν οὕτως, αὐτὸς ἂν ὁ ἄνθρωπος ὑπῆρχεν ἡ ὑπόστασις, καὶ ἦν ἡ θεία φύσις ἐνυπόστατος αὐτῷ καὶ κενουμένη ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἦν ὁ ἄνθρωπος ὁ κινῶν τὴν θεότητα. Ἰστέον δὲ καὶ τοῦτο, ὡς οὐκ ἔστι τῆς θείας ἀπολύτως (sic) κατηγορουσαν φύσεως, ὃ μὴ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τῶ ἁγίου Πνεύματος ἐπίσης κατηγορεῖται· οἷον φέρε εἰπεῖν, ζωὴ, καὶ φῶς, καὶ ἄναρχος, καὶ ἀναλλοίωτος, καὶ τὰ τούτοις συγγενῆ, τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος κατηγορεῖται. Εἰ οὖν ἡ σάρκωσις τῆς θείας φύσεως κατηγορεῖτο, καὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος D κατηγορεῖτο, καθὼς καὶ τὰ προειρημένα. Ἀλλὰ τοῦτο πάσης ἀτοπίας ἀνάμεστον καὶ μόνον φανταζόμενον κατὰ ψιλὴν ἐπίνοιαν, μὴ ὅτι καὶ λεγόμενον, τουτέστι, τὸ λέγειν σεσαρκῶσθαι τὸν Πατέρα καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Εἰ δέ τις φαίη, ὅτι πάντα τὰ κατηγορούμενα ἀπολύτως ἢ κυρίως τῆς ὑποστάσεως, ἀναφέρεται κατὰ δεύτερον λόγον καὶ ἐπὶ τὴν φύσιν, καὶ ἐπειδὴ τοῦ ἀΐδίου Υἱοῦ, ὑποστάσεως ὄντος ἐκ τῆς πανσέπτου Τριάδος, κατηγορεῖται ἡ σάρκωσις, ἀνοφερέσθω ἀπὸ τῆς ὑποστάσεως ἐπὶ τὴν φύσιν κατὰ δεύτερον λόγον· ἴστω ὁ τοιοῦτος, ὅτι τὰ ἀναφερόμενα κατὰ δεύτερον λόγον ἀπὸ τῆς ὑποστάσεως ἐπὶ τὴν φύσιν, ταῦτα πολὺ πρότερον ἐν τῇ φύσει δυνάμει ὑπῆρχεν.

Digitized by Google

ἐξ ἧς [97] ἡ ὑπόστασις ἐνεργείας κεκληρονόμηκεν· ὅθεν εὐλόγως ἀπὸ τῆς ὑποστάσεως ἐπὶ τὴν φύσιν ἀναφέρεται, ἅτε προόντα μὲν δυνάμει ἐν τῇ φύσει, ἐνεργείᾳ δὲ ἐν τῇ ὑποστάσει εὑρισκόμενα. Ὥσπερ ἡ διαίρεσις τῶν εἰδῶν δυνάμει οὖσα ἐν τῷ γένει, ἐν δὲ τοῖς εἴδεσιν ἐνεργείᾳ, εὐλόγως ἀπὸ τῶν εἰδῶν κατὰ δεύτερον λόγον ἐπὶ τὸ γένος ἀναφέρεται. Οἷον, τὸ λογικόν ἐστιν ἐν τῷ ζώῳ δυνάμει, ἐν δὲ τῷ ἀνθρώπῳ ἐνεργείᾳ [98]· καὶ λέγεται τὸ ζῶον λογικὸν κατὰ δεύτερον λόγον, διὰ τὸ τὸν ἄνθρωπον εἶναι λογικόν. Καὶ ὥσπερ αἱ ἰδίως διαφοραὶ χαρακτηριστικαὶ τῆς ἑκάστου τῶν ἀνθρώπων ὑποστάσεως οὖσαι, δυνάμει μὲν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ θεωροῦνται, ἐν δὲ τῷ Σωκράτει καὶ Πλάτωνι ἐνεργείᾳ πεφύκασι· κἀντεῦθεν ἀπὸ τῆς ὑποστάσεως ἐπὶ τὴν φύσιν, ἢ ἀπὸ τοῦ Σωκράτους ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον ἀναφέρονται. Οἷον, τὸν Σωκράτην γρυπὸν εἶναί φαμεν, ἢ φαλακρὸν, κατὰ δεύτερον δὲ λόγον καὶ τὸν ἄνθρωπον γρυπὸν ὡσαύτως καὶ ὑπάρχειν, ἢ φαλακρὸν λέγομεν, διὰ τὸν Σωκράτην· ὥσπερ εἴπομεν ἐκ τοῦ ἀνθρώπου κεκληρονομηκέναι τὴν γρυπότητα καὶ τὴν φαλαγρότητα. Τῶν τοίνυν τὴν τοῦ Θεοῦ Λόγου ὑπόστασιν ἀπὸ τοῦ ἀνθρωπείου φυράματος, διὰ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν δεδραμηκότων, οὐδὲν παντάπασι οὔτε δυνάμει, οὔτε ἐνεργείᾳ ἐν τῇ ἀκτίστῳ καὶ ἀσωμάτῳ καὶ ἀπαθεῖ θείᾳ φύσει ἦν. Τούτου δὲ εἵνεκεν ὁ μὲν ἀΐδιος σεσαρκῶσθαί τε καὶ ἐσταυρῶσθαι καὶ τεθνάναι λέγεται. Ἡ δὲ θεία φύσις οὐδαμῶς, εἰ καὶ ὑπόστασις αὐτῆς καθέστηκεν οὖσα.

Εἰ δέ τι; ἑαυτὸν αἰτιῷ τὸ [99] βραδὺ εἰς κατανόησιν εἶναι τῶν εἰρημένων, καὶ τὸν ἑκάστου νοῦν λέγοι μὴ παραδέχεσθαι, ὅπερ, ἡ θεία φύσις οὖσα ἐν τῇ ὑποστάσει τοῦ Υἱοῦ ἀμετακίνητός τε καὶ ἀχώρητος, οὐ συμπάσχων αὐτῇ πασχούσῃ καὶ ἀπογινομένου τινὸς ἐν τῇ ὑποστάσει, οὐ λέγεται τοῦτο καὶ ἐν τῇ φύσει γεγονέναι, τῇ μὴ διισταμένῃ τῆς ὑποστάσεως τοῦ ἀϊδίου Υἱοῦ· ἡμεῖς τὸ ἄπορον ἐπιλύσαντες, ταχίστην αὐτῷ τὴν θεραπείαν ἐπάξομεν, ἐκ τῶν συντρόφων καὶ τῶν ἐν χερσὶν ὁρωμένων τὴν ἀπόδειξιν ποιούμενοι. Οἶσθα πάντως, ὦ οὗτος, ὡς ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων ἐκ ψυχῆς ἀΰλου καὶ σώματος ὑλικοῦ σύγκειται, Σωκράτης, φέρε εἰπεῖν, ἢ Πλάτων· καὶ ὡς ἔνεστιν αὐτῷ ἡ ψυχὴ τοῦ Σωκράτους, ἀπ' αὐτοῦ χωρισθεῖσα, τὸν Σωκράτην μένειν ἀδύνατον. Λέγεται δὲ Σωκράτης αὐξάνεσθαί τε [1] ἐκ μικροῦ μέγας γίγνεσθαι, τέμνεσθαι ἢ καίεσθαι, τῆς αὐτῆς ψυχῆς μηδὲν τούτων ὑφισταμένης, ὡς πᾶσιν εὔδηλον. Τοῦτον οὖν τὸν τρόπον κατηγορεῖ [2] τοῦ ἀϊδίου Υἱοῦ τὸ προκόπτειν σαρκὶ καὶ αὐξάνεσθαι, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον ἀνθρώπειον, μηδενὸς τούτων τῇ θείᾳ φύσει προσαπτομένου, ὥσπερ οὐδὲ τοῦ Σωκράτους. Πολλῷ μᾶλλον οὕτως οὐδὲ τῆς ἀκηράτου φύσεως κατηγορηθήσεται τὰ ὅσα σαρκικῶς τοῦ ἀϊδίου Υἱοῦ διὰ τὴν πρόσληψίν ἐστιν κατηγορούμενα. Ὥσπερ δὲ λεγόντων ἡμῶν τετμῆσθαι Σωκράτην, οὐκ αὐτὴν τοῦ Σωκράτους ψυχὴν, ἀλλὰ τὸ σῶμα τετμημένον εἶναι

A est consecuta: hinc, quæ prius potentia fuerunt in natura, inque persona actu deprehensa, recte a persona ad naturam inferuntur. Haud dissimiliter, cum divisio specierum in genere sit potentia, in speciebus vero jam actu ipso, ratione fit ut a speciebus ad genus inferatur. Quo modo, cum τὸ rationale sit in animali potentia, in homine vero actu; dicimus animal rationale secundario, quod homo sit rationalis. Ad hæc, quemadmodum differentiæ proprie characteristicæ, quæ cujusque hominum sunt personæ, potentia quidem cernuntur in homine, in Socrate vero et Platone fuerunt actu; tunc quoque a persona sive individuo, aut a Socrate ad hominem referuntur. Sic Socratem dicimus habere nasum aduncum, aut calvum B esse; secundario autem, propter Socratem, ipsum hominem esse nasi aduncum aut calvum perhibemus, prout ab homine enuntiavimus accepisse illam nasi aduncitatem, vel illam calvitiem. Verumtamen omnium horum, quæcunque Dei Λόγου personæ ab humana massa, propter unionem personalem, accessserunt, nihil unquam quidquam, neque potentia, neque actu, in non creata, non corporea, non patibili erat divina natura. Hujus rei gratia æternum sane Filium dicimus carnem assumpsisse, crucifixum et mortuum esse; minime vero, naturam divinam, quamvis talia personæ ejus obtigerint.

C Quod si seipsum aliquis arguat, se a nobis dicta tardius assequi, atque objici; ac non facile cujuscunque tandem capere mentem, quare divina natura, cum in persona Filii fuerit immota et non separata, non passa fuerit, cum ista paterentur; cum aliquid in persona corrumpatur, idem tamen etiam non dicatur evenisse in natura, quæ nihil differat a persona æterni Filii. Nos dubium explicaturi, confestim illi remedium adhibebimus, rem demonstraturi per familiaria, quæque ante oculos manusque cernimus quotidie. Abunde nosti, quisquis es, homines omnes ex anima immateriali, et corpore materiali componi: verbi gratia Socratem, aut Platonem; et, quemadmodum illi inest anima Socratis, si separetur ab eo, Soc D cratem manere impossibile est. Dicunt nihilominus Socratem crescere, ex parvo fieri magnum, secari, uri; anima ipsa nihil ejusmodi sufferente, ut nemini obscurum est, neque absconditum. Hac ratione igitur de æterno Filio prædicatur, quod proficiat, quod corpore incrementum capiat, et si quid aliud humanum est; ut nihil rerum talium adhæreat divinæ naturæ, veluti ne naturæ quidem Socratis. Quin potius ita de immortali natura minime etiam prædicabuntur, quæcunque carnaliter de æterno Filio, propter assumptionem carnis prædicantur. Sicut, quando verba facimus de Socrate

VARIÆ LECTIONES.

[97] Forte ἐξῆς. [98] Forte ἐνεργείᾳ. [99] αἰτιῶτο. [1] Leg. τε καί. [2] Leg. κατηγορεῖται.

Digitized by Google

saucio, non animam, sed corpus ejus plagam sustinuisse arbitramur : ita quoque, dum æternum Filium lancea perforatum fuisse dicimus, non ad naturam ejus divinam, incorruptibilem, interitui non obnoxiam penetrasse vulnus ; sed in carnem, quæ lacerari, quæ vulnera suscipere potuit, persuademur. Novo argumento controversiam solvimus. Mens nostra una est eademque, ac per hos quidem oculos visibilia recipit ; habet tamen aliam adhuc visionem sibi propriam (præter illam quæ fit per membra oculorum), quamque theoriam appellamus. Si contingat lædi corporis videndi facultatem, neutiquam concludimus non videre mentem, dum ipsi salva est et integra naturalis ac intellectualis videndi facultas. In hunc modum æternus Filius fertur passus esse secundum carnem, divina ejus natura non patiente.

Verum quid hic vel dictu vel factu opus est, ubi vel in corpore, qualitate et crassitie istud deprehenditur? An est quisquam qui ignoret, quod mens videt oculis, auribusque audit ; insidet autem cerebro videndi et audiendi facultas, alterutra subsistente sine altera, quibuscum etiam ipsa mens commoratur. Hæc cum ita conjungantur et cohabitent in eodem subjecto, sæpe evenire solet ut visioni exteriori, vel auditui, vel ipsi denique menti aliquid incommodi accidat ; attamen unius nocumentum non lædit reliqua, dum illarum naturalis potentiæ status manet incolumis. Post hoc usque adeo mirum non est, si corpore æterni Filii patiente, nihilominus natura ejus non dissoluta passione caruit, perstititque illæsa, quæ super res omnes longissime elata undique dominatur, nec passiones ullo modo sustinet ; in qua, juxta principem apostolorum, non est alteratio, neque mutationis quidem adumbratio. Aliud tibi proferam exemplum, per quod, tanquam in speculo, videas quo pacto, si vel passio vel corruptio acciderint alicui subsistentiæ, ad naturam non pertingant, quantumvis nullam aliam habuerit subsistentiam, nisi unicam suam naturam. Fac, mi dilecte, ex auro vel ære formaveris statuam atque elaboraveris, si deinde rursus conflasti, viri imago, quæ nihil est, perit ; aurum autem sive æs, quod statuæ præbuit naturam, salvum manet et integrum. De reliquo cave secteris nimium exempla, atque prudenter animadverte, non omnem, quæ inde tibi oriatur, ideam deducere ad divina dogmata, sed rudes esse adumbrationes quasdam et quasi ductus aliquos, solius theoriæ causa, propter quam tradita recipimus, sed analogice tantum. Quin imo perlonge submove ab hominibus piis, et qui sibi probe constant, quodcunque alienum et discrepans videatur. Discerne semper simile a dissimili, ad exemplum ventilatoris maxime industrii, qui separat a frumento, quidquid vel paleæ speciem refert.

γινώσκομεν· οὕτως φασκόντων ἡμῶν τὸν ἀΐδιον Υἱὸν τετρῶσθαι τῇ λόγχῃ, οὐκ εἰς θεϊκὴν αὐτοῦ [φύσιν], τὴν ἄφθαρτον καὶ ἀνόλεθρον, κεχωρηκέναι τὴν τρῶσιν, ἀλλ' εἰς τὴν αὐτοῦ σάρκα, τὴν δυναμένην τιτρώσκεσθαί τε καὶ τέμνεσθαι, νοοῦμεν. Καὶ ἀλλοθέν σοι παρέξομεν τῆς ἀπορίας ἀπόλυσιν. Ὁ ἡμέτερος νοῦς αὐτὸς ὢν, ὁ διὰ τῶν σωματικῶν ὀφθαλμῶν τῶν ὁρώντων ἀντιλαμβανόμενος, καὶ ἄλλην ὅρασιν ἰδιάζουσαν ἔχει, παρὰ τὴν δι' ὀφθαλμῶν διαρθροῦσαν, ἣν καὶ θεωρίαν καλοῦμεν. Εἰ οὖν συμβαίη πεπηρῶσθαι τὴν τοῦ σώματος ὀπτικὴν δύναμιν, οὐ φαμὲν τὸν νοῦν μὴ βλέπειν, σωζομένης αὐτῷ ἀπαρατρέπτου καὶ εὐλαβοῦς [2] τῆς φυσικῆς νοερᾶς βλεπτικῆς διοπτασίας. Οὕτως δὴ καὶ ὁ ἀΐδιος Υἱὸς λέγεται πεπονθέναι τῇ σαρκὶ, τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως ἀπαθοῦς διαρκούσης.

Ἀλλὰ τί δὴ [4] ἐπὶ τούτοις ἄγεσθαι, ὅπου γε ἐν σώματι καὶ πηλικότητι καὶ παχύτητι τοῦτο θεωρεῖται ; Ἴσμεν γὰρ ἅπαντες, ὡς ὁ νοῦς διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ὁρᾷ καὶ διὰ τῶν ὤτων ἀκούει· ἐνίδρυται δὲ τῷ ἐγκεφάλῳ ἥ τε ὁρατικὴ καὶ ἀκουστικὴ αἴσθησις, ἑκατέρα παρὰ τὴν ἑτέραν ὑπάρχουσα, μεθ' ὧν καὶ ὁ νοῦς αὐλίζεται. Τούτων οὖν ἀλλήλοις ἐν ἑνὶ συνημμένων καὶ διαιτωμένων τῷ ὑποκειμένῳ, συμβαίνει πολλάκις, τὴν σωματικὴν ὅρασιν ἢ τὴν ἀκοὴν, ἢ τὸν νοῦν αὐτὸν βλαβῆναι· καὶ ἡ τοῦ ἑνὸς βλάβη οὐ λυμαίνεται τὰ λειπόμενα, τῆς αὐτῶν φυσικῆς δυνάμεως ἀβλαβοῦς τηρουμένης. Μὴ τοίνυν καταπληκτέον ἄγαν, εἰ τοῦ σώματος τοῦ ἀϊδίου Υἱοῦ πάσχοντος, οὐδὲν ἧττον ἡ ἀδιάσπαστος αὐτοῦ διετέλεσε φύσις ἀπαθής τε καὶ ἀπήμαντος, ἡ πάσης οὐσίας ὑπερηρμένη, καὶ πάντων δεσπόζουσα, καὶ παθῶν παντελῶς ἀνεπίδεκτος· παρ' ἣν, κατὰ τὸν κορυφαιότατον ἀπόστολον, οὐκ ἔστιν ἀλλοίωσις ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα. Τετέξομαι (sic) δέ σοι καὶ ἕτερον ὑπόδειγμα, δι' οὗ κατοπτρίσεσθαι δυνήσῃ, πῶς ἢ [5] πάθος ἢ φθορὰ συμβῇ τινι ὑποστάσει, ἐπὶ τὴν φύσιν οὐ διαβαίνει, κἂν λάχῃ μὴ ἐχούσῃ (sic) ὑπόστασιν, εἰ μὴ μίαν φύσιν. Ἀπὸ χρυσοῦ τυχὸν, ὦ φιλότης, ἢ χαλκοῦ μορφωσάμενος ἀνδριάντα καὶ κατασκευάσας, εἰ πάλιν αὐτὸν ἀναχωνεύσῃς, τὸ μηδὲν, ἀνδρείκελον ἀπόλλυται μόρφωμα· ὁ δὲ χρυσὸς ἢ ὁ χαλκὸς, ὅστις τῷ ἀνδριάντι φύσις ὑπῆρχεν, ἀβλαβής τε μένει καὶ ἄφθορος. Ἀλλά μοι [6] λίαν τοῖς ὑποδείγμασι πρόσεχε, νουνεχῶς καὶ φυλάττου, μὴ πᾶσαν τὴν ἐξ αὐτῶν ἀνατέλλουσάν σοι οἰκεία [7] μετάγειν ἐπὶ τὰ θεῖα δόγματα, ἀλλὰ παχήματά τινα καὶ ἐμφάσεις, ὁρμαζούσας [8] εἰς θεωρίαν, ἧς εἵνεκεν παραλαμβάνονται μόνον ἀναλόγως. Ἃς ἀπεπεμφαῖνον [9] καὶ ἀπεοικὸς ἀποπεμπόμενος ὡς ἀποτάτω φρεσὶν εὐσεβέσι καὶ σταθεραῖς, διακρίνων ἀεὶ τοῦ ὁμοίου τὸ ἀνόμοιον, οἷά τις λικμήτωρ ἀκριβέστατος τοῦ σίτου τὸ ἀχυρῶδες ἐκλικμώμενος.

VARIÆ LECTIONES.

[2] ἀβλαβοῦς. [4] δεῖ. [5] leg. εἰ. [6] ἀλλὰ μή. [7] ἰδέαν. [8] leg. ἁρμαζούσας. [9] ἀποπεμπόμενον.

Digitized by Google

Ἡ μέντοι τῶν δύο φύσεων ἕνωσις, τῆς θεότητός τε, φημὶ, καὶ ἀνθρωπότητος, οὕτως ἐν τῇ ὑποστάσει τοῦ μονογενοῦς τοῦ ἀϊδίου Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ λέγεται γεγονέναι, δίχα τροπῆς καὶ φυρμοῦ καὶ συγχύσεως· ὡς ἦν μὲν ὁ συνάναρχος τῷ Πατρὶ καὶ συναΐδιος, μὴ ἔχων ἐν τῇ ἰδιότητι αὐτοῦ φύσιν ἑτέραν κατηγορουμένην αὐτοῦ παρὰ τὴν θείαν πατρικὴν, τὴν ἄκτιστόν τε καὶ ἀπερίγραπτον· διὰ δὲ πλῆθος ἐλέους καὶ φιλανθρωπίαν ἄφατον, δι' ἡμετέραν σωτηρίαν ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν κατελήλυθὼς ἐξ οὐρανοῦ, ὅθεν οὐκ ἀπέστη τῇ πάντα πληροῦσῃ θεότητι, καὶ σαρκωθεὶς ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ τῆς παναμώμου καὶ Ἀειπαρθένου Μαρίας, ἔσχεν ἐν αὐτῷ τελείαν καὶ ἀνελλιπῆ τὴν κτιστὴν καὶ παθητὴν καὶ ἀνθρώπειον οὐσίαν, κατηγορουμένην αὐτοῦ, καθὼς καὶ ἡ θεία φύσις. Ἐπεὶ οὖν ἐν αὐτῷ συνῆλθον αἱ δύο φύσεις, καὶ ὁμοῦ κατ' αὐτοῦ κατηγοροῦνται, μετὰ πάντων τῶν φυσικῶν αὐτῶν ἰδιωμάτων, διὰ τοῦτο λέγονται ἄμφω ἐν ἀλλήλαις ἐν αὐτῷ ἡνῶσθαι, ἀτρέπτως τε καὶ ἀσυγχύτως καὶ ἀναλλοιώτως· κατὰ μίαν γὰρ καὶ τὴν αὐτὴν τοῦ ἀϊδίου Υἱοῦ ὑπόστασιν ἡνώθησαν αἱ δύο φύσεις. Ὅθεν καὶ ὁ αὐτὸς ἀΐδιος Υἱὸς κεχρημάτικεν ἀριθμούμενος κατὰ τὴν θείαν φύσιν μετὰ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Πνεύματος, καὶ μεθ' ἡμῶν κατὰ τὴν ἡμετέραν ἀνθρωπείαν φύσιν ὁ αὐτὸς ἀριθμούμενος, καὶ κατὰ τοῦτο ὁ αὐτὸς καὶ μετὰ τὴν αὐτοῦ ἐνανθρώπησιν, καὶ τὴν ἄφραστον τῶν ἑαυτοῦ συνδραμουσῶν δύο φύσεων ἄφυρόν τε καὶ ἀσύγχυτον ἕνωσιν, εἷς ἐστι τῶν ἀνθρώπων, οὐκ ἄλλο καὶ ἄλλο, δι' οὗ σεσώσμεθα, καὶ εἰς τὴν ἀρχαίαν ἐκλήθημεν μακαριότητα, διὰ τῶν σωτηρίων αὐτοῦ παθημάτων, τοῦ τε ζωποιοῦ θανάτου καὶ τῆς τριημέρου αὐτοῦ ταφῆς, καὶ νεκρῶν ἀναστάσεως, ἀθανατισθέντες, καὶ ἀφθαρτισθέντες, ᾧ δόξα, τιμὴ καὶ κράτος, σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Duarum naturarum, divinitatis, inquam, et humanitatis unio, in persona unigeniti æterni Filii Dei sic facta esse dicitur, ut nulla foret nec mutatio, nec mistura, nec confusio; esset sine principio ut Pater, et cœternus Filius; neque, si proprietatem ejus spectes, alia de ipso prædicaretur natura, quam divina paterna, non creata, non circumscripta. Propter misericordiæ vero magnitudinem, et humanitatem nulla verborum copia exprimendam, per dies ultimos, ut salutem nobis largiretur, descendit e cœlo, unde deitate sua omnia implente nunquam abfuit, homo factus est per Spiritum sanctum et immaculatam semperque Virginem Mariam, tenuit perfectam, et cui nihil deest, humanam essentiam, quæ de ipso prædicatur perinde ac natura divina. Quoniam ergo in eo convenerunt duæ naturæ, et simul de eo prædicantur, cum omnibus ipsarum proprietatibus naturalibus, dicuntur utræque sibi invicem in eo uniri, immutabiliter tamen, inconfuse et inalterabiliter: juxta unam enim eamdemque personam æterni Filii unitæ sunt hæ duæ naturæ. Hinc idem ille æternus Filius secundum divinam naturam numeratur cum Patre et Spiritu sancto, et nobiscum etiam numeratur juxta humanam nostram, propterea quod vel post naturam humanam assumptam, et inexplicabilem duarum ejus naturarum concurrentium non mistam neque confusam unionem, idem est unus sacratissimæ Trinitatis, atque etiam idem unus est hominum, non aliud aliudque, qui nos servavit et in pristinam evocavit libertatem, qui per salutares dolores suos, per mortem vivificantem, per trium dierum sepulturam, per resurrectionem a mortuis, nos reddidit immortales et incorruptibiles, cui gloria, honor et potestas, cum Patre ejus sine principio, et sanctissimo Spiritu, in sæcula sæculorum. Amen.

EX CHRONICO SYRIACO DIONYSII TELMARENSIS

FRAGMENTUM.

(Ang. Mai, *Spicileg. Rom.* t. x, p. 223.)

Placet nobis vacuam forte paginam occupare narratiuncula de imprudente quodam Phocæ imperatoris jussu, qui salutare baptismi mysterium sacrilegio et perfidiæ invitorum Judæorum, contra morem Christianæ Ecclesiæ, polluendum obrulit. Rem hanc quinque tantum verbis attigerat Assemanus Bibl. Orient. II, p. 102: Phocas imperator Judæos baptizari compulit. *Verumtamen integer Dionysii textus in nostram linguam conversus ita se habet*:

Anno Græcorum 928 (*Christi* 617) jussit Phocas imperator ut omnes ditioni suæ subjecti Judæi baptizarentur; misitque Hierosolymam atque in universam Palæstinam Georgium provinciæ præfectum, ut Judæi cuncti in ea civitate finitimisque locis morantes ad baptismum adigerentur. Is primores illorum sibi astantes interrogavit, num servi imperatoris essent? Quibus affirmantibus, ait: Mandat terræ dominus, ut baptismum admittatis. Silentibus ipsis, Quidni, inquit præfectus, respondetis? Tunc e primoribus unus, nomine Nunus, respondit: Quidquid terræ dominus jusserit, confestim exsequemur, hoc uno excepto, quod præstare nequimus, quia nondum suscipiendi sacri baptismi tempus advenit. Hoc audito, magnopere exarduit præfectus, surgensque alapam Nuno infixit dicens: Qui servi estis, cur vestro domino morem non geritis? Mandavitque eos baptizari: atque ita volentes nolentes baptizati omnes fuerunt.

Digitized by Google

INDICES ANALYTICI.

INDEX GRÆCUS

IN JOANNIS MALALÆ CHRONOGRAPHIAM.

Revocatur lector ad paginas edit. Bonn. quas numeri arabici inter uncos positi in textu Græco repræsentant.

A

ἀβροχία, 492.
ἀγανακτήσας κατὰ τοῦ υἱοῦ, 88, 152, 156, 166, 205, et alibi, ἠγανακτήθη, 458, 455, 449.
ἀγαπῆσαι φιλίαν, 467.
ἄγειν. ἠγάγετο πρὸς γάμον Κομιτώ, 430. ἀγάγαι, 110. ἀναγάγαι, 250, 457. συναγάγαι, 476. ἄξας, 123. ἄξατε, 98. ἀντεισάξας, 398. εἰσάξαντας, 217. κατάξας, 185. συνάξαι, 185. συνάξας, 119, 177, 206. συνδιῆξεν, 167.
ἀγκυλόρινος, 106.
ἀγνεύσαντες active, 135, 207.
ἀγνώστως, 131.
ἀδρανεῖς, 215.
ἀηδισθέντα, 356.
ἄθλησις τῶν ἁγίων ἀποστόλων, 483.
αἴρειν. ἄρον, 240. ἐπαρόντες, 462.
αἱρετίζεσθαι. ᾑρετίσατο, 4.
αἰφνίδιον, 245, 405, 471.
αἰφνιδίως, 490.
αἰχμαλωσία, *captivi*, 150, 151, 154, 406.
ἀκολουθοῦντες τῆς συνόδου, 412.
ἀκούει ὁ τόπος, *dicitur*, 255. ἀκούειν ἀλλοτριοφάγοι, 180. ἀκηκοῶσα, 353.
ἀκριβοῦν. ἠκρίβωσαι τὸν Ἀγαμέμνονα, 138. ἠκριβώσατο παρ' αὐτῶν τὸν χρόνον, 230.
ἀκριβῶς οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός, 254.
ἀκροπολίται, 216.
ἄκτα, 443.
ἀκώνωπα, 265.
ἀλαστόρων δαιμόνων, 473.
Ἄλβον μέρος, 176.
ἀλεκτρυών. μετὰ ἀλεκτρυόνα, 275.
ἀληθινός, *purpureus*, 55, 415.
ἀλλοτριοφάγοι, 180.
ἀλυτάρχησε, 311. ἀλυτάρχησαν, 417.
ἀλυτάρχης, 286, 289, 310.
ἀλυταρχικά, 312.
ἀλύταρχος, 310.
ἅλωσις τῆς πόλεως, de terræ motu, 424.
ἅμα cum genitivo, 95, cum genitivo et dativo, 219.
ἀμιξία, 464, 483.
ἀμύνασθαί τινι pro τινα, 62.
ἀμφιέννυσθαι. ἠμφιεσμένον ὄχημα χρυσέοις πετάλοις, 457. ὀχήματα ἀργύρῳ ἠμφιεσμένα, 458.
ἀμφιθαλὴν? 287.
ἀμφότερος, τῶν ἀμφοτέρων, 220, 225, 384, 399, 478, 491.
ἄν. ἐπηρώτησεν ποίας ἂν εἴη χώρας, 137. ὅσα ἂν ἠτήσατο, 365.
ἀνά. ἡμερησίας ἀνὰ φόλεις ιε', 439.
ἀναβάθρα τοῦ ἱππικοῦ, 474.
ἀναβλύζουσα λεπτίδας χρυσοῦ, 456.
ἀνάγειν. ἀνήγαγον τῷ Φαραώ, 63, 230, 254, 346, 393, 416, 440, al.
ἀναγινώσκων, *litteris operam dans*, 92, 352. ἀναγνοὺς καὶ ἀνατραφεὶς ἐν Κωνσταντινουπόλει, 383.
ἀνάδοχος αὐτοῦ ἐγένετο τοῦ ἀχράντου βαπτίσματος, 427.
ἀναδυῆναι. ἀναδυέντα πρὸς τὰ δόξαντα μεταξὺ αὐτῶν, 455. ἀνεδύη περὶ τὸ ποιῆσαι τὰ πάκτα, *ibid.*
ἀνακείραντες αὐτόν, 397.
ἀνακύπτειν. τὰ ἀνακύπτοντα, *eventus*? 205.
ἀναχωδίκευσις, 448.
ἀναλίσκει Μαρῖνον 404. ἀνήλωσέ με, 409.
ἀναλογουμένην, i. q. ἀνάλογον, 285.
ἀναμεταξύ, 414.
ἀναπατεῖν, 130.
ἀνάπλους ὁ πέραν Κωνσταντινουπόλεως, 403, 405.
ἀνάπτεσθαι. ἀνήφθη amore, 130.
ἀναρρύεσθαι. ἀνερρύσθησαν, 461.
ἀνάρρυσις, 39, 460.
ἀναστεναγμός, 63.
ἀνατρέφεσθαι. ἀναθρεψάμενον, 52, 83, 453.
ἀναφέρειν. ἀνηνέχθησαν, 251. ἀνήνεγκεν, 262. ἀνενέγκαι, 386.
ἀναφραγῆναι, 328.
ἀναχρίειν. ἀνεχρίσθη ἡ θύρα, 380.
ἀνδρεῖος. ἀνδρεῖα καὶ πλήθει καὶ φρονήσει, 430.
ἀνδροκοῖται, 436.
ἀνεντέριστον, 115.
ἀνεπηρεάστως, 383.
ἀνέρχεται ἡ θάλασσα καὶ κατακλύζει πάντας, 481.
ἀνέχεσθαι. τῶν πρεσβευτῶν μὴ ἀνασχεθέντων εἰσελθεῖν, 471.
ἀνθηροπρόσωπος, 257, 425.
ἀνθρωπιστί, 253.
ἄνθρωπος. γυναικῶν καὶ ἀνθρώπων, 66. τὸν ἄνθρωπον, *homines*, 228. τῶν ἀνθρώπων τοῦ ἀδελφοῦ, 325.
ἀνταίρειν. ἀντῆρεν ὁ πατρίκιος, 385.
ἀντεικόνισμα, 36.
ἀντέχεσθαι. οὐκ ἀντεχόμεθα διοικεῖν, 274.
ἀντιπεράσας, 80, 95, 139.
ἀντιποιεῖσθαι. ἀντεποιοῦντο τοῦ Ὀδυσσέως, 115, 176, 351.
ἀντιφόρου, 397.
ἀντιφωνήσαντος ὑπὲρ αὐτῶν Ταϊζάνου, 460.
ἀνύειν. ἠνύσαμεν πλέον οὐδέν, 450.
ἀξίας κοιαίστωρος εἶχεν, 370.
ἀπάγειν. ἀπήγαγον τὴν ἀπόκρισιν, 154, nisi ἀνήγαγον legendum.
ἀπαλλαγήν, de judicibus, 448.
ἀπαλλάττειν, de judicibus, 384.
ἀπατεῖν. ἠπατοῦντο, 267
ἀπειλή, *malum*, 142. ἀπειλῆς πεπληρωμένα πολλὰ ἐγένοντο, 454. ἀπειλὴ φοβερὰ Θεοῦ, de terræ motu, 420, 498.
ἀπληκεῦον, 333, 358, 452.
ἁπλοῦν. ἁπλώσαντες ἑαυτούς, 472. ἡπλωμένων εἰς ἔδαφος νεκρῶν, 453.
ἀπὸ σπαθίου, 493. ἀπὸ τῆς γυναικὸς ἤκουσαν, 481. ἀπὸ νομίσματος ἑνός, 441. ἀπὸ διαλαλιᾶς ἀπεκεφαλίσθησαν 389. ἀπὸ ἐπάρχων, 286. ὁ ἀπὸ φιλοσόφων, 252., al. ἀπὸ cum passivo, 20, 26, 69, 74, 87, 153, 154, 159, 199, 220, 222.
ἀποδιδόναι. ἀπέδωκαν τὰς ψυχάς, 380, τὸ πνεῦμα, 409.
ἀποζωννύναι. ἀποζωσθεὶς τῆς ἀξίας αὐτοῦ, 370. ἀπεζώσθη, 480, 490.
ἀπόθετα, 477. ἀποθέτων σίτου. 307, 399, 467.
ἀποκαθαρίσαντες, 135.
ἀποκαθαρισμός, 37, 221, 275.
ἀποκαθιστάναι. ἀπεκατέστη, 435.
ἀποκειμένην, *fictam*, 89.
ἀποκινήσαντος αὐτοὺς τῆς ἐξαρχίας, 427.
ἀποκρεωσίμου, 432.
ἀποκριθείς, 370.
ἀποκρισιάριος, 486.
ἀποκρύβει, 101.
ἀποκρύπτειν. φυγεῖν καὶ ἀπεκρυβῆναι τὴν τοῦ δήμου ὀργήν, 407.

Digitized by Google

ἀπολύσαντες τοῦ ἱππικοῦ, 474.
ἀπολυθῇ ἀπὸ καστελλίου, 387.
ἀπομένειν. ἀπέμεινεν, 385. ἀπομεινάντων ἐν αἰχμαλωσίᾳ, 460.
ἀποπέμπειν. ἀπέπεμπεν ὁ χαρακτὴρ αὐτοῦ ἀστραπάς, 454.
ἀποπληρωθῆναι τοὺς ἐμοὺς δανειστάς, 439, 440.
ἀποπτιλοῦν. ἀπεπτιλώθη, 484, conj. Ch. codex ἀπεπτελώθη
ἀποσπᾶν, *latrocinari*, 420.
ἀποσχίζειν. ἀπέσχισεν, absolute, 309, 327.
ἀποτάττειν. ἀποταξάμενος τῇ αὐτοῦ γυναικί, 219. ἀπετάξατο τῆς βασιλείας, 312.
ἀποτέμνειν. ἀπετμήθησαν, 491.
ἀποτιναξάμενος τὴν τῆς σῆς δουλείας τύχην, 182.
ἀποφέρειν. ἀπηνέχθησαν πρὸς τὸν στρατηλάτην, 456.
ἀποχειρίζεσθαι, ἀπεχειρίσθη, 492.
ἀποχρῆσθαι. ἀπεχρήσατο ἑαυτῇ, 89, 111, 220.
ἀπρόϊτον, 356.
ἀρετῇ πάσῃ κοσμήσας, 320, 339, 401. ἀρετή, *tinctura*, 32.
ἀριθμός, militum, 332, 337, 349, 426, 432.
ἀργυροπρατία, 395.
ἀρκομόρφους, 120.
ἅρμα, 314, 394.
ἀρσάκης, 270.
ἀρσενοκοιτοῦντες, 436.
ἀρχαίοις, *archivis*, 449.
ἀρχιευνοῦχον, 340.
ἀρχιμάγοι, 444.
ἀρχίφυλος, 460.
ἀσεκρῆτις, 494.
ἀσκητική, 106.
ἄσπρην στολήν, 286. σανδάλια ἄσπρα, 287. ἄσπρον στολήν, 287, 310, al.
ἀσσόκουρος, 302.
ἀστρονομία τῶν ἑπτὰ ἀστέρων τῆς μεγάλης ἄρκτου, 175.
ἀσφαλισθέντα φυλάττεσθαι αὐτὸν ἐκέλευσεν, 447.
ἀσχολουμένων εἰς τὰ πλήθη, 128.
αὖγος. αὔγους, 123, 160, 243, 289, 378, 477.
